EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.
DIE 3. IUNII 1791.

9. 2. 58.

Digitized by Google

IOANNIS PAVLLI KRESSII,

IN REGIA DVCALI IVLIA FACVLT. IVRID. ORDINARII REGISQVE CONSILIARII AVLICI,

COMMENTATIO

SVCCINCTA

IN

CONSTITVTIONEM CRIMINALEM CAROLI V. IMPERATORIS,

IN QVA NON SOLVM

DE

CONSTITVTIONIS SEV ORDINATIONIS IPSIVS ORIGINE MAXIMILIANO I. VEROSIMILITER A GOLDASTO ADSCRIPTA DISSERITVR, PROIECTA COMITIALIA DE ANN. MDXXI. WORMATIAE ET MDXXIX. SPIRAE, HACTENVS INEDITA, EX ARCHIVIS PRODVCTA, SEDVLO CVM SINGVLIS ARTICVLIS ORDINATIONIS IN COMITIIS RATISPONENSIBVS ANN. MDXXXII. PVBLICATAE CONFERVNTVR, VERVM ETIAM IPSI TEXTVS LVCVLENTER EXPONVNTVR.

OMNIBVS TAM IN VSVM ACADEMICVM QVAM FORENSEM CONSCRIPTIS EDITIO QVINTA CASTIGATIOR ET PRAETER ADDITA PERSPICVA SVMMARIA OPERE IPSO IN IVRE LOCVPLETIOR.

HANOVERAE
SVMTIBVS HEREDVM FOERSTERIANORVM
MDCCLX.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO
AD LECTOREM
EDITIONI SECVNDÆ PRÆMISSA,
IN QVARTA EDITIONE DENVO REVISA ET AVCTA.

§. I.

Multæ & tantum non infinitæ hactenus prodierunt *conſtitutionis criminalis noſtræ editiones*, tam cum eruditorum notis adjectis, quam aliquando ſine ullo apparatu, nudæ ſcilicet, prout in comitiis Ratisponenſibus, Anno ſupra milleſimum quingenteſimum triceſimo ſecundo, per imperium ipſa conſtitutio publicata eſt. Non abs re erit eas certe hic commemorare, quas ipſi vidimus, quasque in concinnando hoc noſtro præſenti opuſculo, vel inſpeximus tantum, vel contulimus atque comparavimus cum articulorum contextu, vel aliquando inter annotandum conſuluimus. Nihil adferemus cetera aliena fide, ſed quod ipſi excuſſimus, noſtrisque oculis non Editiones.

 obiter

Digitized by Google

Prima editio obiter uſurpavimus. *Prima vice* Conſtitutio noſtra excuſa eſt *Moguntiæ* ab IVONE Schöffern A. MDXXXII, im Monath Hornung, ut ipſe IVO in fine adjecit, ſub titulo: Des Allerdurchlauchtigſten Groſsmächt. unüberwindl. Kayſer Carl des Vten Peinl. Gerichts Ordn. auf den Reichs-Tagen zu Augſpurg und Regenſpurg im Jahr dreiſsig und zwey und dreiſſig gehalten, aufgericht und beſchloſſen. Privilegium a Cæſare CAROLO V. impetravit A. MDXXII. ultimo Julii RATISPONAE, adeoque in fine ipſorum comitiorum, in quibus publicatio conſtitutionis facta; *1 continet folia XLVIII. Poſſidemus deinde & aliam ejusdem IVONIS, ſub eodem rubro, ſed ſine die & conſule, MOGVNTIAE editam; continet hæc folia tantum XXXVIII. Deinde

Goblerı. *latinitate Carolinam donavit* IVSTINVS GOBLERVS *2 GOARINVS, additis hinc inde *notulis*, quas auctaria dixit. Dedicata eſt hæc verſio ipſi CAROLO V. ab auctore ſuo, & publicis typis expreſſa A. MDXLIII. menſe Auguſto, BASILEAE in officina IOANNIS OPORINI. GOLDASTVS *p. 4. præfat. ad Rational. de* GOBLERO ita cenſet: *Et primus quidem* IVSTINVS GOBLERVS, GOARINVS, *divorum fratrum Caroli & Ferdinandi nonnullas conſtitutiones, conſerre ac interpretari ſimul voluit, majori quidem induſtria, quam judicio; laudandus tamen.* Aſt IODOCVS DAMHOVDER *c.* 113. §. 12. *prax. crim.* honorificentius de viro ſtatuit: IVSTINVS, *inquit* GOBLERVS, *JCtus nequaquam incelebris & variæ multæque lectionis, cum laude edidit commentaria ſuper Auguſtiſſimi Cæſaris Caroli Vti conſtitutiones de capitalibus judiciis.* Nos verſionem GOBLERIANAM pro certiori Carolinæ intellectu aliquando ſecuti ſumus, non tamen ubique ſine nota. *Ex auctariis* autem ipſius oppido *pauca fuerunt, quibus cum fructu* uti licuiſſet, adeo

non

non patriæ inſtituta, ſed exotica Romanorum placita, omnia in iis redolent.

*1 Hanc philologi juridici pro lege authentica, & pro fonte habent reliquarum editionum. Ego non multum inde hauſi, nec haurire potui cum fructu.

*2 Extat vita GOBLERI apud ADAMUM *p. 79. in vit. JCt.* ſed in tota recenſione fere nihil extat, quod veritate nitatur. Nam ex GOARINO ibi fit GOSI ARIENSIS. GOBLERVS primam ætatem in HESSIA, ut ex *not. ad Art. 97.* viri ipſius conſtat, tranſegit, ADAMVS autem ad GOSAM adoleviſſe contendit. GOBLERVS ſecundum veritatem munus conſiliarii apud DVCES BRVNSVICENSES, deinde Cancellarii apud MONASTERIENSEM præſulem geſſit, *vid.* LEIBNIT. *in Introd. ad Tom. III. Rer. Brunſ. p. 2. 3.* ADAMVS GOBLERI ex academiis reducis operam ab urbe FRANCOFVRTANA conductam, hominemque ſenio confectum ibi mortuum fuiſſe narrat. Addi de verſione GOBLERI inſuper poteſt ZIERIZ *in Dedicat.* Plura alias GOBLERVS tranſtulit v. c. Transactionem Paſſavienſem, conſtitutionem de P. P. Reformationem politiæ imperialis A. 1548. Receſſum conventus Hannoverani A. 1546. Suaſor etiam fuit duci ERICO, ut in Vogteia Rodenwaldenſi, teſte LETZNERO *cap. 15. de vita Car. M.* Judicia vehmica tollerentur.

VITA GOBLERI.

§. II. Minoris momenti editionibus omiſſis, de quibus CLASEN *p. 29. præfat.* pergamus ad REMVM, cujus *paraphraſis* conſtitutionis noſtræ prodiit HERBORNIAE A. MDXCIV. applaudentibus & inſtitutum laudantibus FREHERO & GOEDDAEO. Repetiit editionem GOLDAST. in ſuis *Conſtit. Imperial. t. III. p.* 516. OFFENBACHII A. MDCX. Denuo opuſculum prodiit FRANCOFVRTI MDCXIIX. & ultimo LEODII MDCLXXXXIX. *minus correctum*, ut recte notat B. BEYER *in præfat. h.* Probavit ſe REMI opera, cum ob dicendi genus, tum ob res nervoſe congeſtas,

REMI paraphraſis.

Digitized by Google

Prima editio obiter uſurpavimus. *Prima vice* Conſtitutio noſtra excuſa eſt *Moguntiæ* ab IVONE Schöffern A. MDXXXIII. im Monath Hornung, ut ipſe IVO in fine adjecit, ſub titulo: Des Allerdurchlauchtigſten Groſsmächt. unüberwindl. Kayſer Carl des Vten Peinl. Gerichts Ordn. auf den Reichs-Tagen zu Augſpurg und Regenſpurg im Jahr dreiſsig und zwey und dreiſſig gehalten, aufgericht und beſchloſſen. Privilegium a Cæſare CAROLO V. impetravit A. MDXXII. ultimo Julii RATISPONAE, adeoque in fine ipſorum comitiorum, in quibus publicatio conſtitutionis facta; *1 continet folia XLVIII. Poſſidemus deinde & aliam ejusdem IVONIS, ſub eodem rubro, ſed ſine die & conſule, MOGVNTIAE editam; continet hæc folia tantum XXXVIII. Deinde

GOBLERI. *latinitate Carolinam donavit* IVSTINVS GOBLERVS *2 GOARINVS, additis hinc inde *notulis*, quas auctaria dixit. Dedicata eſt hæc verſio ipſi CAROLO V. ab auctore ſuo, & publicis typis expreſſa A. MDXLIII. menſe Auguſto, BASILEAE in officina IOANNIS OPORINI. GOLDASTVS *p.* 4. *præfat. ad Rational. de* GOBLERO ita cenſet: *Et primus quidem* IVSTINVS GOBLERVS, GOARINVS, *divorum fratrum Caroli & Ferdinandi nonnullas conſtitutiones, conferre ac interpretari ſimul voluit, majori quidem induſtria, quam judicio; laudandus tamen.* Aſt IODOCVS DAMHOVDER *c.* 113. §. 12. *prax. crim.* honorificentius de viro ſtatuit: IVSTINVS, *inquit* GOBLERVS, *JCtus nequaquam incelebris & variæ multæque lectionis, cum laude edidit commentaria ſuper Auguſtiſſimi Cæſaris Caroli Vti conſtitutiones de capitalibus judiciis.* Nos verſionem GOBLERIANAM pro certiori Carolinæ intellectu aliquando ſecuti ſumus, non tamen ubique ſine nota. *Ex auctariis* autem ipſius oppido *pauca fuerunt, quibus cum fructu* uti licuiſſet, adeo

non

non patriæ inſtituta, ſed exotica Romanorum placita, omnia in iis redolent.

*1 Hanc philologi juridici pro lege authentica, & pro fonte habent reliquarum editionum. Ego non multum inde hauſi, nec haurire potui cum fructu.

VITA GOBLERI.

*2 Extat vita GOBLERI apud ADAMVM *p. 79. in vit. JCt.* ſed in tota recenſione fere nihil extat, quod veritate nitatur. Nam ex GOARINO ibi fit GOSLARIENSIS. GOBLERVS primam ætatem in HESSIA, ut ex *not. ad Art. 97.* viri ipſius conſtat, tranſegit, ADAMVS autem ad GOSAM adoleviſſe contendit. GOBLERVS ſecundum veritatem munus conſiliarii apud DVCES BRVNSVICENSES, deinde Cancellarii apud MONASTERIENSEM præſulem geſſit, *vid.* LEIBNIT. *in Introd. ad Tom. III. Rer. Brunſ. p. 2. 3.* ADAMVS GOBLERI ex academiis reducis operam ab urbe FRANCOFVRTANA conductam, hominemque ſenio confectum ibi mortuum fuiſſe narrat. Addi de verſione GOBLERI inſuper poteſt ZIERIZ *in Dedicat.* Plura alias GOBLERVS tranſtulit v. c. Transactionem Paſſavienſem, conſtitutionem de P. P. Reformationem politiæ imperialis A. 1548. Receſſum conventus Hannoverani A. 1546. Suaſor etiam fuit duci ERICO, ut in Vogteia Rodenwaldenſi, teſte LETZNERO *cap. 15. de vita Car. M.* Judicia vehmica tollerentur.

REMI paraphraſis.

§. II. Minoris momenti editionibus omiſſis, de quibus CLASEN *p. 29. præfat.* pergamus ad REMVM, cujus *paraphraſis* conſtitutionis noſtræ prodiit HERBORNIAE A. MDXCIV. applaudentibus & inſtitutum laudantibus FREHERO & GOEDDAEO. Repetiit editionem GOLDAST. in ſuis *Conſtit. Imperial. t. III. p.* 516. OFFENBACHII A. MDCX. Denuo opuſculum prodiit FRANCOFVRTI MDCXIIX. & ultimo LEODII MDCLXXXIX. *minus correctum*, ut recte notat B. BEYER *in præfat. b.* Probavit ſe REMI opera, cum ob dicendi genus, tum ob res nervoſe congeſtas,

geſtas, facile lectoribus. GOLDASTI judicium eſt: *In commentariis ad conſtitutiones criminales rectam viam inſtitit* GEORGIVS REMVS, *ad famam ibit vir ille, ſi pergat inſtitutam rationem pergere.* Perdoctam paraphraſin opuſculum Remi vocat CLASEN h. Elegantioris doctrinæ virum eundem dicit BEYER. Nec alii v. c. STEPHANI &c. fere aliter. Receſſimus quidem ab illo aliquoties, interim promeritam laudem nequaquam manibus ejus invidemus.

VIGELIVS quis? & ejus inſtitutum

§. III. Succedit REMO NICOLAVS VIGELIVS JCtus Marburgenſis, qui A. MDCIII. BASILEAE edidit *collationem conſtitutionum criminalium, cum jure communi ſive civili.* Dedicavit ſcriptum Germanis, in ipſa epiſtola nuncupatoria valde queritur de jurium Romanorum neglectu, nec aliter cum effectu imperii noſtri conſervationi atque ſplendori conſuli poſſe putat, * niſi reſtauratione civilis jurisprudentiæ. *Communicavit hoc ſuum conſilium cum omnibus imperii ordinibus,* imo & cum variis municipiis, dolet autem, quod multis ludibrium debuerit, nec approbatores nactus ſit, niſi MOGVNTINVM, TREVIRENSEM, SAXONEMQVE Archiprincipes, præſules deinde BREMENSEM, HERBIPOLENSEM, HILDESHEIMENSEM, principes vero GVILIELMVM & LVDOVICVM HESSIAE, cum PALATINO BIPONTANO, ex urbibus VRATISLAVIAM, BREMAM, STADENVM, ROSTOCHIVM, LVBECAM, MONASTERIVM, GELNHVSIVM, FRIDBERGAM, WORMATIAM, OPPENHEMVM, HALAS SAXONVM, MOGVNTIAM, FRANCOFVRTVM, HAMMELBVRGVM, LEMGOVIAM, CORBACHIVM, & aliquot alias. Ex quo videbit Lector, quanto molimine VIGELIVS juris

civilis

civilis cauſam in Germania noſtra egerit. An ſi hodie denuo principum utrorumque & civitatum ſuffragia conquireret, meliori ſucceſſu pluralitatem votorum corrogaret, dicere nequeo. Conſiſtit libellus capitibus XI. Ad hæc enim omnes articulos redegit. Sub ſingulis certas poſuit regulas cum ſuis exceptionibus, quas deinde partim ex articulis ordinationis noſtræ, partim e legibus doctoribusque juris civilis demonſtrat & declarat, conſonantium articulorum cum eodem jure civili ubique operoſe oſtendendo. Proinde ex hoc ſolo fine judicandum eſt hoc opuſculum, quod ſcilicet eos, quibus præter Romana nihil pulchrum habetur, labore corpus juris ad ſingulos articulos evolvendi, & parallelismum inveniendi, facile ſublevare queat, *ad illuſtrationem* autem *juris patrii ne* hilum quidem conferat. In eo tamen rem acu tetigit auctor, quod compilatores ordinationis noſtræ, tot ſuis ad jura communia remiſſionibus, juris civilis ſtudium in foro inſigniter promotum iviſſe obſervaverit. *ac methodus.

* Plenius hæc dici poſſunt e dialogo, quem VIGELIUS inter Jurisprudentiam Romanam, juſtitiam, jurisprudentiam Mahometicam & ſe ipſum confinxit atque conſcripſit. Edidit eum GOLDAST. *p. 234. der P. R. H.* ſub titulo: Warhafftige Urſachen, warum das alte Römiſche Reich zertrennet, und nunmehr in Türcken und Chriſten zertheilet, auch warum GOtt den Türcken verhänget, daſs ſie der Chriſten Adel und Ritterſchafft vertilgen und ausrotten. Zu treuer Warnung dem Adel und Ritterſchafft beſchrieben und in Druck verfertiget. Omne malum VIGELIO apud nos eſt a refrigeſcente ſtudio juris civilis, ut ipſa dialogi contenta lectori demonſtrant. Enimvero, quæ de periculo ordinis equeſtris in hunc ſenſum perorat, circa illa ipſi ordini equeſtri aliter quondam viſum eſt. Qui potius jurium & privilegiorum ſuorum extirpationem juris Romani introductioni Dialogus.

ni adſcripſit, quam, ut ullum præſidium in illo locaſſet, *vid. dicta in diſſert. de rat. decid. p. 18. 19. 28. in not.*

Editio Francofurti.

§. IV. *Francofurtum* editionum ordinationis noſtræ ferax * olim fuit. Adducam eam, quæ ad manus eſt. Prodiit A. MDCXIV. ſumptibus PETRI MVSCVLI in forma majori. Titulus latinus plane convenit cum germanico, ſub quo IVO hanc legem Moguntiæ excudit. Notas & collationes cum jure civili habet ſingulis articulis adjectas. Dedicata eſt Senatui GELNHVSANO, auctor tamen notarum, propter *dentem Theoninum & vitilitigatorum ronchos*, ut in præfatione loquitur, latere voluit. *Diſcipulum Vigelii fuiſſe*, vel certe *imitatorem*, facile conſtabit evolventi. Pro optima non habebitur, niſi ab illo, qui meliorem non habet.

* Sic jam A. MDLXXVII. *ordin. crim.* in forma majori, ibi edita eſt, & dein A. MDCIX. alia *ibid.* quæ teſte HERTIO. §. *42. de ſuper. territ.* in fronte elogium habet: Daſs ſie mit Fleiſs aus vielen uhralten und ſonderlich anfangs publicirten Exemplarien erſehen und corrigiret. Sed utramque harum tantum quoad titulum vidimus.

ZIERIZII laus.

§. V. BERNHARDI ZIERIZII *obſervationes nomicopoliticæ* ad conſtitutionem criminalem, una cum verſione latina, in lucem prodierunt A. MDCXXII. Dedicatæ ſunt Electori GEORGIO WILHELMO BRANDEBVRGICO. In altera editione WECHELIANA A. MDCXXV. acceſſit diſcurſus pro fœdere Smalcaldico adverſus quoſdam hiſtoricos criticos. Nervoſe & ſuccincte rem totam pertractaſſe auctorem, putat CLASEN, ſed plus florum, quam frugum lectori obtuliſſe, exiſtimat BEYER. Verſionem ipſius *perverſæ & calumnioſæ*, ut loquitur, *translationi* GOBLERI præfert GOLDAST. *p.* 135. *not. im Bedencken von Zauberern.*

Cete-

Ceterum haud raro nævos compilatorum ordinationis noſtræ ZIERIZ. notat, nec ſine uſu practico legitur. Hunc ſecutus eſt MATTHIAS STEPHANI JCt. GRYPHSWALDENSIS, qui A. MDCXXVI. *cum notis* pariter conſtitutionem noſtram publicis typis exſcribendam curavit. Ipſe utiliſſimas additiones ſuas in fronte libri dixit. Ego *non plane inutiles* dicere mallem. * Quod patrii juris notitiam ſapiat, ejus fruſtra hic aliquid quæris. Salſe viri lucri cupiditatem notat BEYER h. STEPHANI editio.

* Licet CLASENIVS de eodem ita exſtimet: Commendatione non leget, ſed ſe ipſum commendat.

§. VI. Paucos annos poſt Stephanum MARPVRGI A. MDCXXXI. ordinatio noſtra iterum edita eſt ab ANTONIO BVLLAEO, cum *annotationibus, remiſſionibus & obſervationibus practicis*, ut in titulo habetur. Videbit lector apud hunc commentatorem *allegari leges civiles, jus canonicum, Gloſſas, philoſophos, patres eccleſiæ*, chronica, Receſſus imperii, ſpeculum juris Saxonici, practicos, auctores claſſicos & omnis generis ſcriptores in genere. Incidit enim æque, ut ZIERIZ. in tempora LIMNAEANA, ubi moris erat (interprete MONZAMBANO) ſcriptoribus colligere in quolibet loco, vel compingere plane, quicquid uſpiam legiſſent, aut audiiſſent. Galli hodierni hunc nævum ſcite reddunt: *une erudition mal digerée, ou mal placé.* Abſit interim, ut hoc ſcriptionis genus vitio dem BVLLAEO; mori, ſeculo, ætati, in quam auctores incidunt, talia imputanda ſunt, non huic aut illi homini. Palatum eruditorum circa ſcripta æque variat, ut coquorum circa cibos. Apud LITHVANOS hodienum inter dapes habetur, quodlibet ferculum ſacharo, BVLLAEI editio.

cinnamomo, nuce myriſtica, croco, pipere, zingibere, paſſulis, & quicquid aromatopolium recondit, magis ad oſtentandam abundantiam, quam ad ſelectum convivis probandum, condiiſſe.

De MANZIO & ejus editione.

§. VII. Excipiat BVLLAEVM CASPAR MANZIVS, Jurium Doctor & Profeſſor ordinarius apud INGOLSTADIENSES. Hujus *Commentarius rationalis* in ordinationem noſtram evulgatus eſt INGOLSTADII A. MDCL. *Duo ſibi auctor propoſuit*, (1) ut hactenus recenſitis paulo prolixius proceſſum criminalem exponeret, (2) ut ſingulorum, quæ in ordinatione occurrunt rationes & ſubinde rationum rationes reddat & conquirat. Ad proceſſum copioſius pertractandum ſe ideo excitatum fuiſſe dicit, quod ante ipſum nemo inter commentatores hoc argumentum pro dignitate excuſſiſſet. Interim magis tamen alterum ipſi in deliciis fuit, rationum nempe perſcrutatio & indagatio. Quod ſatis patet e præfatione, quam commentario ſuo *ratio regularis* ad *Inſtituta* præmiſit. Adducit ibi FABRI & OSTERMANNI rationalia, ſed neutrum ipſi ſatis inſtructum videtur, nec ſatis completum. Sane negari nequit (1) quod *bodie circa proceſſum criminalem magis elaborata extent* MANZIANIS (2) quod in rationibus inquirendis auctor (1) *non ſatis ſecreverit arbitraria ſpecialia*, quorum nulla certa ratio reddi poteſt, ab iis, quæ vel naturali jure, vel certis principiis generalibus atque fundamentalibus axiomatibus legum etiam humanarum innituntur, quorum nexus cum conſectariis, quæ inde fluunt, utique per rationes demonſtrari poteſt. Deinde (2) quod *non ſatis inſtructus fuerit notitia hiſtoriæ*, nec Romanæ, nec patriæ noſtræ. Cum tamen rationes legum, ut plurimum petendæ

ſint

ſint e circumſtantiis temporum, quibus latæ. Tertio, quod *rationum cumulos amaverit*, earumdemque nimium vanumque progreſſum. Interim ſcriptum viri uſu non caret, ut hinc inde in notis monuimus, nec raro ordinationem criminalem per collationem cum jure *Bavarico* illuſtrat. Catalogum MANZII operum omnium habes in *fin. commentar. ad Inſtit.* Imo & vaticinium ipſe, cum adhuc viveret, de ſuis futuris cenſoribus conſcripſit, & *commentar. ad Inſtitut.* præmiſit.

§. VIII. Quid BLVMLACHERVM Profeſſorem Salisburgenſem moverit, ut novo commentario A. MDCXX. SALISBVRGI noſtram conſtitutionem exornaret, exponit ipſe in præfatione: Weil nehmlich die biſsherigen Remus, Zieriz, Bullæus kurtz und klein, auch nicht teutſch, und ein teutſcher Commentarius ſehr verlanget würde. Reſpicit auctor hic, ut Manzius, proceſſum, capturam, inquiſitionem teſtesque, ſed, cui CARPZOVIVS, paucique alii Itali ut CLARVS & MENOCHIVS, ad manus ſunt, non indiget BLVMLACHERO. Interim cum exiguo conſtet pretio, emtorem pecuniæ non magis pœnitebit, quam ſi aliud vulgare ſcriptum juridicum comparaſſet. De BLVMLACHERO.

§. IX. Omnium hactenus laudatorum diligentiam exſuperavit CLASENIVS noſter, * cujus commentatio poſt fata viri de Julia noſtra optime meriti, a MINNERO A. MDCLXXXIV. in lucem protracta eſt. Nec ita pridem denuo prodiit LIPSIAE, quod indicio eſt CLASENIANA hodienum eruditis in pretio haberi. Reliqua cum BEYERO ſentio, quod CLASENIO.

 patrio

patrio juri parum luminis ex hac commentatione affundatur.

* CLASENII vitam & laudes habemus apud Dn. ABBAT. FABRIC. *p. 26. 27. IV. Hiſtor. biblioth. Fabric.*

FROELICHIO.

§. X. FROELICHIVS Conſiliarius Auſtriacus OENIPONTI librum ſuum, quem A. MDCCX. ibidem edidit, inſcripſit: Commentarium in Kayſer Carls des Fünfften, und des Heil. Römiſchen Reichs Peinliche Halſs-Gerichts-Ordnung. Sed *rectius Syntagma criminale vocaſſet* opus, quod absque ullo reſpectu ad ordinem articulorum CAROLINAE, libera methodo conſcripſit, quale quid VIGELIVS, RENNEMANN aliique in jure civili tentarunt. Textum ordinationis noſtræ hinc inde citat, ſed integrum nullibi adjecit. Laudem in eo meretur, quod in juribus provincialibus TIROLENSIBVS, AVSTRIACIS, BAVARICIS, lectorem inſtruat, quodque in gratiam defenſorum, ſingulorum criminum aggravantia & mitigantia diligenter conduxerit. Inſervit quoque ordinationem noſtram ſuo TRIBVNALI NEMESIS IVSTE IVDICANTIS An. MDCCVI. IOH. VALENTIN KIRCHGESSNER, jam, ut ex literis ipſius intelleximus, Conſiliarius & Ambachtus Monaſterii EBERACENSIS. Poteſt lector ex hoc *circa judicia Franconica & notitiam centenarum* proficere. Excerpſimus ipſi quædam in notis ex eodem.

De BEYERO & LVDOVICO.

§. XI. Magni faciunt cordatiores B. BEYERI *delineationem juris criminalis*, quam Anno MDCCXIV. nobis dedit. Reperiet ibi lector regulas hujus juris accuratas, nexum meditationum exactum, nec non lucem e jure Germanico hinc inde intermicantem, & ordinationem

nem

nem noſtram colluſtrantem. Optima ratione quoque laudatur Dn. LUDOVICI, Conſiliarii Regis BORUSSICI, & jurium Profeſſoris in FRIDERICIANA, cum notis practicis, adjunctaque Bambergenſi, ordinationis noſtræ editio. Bonæ enim frugis uſuique forenſi inſervientia omnia ſunt, quæ in hoc ſcripto reperiuntur.*

*Edidit quidem FRIDERICUS MARTINI JCtus FRIBURGENSIS, ad *Art.* CIX. CCVIII. der P. H. G. O. animadverſiones, quas deinde libro ſuo de cenſibus, Colon. Agripp. an. 1660. excuſo, ſubjecit: verum huic inter commentatores Carolinæ locum facere non potuimus, utpote duo tantum ſelecta argumenta perſequenti.

§. XII. Cum vero conſtitutio criminalis *Bambergenſis & Brandeburgenſis*, oppido conveniant cum noſtra ordinatione imperiali, & harum editiones addemus. Promulgata illa fuit per præſulatum ab epiſcopo GEORGIO, ex pincernis de Limburg, qui Ann. MDV. electus eſt & usque ad Ann. MDXX. die XXX. Maji ſedit. Editiones ad manum nobis ſunt duæ, altera de Anno MDXXXI. & de An. MDXLIII. Utraque SCHOEFFERO debetur, qui MOGUNTIAE utramque publicis typis expreſſit. Titulus eſt: Bambergiſche Hals-Gerichts und Rechtliche Ordnung in Peinlichen Sachen &c. gantz gleichförmig gemeinen geſchriebenen Rechten, daraus auch dies Büchlein gezogen und fleiſſig gemeinen Nutzen zu gut geſammlet und geordnet iſt. In priori in fine extat: gedruckt zu Mayntz bey *Joh. Schœffern* im Jahr Chriſti MDXXXI. und vollendet auf den zwanzigſten Tag des Meyen; in poſteriori habetur: in der Löbl. und Churfürſtl. Stadt Maynntz druckts IVO *Schœffer* vollendet am XX. Tag Junii MDXLIII. Prior conſtat foliis XLIIII. poſterior XLIII. Utraque eſt multis variisque

De Conſtit. crim. Bambergenſi & Brandeb. de illius auctore.

figuris picturata. *Primum* editionem hujus ordinationis factam fuiſſe A. MDVIII. aſſerit GOLDASTVS. * *Secunda* autem excuſa eſt A. MDX. Primam plane non inſpeximus, ſecundam vero, prout eam Dn. LVDOVICI nobis denuo dedit, cum noſtris contulimus, cum quibus ex aſſe concordat. De *Brandeburgica* non ingratum erit lectori audire celeberrimi nominis JCtum LAVTERBACHIVM, apud Sereniſſimum Marchionem Brandeburgicum ſtirpis Baruthinæ conſiliarium, ita in literis ſuis ad virum ILLVSTREM, Cameræque imperialis Aſſeſſorem Dn. KREBSIVM. A. 1720. BARVTHI die XXVI. Maji differentem: Belangend die übrigen Puncta 8. 9. 10. ſo diene in Antwort, daſs die beyden Herren Marckgraffen Georg und Caſimir, eine Peinl. Halsger. Ordnung herausgehen laſſen A. 1516. die eodem Anno zu Nürnberg bey Jobſt Gutknecht gedruckt worden den Tag nach P. Mar. A. 1582. haben Herr Marckgraff George Friedrich ſolche revidiret heraus gegeben, welche zu Hoff bey Mattheo Pfeilſchmidt gedruckt, von welcher einen Extract aus der Vorrede hiemit beylegen wollen. * Woraus erſichtlich, daſs ſie mit der vorigen von An. 1516. gleichlautend iſt, von *der Bambergiſchen aber mit nichts* darein gedacht wird, und dieſe exemplarien ſind nach den Tituln und wörtlichen Inhalt mit denen Caroliniſchen einerley, nur daſs locis congruis des Fürſten und Fürſtenthums darin gedacht, und des hier zu Lande gewöhnlichen Bann-Gerichts in introitu & primis articulis Meldung geſchiehet. Mithin die Articuln nicht vollkommlich, wie in den Caroliniſchen in ordine folgen, ſondern in denen Brandenburgiſchen ſich etliche mehr befinden: doch ſind alle inſcriptiones articulorum cum contentis wördlich fere quoad omnia behalten worden. Vnd eben dieſe Peinl. Halsger. Ordn. haben Herr Marckgraff Chriſtian Ernſt

glo-

Digitized by Google

glorioſiſſ. memoriæ, An. MDCCIX. wieder drucken laſſen, und heiſſet die reformirte Peinl. Hals-Ger. Ordnung.

* Ne autem lectorem deludamus hiantem, addamus hunc extractum aus der Vorrede der Peinl. *Halſsger. Ordn. de An.* 1582.
Dem allen mit zeitigen guten Rath und tieffer Vorbereitung zuvor kommen und zu begegnen, haben wir aus tragenden und von GOtt dem Allmächtigen uns anbefohlnen Amt, auch Landes Fürſtl. hohen Obrigkeit, zu heilſamer Beförderung der hochnothwendigen Juſtitien, Rechtens und gemeinen Nutzen unſerer Landen und Fürſtenthümern, ſonderlich aber, daſs in denſelbigen unſere Gerichte in redl. Weſen, guten Stand und Ordnung gebracht, vor eine hohe unvermeidliche Nothdurfft zu ſeyn erachtet, die von unſern freundl. liebenden Herrn Vater auch Vettern hochlöblichen Chriſtl. Gedächtniſs, Herrn Georgio und Herrn Caſimir, Marckgrafen zu Brandenburg, damahls regierenden Brüdern, Anno 1516. publicirte und aus *der Gewalt von Römiſchen Kayſerl. Majeſtæt damahls empfangenen peinlichen Halſsger. Ordnung,* jetzo wieder GOtt zu Lobe und Ehren, zu der juſtitz Erhaltung, Beförderung und Fortpflantzung, auch zu Fürkommen mancherley zukünfftigen unbilligen, der Leute an Leib, Ehr und Guth auch andern Unrath, ſo hieraus entſpringen möchte, vor Handen laſſen nehmen, revidiren und überſehen &c. Obſerva. Marchio Brandenburgicus commemorat hic anno 1516. Eine aus der Gewalt von Römiſcher Kayſerl. Majeſtät damahls empfangene P. H. G. O. Atqui Maximilianus I. mortuus eſt anno 1159. Ergo & ex his haud levi argumento defendi poteſt ſententia, de qua §. XV. ſeq. infr.

§. XIII. Talia præfati, nunc *de noſtro inſtituto* rationem reddamus. Scilicet jam diu queſti ſunt cordatiores, uti plerarumque legum Germaniæ fata & origo latent; ita quoque circa noſtram criminalem conſtitutionem acta & actitata adhuc in obſcuro ſepulta jacere. Vnde pro

Digitized by Google

Sententia THOMASII de auctore Carolinæ.

pro diſpellendis his tenebris, affundendaque legi noſtræ imperiali luce, ILLVSTRIS DOCTOR NOSTER CHRISTIANVS THOMASIVS A. MDCCXI. edebat diſſertationem, de occaſione, conceptione & intentione conſtitutionis criminalis. Hanc cum magna animi voluptate legerem, in eadem animadverti, quod VIR SVMMVS criminalem conſtitutionem CAROLINAM derivet, e conſtitutione criminali BAMBERGENSI, quam jam laudavimus. Argumentum hujus aſſerti videtur quidem invictum eſſe. Nam (1) Georgius, Bambergenſium præſul, ſuam conſtitutionem promulgavit A. MDVIII. Imperator autem Carolus Vtus demum A. MDXXXII. in Comitiis Ratisponenſibus ordinationem criminalem publicavit. Atqui (2) utriusque conſtitutionis tam quoad verba, quam quoad ipſa rerum momenta, tanta concordantia eſt, ut calumnioſum videatur, diverſos unius & ejusdem fere legis auctores comminiſci velle. Vnde (3) conſequens eſt, quod vel conſiliarii Cæſaris, vitulo præſulis araverint, vel præſul aulæ Cæſareæ opus exſcripſerit. Pro priori vero facile decidere temporis rationem nemini non apparet. Interim ſcrupulum mihi paulo poſt injiciebat GOLDASTVS, gemino in conſultatione de pœnis ſagarum loco. Primus extat p. 132. his verbis: Dieſe ſo wohl Königl. als Kayſerl. Satzung und Ordnung haben jüngſthin Kayſer Maximilian der Erſte, im Jahr 1505. zu Cöln, und Kayſer Carl der V. im Jahr 1532. zu Regensburg wiederholet. Vnd ob wohl Kayſer Maximilians Ordnung von den Reichs-Ständen nicht angenommen worden, noch öffentlich publiciret worden, ſo iſt doch dieſelbe von Biſchoff *Georgen* zu Bamberg, einem Hochlöbl. vornehmen Fürſten des Reichs, angenommen und An. 1508. zu Mayntz im Druck verfertiget worden. Alter locus

Sententia GOLDASTI.

repe-

reperitur paulo poſt p. 136. ubi ita GOLDAST. Ich habe oben Erwehnung gethan, daſs Biſchoff GEORG von Bamberg ſeine Hals-Ger. Ordn. aus der auf dem An. 1505. zu Cölln gehaltenen Reichs-Tag verfaſsten Peinlichen Halſs-Gerichts-Ordnung faſt von Wort zu Wort gezogen habe.

§. XIV. Salivam itaque nobis movebat lectio GOLDASTI, ut, annon adhuc aliud teſtimonium alicubi invenire liceret, per quod probari poſſet, cujusnam principis auſpiciis conſtitutio noſtra primum in chartam conjecta fuiſſet, inquirendi cupido ſubiret. Prima cura erat, ut de actis in comitiis Colonienſibus, quorum GOLDASTUS meminit, quæſtionem inſtitueremus. Putabamus hoc negotium vix ſolidius nos confecturos eſſe, quam ſi archivorum fores hinc inde pulſaremus, & quid in prædictis comitiis circa conſtitutionem noſtram geſtum, ſciſcitatum iremus. Initium fecimus VINARIAE, perſcriptis ad celeberrimum ducalis tabularii præfectum Dn. MULLERUM concedentibus literis, reſponſo mox accepto: Es ſind die Acta Comitiorum Colonienſium vom Jahr 1505. im hieſigen Archiv vorhanden, aber darinnen nichts von der Peinl. Hals-Ger. Ordnung anzutreffen. Wiewohl dahero nicht folget, daſs auf dem mentionirten Reichs-Tag nichts vorgegangen ſeyn ſolte. Maſſen die lieben Alten vielmahls nur dasjenige, was etwa völlig auf Reichs-Tägen beſchloſſen worden, oder ſonſt ihre Land und Leute betroffen, abcopiren laſſen. Wie denn auch in den älteſten Reichs-Tags Actis, von dictaturis publicis, welche nachgehends aufgekommen, altum ſilentium iſt, vid. præfat. in meiner Proteſt. und Augſpurgiſchen Confeſſions-Hiſtorie. Perreximus ad ULMENSES,

Noſtra inquiſitio in veritatem in Archivis.

Ulmenſi.

SES, ubi ad commendationem Excellentiſſimi BVRGEMEISTERI, Cæſaris & Reipublicæ conſiliarii, de comitiis Colonienſibus hæc accepimus.

Extract aus dem erſten Theil der Regiſtratur gemeiner erbaren Frey- und Reichs-Stadt Acten, allein der Städt im Reich hergebrachten Standt, Stimme und Seſſion, auch Reputation und alt Herkommen betreffend, ſo viel derer verhanden, fol. 136. Anno 1505. Reichs-Tag zu Cölln.

Anno 1505. auf Sammstag vor Sannt Johann Baptiſten Tag, ſind Churfürſten, Fürſten und Stände, auch die geſchickten von ehrbaren Frey- und Reichsſtädten, auf das Rathhaus zu Cölln gefordert, und iſt nach geſchehener Propoſition durch den Grafen von Zollern, von Beſſerung des hievor aufgerichteten Königl. Regiments und andern, auch von einer Hülffe, ſo der Königl. Maj. zum Beyſtand des Königs von Hungern wider den Grafen von Zepus * &c. tractirt, und im Fall, da man daſelbſt deren nicht benöthiget, zum Römerzug zu gebrauchen, bewilliget worden. Item, haben ſich Churfürſten, Ständt und Räthe dabey betrachtet, nachdem merckliche Irrungen ſich unter den Fürſten hielten, wäre ihr unterthänig Bitte zu Königl. Maj. daſs doch ehe und zuvor man zu andrer Handlung griffe, die gemeldete Irrungen zwiſchen den Fürſten und Verwandten hingeleget werden mögten. * Nihil quidem hic de conſtitutione criminali, ſed 1) clauſulæ: ſo viel deren verhanden, item: von Beſſerung &c. und andern, item ſcopus totius congeſtionis actorum comitialium: Allein der Städt im Reich hergebrachten &c. ſatis

tis

tis arguunt, quod hic repeti debeant, quæ jamjam Dn. Müller de archivorum ſilentio monuit.

* Quis hic fuerit, diſci poteſt e DOMINI MVLLERI R. T. Staat 507. ubi ita: Johannes Graff Stephans von Zepoli, oder Zips Sohn, Bann in Croatien, *wollte König Uladislaum vertreiben*, und ſelbſten König werden. Petiit itaque MAXIMILIANVS in favorem agnati Vladislai ab Imperio auxiliatrices copias contra uſurpatorem futurum. Edidit quoque MVLLERVS *Rec. Imper. Colonienſem* dicti A. MDV. & poſt eum LVNIG. Sed nihil in eo de conſtitutione noſtra deprehenditur.

§. XV. Adivimus quoque Excellentiſſimum Dn. Præſidem DATTIVM, ut, ſi quid ad ſcopum noſtrum conducens in tabulario WVRTEBERGICO haberetur, illius beneficio impetraremus. Aſt hic in literis benigniſſimis reſpondebat, quod præcipue, quæ in Würtenbergia ſub Auſtriaco Regimine, usque ad Ulrici ducis Anno 1535. reditum, collecta ſunt in imperii conventibus, in Auſtriam, Veſontionem aut Hiſpaniam Ferdinandus Rex avexiſſet, ut proinde Anno demum MDXXXV. aliquatenus tabularium reſtauratum fuiſſet. MONACHII paulo poſt pariter fruſtra inquiſivimus. Nam illuſtris Dn. de STEININGER, qui tunc Conſiliarii adminiſtrationis Cæſareæ munere ibi fungebatur, temporis iſtius rationem, & inſtantem pacificationem, quæ propter cœptam extraditionem tabularii priſcis cuſtodibus, communicationem chartarum difficilem redderet, cauſabatur. Apud ARGENTORATENSES autem non plane in caſſum laboravimus, ut paulo poſt transmiſſa a celeberrimo WENCKERO docebunt. Neque vero tabularium NORICVM ſine fructu imploravimus, licet nec hic nec Argentorati reperta, de actis circa noſtram ordinationem

Wurtebergico.

Argentorati.

& fruſtra Stadenæ. Coloniæ, mentionem injiciant. STADENAE ad Preces noſtras ſubmiſſas, in Archivo de Actis in ejusdem comitiis indagatio facta eſt, juſſu perilluſtris DOMINI de STAFFHORST, Regi a ſanctioribus conſiliis, nihil tamen ibi inventum. Poſt multos labores tandem quoque in Archivum imperiale Moguntinum penetravimus. Unde ſequentia cum lectore communicamus:

De tentatis in archivo imperii. Extract-Schreibens aus Mayntz vom 26. Februarii 1720. Ad illuſtriſſ. Dn. Baronem KAMETSKY de ELSTIBORS, Dominum in Crombach & Rükingen, in Aula Darmſtadienſi ſtatus adminiſtrum.

Zu Vollziehung beyder mir beliebigen überſchriebenen Commiſſionen habe erſtlich im Archivo nachgeſehen, ob ſich nach dem ſchrifftl. Begehren desjenigen Freundes, welcher einen neuen Commentarium über die Carolinam conſtitutionem zu verfaſſen Willens, dergleichen etwas inter acta publica befinde, und wahrgenommen, daſs von den angezeigten Jahren 6. biſs *Arg. I. pro Max. I.* 7. Tomi Reichs-Acten vorhanden. Unter andern habe auch gleich zu Geſichte bekommen, daſs *Kayſer Maximilianus I. Anno* 1495. *den Reichs-Ständen zu Worms eine gewiſſe* Halsgerichts-Ordnung vorgetragen. Weilen es aber der Acten viel, die Schrifften böſs zu leſen &c. So habe den Herrn Regiſtratoribus Commiſſion gegeben, in bemeldeten tomis nachzuſehen und kurtz zu annotiren, ob und was de hac materia noch weiter vorhanden &c.

§. XVI. Addamus MSto huic teſtimonio initium præfationis des Rathſchlags kleinern * und gröſſern Ausſchuſ-

ſchuſſes von den Reichs-Ständen auf dem Reichs-Tag zu Worms Anno 1521. Trium Regum die Hals-Gerichts-Ordnung betreffend:

(* Imo jam ante Bambergenſem anno 1505. editam legis in der Cammer-Gerichts-Ordn. 1500. zu Augſpurg tit. 12. daſs bereits comitialiter eine Criminal-Ordnung beſchloſſen, daſs weil Klage wieder die Fürſten, Reichs-Stände und andere Obrigkeit angebracht, daſs ſie die Leute unverſchuldet, ohne Recht und ohne redliche Urſache zum Tode verurtheilten, und richten lieſſen, ſolte nach Erkundung jeden Lands-Recht, Gewohnheiten und Gebrauch eine ziemliche Reformation und Ordnung gemachet und ausgeſchrieben werden.)

Nachdem auf *etlichen* * 1 vorhergehenden Reichs-Tagen ſtattl. bedacht und befunden worden iſt, wie im Heil. Römiſchen Reich teutſcher Nation an den Peinl. Gerichten groſſer Miſsbrauch beſchehe, deshalb offtermahls unſchuldige Leute wider Recht und Billigkeit um ihre Leib, Leben, Geſundheit und zeitliche Nahrung kämen, auch etwann die ſchuldigen Ubelthäter ungeſtrafft bleiben. Darum in denſelben Reichs-Abſchieden beſchloſſen funden wird, eine ewige Reichs-Ordnung zu machen, dadurch ſolch groſſes Übel deſto ſtattlicher und beſſer behütet und abgewendet werde. Dieweil aber das bishero * 2 nicht geſchehen, und auch bemeldte hohe tägliche Beſchwerung offenbahr und kläglich zu hören ſind, iſt dem allen nach durch Chur-Fürſten und andere Stände für groſſe Nothdurfft bedacht, daſs Kayſerl. Majeſtät auf jetzigen Reichs-Tag GOtt dem Allmächtigen zu Lob und gemeinen Nutzen willens ſolcher Peinl. Gericht halber gute Ordnung und Maſs ordne und ſetze. *Arg. II. quod a Max. I.*

* 1 Itaque jam diu ante Anno MDXXI. comitialiter de ordinatione criminali actum eſt, ut in ipſis Receſſibus conſ riptio decre-

decreta fuerit, licet in RR. Imperii impreſſis nil hujus rei occurrat.

*2 Quod de pleno effectu veroſimiliter capiendum, deque plena confectione atque publicatione ejusmodi ordinationis. Non autem de primis projectis primisque veluti delineationibus, propter antea adducta.

Locus huc pertinens e projecto O.C. An. 1529.

§. XVII. Accedat integer locus e præfatione manuſcripti projecti de Anno 1529. Wie ſolches Anno 1530. 1531. hernach revidiret und corrigiret worden, titulus eſt: Fraiſch, oder Kayſer Carln des Fünfften Reichs-Ordnung der peinlichen Gerichte halber:

Wir Carl der Fünffte von GOttes Gnaden &c. Und wiewohl wir von der Höhe unſers Kayſerl. Amts und Standes wegen, vor Gott und der Welt zum höchſten ſchuldig und geneigt ſind, mögl. Fleiſs und Einſehens zu haben, damit im H. R. Reich alle Gerichte und Recht wohl geordnet und gehalten werden: So erkennen wir uns doch der Peinl. Gerichtbarkeit halben, die nit allein zeitl. Gut, ſondern auch Ehre, Leib und Leben betrifft, mehr verpflicht. Dieweil denn bey unſern *Herrn* und *Anherrn Kayſer Maximilian* * *Hochlöbl. Gedächtniſs*, als unſern nächſten Vorfahren am Reich, auch bey uns, auf *vielgehaltenen* Reichs-Tagen für groſſe Noth angeſehen, zur Beſſerung obgemeldten Miſsbräuchen, derſelben Peinlichen Gericht halben, eine gemeine Ordnung im Heil. Römiſchen Reich teutſcher Nation zu machen. Und derhalben auf unſerm jüngſtgehaltenen Reichs-Tag zu Worms durch einen ſtadtlichen dazu verordneten Ausſchuſs, gemeldter Ordnung halben ein ſchrifftlicher Begriff durch gedachten Ausſchuſs, alles kürtzl. vor den Abſchied allda, an Uns und die Stände bracht, daſs ſollig Ordnung der

Art. III.

Zeit

Digitized by Google

Zeit von uns und den verſammleten Ständen nit nothdürfftig berathſchlaget und beſchloſſen werden können. Sondern unſern Stadthalter und Regiment im Heiligen Reich weiter zu beſichtigen, zu berathſchlagen, beſchlieſſen und öffentlich im Reich ausgehen zu laſſen befohlen worden. Præterea alias etiam MAXIMILIANUS circa criminalia valde ſollicitus fuit. Abrogavit enim abuſum conjuratorum item das beſiebenen; varias edidit conſtitutiones: von Gotteslaͤſterern, Bettlern, Zigeunern, Weſtphäliſchen Gericht, und ſ. w. Vt ex Dn. DATTIO conſtat. *Arg. IV. V. vid. not. ad §. 12. VI. in not. *6 ad §. XXV. verſic. cæterum pro.*

* Itaque ſub hoc imperatore de conſtitutione criminali jam aliquoties cogitatum, pluresque conſtitutiones criminales latæ ſunt. Imo per erectionem judicii cameralis, non tantum civilibus cauſis, ſed quoque jurisprudentiæ criminali in præcipua criminis ſpecie, ſcilicet in crimine fractæ pacis publicæ, proſpexit MAXIMILIANUS.

§. XVIII. Atque hæ noſtræ rationes ſunt, *quare originem conſtitutionis criminalis Maximiliano I.* in frontiſpicio hujus editionis adſcripſerimus. Quod autem addiderimus: veroſimiliter nec certo rem adſeruerimus, id ideo factum eſt, quia MOGUNTINI, teſtimonium nobis ſemel latum redditumque, de quo §. 15. deinde cum inquiſitio in archivo imperiali non priori, ſed alii committeretur, ut in recentioribus literis die VII. Auguſti MDCCXX. die XVIII. Sept. ejusdem anni & die XXI. Martii, in dubium vocarint eidemque contradixerint, addendo: Der Regiſtrator müſte ſich geirret haben, es fände ſich dergleichen in Archivo imperiali nichts. Quod vero nos dicto teſtimonio adhuc inhæreamus, ejus rei rationes ſunt (1) Quod oppido verodiſſimile ſit aſſertum de errore. Nam Regiſtrator H. teſtatus eſt **Cur nondum certa origo definiri poſſit.**

eſt de viſu: es ſey ihm das Project zu Geſichte kommen, ut ſupra dictum (2) Regiſtrator rationes ſui teſtimonii allegavit, nempe præter teſtimonium oculorum varias circumſtantias v. c. tempus: daſs der Kayſer Maximilianus An. 1495. das Project den Ständen communiciret, item locum: zu *Worms* auf dem Reichs-Tage. Item perſonas quibus communicatio facta, & quid communicatum: Die Peinl. Hals-Gerichts-Ordnung den Ständen. Item adjuncta: Der tomorum von Reichs-Acten wären 6. 7. Item qualitatem: Sie wären böſs zu leſen. Accedit (3) quod per communia juris principia, plus credendum ſit uni teſti affirmanti, quam mille negantibus. Ceterum teſtimonium noſtrum Moguntinum & aſſertio GOLDASTI ſibi non contradicunt, poteſt enim projectum bis An. 1495. & 1505. communicatum eſſe in comitiis imperialibus. Quod facile opinabile videri poteſt, ſolitam Germanorum noſtrorum res imperii gerendi cunctationem, & expediendi tarditatem cogitando: imo annales noſtri ubique teſtantur, quondam unum negotium unius tantum comitiis abſolviſſe, noſtratibus pro monſtro fuiſſe.

Cur origo Carolinæ & Bambergenſis minus veroſimilis.

§. XIX. Deinde, quod *Ordinatio Bambergenſis non ſit mater noſtræ*, nobis quoque ſuadere videntur quædam conjecturæ & præſumtiones. *1 Primo cum omnes ſtatus imperii, & ipſe Cæſar, reformationem judiciorum criminalium deſiderarint, opinabile etiam eſt, quod vel omnes ſtatus proprio marte ad hanc reformationem concurrere vel certe honorem novam conſtitutionem delineandi, capiti ſuo Cæſari potius, quam præſuli Bambergenſi relinquere voluerint. *2 Nec enim ſtatus imperii alii ſtatui facile concedit, ut novæ legis

legis latio, aut introductio unius ſolius induſtriæ debeatur. Novimus ſane, quid acciderit juri Saxonico, quod vel ex hoc ſolo capite, quia origo ſolis ducibus Saxoniæ tribuenda videbatur, in variorum ſtatuum ditionibus, exulare juſſum eſt. Ne ſcilicet juris alicujus communis primam conſtitutionem ad ſe pertinere Saxones ſibi perſuaderent. Deinceps ſcrupulum quoque nobis movit Articulus XX. ordinationis Bambergenſis, verbis: So auch die Anklag von wegen Fürſten, Geiſtl. Leut &c. in ſolchem Fall mögen ſich andere Perſon an ihr ſtadt neben den Beklagten gefänglich legen laſſen. Sane nobis non ſine ſumma arrogantia fieri poſſe videtur, ut princeps principi tam duram conditionem præſcribat, niſi ita permittant vel plane jubeant leges imperii communes. Itaque ſuſpicamur hanc clauſulam arguere, quod Bambergenſium præſul, ſuam conſtitutionem deſumſerit e communi aliquo ordinationis criminalis imperii antiquo projecto. Alias enim, ſi non publica imperii auctoritate niti potuiſſet, non exiſtimamus, quod tam libere & tam pro imperio, de accuſationibus principum ſtatuere auſurus fuiſſet. Non nego, quod & nobis conjecturæ opponi poſſint, v. c. (1) quod in multis archivis de projecto Maximiliani nihil occurrat (2) quod in Receſſu Imperii Colonienſi A. MDV. nulla criminalium conſtitutionum mentio fiat. (3) Quod Carolus V. avo Maximiliano I. nullum primum projectum attribuat &c. Interim reſpondemus (1) Quod nos opinionem noſtram non conjecturis, ſed teſtimoniis ſuperſtruxerimus, (2) Quod argumentum a defectu archivorum deſumtum, jam confecerit Dn. MULLER *ſupr.* §. 14. (3) Quod cum projectum A. MDV. a ſtatibus, referente GOLDASTO, non fuerit acceptatum, opus quoque non fuerit, illud in condito

Conjecturæ contrariæ cum reſponſione ad Thomaſiana.

 in

in iſtis comitiis Receſſu commemorare, (4) Quod tamen Carolus V. in genere laudet induſtriam AVI circa criminalia jura *vid. ſupr.* §. 17.

*1 Junge hic iterum argum. not. *6 c. fin. ad §. XXV. aus der Heſſen-Caſſel. P. H. G. O.

*2 Satis hoc demonſtrat locus ex Scto imper. a. 1521. §. 16. recitatus. Sc. conſcriptio der P. H. G. O. commendata erat, dem kleinen und gröſſern Ausſchuſs der Reichs-Stände. Imo quis crederet curam circa ordinationem criminalem tot in comitiis a toto imperio, vel deputatis imperii actam & ſerio repetitam, tandem in ſola deſcriptione ordinationis Bambergenſis deſiiſſe.

Geſta in comitiis circa carolinam.

§. XX. Quod publicationem ordinationis noſtræ attinet, de illa diu multumque litigatum eſt, antequam facta fuerit. Unde in tot comitiis de criminali negotio actum eſt. *Auf etlichen vorhergehenden Reichs-Tagen*, dicitur jam in præfatione projecti *Anno MDXXI. ſupr.* §. 16. Plane: *auf viel gehaltenen Reichs-Tagen*, extat in *præfat. proj. Anno MDXXIX. ſupr.* §. 17.

Proteſtationes.

Proteſtationes auditæ ſunt bene multæ contra ordinationem noſtram. Initio de urbibus Imperii monet Dn. WENCKER. in literis: daſs, wie bekannt, die Reichs-Städt auf dem Reichs-Tag zu Worms Anno MDXXI.

civitat.

als auf dem Reichs-Tag zu Speyer Anno MDXXIX. gehalten, von den Obern Ständen etwas fremd, neuerlich und art tractiret worden, und alſo zu den deliberationibus nicht allezeit gezogen, ſondern wollen ausgeſchloſſen werden. Derowegen ſie ſich nicht ſo viel angelegen ſeyn laſſen, was jedesmahlen bey den Obern Ständen verhandelt worden, umſtändlich zu erforſchen, und hinter ihre Principalen zu berichten. Proteſtationem urbium Anno MDXXXII. die XIX. Junii

nii Ratisponæ factam, paulo poſt ita refert: Die Geſandten der Erbaren Frey - und Reichs Städt haben vernommen, daſs Chur-Fürſten, Fürſten und Ständt, unſere gnädigſte und gnädige Herren, jetzo in einem Artickel berathſchlagt, daſs Kayſerl. Majeſt. unſern allergnädigſten Herrn, von wegen der Beſchwerniſs, ſo geiſtlich und weltliche gegen einander gehabt, in einer Conſtitution *1 ausgehen zu laſſen, fürgehalten werden ſoll. Weil denn ſolchs ein Artickel, der etlichen viel Städten unwiſſend, auch ſie ſolche Artickel deshalben begriffen, nit geſehen, gehört oder geleſen, ſo will ihnen nit gebühren, ohne Vorwiſſen und Bevelch ihrer Herren darein zu bewilligen, noch zu gehelen, deſs ſie ſich hiermit öffentlich proteſtiret haben wollen, und bitten hierauf in Verfaſſung des Abſchieds deſs eingedenck zu ſeyn. Reperio tamen in ſubſcriptionibus R. I. A. MDXXXII. quod urbes Hagenau, Colonia, Wetzlar, Nördlingen, Mühlhauſen, quæ alias in *Wenckerianis* inter proteſtantes nominantur, tandem R. I. ſubſcripſerint, non autem reliquæ civitates proteſtantes: Straſsburg, Regenſpurg, Nürnberg, Augſpurg, Ulm, Eſslingen, Memmingen, Coſtnitz. Additur porro in iisdem litteris Dni WENCKERI: Deſsgleichen haben auch die XVII. Junii dicto Anno, des Hertzogen von *Gülich* Geſandten jederzeit aus bewegenden Urſachen proteſtiret. *2 imper.

*1 Hæc de conſtitutione noſtra intelligit Dn. WENCKER. connexione totius hiſtoriæ aliisque comitialibus geſtis ſine dubio motus. Nam ſi quis crude & nude hæc verba reſpicit, ea de conſtitutione criminali non videntur loqui.

*2 Unde refert DOMINVS WENCKER, quod conſtitutio noſtra nunquam uno totius imperii conſenſu prodierit.

Proteſtatio Saxonica.

§. XXI. Proteſtationem Saxonicam transmiſit nobis Dn. MVLLER. ex Archivo Vinarienſi An. 1530.

Freytag in der Pfingſt-Wochen hat man angefangen in dem Ausſchuſs von der Halſs-Gerichts-Ordnung zu reden, und iſt für gut angeſehen, daſs ein Articul oder Rubric nach der andern würcklich fürgenommen, alſo was ein jeglicher von wegen ſeines Herrn in dem Umleſen für Gebrechlichkeit hätte, ohne weitere Frage anzuzeigen. Aber wegen unſer gnädigſt und gnädigen Herren zu Sachſen iſt fürgewandt, daſs Ihren Chur- und Fürſtl. Gnad. nit gelegen ſeyn wölt, ſich in die geſtalte Ordnung einzulaſſen, und zuvörderſt in die Artickeln, die ſich nicht mit den Sächſ. Rechten vergleichen, dieweil darinnen in ordinatoriis & deſtiſſoriis *1 ein ander Recht in Peinl. Sachen *2 verleibt, zu dem daſs die gulden Bull den Churſ. zu Sachſen damit befreyt, auch andere Chur- und Fürſten, und ander umliegend Land darin gehörig die ſich des Sächſ. Rechtens in ihren Sachen erhohlen; ſo wäre daſſelbige Recht beſchrieben, und von den vorigen Kayſern privilegiret, und vor dem 700. Jahren in Gebrauch gehalten, und wenn gleich etwas ſolte angenommen werden, ſo möchte man es bey der *Landſchafft* nicht erhalten, vvie denn zuvor ſolches in der Volge der Enckeln vväre erfahren vvorden; Darum vonnöthen ſeyn vvolt, daſs es in Eingang vervvahret vvurde, damit Sächſ. Rechten in ſonderl. ausgedruckten Fällen, durch die gemeine Reichs-Ordnung nichts vvürde genommen, dievveil *3 der Sachſen-Spiegel auch in etzlichen Sachen Verſehung thet, als nemlich von der Gevvehr, Wergeld und Buſs, davon in der

R.

R. Ordnung keine Ervvehnung beſchee. Als aber die andern ſolche Proteſtation angehöret, haben ſie von ihrer Herren Freyheiten, Gewohnheiten und Statuten auch geredet, und ſonderlich Pfaltz in dem ein Bedencken gehabt, daſs PFALTZ mehr befreyet ſeyn ſolte, denn andere, vvelches doch der Sachſen Meynung nicht gevveſt, daſs ſie mit ihrer Proteſtation, ein Pracht, Eminenz, ſondern alle in die hohe Nothdurfft ſuchen muſten. Und obvvohl die andern zum Theil die Gevvohnheit der Zent-Gerichte halber haben fürgezogen, als Mayntz und Würtzburg, *4 ſo iſt ihnen doch ſolches verlegt, dievveil die Sachſen de jure ſcripto municipali per longos annos approbato geredt hatten, darum es keine Gleichheit, von der Gevvohnheit ad ſcriptum jus zu argumentiren, dann obvvohl mein gnädiger Herr der Churfürſt zu Sachſen auch Zend-Gericht im Land zu Francken hätten, und ſonſt viel Miſsbrauch hätten, und aus Unverſtand die Gericht übel beſtällt, ſo ſolte nicht ungut ſeyn, dieſe Halſsgerichts-Ordnung im Heil. Reich aufzurichten, ſalvo jure Saxonum. Und hat des Churf. zu Brandenburg verordnete, mit dem Sachſ. zugleich geſtimt, allein daſs er vvolt, daſs neben den Sachſ. das Brandenburgiſche Recht auch ausgezogen vvurde, dievveil ſich daſſelbige ſonſt faſt allenthalben mit den Sachſ. vergliche *5 &c.

Palatina.

Saxones diſtinguunt inter jus ſcriptum & conſuetudinem.

proteſt. Brand.

*1 Es ſoll heiſſen in proceſſibus accuſationis & inquiſitionis, wie ſolches der Herr geheimde Secretarius und gemeinſchaffliche Archivarius Müller in meinem Beyſeyn ſelbſt mit remarquiret.

*2 Forte: beliebet. Nam minus accurate hoc monumentum a primis copiſtis, ut ita loquar, deſcriptum eſt.

*3 Obſerva: honorificam mentionem ſpeculi Saxonici, in ipſis comitiis Cæſare & ſtatibus præſentibus.

*4 Obſerva: quod iſthoc ævo non creditum fuerit, ordinationem noſtram ſavere judiciis centenariis, ut dein quidam perſuadere voluerunt.

*5 Obſerva: mutationem temporum & quanto olim in pretio fuerit jus ſpeculi Saxonici.

Alia Proteſtatio Saxonica 1530.

§. XXII. Non poſſum omittere adhuc aliam formam proteſtationis, quam pariter celeberrimo MVLLERO debeo:

Belangent' die Proteſtationes wieder die Peinl. Halſs-Gerichts-Ordnung, ſo ſtehet auf dem erſten Blatte der Acten An. 1530.

§. 8. Enim vero, licet judex, qui illis eminentiis ſive qualitatibus, de quibus dictum, dotatus non ſit, non deberet judicandi muneri præfici: illarum tamen ſola deficientia non parit querelam nullitatis * 1 contra inquiſitionem peractam. Quamvis exceptio de judice ſuſpecto inquiſito ſupereſſe videatur, ſi conſtet, eſſe in-

De effectu dictorum in §. 2. 3. 4. in foro & exceptione contra judicem inhabilem.

honeſtum, vel irreligioſum futuræ inquiſitionis directorem. *2

ejus limitatione

*1 Nam inquiſito ſufficere debet, ſi ipſi non facta injuria, de reliquis judicium ſuperiori & DEO committere debet, quod eleganti caſu illuſtrat LYNCK *in Reſolut. 326. add.* SIMON *part. 2. pag. 230. præſid. Acad.* Accedit, quod criminoſus contra criminoſum judex eſſe poſſit *cauſ. 3. quæſt. 7. c. 7. ibique* GRATIANVS *inf.* quamdiu eccleſia, aut reſpublica eum publice tolerat.

& æquitate.

*2 Hoc colligi poteſt ex Artic. 1. verſic. alsdenn zu dieſer groſſen Sache. Ut taceam, quod vel in civili judicio, ubi ſæpius non niſi de glande legenda agitur, contra judicis inhabilitatem, & quod ſuſpectus ſit, excipere liceat, quale quid inquiſito in proceſſu Criminali, ubi de honore, imo de vita ipſius certatur, invidere velle, inhumanum foret. Conſentit GVAZZINVS *tit. 1. ſ. 1. c. 22. n. 8.* Requirit quidem GVAZZINVS, ut judex ſit plane de crimine condemnatus, quod tamen non videtur, ſi inquiſitus judicem juramento perhorreſcere velit, quippe quod non requirit, ut cauſæ ſuſpicionis probentur, adde late GRANZIVM *p. 381. mult. ſequent.*

An detur tantum contra judicem condemnatum?

ARTICVLVS *II.*

Von denen, ſo die Gericht ihrer Güter halben beſitzen.

WElche Perſonen von ihrer Güter wegen die Peinliche Gerichte zu beſitzen ſchuldig ſind, und daſſelbe aus Schwachheit und Gebrechlichkeit ihres Leibes, Vernunfft, Jugend, Alters, oder anderer Geſchicklichkeit halber nicht beſitzen, oder verweſen mögen, ſo offt das Noth beſchicht, ſoll der, oder dieſelbige ander tügliche Perſonen, zu Beſitzung des Peinlichen Gerichts, an ihrer ſtatt ordnen und beſtellen, mit Wiſſen und Zulaſſen deſſelben Ober-Richters.

Digitized by Google

ART. *II.*

COncordat in dem Begriff oder Rathſchlag von An. 1521. niſi quod loco verbi finalis: Ober-Richter, legatur: Richter. Concordat quoque projectum An. 1529.

NOTÆ AD ARTIC. II.

§. 1. Judicium criminale nemo exerceat, niſi polleat jurisdictione criminali, ſive officiali, ſive patrimoniali, cujus ultimæ tot modi fere acquirendi, quot rerum, vel jurium aliorum MEV. *P.* 4. *Dec.* 292. Nec aliter de ipſius probatione, retentione, amiſſione, perſecutione, dicendum. **Quis judicium criminale exercere poſſit.**

§. 2. Modi efferendi jurisdictionem criminalem ſunt in Germania: Ober-Gerichte, Gerichte über Hals und Hand, Blut-Gerichte, Frays, Hals-Gerichte, Peinliche Obrigkeit. An etiam: Vogtey, Reſpondetur: ſecernendæ provinciæ. * **Nomina jurisd. criminal.**

* In præſultatibus inferioris Saxoniæ: Vogteia, advocatia continet: *criminale judicium*, ut Quedlimburgi, Helmſtadii. Aſt in Franconia opponitur der Zent, ſeu criminali jurisdictioni, & continet: jurisdictionem civilem. Ut patet ex transactionibus inter Saxones & Præſulem Würzburgenſem, & hunc, ut & Bambergenſem cum ordine equeſtri in *Goth. Diplom.* & apud LVNIG hinc inde. Ceterum, quæ jurisdictio præſtantior: civilis an criminalis, diſputavimus ante hos annos in *libr.* vom Zent-Gericht, at pro: CIVILI reſpondimus, cujus uſus frequentior & magis opimus, imo & jus publ. noſtrum dominum jurisdictionis civilis ſeu Vogteiæ præfert dem Zent-Herrn v. c. in exactione homagii, affixione inſignium. vid. MAYERVM *c. VI. n. 609. ſeqq. de advocat.* **in diverſis provinciis.**

Hiſtoria jurisdictionis criminalis.

§. 3. Olim jurisdictio criminalis exercebatur à ſolo Rege * 1 & erat ſolius Regis. Dein privilegiis ſingularibus * 2 concedi, ac tandem in feudum dari, imo alicubi jure allodiali haberi cœpit. * 3

* 1 *Vid.* MAGER. *c. 3. n. 286. Spec. Sax. lib. 3. art. 64. Dn. Thomaſ. ∫. 53. de differ. Magiſtr.* add. *Capit. III. tit. 40. An. 803.*

* 2 Facile hoc probatur per collectores privilegiorum præcipuë eccleſiis datorum v. c. SCHATENIVM, BROWERVM, HVNDIVM, PETRVM, KETNERVM, LEVCKFELDVM, & alios.

* 3 Feudalia inſtituta præcipue ſub Fridericis in ordinem redacta ſunt. *vid.* LORENZ FRIESE *p. 517. inter ſcript. Würzburg.* Quamvis & ante jam cum regionibus hæreditaria jurisdictio facta eſſet alicubi. CONRING. *∫. 83. de judic.*

in Germania

§. 4. A regionum dominis devoluta eſt jurisdictio criminalis ad nobiles * 1 & civitates. Quamvis quidam exiſtiment, quod nobilibus ſupermanſerit é veteri domeſtica in homines proprios diſciplina * 2 jurisdictio quædam. vid. *diſſ. noſtram de jurisdict. crim.*

unde jurisdictio criminalis.

* 1 Refert GOLDASTVS *p. 2. conſtitut. Imperial. p. 9.* præceptum Ludovici Pii, quod quidem ad Hiſpanos dirigitur, rem tamen ex MORE illius ſeculi clare exponit, quod in cauſis criminalibus NOBILIBVS non competat jus dicendi poteſtas. Sed de ſequenti ævo & translatione jurisdictionis ad nobiles & oppida teſtem laudamus CONRINGIVM *noſtrum ∫. 85. d. l.* Civitatibus imperialibus, Norimbergenſi, Ulmenſi, Leutkirchenſi, Biberacenſi, Nordlingenſi, Alenſi, Dünckelſpülenſi, S. Gallenſi, Memmingenſi, Comiti de Schwartzburg, Domino de Roſenberg, aliisque, Rupertus Cæſar conceſſit jus banni der Hals-und Blut-Gerichte vid. SCHILT. ad J. F. A. *pag. 263.* Eadem liberalitate, erga ordines ſuos provinciales, uſi ſunt Principes imperii in ſuis territo-

ritoriis. De Bavaria diſtincte occaſionem refert nobilis ſcriptor ADLZREITER *P. 1. L. 25. ſ. 26.* quod ſcilicet ſeculo demum XIV. inſtante bello Ungarico dux Otto pro pecunia conficienda, jurisdictionem nobilibus conceſſerit, non omnem quidem, ſed jus æs multatitium in ſuum uſum convertendi. De Saxonia obſervat WECKIVS *tit. 6. L. IV.* quod ante annum 1428. nemo ſtatuum provincialium judicium patrimoniali jure exercuerit. Imo in pleriſque civitatibus jure pignoris, vel locationis criminalis jurisdictio exercetur, ut vel de Helmſtadio noſtro conſtat. Hiſtoriam von den Blut-Gerichten *vid. ab* BVRGERMEISTER *in dem Gravenſahl verbo:* Blut-Bann & HERT. *de Judic. ſ. 22.*

*2 De qua *vid. Dn.* STRVBE *diſſ. jur. nobil. a p. 68. ad 82.* nobilium noſtrorum
ubi utriusque partis hic diſſentientis argumenta expenduntur, & pro origine e diſciplina domeſtica veteri derivanda pronunciatur. Illud notari meretur, quod nobiles in ducatu Bremenſi, jure Allodiali exerceant die Blut-Gerichte, licet ipſe præſul quondam ante inveſtituram cæſaream tali jure non uteretur. *vid. Tom. 2. Rerum Brunſv. p. 272.* add. *ſpecim.* tit. de *jurisd.*

§. 5. Criminalis certe jurisdictio und die Blut-Gerichte e diſciplina domeſtica non ſunt per §. 3. *praeced.* An e poteſtate dominica veteri
Nec quondam ſub Francis dominis relinquebatur capitis pœnam in ſervos exercere. conf. POTGIESER. *lib.* II. *Cap.* 15. *de condit. ſervor.* Inferior autem jurisdictio, quæ nobilibus Brunſvicenſibus auf ihren Häuſern de terris Brunſuic.
und Höfen über ihre in Brodtſtehende Bediente conceſſa eſt, non incommode e veteri dominii jure derivatur. Sane in Marchia jurisdictio circumſepta æſtimatur e limitibus: der Dienſtgerechtigkeit. Ut regula ſit: Die Gerichte binnen Zauns ſtehen dem Dienſt-Herren zu. Imo Jurisdictio, ut alia jura, ſine dubio etiam acquiſita eſt: præſcriptione, uſu & more regionis

regionis v. c. cui olim in præſulatu Magdeburgico pagus conceſſus: zu allem Recht und Nuz. vid. Magdebl. Schöppen Urthel *Cap.* 2. *part.* 1. *diſtinct.* 20. *poſt Spec. Sax.* conceſſa etiam erant: Die Ober-Gerichte.

De delegatione juriſd. criminal.

§. 6. Juriſdictio criminalis ſecundum Articulum noſtrum ab iis, qui ea ob prædia ſua fruuntur, non debet aliis delegari, ſed ipſi juriſdictionis domini judiciis intereſſe debent. Quod olim apud nos omni juriſdictioni commune erat. Nec præfectis regiis alios ſubſtituere fas erat ſub Francis vid. SCHILT. Nec diu epiſcopis vid. p. 425. HVND. *in Metrop. ad J. F. A. Cap.* 42. niſi accederet ſpeciale privilegium DATT. *l.* 1. 87. ſeq. *1 imo & Cæſares ipſi judicabant. Aliter hodie. *2

Praxis hodierna.

*1 Hodie patrimonialis, vendi, locari pignorique dari poteſt, ergo etiam delegari poteſt, licet nulla adſit delegationis cauſa. METZGER. *Conſil. crim.* 15. Modo bene delegetur. Quare, ut recte judicat REMVS hic, fruſtra diſputamus, quænam cauſæ intelligantur, ſub verbis articuli: *oder andere Urſachen.* Præiverunt hic nobilibus ipſi Principes, qui poſt introductum perplexum jus civile judiciis intereſſe deſierunt notante CONRINGIO *dict. diſſ. de judic.*

An Cæſares & Principes ipſi olim exercuerint juriſd. crimin.

*2 Cæſaris Friderici II. Conſtitutio de Anno 1234. *apud* ALBERICVM: *Ecce in manus Principum promiſimus, quod in quolibet menſe, ubicunque in Imperio fuerimus, quatuor diebus ad minus* PERSONALITER *volumus judicio publico præſidere, quod etiam a quolibet judice fieri volumus.* Quodſi Princeps *facere neglexerit, & de hoc convictus fuerit, ut exigit juris ordo, domino Regi C. libras auri perſolvat.*

De uſu forenſi apud Gallos & noſtrates.

§. 7. Imo, uti de Gallia teſtatur FEVRET. *P.* I. *pag.* 495. 527. *de l'abus* dominis in provinciis prohibitum eſſe, ut ipſi judicia exerceant absque peritis: ita idem

Digitized by Google

idem de Germania facile defenditur, quod ſcilicet hodie non fas ſit nobili, multo minus viduæ nobili, judicia ſua exercere ſine conſilio jurisprudentis.

ARTICVLVS *III.*

Des Richters Eyd, über das Blut zu richten.

Ich N. ſchwere, daß ich ſoll und will, in Peinlichen Sachen, Recht ergehen laſſen, richten und urtheilen, den Armen als den Reichen, und das nicht laſſen, weder durch Lieb, Leid, Mieth, Gaab, noch keiner andern Sachen wegen: Und ſonderlich, ſo will ich Kayſer Carls des Fünfften, und des Heil. Reichs Peinliche Gerichts-Ordnung getreulichen geleben, und nach meinem beſten Vermögen halten und handhaben, alles getreulich und ungefährlich: Alſo helffe mir GOtt und die heilige Evangelia.

A R T. *III.*

Concordat iterum, niſi quod in projectu de Anno 1529. und die heil. Göttliche Evangelia, legatur.

NOTÆ AD ARTIC. *III.*

§. I. Juramentum a judice exigunt jus civile * 1 communisque praxis * 2 adeo, ut ſecundum communem opinionem ne quidem remitti poſſit * 3. Præſtatur in ſuſceptione ipſius * 4 officii, non eadem tamen ubique formula. * 5 **De jurejur. judicum.**

* 1 An Romani a Græcis didicerint juramenti hujus uſum, diſquirit RITTERSHVS. *pag. 542. Pr. ad Novell.*

* 2 Quam cumulando plura jura provincialia fuſe probat MARTIN. *ad tit. 1. ʃʃ. 1. n. 210. ſequ. 220.*

* 3 Ita tenet MYNSING. *cent. 2. obſ. 76.*

An acta ſine hoc jurejur. nulla.

* 4 Semel ſcilicet pro ſemper. Neque vero crebrior in ſingulis cauſis repetitio conducit. STRYCK. *Cautel. jur. p. 16.* Sed an geſta coram judice in jurato nulla? ita videtur. Nam Carolus, ut neceſſarium prærequiſitum, juramentum hic præſcripſit. Neque vero negligentiæ & injuriæ, in præjudicium inquiſiti commiſſis indulgendum: confer. *l. 14. C de judic.* verbis: *non aliter judicialem calculum &c.* Sed annon interdum circumſtantiæ aliter ſuadere poſſint, facti quæſtio eſt. Junge MARTIN. *T. I. §. n. 212. ſequ.* ubi diſſentientes.

Leges jurisjur. in terris Brunſvic.

* 5 Laudatur Rittershuſii formula *ordin. judic. noſtr. aulic. tit.* Item Academiæ hujus conditoris Ducis JULII, cujus capita recitat *ibid.* 542. Reliquæ alibi uſitatæ formulæ non tantum ad Conſtit. Crim. ſed quoque ad leges Provinciales accommodantur.

Formulæ jurisjur. judicum.

§. 2. Jurat Judex, quod velit judicare ſecundum leges, & hic nominatim ſecundum Conſtitutionem Caroli V. Nec enim a judice exigitur, ut SVAM ſententiam de crimine dicat, verum ut ſententiam legislatoris applicet facto.*

Cur judices in certam legem jurent, nec judicent ſecundum conſcientiam.

*Nam cum tot ſint capita, quot JCti, totque ſententiæ, opus fuit, ut LEX tanquam certa pronunciandi forma conſtitueretur. Imo propter laxam vagamque veterum judicum arbitrandi in judicando abuſum, ipſa Carolina, ut præfationes docent, tam operoſe conſcripta eſt. Jam in gratiam & uſum noſtrorum arbitrando evagantium judicum, addamus verba *ordinat. Camer. Imp.* pag. 532. Corp. Rec. Imp. die Beyſitzer des Cammer-Gerichts, ſollen in keiner Sache, ſie ſey ſo geringe, als ſie wolle, allein auf ihr *Guthduncken*, oder eines jeden erwogenen Billigkeit, oder eigenen fürgenommenen, und nicht den *Rechten gemäß* informirten Gewiſſen, ſondern auf des Reichs gemeine Rechte &c. urtheilen.

De jure ſcabinorum.

§. 3. Articulus noſter exigit a ſcabino, ut juret, ſe judicaturum eſſe juſte, nec quicquam daturum reſpe-

ctui

ſtui perſonarum, memorem cetera futurum Carolinæ, cui ſtylus curiæ hinc inde addidit leges cujuslibet provinciæ, ut vel ex conſtitutione criminali Bambergenſi patet.

§. 4. Numerum Scabinorum Cæſar non definit, nec olim certus, nec hodie lege Imperii communi conſtitutus eſt. Quondam ſub Sigismundo nimium excreverat, ut tot hominum convocatio non tantum judiciorum criminalium expeditiones moraretur, ſed plane in cauſa eſſet, ut plura ſcelera inulta relinquerentur. WINDECK C. 340. Plane ſub hoc Cæſare anno 1430. a Frigravio Clivenſi conveniſſe ad unum judicium diverſos & plures Frigravios cum Scabinis CCC. demonſtravimus *pag.* 161 *in Adj. ad tractat.* von Send-Gericht. Quis Scabinorum numerus & de abuſu numeri olim.

§. 5. Alias Carolina noſtra Scabinos requirit 1) ad conſtitutionem ipſius judicii criminalis, 2) ad cauſæ cognitionem, 3) ad ferenda vota, formandamque ſententiam. Textus ſunt Artic. 1. 81. 84. 92. 93. Cui bono Carolus V. Scabinos requirit.

§. 6. Scabinos indoctos alicubi conſulti juris civilis, ut de Oſnabruga * didici, alicubi Principes lege publica e judiciis exterminarunt. Sic Præſul Auguſtanus ſub prætextu ſumtuum fruſtraneorum anno 1567. eos procul a judiciis abeſſe juſſit. vid. LVNIG *Continuat. II. Spicil. pag.* 428. Scabini cur hinc inde ceſſarint.

* Anno 1590. fieng man an Schrifften von 3. a 4. Bogen cum allegatis legum & Dd. zu übergeben, oder ad Protocollum zu dictiren, und Dd. J. V. zu Hogräven anzunehmen, weil dieſe nun die Schöppen nicht æſtimirten, ſondern ſelbſt ſprachen, ſo haben daher die Schöppen in Gerichten ſich verlohren, auſſer bey dem Ober-Gericht und zu Fürſtenau, wiewohl ſie zu weiter nichts, als zur Taxe der Güter, z. e. in Concurs-Proceſſen gezogen werden. Ita D. S. G. Iburg. ad B. EYBENIVM. De fatis Scabinorum apud Oſnabrugenſes.

ARTICVLVS *IV.*

Schöffen, oder Urtheil-Sprecher Eyd.

Es ſoll ein jeder Schöff, oder Urtheilſprecher des Peinlichen Gerichts, dem Richter deſſelben, geloben und ſchweren, wie hernach folget, welche Pflicht ihme dem Schöffen vorgeleſen, und er alſo nachſprechen ſoll: Jch ſchwere, daß ich ſoll und will in Peinlichen Sachen rechte Urtheil geben, und richten den Armen, als den Reichen, und das nicht laſſen, weder durch Lieb, Leid, Mieth, Gaab, noch keiner andern Sachen wegen: Und ſonderlich, ſo will ich Käyſer Carls des Fünfften, und des Heil. Reichs Peinlicher Gerichts-Ordnung getreulich leben, und nach meiner beſten Verſtändniß halten, und handhaben, alles getreulich und ungefährlich: Alſo helffe mir GOTT, und die heilige Evangelia.

ARTIC. *IV.*

De uſu Scabinor. hodierno,

Loco: Peinlicher Sachen habetur in dem Begriff An. 1521. daſs ich über das Blutrecht Urtheil u. ſ. w.

§. 1. Quod Scabinos attinet, illi hodie *1 in judiciis capitalibus, ubi adhibentur, ſolennitatis cauſa fere adhibentur, nec enim illorum vota exquiruntur, nec ex iis ſententia formatur, quia ſententiæ petuntur, ut plurimum a collegiis Juridicis. Quamvis rectius de uſu Scabinorum moderno judicetur, ſecundum diverſas Scabinorum claſſes. * 2

ubi plura de Scabinis legenda.

* 1 Præter BRVMMERVM & OCKELIVM, ipſi varia de Scabinis & Scabinatibus e veteris ævi monumentis diximus *Cap. 1. de Rat. Decid. §. 11. ad. 19. vid. du* FRESNE hoc verbo, ubi morem adhibendi Scabinos a Germanis, Galliæ & Angliæ illatum videbis. Etymologiam ſatis explicat BRYMMER *Cap. 1. §. 5.* ſcilicet olim ſententiæ diceban-

cebantur: *inveniri, hauriri.* Unde, ein Urthel finden und Urthel ſchöpfen, *Lib. 2. Artic. 12. L. 3. artic. 69. Specul. Sax.* ex quo die Schöpffen nomen habent. Quæ etymologia magis concinna videtur, illa, quam B. HERTIVS habet *Vol. 1. tom. 2. pag. 435.* dum a Schaffen Scabinos derivat GROTIO autore. Convocatio Scabinorum olim juſtitiæ: remora v. tr. von Sendger. 234. de dotibus animi & corporis, ne claudi, curvi, gibboſi, monoculi, ſurdi, balbutientes, adulteri, per juri, reliqua *vid. apol. Elector. Colon. p. 405.* & in *adj. 166. ibid.* ubi etiam requiritur, ut ſint conjugati.

* 2 Scilicet in Saxonia Halæ, Lipſiæ, Jenæque hodienum capitales ſententiæ feruntur a Scabinis, dicuntur hi, Königliche, Churfürſtliche, Fürſtliche Schöppen, ſed noſcuntur etiam: die Land-Schöppen, Gerichts-Schöppen. Quorum illi rebus taxandis æſtimandisque, hi ad judiciorum ſolennitates adhibentur. *vid.* DOEPLER. *part. 1. pag. 466. ſequ.* Plura practica cumulat HARTVNG *diſſert. de Scultetis & Haymburgis Cap. fin. §. 13. ſeq.* KOEPPEN *Quæſt. 44.* An Spurii hodie admittantur, ibidem A. decidit §. 11. ſed legitimationem deſiderat DOEPLER. *d. l.* De diverſ. Scabinor. hodie claſſibus.

ARTICVLVS V.

Schreibers Eyd.

Ich N. ſchwere, daß ich ſoll und will in den Sachen, das Peinliche Gericht betreffend, fleißig Aufmercken haben, Klag und Antwort, Anzeigung, Argwohn, Verdacht, oder Beweiſung, auch die Urgicht des Gefangenen, und was gehandelt wird, getreulich aufſchreiben, verwahren, und ſo es Noth thut, verleſen, auch darinn keinerley Gefährde ſuchen, und gebrauchen: Und ſonderlich will ich Käyſer Carls des Fünften, und des H. Reichs Peinliche Gerichts-Ordnung, und alle Sachen dazu dienende, getreulich fördern, und ſo viel mich berühret, halten: Alſo helffe mir GOtt und die heilige Evangelia.

ARTICVLVS V.

HIc articulus in utroque projecto 1521. 1529. incipit: Item dem Gericht-Schreiber ſoll in ſeinem Eyd, den er ſonſt zum Gerichte thut, eingebunden werden, daſs er in den Sachen das peinliche Gericht betreffend fleisſig Aufmercken haben wolle. Loco verborum: Käyſer Carl des Fünfften dicitur in dem Begriff An. 1521. *auch dieſe unſere und des heiligen Reichs peinliche &c.*

De actuarii neceſſitate,

§. 1. Tertium locum occupat Actuarius judicii. Neceſſitas illius ex ipſo Articulo I. probatur. Rationes hujus rei congeſſit MANZIVS hic. Neque judex illius vices de jure ſupplet. Nec Notarius, niſi ſpeciatim juraverit * 1 Officium infra deſcribetur. * 2

ubi deſunt

* 1 BERLICH. *Concluſ. 8. part. 1. num. 48.* MEV. *part. 1. Dec. 120.* Quod tamen limitat in pagis nobilium DOEPLER *d. l.* imo & in oppidis, ſi conſul præſtiterit & actuarii & judicis juramentum duplex *vid.* CARPZ. *Dec. 194.* per totam.

Quis illos inſtruat & de illorum malitia,

* 2 Instruunt ipſum actuarium KAYSER *d. l.* DOEPLER *part. 1. pag. 470. ſequ. & infr. Artic. 181. ad. 191.* De malitia eorum in præcipitanda inquiſitione ſpeciali & cautelis Advocati, ne cliens per imprudentiam capiatur. *vid.* THONNICK. *Advocat. prud. Crim. pag. 33.*

de uſu & effectu jurisj. actuarii ut & partibus jurisjurandi.

§. 2. Actuarius neceſſario debet eſſe juratus * 1 ut actis * 2 ſua fides conſtet. Eſtque hoc juramentum ſtatim ab initio officii præſtandum * 3 nec ex poſt facto peractaque inquiſitione ſuppleri poteſt. Formula jurisjurandi partim generalis eſt, quod velit omnia fideliter conſignare, conſignata cuſtodire, vel aliquando, ſi res poſtulat, prælegere, partim ſpecialis de obſervanda in criminalibus Carolina noſtra. * 4

* 1 Ita enim jam ſtatutum in *Capitularibus* CAROLI M. *vid.* LEHMAN. *L. 2. C. 24. Chron. Spir.*

* 2 Ex

* 2 Ex quo ſimul dignitas, utilitas & neceſſitas officii actuarii patet, ſcilicet fides geſtorum omnium in judicio criminali ab ejus annotationibus ſuſpenſa eſt, quod præter neceſſitatem quidem, veterum dictis evincit GOBLER. *h.* — *Actuarii dignitas.*

* 3 Alias inquiſitio pronunciatur nulla, quamvis re geſta ſua actuarius ſub jurisjurandi religione ratihabere velit. Nam actuarii juramentum ideo præſtatur, ut ne dolo, vel culpa in futurum aliquid in Protocollo perſcribat, minime autem, ut ſemel tempore præterito qualicunque ratione annotata confirmet, illisque in præjudicium inquiſiti novum veluti robur addat. Patet hoc ex ipſa formula jurandi articuli noſtri, quæ aperte futurum reſpicit, & ita judicarunt *in Proceſſ. Crim.* LIPSIENSES *n. 54. tit. 2. §. 2. apud* MARTIN. *d. l. add.* DN. BERGER *obſ. 5. ad eund. §. 2.* Secus tamen dicendum, ſi ipſe inquiſitus conſentiret in ratihabitionem juratam. Ceterum Cancellaria regia H. a. 1732. cum acta non conſcripta eſſent in cauſa infanticidii ab actuario jurato, ſed a ſculteto, qui alias in pago ſcabini munere functus eſſet, juſſit, ut inquiſitus iterum denuo examinaretur. Plura videri poſſunt *ap.* GRANZ. *p. 192. ſequ.* — *An acta actuarii injurati nulla ſint?*

* 4 Confer. quos citat DOEPLER. *Part. I. p. 475.*

ARTIC. *VI.*

Annehmen der angegebenen Ubelthäter, von der Obrigkeit und Amtswegen.

So jemand einer Ubelthat, durch gemeinen Leumuth, berüchtiget, oder andere glaubwürdige Anzeigung, Verdacht, und Argwönig, und derhalb durch die Obrigkeit von Amts halben angenommen würde, der ſoll doch mit peinlicher Frag nicht angegriffen werden, es ſey dann zuvor redlich und derhalben gnugſame Anzeigung und Vermuthung, von wegen derſelben Miſſethat, auf ihn glaubwürdig gebracht: Darzu ſoll auch ein jeder Richter, in dieſen groſſen Sachen,

Digitized by Google

Sachen, vor der Peinlichen Frag, ſo viel möglich, und nach Geſtalt und Gelegenheit einer jeden Sachen, beſchehen kan, ſich erkündigen, und fleißig Nachfragens haben, ob die Miſſethat, darum er angenommen, berüchtiget und verdacht, auch beſchehen ſey, oder nicht: wie hernach in dieſer unſer Ordnung ferner erfunden wird.

ARTIC. *VI.*

HIc poſt verba: *angenommen* würde in utroque projecto inſertum eſt: *und die Miſſethat zu leugnen ſtehet.*

NOTÆ AD ARTIC. *VI.*

Quotuplex proceſſ. criminal.

§. 1. Proceſſus in criminalibus eſt vel accuſatorius, vel inquiſitorius, agit Articulus noſter curſorie de inquiſitorio verbis: Ambts halber angenommen. Et tandem de carcere, de quo etiam *Artic.* II. 14. 196. add. SPECIM. p. 837. ſequ.

Quis alteri præſtet, comparatio utriusque.

§. 2. Uterque habet ſua commoda & incommoda, uti omnia inſtituta humana. Noſcimus in accuſatorio: CALUMNIATORES, *1 PRÆVARICATORES, *2 TERGIVERSANTES, *3 QUADRUPLATORES. *4 Sed muta nomen accuſatoris in judicis nomen, uti neceſſum eſt in proceſſu inquiſitorio, & ſæpe habebis judices: CALUMNIATORES, PRÆVARICATORES, & reliqua conferri meretur HERT. *pag.* 299. *Vol.* I. *tom.* 3. Ubi de noxietate licentiæ accuſandi.

Calumniator qui?

*1 Definiuntur, qui ſcienter dolo malo falſum crimen intendunt. Pœnas Romanorum, ubi talionem, infamiam & alias recenſet MATTHÆI *p.736. tr. de Crimin.* Malitiam accuſatorum ſatis exemplo criminis læſæ Majeſtatis illuſtrat BALDVIN *ad Inſtit. ſ.* publica autem *tit. de jud. publ. n. 2. ſeqq.* PLINI *in Panegyrid.* hæc ſunt: *locupletabant Fiſcum*

non

Digitized by Google

non tam VOCONIÆ & JULIÆ *leges, quam majeſtatis ſingulare & unicum crimen eorum, qui crimine vacarent.* Gravius SENECA *L. 3. de Benefic. Cap. 25. ſub Tiberio Cæſare fuit accuſandi frequens & pœne publica rabies, quæ omni civili bello gravius totam civitatem confecit. Adde* TACITUM *Lib. Annal. & Lib. 1. Cap. 72.* quamvis & judicum nequitiam hic concurriſſe non negem.

* 2 Etymologiam & definitionem ſatis explicat MATTH. *p. 251.*

* 3 Notantur hi SCTO *Turpil.* plura habet MATTH. *p. 740.*

* 4 Spe præmii & lucri dicuntur quidam accuſatores, quos quadruplatores diceres. *Idem* MATTHÆI.

§. 3. Antiquior eſt Proceſſus accuſatorius * 1 inquiſitorio. Neque diſſimulandum, quod hic Clero debeatur. * 2 Introductus alicubi citius, alicubi ſatis ſero, ut regula generalis fruſtra formetur. * 3 *Quis antiquior. Inquiſitorius unde.*

* 1 Plane prohibita olim videtur inquiſitio ex officio, textus eſt perſpicuus *Lib. 7. C. 359. Capitular. placuit, ut nullus quemquam Clericorum vel Laicorum de ſuſpicione aliqua judicare præſumat, ſimiliter nec ſine accuſatore legitimo quispiam condemnetur, quia peſſimum & periculoſum eſt, quempiam de ſuſpicione judicare, aut ſine legitimo accuſatore quemquam damnare.* Pertinet huc regula, quæ in ſummario *Specul. Saxon. L. 1. artic. 62.* habetur: Wo kein Kläger iſt, da ſoll auch kein Richter ſeyn; vel ut in textu ipſo habetur: Jederman mag wohl ſeinen Schaden verſchweigen. Imo & ſtatus imperii quosdam contra ordinationem criminalem, vel ex eo capite, quod tolleret Proceſſum accuſatorium, proteſtatos eſſe jam ſupra vidimus. *An Franci, aut Saxones alio, quam accuſatorio proc. uſi.*

* 2 Hic enim miſcuit perſonam patris in ſua familia & judicis perſonam in foro. Sic inter liberos domeſticosque per modum cenſuræ morum & inquiſitionis, in res familiares, paterfamilias optime familiæ conſulit, cum familia alatur a patrefamilias, illeque vel præſens, vel non adeo remotus a ſuorum actionibus abſit, nec hic de judice ſuſpecto in familia querendum. Cum nemo de familia ſuam ſalutem debeat opponere ſaluti ipſius patrisfamilias, ſed ſubordinare, quam diu eſt in familia. Proinde *Quomodo ap. clerum inquiſitorius cœperit.*

inde regulariter res nihil injuſtitiæ habet, ſi caput familiæ in media ſalutis domeſticæ inquirit, & eadem dijudicat, nec peculiarem accuſatorem conſtituit. Enim vero in foro diverſa familiarum capita concurrunt, inquiſitus non eſt pars familiæ judicis, nulla hic ſalutis utriusque ſubordinatio, nullum alimentorum beneficium. Judicis hic tantum eſt, ut citra affectus ſecernat, utrum actio, an exceptio juſtior. Quamvis & hic cogitandum, rempublicam eſſe magnam familiam, ubi Princeps ſecundum communem opinionem pater eſt, qui judices pro communi bono conſtituit, ut juſto modo ſimul accuſent & ſententiam ferant. Imo pro excuſando Proceſſu inquiſitorio, ubi judex actoris judicantisque vices ſuſtinere videtur, allegari poteſt, quod praxi noſtratium, dum acta tranſmittuntur, judex revera ſuſtineat tantum perſonam actoris, vel (cum & pro inquiſiti defenſione laborare debeat) argumentorum in utramque partem facientium collectoris, ſive actorum CONGESTORIS. Accedit, quod regula, ne quis ſimul agat judicetque, locum magis habeat in cauſa propria, vel ubi de proprio commodo & incommodo agitur, quam in cauſa aliena, ubi aliorum intereſſe verſatur, quale quid in Proceſſu inquiſitorio conſpicitur. Neque vero, ſi judex officii limites excedit, inquiſito remedia deſunt apud ſuperiorem conquerendi, ſe defendendi, ſibique omni modo proſpiciendi, & nequitiam judicis vindicandi.

An recte a patrefam. ad judicem arguantur.

Quomodo inquiſitorius proceſſus aliquatenus excuſetur.

* 3 Præcipue fero in Saxoniam intravit Proceſſus inquiſitorius. In Electoratu S. Auguſto potiſſimum tribuitur introductio, & quidem non omnimoda. Sic enim in *Ordin. Polit. anno 1612. tit. von Juſtitien-Sachen. §. Denn ob wohl u. ſ. w.* habetur, daſs biſshero von denen Schöſſern und ſonſten, der anno 1579. von unſern Chriſtſel. Groſsvater Chur-Fürſt Auguſto der auf gewiſſe Fälle und Maſſe angeordnete Inquiſitions-Proceſs &c. Licet in ipſo Auguſti reſcripto dicatur, quod Proceſſus inquiſitionis jam antea aliquatenus in uſu fuerit, verbis: In alle Wege nach dem

Quando proceſſ. inquiſitorius cœperit in Saxon.

dem Proceſs, wie es biſshero in unſern Landen in Inquiſitions-Sachen gebräuchlich geweſen u. ſ. w.

§. 4. Jus civile Romanum proceſſum inquiſitionis ignoraſſe, demonſtrat THOMAS *de orig. proc. inquiſit.* Ubi vero læſus accuſare non poterat v. c. ſervus crudeliter a domino habitus, ibi inquiſitioni judicis locus erat; ut tamen opus eſſet ſervi denunciatione *L. I.* §. 8. *de offic. præf. urb.*

De rariori ejus uſu apud Romanos.

§. 5. Alias ex hiſtoria Germaniæ ſequentia annotavimus. Henricus III. quod etiam confirmavit Henricus IV. Abbati & Advocato S. Maximini interdixit, ne judicent, ſi homo hominem læſerit, niſi adſit ACCVSATOR. Diploma de Annis 1056. 1112. ex ZYLLESIO deſcripta habet LVNIG II. *Spicil. eccleſ.* 272. 278. Dein Lotharius in uſum eccleſiarum, ut eo facilius res amisſas recuperare poſſent, proceſſum inquiſitionis confirmavit eodem ſeculo, VGHELL *Tom. II. p.* 278. In laudato inter capitulum Colonienſe & civitatem ſeculo XIII. *pag.*31. *Apol. Elector. Col.* deciſum: *ne magiſtri civium motu proprio inquirant de eo, quod vulgo dicitur Ungeworde, niſi ad eos devenerit per querelam, vel contra perſonam apud honeſtos & graves viros infamia laboret.* Sec. XIV. circa initium apud Vltrajectinos uſu obtinebat diſtinctio: in atrociora crimina, quæ: Ondaet dicebantur, in quæ præſul convocatis miniſterialibus ſine accuſatore inquirebat. Reliqua vero delicta, quæ non erant: Ondaet, v. c. homicidium ſimplex in duello, non cognoſcebantur, nec puniebantur citra accuſatorem, niſi talia committerent humiles: hupſlude *p.* 238. BUCHEL *ad* HEDAM Seculo eodem Henricus VII. in extravagante Piſiis data, inquiſitionis proceſſum in crimine læſæ maieſtatis adhibendum cenſet. Imo & antea,

Facies proceſſus criminalis ex chartis Sec. XI. XII. XIII. XIV.

hinc

hinc inde forte admiſſa exceptio, nec promiſcue opus fuit accuſatore. De RVDOLPHO I. *vid. pag.* 371. *Rer. Brunſuic. Tom. III.* ubi refertur de pſeudo Friderico II. Thiele Kolup. de Keyſer Rolef de grep öne und leyt öne fragen mit der ohnvernunfft, ſine mentione libelli accuſationis, aut accuſatoris.

De fatis proceſſ. Inquiſ. ap. BAVAROS.

§. 6. Inquiſitiones oder Rügen, inquit HVND *verbo* RVGE, da auf die Leute und allerhand Miſshandlung heimlich inquiriret worden, haben groſſe Feindſchafft und Unrath verurſachet, deshalber ſie Herzog Otto von Bayern An. 1365. laut des andern Briefs der Handveſte, gäntzlich aufgehoben. Via media inceſſit legislator GOSLARIENSIS; uti enim ſine accuſatore non judicabat: ita etiam tranſactione inter partes facta, à cognitione abſtinebat, quod ſi tamen bis aut ter delinquens peccaret, tranſactione non obſtante, judex exigebat ſuam Wettam *pag.* 513. *Tom. III. Rer. Brunſuic.*

Quando Goslarienſ. ex officio interceſſerint.

Quotuplex inquiſitio.

§. 7. Proceſſus inquiſitorius diſtinguitur in generalem & ſpecialem; *1 ibi in genere quæritur, an delictum commiſſum, & quis auctor? hic autem contra certum hominem proceditur, & incipit a citatione, ſæpius reali, ſive captura; Proceſſui autem inquiſitorio præcipuæque ejus parti, inquiſitioni nempe ſpeciali, non eſt locus, niſi in cauſa gravi. Nam in levioribus *2 judex ſummariter cognoſcit, ſine articulorum inquiſitionalium conſcriptione, alias reo daretur cauſa querendi de injuria, per odioſum inquiſitionis & inquiſiti nomen ſibi illata.

Vbi ſpeciali opus.

De diſtinctione proceſſus inquiſit. & des Unterſuchungs-Proceſſes remiſſive.

*1 Partem generalem & ſpecialem appellare mavult BEYER. *h.* neque ſine cauſa.

*2 OLDECOP. *Decad.* 3. *qu.* 7. THOENNICK. *p.* 32. BEYER *ad hunc art.* Impendit quidem ad majorem, ut videtur, lucem diſcrimini proceſſus ſummarii & inquiſitorii aſſun-

fundendam, DECIANUS integrum librum primum diſtinctioni vocabulorum PECCATI, NOXÆ, INIQUITATIS, VITII, & alia, ſed parum hæc diſputatio prodeſt practica deſiderantibus. An conducat extenſio inquiſitionum & reipublicæ interſit, in quælibet veluti vitia totamque ſubditorum vitam inquirere, non convenit, affirmat BRUNNEMANN *Cap. 2. Proc. Inquiſ.* Aliter judicabit, qui illuſtris Doctoris noſtri ſcripta: de cenſura morum & Proceſſu Inquiſitorio cum attentione leget. Debetur opinio BRUNNEMANNI juri Canonico, quod non tantum Proceſſum Inquiſitorium latius inſtruxit, ſed & plura delicta, quæ jus civile non reſpicit, cenſuræ ſubjecit, ut probat DECIAN. *Lib. 2. c. 19.* Germani noſtri ſola atrociora crimina inquiſitioni obnoxia eſſe voluerunt quondam, locum ex commentatore HEDÆ attulimus, *in Not. ad ʃ. 2. c. 4. de Ration. Decid.* Conſentit: *das Preuſſiſ. Land-Recht Lib. 6. art. 4. ʃ. 2.* verbis: Zum andern wird gefordert, daſs die Miſshandelung groſs u. ſ. w. Item *Die Chur-Sächſ. Policey-Ordnung Tit. von Juſtitien-Sachen ʃ. 4. 5.* verbis: *Daß allein* in delictis manifeſtis, majoribus & ſcandaloſis &c. *vid. inf. Art. XI. ibique Not.*

An inquiſitiones erigendæ.

Quæ facta proceſſ. inquiſ. ſupponat.

§. 8. Porro Inquiſitio ſpecialis præſupponit corpus delicti, i. e. præſupponit, factum criminale eſſe commiſſum.

De corpore delicti.

* In Articulo noſtro habetur: Fleiſſig nachfragen, ob die Miſſethat beſchehen. Loquitur quidem de tortura. Sed debet etiam de corpore delicti initio inquiſitionis conſtare, ut probat CARPZ. *qu. 108. n. 10.* Quare exceptionem de deficiente corpore delicti recte ad litis ingreſſum impedientem refert B. HERT. *ʃ. 19. de Ordin. Cauſ. Vol. 1. P. 2. p. 120.* Modum inveſtigandi diſcere poſſumus e MAURITII *conſilio Kilonenſi p. 2. pag. 158. ſqq.* Imo ſingula quædam delicta percurrit GUAZZINI *Def. 4.* Alias tenendum, quod ter de corpore delicti quæratur, 1) ad fundandam inquiſitionem ſpecialem, 2) ad effectum quæſtionis, 3) ad effectum pœnæ. Atque ſecundum hanc diſtinctionem etiam judican-

quoties quæratur de ejus certitud. diverſa.

candum de certitudine corporis delicti ejusque probatione; quæ utique ad torturam fortior eſſe debet, quam ad inquiſitionem ſpecialem, adde Carpzov. c. l. fortiſſima autem demum ad ultimum ſupplicium.

De neceſſit. indiciorum ad inquiſ. ſpecialem.

§. 9. Deinde debent adeſſe contra certum hominem indicia, alias ſpecialis inquiſitio eſt * nulla.

* Ita in Artic. Durch gemeinen Leumuth berüchtiget, oder andere glaubige Anzeigung. vid. pluribus MICHAEL *de Inquiſit. Fol. 544.* conſentit: *ordin. Pol. Sax. Elect. d. l.* De his indiciis in gratiam reorum agit GRANZ. *pag. 252. ſq.* Quod ſi dubium ſuperſit, judex debet conſulere collegia Juridica. *Art. ſequ. 7. 8.* Quoniam non levis irrogatur injuria homini non infamato: ſi contra eum ſpecialiter inquiritur. GRANZ. *num. d. l.*

Quid ſi indicia dubia, & cur hæc adeo curanda.

De indiciorum qualitate, probatione, defenſione.

§. 10. Indicia hæc debent eſſe concludentia *1 & dein ſuo modo probata, *2 & audiendus eſt inculpatus pro avertenda inquiſitione, defenſionem allaturus.

*1 Patet hoc ex ipſa definitione indiciorum, quam afferemus *ad Artic. XVIII. ſ. 2.*

*2 Deficiente enim aliquali probatione, inquiſitio corruit. FARINAC. I. *Qu. 1. n. 40.* ROLANDUS *a* VALLE *Vol. 1. conſil. 24. n. 34.* THOENNICK. *num. 7. 1. 41.* Depoſitio unius teſtis adeoque ſemiplena probatio hic ſufficit. ROLAND. *a* VALLE *n. 2. d. l.* MASCARD. *concl. 894. n. 16.* Imo omnis probabilis ratio BLUMLACHER *hic n. 13.* quæ judicem movere poteſt, hujus enim æquæ dijudicationi res melius relinquitur, quam innumerabilibus doctorum regulis, pertinent huc MUNDII *Conſilium 14. Vol. 1.* PACIANUS *Lib. 1. de Probationibus Cap. ult. n. 24. ſequ.* MASCARD *d. l.* Quæ circa varias probandi rationes v. c. teſtimonia pauperum, incarceratorum confeſſiones proprias & ſimilia diſputari poſſunt. *vid.* apud CRUSIUM *Part. 1. C. 39. ſeq. de Indic.*

Judicia ex probabilitate, vero ſimilit. non ex regulis æſtimanda.

Quid ſentiant JCti de defenſ. pro avert. inquiſ.

§. 11. Licet non ſatis conveniat inter criminaliſtas circa hanc defenſionem. Laudant eam, ut æquiſſimam

Digitized by Google

mam MEV. *Part. VI. dec.* 291. & ſcriptores defenſionum THOENNICK. *Cap. IX. per tot.* GRANZ. *Part. I. p.* 292. aliique.

Rationes approbantium.

§. 12. Rationes adducuntur 1) quod etiam in civilibus reo liceat opponere exceptiones litis ingreſſum impedientes ante L. C. jam vero reſponſionem ad articulos inquiſitionales eſſe loco L. C. 2) Inquiſitionis ſpecialis nomen eſſe ignominioſum, nec proin ad eam properandum 3) in Proceſſu inquiſitionis judicem acta colligere, teſtes ſummarios audire, inculpato abſente. Unde multo magis opus, quam in civili judicio, ut reus audiatur ante L. C. ne incidat in proceſſus inquiſitorii moleſtias, quibus deinde abſolutio non ſat remedii afferre videri poſſet *num.* 64. 65. GRANZ. *d. l.*

rat. Lynck. eam rejicientis,

§. 13. Aliter ſentit LYNCKER *in reſolut. pag.* 264. *verſic. auch* 2) *pro avertenda,* quaſi hæ defenſiones ut plurimum ſcopum Proceſſus inquiſitorii, qui in celeritate & ambagum reſciſſione conſiſtit, interverterent, nec proinde favore dignæ eſſent. Imo per defenſionem, quam vocant: die Haupt-Defenſion, ſatis inculpati famæ jurique conſuli.

Epicriſis noſtra.

§. 14. Revera res dependet a circumſtantiis facti, diverſaque inquiſitionis generalis & ſpecialis indole. In illa quæritur: an delictum commiſſum, an inquiſitione dignum? & a quo commiſſum? in hac: an Titius commiſerit, & jam prehendendus ſit? Sane, ſi judex videt, de delicti exiſtentia. & quod Titius ex idoneis indiciis auctor eiusdem ſit, ſatis veroſimiliter conſtare, defenſionem pro avertenda, utpote inutilem & iniuſtam recte rejiciet; ſin autem res aliter ſe habet, vel quoque ex actis evidens ſit, delictum eſſe exigui momenti, nec inquiſitione dignum, haud difficilem ſegeret in hac defenſione admittenda, ut jus & æquum ſuadent. §. 15.

Digitized by Google

Quando petenda concedenda.

§. 15. Petens tamen hanc defenſionem, & tempus obſervare debet. Ne petitio ſit nimis matura, dum v. c. judex adhuc occupatur * in examine teſtium ſummario, & inquiſitione generali. Et deinde, ne ſit nimis ſera v. c. reſponſione jam ad articulos inquiſitionales facta.

Machinationes defenſorum.

* Non raro accidit, ut inculpati in inquiſitione generali, licet nondum citati, aut prehenſi, mox provocent ad defenſionem pro avertenda, quo acta nondum ſatis inſtructa & dictiones teſtium nondum integras, tanto facilius oppugnare & convellere, adeoque etiam male ſibi conſcii judicis criminalis operam fruſtrari, & hac ratione promeritam pœnam declinare poſſint. Verum his juſtitiæ inſidiis pro tuenda juſtitia facile juſteque obviam ibit prudens judex: rejectorio callidæ & calumnioſæ defenſionis decreto.

Prudentia judicis.

Cur actorum inſpectio concedenda.

§. 16. Quodſi vero judex æquam cenſeat hujus defenſionis admiſſionem, actorum inſpectionem a defenſore petitam non poteſt cenſere iniquam. Ne in verbis ludere, & defenſionem, non autem media defenſionis concedere videatur, ut ut quondam aliter CARPZOVIUS *qu.* 115. Nam vid. HEIL *p.* 114. BARTH. in HODOGETA *p.* 992. WILDVOGEL *Reſp.* 296. Dn. BOEHMER *junior in criminal. p.* 81. imo omnis defenſio duo continet 1) expoſitionem argumentorum innocentiæ, & 2) eliſionem ac refutationem contrariorum huic obſtantium, quæ ſine dubio a defenſore viſa & eidem cognita eſſe debent. Plane ſi res invertitur, nec defenſori inſpectio actorum conceditur, ipſe futurus judex inter contradictoria in actis, dubius, anceps hærebit, incertus judicandi. Aliud ipſi perſuadent acta, ibique allegata, aliud defenſio, & in ea allegata. Nec illi conſtat, quæ inter hæc certiora, utrum defenſor habeat, quod dictis in actis opponat, annon habeat, ut non cre-

Digitized by Google

erederem judicem in hac ſpecie interloquentem v. c. daſs dem defenſori die Acta, damit man im Urtheil ſehen könne, was er abzulehnen vermogt, oder nicht vermogt, ſo wie v. c. fol. 18. gebethen, im Gericht zu ſeiner Nothdurfft zuförderſt vorzulegen &c. peccaturum eſſe.

ARTIC. *VII.*

Richter ſollen in zweiffelhafften Sachen der Rechtsgelehrten Bedencken erfordern.

SO die gemeldten Urtheiler in beſtimmter Erkäntniß zweifelich würden, ob des fürbrachten Argwohns und Verdachts zu peinlicher Frag, gnugſam wäre, oder nicht: So ſollen ſie deshalben Rath bey der Obrigkeit, ſo der Ende ohne Mittel die peinlichen Obrigkeit der Straff hat, oder ſonſt an Enden und Orten, wie zu End dieſer unſer Ordnung angezeigt, ſuchen, und doch dieſelben Obrigkeit in ſolchem Rath ſuchen, alle Umſtände und Gelegenheit ihres Erfahrens und Verdachts, eigentlich in Schrifften berichten.

ARTIC. *VII.*

POſt hunc Articulum: in dem Begriff Anno 1521. additur: Item, ſo auch des Gefangenen, der von der Obrigkeit und Amtswegen in Recht wäre, Herrſchafft, oder fremde Beyſtände, den Richter mit ſammt den Urtheilern, vor ihrem gegebenen Urtheil oder Erkäntniſs erſuchen und bitten würden, ihre Erkäntniſs, den Argwohn und Verdacht betreffend, nit zu thun, oder zu eröffnen, ſie hätten denn zuforderſt deshalber Rath bey ihrer Obrigkeit gehabt; So dann des angezogenen Argwohns und Verdachts halber von dem Richter und den zugeordneten Urtheilern alles zu geſchehen wäre, ſo ſollen ſie auf Erſuchen, daſs alſo

Digitized by Google

von des Gefangenen wegen geſchehen, in bemeldeten Sachen vor ihrer Erkäntniſs bey der Obrigkeit Rath zu ſuchen ſchuldig ſeyn, ob ſie ſonſt das zu thun nicht in Willen hätten. In projecto Anno 1529, pergitur: doch ſo ferne die Richter nit vermercken, daſs die Rathſuchung gefährlicher Weiſe zum Verzug der Sachen, auch mehrere Koſten aufzutreiben beſtehe. Welches die obgedachte Freundſchafft und Beyſtänden auch mit dem Eyd erhalten ſolten. Nam loco: *Fremde* in loco projecto habetur *Freunde. Confer. infra Art. fin. ordin. noſtr.* ubi fere eadem reperiuntur.

NOTÆ AD ARTIC. *VII.*

Cur arbitrium de indiciis ad torturam non ſemper in Carolina judicibus ordinariis relictum.

§. 1. Quod vero hæc verba dein expuncta, nec Carolinæ noſtræ A. 1532. inſerta fuerint, eius rei mihi hæc ratio videtur; quod in præcedentibus annis 1521. 1529. viſum fuerit, cognitionem de ſufficientia indiciorum ad quæſtionem relinquere judicis & ſcabinorum arbitrio, ſed re altius expenſa idem hoc periculoſum viſum fuerit, ob imperitiam aſſeſſorum judicii iſthoc ævo. Quare conſultatio: der Obern und der Univerſitæten, quæ quondam voluntatis erat; verſa fuit in neceſſitatem verbis: ſo ſollen ſie deshalben u. ſ. w. Licet nec reus, nec eius neceſſarii hanc conſultationem deſiderent. Arbitrio tamen judicis relicta manſit conſultatio de ſufficientia indiciorum ad inquiſitionem ſpecialem *vid.* §. 14. *ad Art. VI.* Quamvis defenſori juſtitiæ cauſæ confiſo petere fas videatur a judice difficili: Daſs die Acta über der Frage, ob der Inculpatus mit ſeiner Defenſion pro avertenda zu hören ſey, verſchickt, und auswärtig ohnpartheyſches Erkäntnis auf des Inculpati Koſten eingeholet werden mögte, ut alias obtinet, ſi dubium, ob die Leuterung zuläſſig.

Quid ſi judex circa indicia dubius.

§. 2. In caſu dubio, de indiciis cognitio remittenda eſt ad ſuperiorem * 1 id quod dein toties * 2 repetitur in noſtra conſtitutione. * 1 Imo

* 1 Imo non ſemper apud ſuperiorem, verum tantum in Proceſſu accuſatorio, in inquiſitorio autem, apud academias, civitates, communitates vicinas, vel alios Juris peritos. *cit. art. 219.* **Ubi conſilium petendum.**

* 2 Cujus inſtituti rationem ita tradit der Rathſchlag des verordneten kleinen und gröſſern Ausſchuſſes der Reichs Stände Anno 1521. zu Worms trium Regum: Weil die Gerichte nicht anders denn mit gemeinen Perſohnen, die die Rechte nicht gelernet, beſetzt werden mögen u. ſ. w. Paulo poſt: das melden wir darum, daſs die Leſer Urſach zu wiſſen haben, warum wir in dieſer Ordnung ſo viel auf Rathſuchen geſtellet haben. **Cur toties in der P.H.G.O. peti jubeatur.**

* 3 De jure inquiſiti & cautelis defenſionis circa transmiſſionem *vid.* OLDEKOP. *Decad. 19. Qu. 7.* ubi etiam de reſignatione reſponſi in præſentia inquiſiti facienda *add.* THOERNNICK. *peculiari Cap. XV.* **De jure inquiſiti circa transmiſſ.**

§. 3. In Articulo noſtro quidem, tantum ſi dubium circa indicia ad torturam, judex remittitur ad ſuperiorem. Verum in praxi judices conſilium etiam a collegiis Juridicis academicis petunt: ob die verhandene indicia zur Special-Inquiſition hinlänglich? Quod tamen conſilium non eſt neceſſarium, uti quidem conſilium de habenda quæſtione: ob nemlich die indicia zur ſcharffen Frage hinreichend? Ad hanc enim judex inferior hodie accedere non poteſt aliter: als auf eingehohltes rechtliches Erkäntniſs. Ni poſſit conſuetudinem in loco ſpecialem probare: daſs das Gerichte die Peinlichkeit vor ſich zu decretiren hergebracht. **An praxis etiam conſilium petere velit, ſi dubia tantum inquiſitio ſpecialis.**

§. 4. Sumtus autem conſilii circa inquiſitionem ſpecialem petiti, in foro redundant in judicium, ſi collegium Juridicum pronunciaverit: quod iſti inquiſitioni nondum locus; vel imputantur inquiſito, ſi judicatum: daſs nunmehro gegen N. mit der Special-In- **Cujus ſumtibus conſilium petatur.**

 qui-

Digitized by Google

quiſition gar wohl zu verfahren. Imputatio tamen ſumtuum ſit, ut infra ad *Artic. CCIV.* ærario judicii: der Amts-Cammer, in den Aemtern, vel in municipiis: der Cammerey. add. etiam de ſumtibus *infr. Artic. XLVII. Artic. CCXIX.*

ARTIC. *VIII.*

Alsdann wird zu der peinlichen Frag geſchritten, wann redliche Anzeigungen wider einen ſeyn.

So die Miſſethat einer Todſtraff halben kündlich, oder aber deshalb redliche Anzeigung, wie darvon vor berühret iſt, erfunden wird, ſo ſoll es der peinlichen Frag, und aller Erkundigung halben, ſo zu Erfindung der Warheit dienſtlich iſt, auch mit Rechtfertigung auf des Thäters Bekennen, gehalten werden, wie klärlich hernach von denjenigen, die auf Ankläger einbracht werden, geſchrieben und geordnet iſt.

NOTÆ AD ARTIC. *VIII.*

An quæſtioni locus, wo nur eine Leibes-Straffe.

§. I. Requirit hic Articulus, ut torturam præcedat delictum capitale probatum. Quid vero dicendum, ſi tantum immineat: eine Leibes-Straffe? Torturæ locum non eſſe putat GRIBNER *de reiterat. tortur.* Ne medium ad pœnam ſit acerbius ipſa pœna. Verum cum tortura habeat ſuos gradus, certe: gradui infimo: dem Daumſchrauben non videntur adeo dicta obſtare. Quod vero EYBEN *de territ. real. pag.* 420. & CAPZOV. *qu.* 119. *num.* 52. exiſtiment, etiam, ubi pœna tantum eſt relegatio, adhiberi poſſe territionem realem: Daumſchrauben, Anfang des Schnürens, vix ferendum eſt. Nam territio realis CARPZOVII, non mero terrore abſolvitur, ſed continet veram torturam, licet non integram ac plenam; ut ſenſus communis docet.

oder gar nur eine Relegation ſtatt hat

§. 2.

§. 2. Probato corpore delicti, ulterius opus eſt, ut adſint contra auctorem delicti certa indicia, quod ipſe delictum commiſerit. Alias quæſtio habita dicitur nulla v. Art. XX. indicia requiruntur hic: redliche. Vim horum in compendio deſcribit *l.* 1. §. 1. *ff. de quæſt.* ſc. argumenta tam evidentia, *ut ſola rei confeſſio* deeſſe videatur. Quibus indiciis ad quæſtionem opus?

ARTIC. *IX.*

So der Gefangene der verdachten Miſſethat nicht bekäntlich ſeyn wolte, mag der Ankläger zu Weiſung verſtattet werden.

SOlt aber ein ſolcher Gefangener der verdachten Miſſethat ohne oder durch peinliche Frage nicht bekäntlich ſeyn, und er doch deſſelben überwieſen werden möchte, ſo ſoll es mit derſelben Weiſung und Rechtfertigung darauf, der Todſtraff halben, geſchehen werden, wie auch klärlich hernach geſetzt, von denjenigen, die durch Ankläger einbracht werden.

NOTÆ AD ARTIC. *IX.*

EX hoc Articulo colligeres, reum torquendum, & dein, ſi negat, ad probationes confugiendum. Verum Cæſar in verbis: oder durch peinliche, non regulam confecit; ſed ad exceptionem reſpexit. Quod ſcilicet in caſu, ubi reus defectu teſtium in eculeo fruſtra quæſitus, ſi dein novæ probationes ſuperveniant, novique teſtes exſurgant, tortura non obſtante, novæ probationi adhuc locus ſit. Quæſtionem præcedit probatio, ſi hæc adeſt O. quæſtio ceſſat infra. Art. 69.

ARTIC. *X.*

So eine Perſon, einer Miſſethat überwunden, ſolt an ihrem Leib, jedoch nicht zu Tod, oder ewigen Gefängniß geſtrafft werden, wie es mit Erkäntniß ſolcher Straffe ſoll gehalten werden.

 So

WO aber ein Perſon, einer gnugſamen unzweiffelichen überwunden und erfunden Miſſethat halben, nach laut dieſer unſer und des Heil. Reichs Ordnung, von der Obrigkeit und Amts wegen, endlich an ihrem Leib, oder Gliedern geſtrafft weroen ſolt, alſo, daß dieſelbig Straff nicht zum Tod, oder ewiger Gefängniß fürgenommen würde: Mit Erkäntniß ſolcher Straff, ſoll es ſonderlich auch gehalten werden, als im 196. Articul anfahend, item, ſo ein Perſon, ꝛc. angezeigt, erfunden wird.

ARTIC. *IX. X.*

HI Articuli eadem ratione, iisdemque verbis jam extant in projectis 1521. 1529.

NOTÆ AD ARTIC. *X.*

Quæ communia habeant proceſſus accuſator. & inquiſitorius.

HOc Articulo traditur tantum, quod ratione indiciorum & torturæ, imo & probationis, negationis, confeſſionis, inter proceſſum inquiſitorium & accuſatorium non ſit notabilis differentia. Proinde deciſio quæſtionum hic occurrentium remittitur *ad Artic.* 29. 45. *&* 196. *&c.* ubi & nos annotabimus annotanda.

ARTIC. *XI.*

Von Annehmen eines angegebenen Ubelthäters, ſo der Kläger Recht begehret.

WO der Kläger * die Obrigkeit, oder Richter anrufft, jemand zu ſtrengen peinlichen Rechten, zu Gefängniß zu legen, ſo ſoll derſelbige Ankläger, die Ubelthat, und derſelben redlichen Argwohn und Verdacht, die peinliche Straffe auf ihm tragen, zuforderſt anſagen, unangeſehen, ob der Ankläger den Angeklagten auf ſein Recht gefänglich einzulegen, oder ſich bey dem Geklagten zu ſetzen, begehren, und erbieten würde: Und ſo der

Ankläger das thut, ſoll der Angeklagt in Gefängniß gelegt, und des Klägers Angeben eigentlich angeſchrieben werden. Und iſt dabey ſonderlich zu mercken, daß die Gefängniß zu Behaltung, und nicht ſchwerer, gefährlicher Peinigung und Gefangenen ſollen gemacht, und zugerichtet ſeyn. Und wann auch der Gefangenen mehr denn einer iſt, ſoll man ſie, ſo viel gefänglicher Behältniß halb ſeyn mag, von einander theilen, damit ſie ſich unwahrhafftiger Sage mit einander nicht vereinigen, oder, wie ſie ihre That beſchönen wollen, unterreden mögen.

* Olim certus erat accuſatorum ordo in his terris v. c. in homicidio 1) de neyſte ſwertmag 2) dat echte Wyf 3) de andere mage 4) de Hoffhere 5) de Wert, da de tode inne gewohnt. *vid. LL.* Goslar. *p. 458. Tom. III. R. Brunſuic.*

ARTIC. *XI.*

Loco verborum: Die Ubelthat, legitur in project. A. 1521. offenbahre Urſachen oder aber redlichen Verdacht, die &c.

2. Verba: unangeſehen usque ad verba: erbieten würde, in project. 1521. omittuntur. Nec aliter in project. An. 1529.

NOTÆ AD ARTIC. *XI.*

§. 1. Pergitur ad Proceſſum accuſatorium. Hunc olim ordinarium fuiſſe, inquiſitorium autem extraordinarium; jam ſupra *1 annotavimus. Sed diu jam res immutata eſt. * 2 **Quis proceſſ. criminalis olim ordinarius.**

* 1 Factum hoc *§. 2. & in Not. ad Artic. 6.* ultimum quidem, quod inquiſitio extra ordinem ſcilicet fuerit inſtituta, non tam diſtincte obſervavimus. Enim vero ita omnino tenendum. Teſtem adducamus DECIANVM, hic enim *Lib. 2. Cap. 21. n. 12. practic. criminal.* diſerte tradit, *quod inquiſitio de jure* COMMVNI, civili nempe, *ſit remedium*

medium EXTRAORDINARIVM, *de* JVRE CANONVM *autem* ORDINARIVM. Unde ſimul origo ejus, de qua jam §. 3. & *Not.* * 2. *ad art.* 6. patet. Ita etiam rem exponit illuſtris doctor noſter THOMASIVS *de Orig. Proc. Inquiſit.* conſentit MVNDIVS *Vol. 1. conſil. 14. n. 2.* & *3. Inquiſitio,* inquit, *de genere prohibitorum eſt,* & *non* niſi certis caſibus admittenda. Eadem ratione diſtinguit vetus regeſtum, quod ſupra *e diſſ. noſtr. de Rat. decid. §. 5. in Not. ad Artic. 6.* allegavimus. Et ulterius confirmat *ordin. Polit. Sax.* adducta *ad Artic. 9. ſupra* & *3. Not.* * 3.

Fontes Proceſſus inquiſitorii.

* 2 Partim jure Canonico, prout jam jam oſtenſum, partim Carolina noſtra *infr. Artic. 214.* verbis: Und wo der Beſchädigte nicht klagen wollte, ſoll dennoch die Obrigkeit den Thäter von Amtswegen rechtfertigen.

De officio judicis circa recipiendos reos.

§. 2. Traditur hoc Articulo officium judicis cum circa petitionem * 1 accuſatoris ad reum incarcerandum, tum circa incarcerationem ipſam. * 2 Ne fiat ſolo accuſantis periculo, licet ita judicem roget. Imo licet ſe ſimul cuſtodiendum offerat. Nam in juſto judicio non affectus, aut temeritas petitoris, ſed jura & factum ſeu delicti indoles pro norma eſſe debent. *vid.* ſupra præfat. verſic. damit die Criminal-Gerichte. Pluribus judicum præcipitantiam circa incarcerationes notat STRYK. *vol. Hal.* 1. *pag.* 1556. *ſeq.* Nec deficiens animus injuriandi hic ſufficit, cum contra jura hominem incarcerare per ſe injuriam contineat.

Quando ad petitum actoris reus in carcerandus 1. 2. 3.

* 1 Scilicet, ut accuſatorem tum demum audiat 1) ſi accuſet de delicto, cujus pœna eſt criminalis: So peinliche Straffe auf ſich trägt. 2) Si adducat legitimum aliquod indicium. 3) Si illud aliqualiter probet, alias judex temerarie non credat, licet ſuo periculo accuſator eum pergere jubeat, & ſe ad carcerem ſubeundum offerat. Nam ubi delictum leve, ibi res civiliter peragitur, agendo ad intereſſe ab actore. Vel judex reum ſummarie examinat, & negotium componit, ut *ſupra ad artic. 6. §. 5. ibique*

Digitized by Google

que in Not. jam annotavimus. Perſona tamen levis etiam in levi delicto incarceratur. Imo, ſi qualitas delicti atrocioris dubia v.c. ſi nondum conſtet de vulnerum ſequelis & exitu, recte prehenditur denunciatus locuples. Nam aliter ſecuritati judiciorum criminalium proſpici nequit. Ecquis enim divitum eſt, qui bona ſua deſerere, quam corporis cruciatum ſubire non malit? Dein, ſi dubius eventus in delictis, quæ probata pœna corporis afflictiva coercentur, cautionis fragilitati relinquitur, reo poſtea aufugiente publicum irreparabiliter læditur: cum viciſſim, ſi forte ex cauſa apparente locuples cuſtoditur, dein, ſi vel ſe innocentem probet, vel certe corporis cruciatum per ſcriptum defenſionis declinet, promta dimisſione, ſententia abſolutoria datoque bono judiciali teſtimonio, ſi opus mox incommodum temporarium penſatur. Accedit etiam ratio *Artic. LXI.* verſic. Denn man ſoll ſich. Siquidem citra indicia nemo prehendi ſolet. Ubi vero nulla indicia, ibi nemo incarcerandus, hinc ſummatim accuſator ea ſuppeditare tenetur. STEPHAN. *princ. h.* Tandem temeraria oblatio accuſatoris ad carcerem ipſum accuſatorem videtur reddere ſuſpectum. Quamvis verba: Unangeſehen der Ankläger, non extent in projectis ordinationis criminalis, de quibus poſtea. *adde* STRYK. *diſſ. Halenſ. de eo, quod ſit periculo petent.*

Quando perſona levis, quando diverſa cuſtodienda.

Cur accuſatori ad dura ſe offerenti non fidendum.

*2 *vid. infr. Artic. 218. Adde* KAYSER *pag. 220. ſeqq.* ubi judicem juniorem practica docet, wie der Gefangene anzunehmen, einzulegen, Regiſtratur darüber zu machen, die Wächter zu beeydigen. *adde l. 3. C. de cuſtod. reor. ibique Dd.*

Practica receptionis reorum, unde diſcenda.

§. 3. Carcer debet cuſtodiæ, non cruciatus aut pœnæ ſpeciem continere *in artic. h.* unde ad officium judicis referunt, ut reo de malo carcere queſto, ipſe carcerem adeat, & oculariter ſtatum ejus inſpiciat. STRYK *de l. S. 1. 1. num. 33. ſequ.* Excuſat tamen judicem aliquando neceſſitas raptorum & furum improbitas, ſi duriſſima

Carcer ſive cuſtodia qualis?

ma vincula, & carcerem arctiſſimum in ſubſidium vocet; ut conſtat *e vita Lipſ. Tull.* *

R. exacta ſecura non crudelis, aut dita.

* Obſervare tamen & hoc caſu debet judex prudens diſtinctionem inter cuſtodiam firmiſſimam, & antra atque ſpeluncas fœtidas, inſectarumque plenas. Illas neceſſitas præcipit, has crudelitas tantum commendat.

ARTIC. *XII.*

Von Verhafftung des Anklägers, bis er Bürgſchafft gethan hat.

SO bald der Angeklagte zu Gefängniß angenommen iſt, ſoll der Ankläger, oder ſein Gewalthaber, mit ſeinem Leib verwahret werden, bis er mit Burgen, Caution, Beſtand und Sicherung, die der Richter, mit ſamt 4. Schöffen, nach Gelegenheit der Sachen, und Achtung beyder Perſon, für gnugſam erkennt, gethan hat, wie hernach folget. Und nemlich alſo, daß er, der Ankläger, wo er die peinliche Rechtfertigung nicht ausführen, oder den Rechten verfolgen würde, und die geklagte Miſſethat, oder aber redliche und gnugſame Anzeigung und Vermuthung derſelben, in ziemlicher Zeit, die ihm der Richter ſetzen würde, nicht dermaſſen bewieß, daß der Richter und Gericht, oder der mehrer Theil aus ihnen für gnugſam erkandt, oder ſonſten im Rechten fällig würde, alsdann den Koſten, ſo darauf gangen iſt, oder dem Beklagten, um ſeine zugefügte Schmach und Schaden Abtrag thun woll, alles nach bürgerlicher rechtlicher Erkäntniß. Und damit derſelbig Gefangen beklagt, ſeiner erlitten Koſten, Schmähe und Schaden deſto austräglicher und förderlicher Ergetzung und Abtrag erfolgen möge, ſo ſoll zu ſeinem Gefallen und Willen ſtehen, den peinlichen Ankläger vor deſſelben

ſelben Anklägers ordentlichen Richter, oder den peinlichen Gericht, dafür ſich die gerichtliche Ubung und Rechtfertigung erhalten hat, um ſolchen Koſten, Schmähe und Schäden, rechtlich fürnehmen, darinn auch ſummarie, und ohne Zierlichkeit des rechtlichen Proceß, procedirt, gehandelt, und die Urtheil ohne weitere Appellation und Suchung, vollzogen werden, dadurch doch demſelben peinlichen Gericht auſſerhalb dieſer Fälle, und weiter, dann es vorgehabt, kein bürgerlicher Gerichts-Zwang und Erkäntniß zuwachſen ſoll.

ARTIC. *XII.*

IN projecto anno 1521. Poſt verba: Mit ſeinem Leibe, ſtatim additur: nach Achtung und Verdächtigkeit der Perſonen verwahret werden, biſs er nach Gelegenheit und Geſtalt der Sachen und Erkändtniſs des Richters ſammt vier Gerichts-Schöpffen eine nothdürfftige Caution, Beſtand und Sicherung gethan hat, wie zu dem andern Artikel hernach folget,

Verba: Und die geklagte Miſſethat, oder &c. in proj. eodem redduntur: die Hauptſache der geklagten Miſſethat, ſo der Beklagte die verneinen würde, oder aber redliche u. ſ. w.

Loco verbi: Beweiſs in proj. habetur: anzeigen oder beweiſen würde, daſs der Richter von deſſelben Gerichts ſolche Weiſung für genugſam erkennen u. ſ. w.

Loco: Rechtlicher Erkändtniſs habet: Erkändtniſs deſſelben peinlichen Gerichts nächſter Obrigkeit. Clauſula autem, und damit derſelbige, usque ad finem omittitur. Ut & in proj. An. 1529. quod quoad reliqua cum proj. Anno 1521. hic concordat.

NOTÆ AD ARTIC. *XII.*

De cuſtodiendo accuſatore & quibus mediis

§. 1. Largius accuſato proſpicit articulus præſens, qui accuſatorem poſt ſummatim indicata indicia, vel cavere idonee, vel carcerem cum accuſato intrare jubet. Aliter omn jus Romanum, aliter lex Salica, Francica, Alemannica, jus Saxonicum, ut & ſtatuta Colonienſia, quæ fere conveniunt cum Articulo noſtro. *

Romani, Franci, Alemanni, Saxones, Colonienſes in hanc rem uſi.

* Jure Romano accuſator inſcribebat in crimen *l. 3. ff. de accuſat.* de quo MATTHAEI *pag. 625.* Quod retinuerunt Franci, qui Romana lege vivebant. Formulam ex SIRMONDO *vid. tom. II.* BALUZ *p. 485.* Lex Salica accuſatori falſo decernit mulctam *c. 21.* Franci clericum degradantur, laicum talione coërcent, ſi falſo accuſaverint *tom. 1. pag. 1010.* BALUZ *d. l.* Alemannus vult, ut accuſator ſe *indonect* (ita in *c. 44. Alem.*) *tracta ſpatha contra eum, cui crimen imponit. Speculum Saxon. lib. 1. Art. 61.* ita diſſerit: Wer keine Bürgen haben mag, den ſoll die Fronegewald behalten, ob er keine Erbe da hat, oder ob er um UNGERICHT (i. e. criminaliter) klaget. Nec aliter fere ſtatuta Colonienſia *Art. 46.* Wer einen den Leib angehender Sachen halber arreſtiret, der ſoll mit dem Arreſtato in die Hacht und Schloſs gehen, Leib bey Leib zu ſetzen, und ſoll kein Greve oder Schöffe ihn daraus laſſen, es ſey denn erſt das Recht darüber geſtrichen. Congeſta ſunt hæc ſtatuta e veteri jure 1457. Ex his ſimul colligimus, quod accuſator alicubi ſatis dando ſe ex carcere non potuerit liberare, ſed opus fuerit, ut ſententiam expectaret. Facile tamen hanc legem innocentiæ cuſtodem quondam eluſit CALVINI ingenium. Nam cum SERVETUM apud Genevenſium ſenatum criminis hæreeos reum detuliſſet, & ut prehenderetur, rogaſſet, ne & ipſe ex lege cum accuſato in vincula conjiceretur, perſonam accuſatoris callido uſus conſilio, in famulum coquumque ſuum Nicolaum de la FONTAINE transſcribebat, ut hic in ſpeciem legi ſatisfaceret, & carcerem ſubiret. Vix autem triduo elapſo vades aderat ex compacto CALVINI, domini

De cautela Calvini contra cuſtodiam.

mini ſcilicet frater, ad cujus ſponſionem facile dimittebatur communis truculentiæ & nequitiæ ſatelles NICOLAUS. Atque hæc fere omnia, quaſi res bene geſtas enarrat ipſe CALVINUS in epiſtolis ſuis. Ceterum carcerem intrandi neceſſitas ſine dubio ubique ceſſavit: bey Handhafften Thaten. Reo enim in facinore ipſo deprehenſo, ceſſat ſuſpicio calumniæ accuſantis. *vid.* DATT. *L. 1. c. 1. n. 68.* adeoque & cautiones alias neceſſariæ per §. 1. *tit. VIII. Des Landfriedens a. 1521.*

§. 2. Quid vero de praxi articuli hodierna dicendum? An hodienum accuſatori vel ſatis dandum, vel carcer intrandus? BULLEUS *n.* 3. MANZ. *n.* 6. ZIERIZ * videntur affirmare. STEPHANI *n.* 1. *f.* citato CLARO in negativam propendet, nec aliter LUDOVICI, BEYER autem de uſu tantum rariore atteſtatur. — An hodienum accuſator

* Affert hic exemplum accuſatoris, qui a. 1605. Pragæ ſponte ſua carcerem intravit.

§. 3. Sane cum jam viderimus, tam Romanos, quam Germanorum legiſlatores, ubique ſollicitos fuiſſe, & ſecundum officium eſſe debuiſſe, ne innocenti per temeritatem & malitiam accuſatoris gratis injuria inferatur: recte dicitur, quod hodienum, ſi accuſator non ſtatim probationes oſtendere, nec tamen ſatisdare poſſit, quia aliter accuſato proſpici nequit, cuſtodiri poſſit. Ut etiam extra Germaniam ipſi obſervavimus. * — & quando cuſtodiendus.

* Ita enim practicatum in cauſa Ankläger Capitain Wolmar Johannes von Plathen wider den Baron und Obriſten Joh. Wilhelm von Nieroth wegen angeklagter Conſpiration in dem General-Kriegs-Gerichte Rigæ Livoniæ anno 1703. — Caſus in terminis

Neque vero hæc res ratione caret, interim prudens declinabit hoc onus, ſi denunciantis vice fungatur, non accuſantis, quo caſu præſtito juramento pœnam calumniæ non metuit. Niſi & in hac ſpecie accuſatus valde veroſimiliter oſtendat judici denunciantis nequitiam, ut in caſu allegato Colonellus Nierodt, qui ex compacto cum ſua uxore — An & quando denuncians cuſtodiendus.

 re

re accuſationem cœpiſſe, quo e medio ipſe tolleretur, probabat. Unde nec aliter puto fuiſſe obſervatum, ſi Capitaneus juraſſet, & merus fuiſſet denunciator. Nam juramentum excuſat quidem a calumniæ ſuſpicione, non autem ab ejus pœna. LAVTERB. *tit. de jur. jur. in fine §. 92. Colleg. Maj.* De falſæ denunciationis coercitione *vid.* omnino GRANZ. *in Defenſ. pag. 668. ſeqq.* Impunis tamen eſt, ſi tantum ob defectum probationis reus abſolvitur, nec demonſtrari poſſit denunciatoris malitia *n.*106. idem GRANZ. Quæritur, an judex teneatur denunciato indicere nomen denunciantis? ℞. non mox ab initio, bene tamen poſt innocentiam a denunciato demonſtratam LVDOVIC. *C. I. §. 8. proceſſ. crim.*

De pœna denunciant: remiſſive. it. quando excuſatur.

Quæ partes cautionis accuſatoris.

§. 4. Capita cautionis * 1 ſunt (1) ut litem proſequatur, ut (2) probet accuſationem intra terminum juris (3) ut in probatione deficiens de damno & injuria ſatisfaciat. Quantitatem æſtimat judex non tamen neglecto plane, ut veroſimile eſt, accuſati conſenſu. * 2

Cur rarior hæc cautio,

* 1 Cum accuſationes fere exoleverint, hæc magis ad theoriam pertinere videntur, caſu tamen eveniente applicantur v. c. ſi quis accuſando necem cognati vindicare vellet.

Cur circa illam audiendus accuſatus.

* 2 Quod ſi enim in civilibus, ille, cujus in gratiam cautio interponenda, audiendus eſt, ut pro re nata inidoneam dicere poſſit, multo magis accuſato in criminalibus ſua monita integra eſſe debent.

De actione innocentis contra accuſatorem ejusque compendio.

§. 5. Præterea datur electio fori accuſatorem conventuro, an in foro domicilii, an in foro, ubi accuſatio perperam inſtituta * ſummario proceſſu omni ſolennitate, remediisque ſuſpenſivis remotis, ad ſatisfactionem agere velit. Eſt tamen hoc forum ultimum accuſatoris ſingulare, nec ultra capita cautionis præſtitæ extendendum, ut in fine textus habetur.

Quis optime commentatus in h. Art.

* Eſt enim hic quædam cauſæ connexio ſive continuatio, ut REMVS notat, qui ſimul hoc forum priori præfert; GAILII autoritate. *L.* 1. *o.* 32. motus. Cur autem imperator non

non abſolute cauſæ connexionem attenderit, ſed accuſato electionem fori conceſſerit, item an et quando accuſator de damno expenſisque conventus poſſit appellare, imo, quænam totius articuli rationes ſint, non inepte oſtendit MANZ. *ad hunc artic.*

ARTIC. *XIII.*

Von Bürgſchafft des Anklägers, ſo der That bekäntlich iſt, und redliche Entſchuldigung ſolcher That halb fürgiebt.

Wo der Thäter der That ohne läugnen wäre, aber deßhalb redliche Entſchuldigung, die ihn, wo er die bewieſe, von peinlicher Straff entledigen möchten, anzeigt, und ihm aber der Ankläger ſolcher ſeiner fürgewendten Uhrſachen und Entſchuldigung nicht geſtünde: So ſoll der Ankläger in ſolchem Fall, dennoch auch, nach Gelegenheit der Perſon und Sachen, und Erkäntniß des Richters, ſammt vier Gerichts-Perſonen oder Schöpffen, nach Nothdurfft verbürgen: Wo der Beklagte ſolche Entſchuldigung alſo ausführen wird, daß er der beklagten That halb nicht peinliche Straff verwürcket hätte, ihm alsdann um ſolch gefänglich Einbringen, Schmach und Schaden, vor Gericht, wie obgemeldt, endliches bürgerlichen Rechtens zu pflegen, und darzu alle Gerichtsſchaden auszurichten, und Erkäntniß deſſelben Gerichts ſchuldig ſeyn, und ſoll nach ſolcher geſchehener Bürgſchafft, mit Ausführung der entſchuldigten That, wie hernach im 151. Articul, anfahend: Item, So jemand einer That bekäntlich iſt, ꝛc. geſchrieben ſtehet, gehalten und gehandelt werden, und in dieſem Fall, vor ſolcher Ausführung und ſonder Erkäntniß, peinliche Frag nicht gebraucht werden.

Notæ

NOTÆ AD ARTIC. *XIII.*

Quid ſi accuſator audacter contradicit rei exceptionibus.

§. 1. Senſus articuli eſt, quod accuſato factum quidem fatente, ſed de ſua innocentia e facti circumſtantiis excipiente, accuſatore autem ei audaciter contradicente, accuſato viciſſim ſua allegata probante, accuſator eadem ratione, ut in Art. XII. cavere jubendus & coercendus ſit, ac ſi initio falſo accuſatum accuſaſſet.

Et quid ſi eisdem non adeo contradicit?

An idem calumniari in libello, & calumniari circa exceptiones defenſionales.

* Hanc contradictionem requiri puto inſtar conditionis neceſſariæ, alias enim, ſi N. de furto accuſo, ipſumque facti furti convinco, licet dein exceptione famis, vel neceſſitatis a pœna liberetur, ad ſatisfactionem, ſi exceptionem præfracte non negavi, neutiquam teneor, ut conſtat ex *Artic. 168. infra;* cum hic nil calumniæ commiſerim. Secus autem eſt, ſi citra cauſam excuſationi diu contradixerim. Scilicet non intereſſe videtur, an quis in ipſo libello quædam falſa calumnioſe conducat, an ex poſt facto ſit verſatus. Si quidem calumnia eſt ſemper calumnia. Quare cum hic eadem quæ *præced. artic.* ratio, ſine dubio huc etiam transferri debent, quæ ibi de cuſtodia accuſatoris dicta ſunt.

Quare judici pendente lite ſuper exceptione quieſcendum?

§. 2. Interim monetur in articulo judex, ne pendente lite ſuper exceptione, ad quæſtionem procedat.

Circa rei defenſionem calumnioſe.

* Ratio eſt, quod hæc exceptio v. c. neceſſariæ defenſionis, famis aliquam conſtituat quæſtionem juris, an jure occiderit, an licite furatus ſit. Atqui judice Cicerone quæſtio juris in judicio, quæſtio facti in eculeo eſt. Ceterum temperatur egregie vis confeſſionis hoc articulo, ne judex eam ſolam, ſi pura non ſit, reſpiciat. De quo *infr. Artic. 47. ſeq.*, *confer. c. 3.* BOVRICII *enchir.* Latiſſime GVAZZINI *defenſ. 32.*

ARTIC. *XIV.*

So der Kläger nicht Bürgen haben mag, wie die Gegenhaftung beſchehen ſoll.

Item ſo lang und dieweil der Ankläger gemeldte Bürgſchafft nicht haben mag, und doch den ſtrengen pein-

peinlichen Rechten nachfolgen wolte: So ſoll er mit dem Beklagten, bis nach Endigung vorangezeigter red‑licher Ausführung in Gefängniß oder Verwahrung, nach Gelegenheit der Perſonen und Sachen, gehalten werden, und dem Ankläger, auch dem, der ſeine Ent‑ſchuldigung ausführen wolt, ſoll gegönnet werden, daß die Leut, ſo ſie zur Bürgſchafft, oder Beweiſung, wie obſteht, gebrauchen wollen, zu und von ihm wandeln mögen. So auch die Anklag von wegen Fürſten, geiſt‑licher Perſonen, oder Gemeinden, die geringers Stan‑des ſeyn, geſchicht; In ſolchem Fall mögen ſich andere Perſonen ungefährlich nicht geringerer Achtung, dann der Beklagt, an ihrer Statt, neben den Beklagten ge‑fänglich legen, oder verwahren laſſen. Und ob auch die‑ſelbe eingelegte Perſon ſonſt Bürgſchafft geben wolte, wie obgemeldt, daß alsdann dieſelbe Perſon ihrer Ge‑fängniß erlediget werden ſoll. Junge h. Art. XLVII. & LXXIII.

NOTÆ AD ARTIC. *XIII. XIV.*

Circa hunc nihil diſcrepant hactenus *collat. project.* uti nec circa Artic. ſequentem. Verba: oder ſonſt hö‑her in proj. Anno 1521. leguntur: ſonſt hoher oder *ehr‑bahrer* Perſonen. Verba: ungefährlicher nicht gerin‑ger Achtung, denn der Bekl. ut & clauſula: und ob auch dieſelbe u. ſ. w. in project. utroque omittuntur.

NOTÆ AD ARTIC. *XIV.*

§. I. Accuſato & ſuo modo accuſatore carceri manci‑patis utriſque integrum eſſe debet, amicos & alios, quo‑rum opera ad defenſionem, vel probationem uſuri ſunt, accerſendi & alloquendi. * De libertate accuſati & ac‑cuſatoris in cuſtodia.

* An accuſatus cum defenſore ſolus loqui poſſit. Negant LUDOVICI THOENNIK. *Advoc. Prun Crim. c. 6.* addita ratione, ne detur occaſio judici mali quid ſuſpicandi. Vicis‑ſim autem quæſtionem affirmant ZIERIZ, MANZ. *ad Atr.* 73. * An accuſato ſoliloquium cum defen‑ſore conce‑dendum, af‑firm.

Digitized by Google

73. *n. 29. ſequ.* GRANZIUS *pag. 347. de defenſ.* Diſtinguit BRUNNEMAN. *Cap. 8. m. 3. n. 27. proceſſ. in inquiſ.* Regulariter præferrem ſententiam Manzii. Nam reſtricta collocutione reſtringitur ipſa defenſio. Accedit, quod defenſores ſive Advocati, ſint præſumendi viri legales & boni, donec contrarium probetur. Neque vero nobis obeſt *l. 12. de publ. judic.* Nam quæ ibi de adhibendis viris clariſſimis & patronis cauſarum occurrunt, ad examen reorum cuſtoditorum, & cognitionem cauſæ criminalis pertinent, ut hæc non a ſolo judice, ſed coram integro & pleno aſſeſſorum conſeſſu, præſentibus etiam advocatis, fieri debeant, ut indicant verba: *ad* AUDIENDAS *cuſtodias i. e. cuſtoditos.* Aliud ergo dicendum, ſi non de AUDIENDIS, ſed tantum de ADEUNDIS ab advocato reis in cuſtodia quæſtio incidit. Quamvis non nihil quoque prudentiæ judicis dandum ſit, ut aliquando jus admittendi advocatum ad ſoliloquium cum cliente e facti circumſtantiis moderetur. Alias quod regulariter advocatus ad SOLILOQUIUM admittendus ſit, ejus videor mihi habere rationes ſequentes, ſcil. 1) quod nihil de admittendis ſimul perſonis judicialibus legatur, nec in Art. XIV. nec LXXIII. qui tamen ſedes ſunt hujus argumenti 2) quia cliens ad advocatum ſuum tanquam ad ſacram anchoram in cauſa vulnerata recurrit, & in eo omnem ſpem & fiduciam collocat. Ut 3) advocatus in jure æque ad credentialium ſilentium eodem vinculo in effectu teneatur, quo confeſſionarius. Sunt verba STRYKII *de revelat. credential. C. VI. n. 23. ſequ.* GRANZ. *p. 80. n. 83.* 4) Quia ita poſcit plenior & liberior defenſio, 5) quia in proceſſu inquiſitorio in ſpecie judex ſimul eſt accuſator, ſas tamen ipſi eſt, abſque dolo omnia etiam reo neſcio conquirere ad offenſam. Ergo reo idem fas eſſe debet ad defenſam. Repete tamen dicta verbis: Quamvis non nihil.

Reſponſ. ad obſt. l. 12.

Quis pro principe, aut univerſitate accuſantibus cuſtodiendus?

§. 2. Principes *1 utriusque ordinis *2 ut & communiones accuſatorum vice defungentes, jubentur, ut procuratorem ejusdem cum accuſato dignitatis afferant, qui cautione deficiente carcerem ſubintret loco principalium. *1 De

*1 De jure civili requiritur, ut potentiores ipſi adſint in criminali judicio, ſi accuſare velint *vid. L. 15. C. de accuſat.* Quare hunc rigorem hic temperari putat REMVS *h. a.* Quamvis illuſtriſſimis procuratorem dare licuiſſe velit GOBLER. h. allegans *l. f. C. de Proc.* non ſatis perpendens, ut puto, verba contextus. Nobis ſufficit, quod Carolina noſtra nemini deneget procuratorem, ut patet ex *Art. 12. ſupr.* Rationem juris mutati non unam adducit DECIANVS L. III. *c. 36. pr.* inter quas præcipua pleriſque viſa eſt, quod hodie ceſſet vinculum inſcriptionis. *vid.* MANZ. *n. 20. ad. d. art.* Quæ tamen diſplicet STRYKIO U. M. *tit. de Procur. §. 4.* qui antiquam prohibitionem potius ex eo derivat, quod jus accuſandi non ſit in bonis accuſatoris, nec proinde in alium mediante mandato conferri queat. Illud certum, quod hodie ne quidem procurator hominis de turba carcerem intret, multo minus, qui ab illuſtri mittitur. *vid. Not. ad Art. XI. §. 2. *2. ſupr.* ut prolixior diſputatio hic uſu careat. Imo apud noſtrates nec olim, vel in ipſo judicio Weſtphalico, de procurandi licentia, adeo dubitatum *vid.* DATT. *IV. c. 55.* ut ut exemplum ibi adductum per omnia meum jam non faciam, cum ad procuratorem univerſitatis fere pertineat. Plane quondam, ſi illuſtri cum illuſtri res eſſet, libere acceſſit procurator Seculo adhuc XV. Sic imperante Sigismundo, cum Henricus Dux Bavariæ, Ludovico ejusdem Bavariæ Duci internecinum vulnus inflixiſſet in Concilio Conſtantienſi, a parte accuſatoris Burggravius Fridericus, a parte rei Günther comes Schwartzburgicus, procuratorio nomine liberrime intervenerunt. Additque litem hanc recenſens WINDECK. *c. 137. hiſtor. MSct.* Wer da zum Hoff-Gericht ſtehet, und erfordert wird zu einen Fürſprecher, der da ſein Genoſs iſt, der muſs ihn ſeine Worte ſprechen. Forum delicti principum imperii vi conſtitutionum Friderici II. Alberti I. wenn es gehet an ihren Leib, Ehre oder Recht, eſt coram Cæſare, conf. LYNCK *p. 43. de libert. ſtat. imp.* Exercuit olim Cæſar jurisdictionem ſuam per judices e provincia nativitatis rei deſumtos, ut conſtat exemplo Ottonis Bavariæ Ducis ſub Henrico IV. *apud Lamb.*

An jure civili accuſator det procuratorem?

Cur hodie det? ratio DECIANII

STRYKII.

Cur de his non adeo rixandum?

De procurat. crimin. ex hiſtoria.

Forum delicti princip. imperii.

Digitized by Google

Schoſſnab. Quæ nuper hac de re diſputata in cauſa Ranzoviana, congeſſit LVNIG *in theſ. comit. p. 910. ſequ.* BRVNNEM. *ad l. 1. C. ubi ſen. vel clariſſ.* principem in delicto deprehenſum ſubjicit jurisdictioni principis deprehendentis, quod non convenit dictis LL. imperii, quæ Cæſarem judicem conſtituunt. Alias de foro criminali principum SCHWEDER *in jur. publ. part. ſpec. ſect. 6. U. c. 17.* LVNIG. *in theſ. comit. p. 914.* D. SILBERATH. *de jurisd. crimin. ſub noſtro præſid. habit. p. 25. §. 7. p. 33. §. 17. 18. p. 60. §. 9. n. 4.*

De prælatis & reliquis clericis accuſatoribus ap. Cathol. &

* 2 De principibus eccleſiaſticis res dubio caret, cum duplicem ſuſtinent perſonam; ſed reliquo clero in foro ſeculari accuſandi licentia adimitur *c. t. X. ne cleric. vel monach.* niſi tantum damni ſui reſtitutionem intendant. ENGEL. *Jur. Can. 1050. add. c. 2. X. de homic. in 6. ibique DD.* in foro autem eccleſiaſtico parochus recte accuſat ordinarium ſuum, & monachus abbatem ſuum plane pacto contrario non obſtante. WIESTNER *n. 34. 35. ad tit. X. de accuſat.* Nec apud nos clerum decere putamus, ut in foro ſeculari homines de criminibus accuſet. *confer. meine Betr. von Taubſtumm. p. 83. §. bey dem.* Tandem, ſi princeps in aliena civitate aliquem cuſtodiri vult, ratione ſumtuum proceſſus ab ipſo civitas petere poteſt, ut judicio civitatis ſatis det: Plane, ut ut per injuriam a duce ſuo glorioſiſſimo fundatore Juliæ noſtræ duo uncialium millia ſatisdationis loco in tali ſpecie petere auſa eſt Brunſviga. *v. Art. Br. 854.*

Proteſtantes.

ARTIC. *XV.*

Von einer andern Bürgſchafft, ſo der Kläger den Argwohn der Miſſethat bewieſen hat, oder die Miſſethat ſonſt bekäntlich iſt.

Wo der Kläger den Argwohn und Verdacht bewieſen hat, oder die beklagte Miſſethat ſonſt unlaugbar iſt, und der Thäter genugſam Entſchuldigung derhalb, als vorberühret iſt, nicht ausführen kan; So ſoll der Ankläger alsdann verbürgen, den ſtrengen pein-

peinlichen Rechten, darum der Beklagte angenommen iſt, nach dieſer unſer, und des Reichs Ordnung, nachkommen, und zu weiterer Bürgſchafft, in ſolchem Fall, nicht verbunden werden. Und was alſo durch Annehmung des Beklagten, mit Klag, Antwort, Bürgſchafft, Fragen, Erfahrung, Weiſung und anders, gehandelt, auch darauf geurtheilet würde, das ſoll alles der Gerichtſchreiber ordentlich und unterſchiedlich beſchreiben, wie deshalb hernach im 181. Artickul, anfahend: Item: ein jeder Gerichtſchreiber ſoll, ꝛc. Und in etlichen Blättern darnach, ein gemeine Anzeigung und Form ſolcher Beſchreibung halber erfunden wird.

ARTIC. *XV.*

POſt verba: Reichs-Ordnung nachzukommen, additur in proj. Anno 1521. auch die Atzung und Gerichtskoſten laut derſelben auszurichten und zu weiterer &c.

NOTÆ AD ARTIC. *XV.*

Si de delicto conſtet nec accuſati exceptio alicujus momenti, cavere debet de lite proſequenda accuſator, non autem ulterius v. c. de indemniſando accuſato, diligenter interim omnia actuarius in protocollo ſuo annotare debet. * (An & quomodo accuſator caveat, ſi de delicto conſtet?)

* Articulus hauſtus eſt e jure civili & naturali judiciorum criminalium conſtitutione, quæ non patitur, ut accuſator in publicæ diſciplinæ præjudicium tergiverſetur. Interdum tamen abolitio conceditur & deſiſtendi ab accuſatione licentia. Ubi nihilominus innocenter accuſato jus ſuum ſalvum manere debet SCHILT. *Ex XLIX. §. 153.* Imo nec aliis, quorum civiliter intereſt, nocet abolitio ab inquiſito impetrata. Sic non ita pridem alicubi fœmina quædam de adulterio non tantum accuſata, ſed per teſtes jam convicta erat. Nihilominus præſtitis præſtandis impetrabat abolitionem a principe. Mortuo dein marito poſt annum, & quod excur- (Quando accuſator ab accuſatione deſiſtere poſſit, & quid ABOLITIO efficiat, & non efficiat.)

Caſus in hanc rem cum præjudicio.

excurrebat, producebat anniculum, qui interea latuerat, contendebatque nomine hujus pueri ex defuncto, ut dicebat progeniti, admitti ad judicium familiæ Herciſcundæ, ſed tutores legitimæ prolis nacti erant rotulum teſtium inquiſitionalium, & ſe offerebant ad probationem evidentiſſimam, quod anniculus ex adulterio natus eſſet, femina provocabat ad abolitionem impetratam, tutores replicabant, hanc non pertinere ad quæſtionem civilis intereſſe. Reſpondit collegium noſtrum pro tutoribus, *conf.* MAVRIT. *diſſert. de abolitione.* Ceterum verba adſcripta ſupra e Projecto Norico, in recentioribus formulis merito omiſſa ſunt, uti etiam in Vinarienſi factum, cum accuſatori in caſu articuli noſtri ex æquo impenſarum reſtitutio injungi nequeat. *vid. Art. 204. & Art. 153.*

ARTIC. *XVI.*

Von unzweiffentlichen Miſſethaten.

Sollen ſonderlich Richter und Urtheiler ermahnet seyn, wo eine Miſſethat auſſerhalb redlicher Urſach, die von peinlicher Straff rechtlich entſchuldiget, öffentlich und unzweiffentlich iſt, oder gemacht würde, als ſo einer ohn rechtmäßig und getrungen Urſach, ein öffentlicher, muthwilliger Feind, oder Friedbrecher wäre, oder ſo man einen an wahrer * Ubelthat betritt: Auch, ſo einer den gethanen Raub, oder Diebſtahl wiſſentlich bey ihm hätte, und das mit keinem Grund wiederſprechen, oder aus redlichen Urſachen widerlegen möge, als hernach bey jeder peinlicher Straff (wann die Entſchuldigung hat) funden wird. In ſolchen und dergleichen öffentlichen unzweiffentlichen Ubelthaten, und ſo der Thäter die offen, unzweiffentlichen Ubelthat, freventlich wiederſprechen wolte, ſo ſoll ihm der Richter mit peinlicher, ernſtlicher Frage, zur Bekänntniß der Warheit halten, damit in ſolchen öffentlichen,

chen, unzweiffentlichen Miſſethaten, die endlich Urtheil und Straff, mit den wenigſten Koſten, als ſeyn kann, gefördert und vollnzogen werde.

* Sic ſcabini in G. a. 1730. M. Dec. verſus X. ad teſtimonium mariti & uxoris, qui ſe furem cum vaſe argenteo (ſilbernen Thepots) deprehendiſſe aſſerebant & jurabant, decreverant quæſtionem, ſed vid. not. X. ad §. 2. *infr. h. artic.*

ARTIC. *XVI.*

IN proj. Anno 1521. poſt verba: unzweiffentlich Ubelthaten ita continuatur: ſoll man alle rechtliche Verlängerung, ſo ſonſt in dieſer Ordnung, allein zu Erfahrung der Wahrheit, und nicht die unzweiffentliche Miſſethäter damit zu friſten, geſetzet ſeyn, abſchneiden.

Item: in fine poſt verba vollzogen werden, additur ibid. zu gleicher Weiſs als ein Richter in Bürgerlichen Sachen, zu einer unzweiffelichen und bekenntlichen Schuld zu verhelffen ſchuldig iſt, und dem Schuldener geſährliche Verlängerung in den Rechten zu gebrauchen nicht geſtatten ſoll.

NOTÆ AD ARTIC. *XVI.*

§. 1. Supponitur in hoc Art. *1 crimen eſſe notorium *2 deeſſe probabilem accuſato exceptionem a pœna criminali liberantem. His duobus concurrentibus decernenda dicitur tortura. *Quem caſum Artic. h. ſupponat.*

*1 Hunc Articulum cum Art. XXII. LXVII. LIX. committunt Doctores ex ea ratione, quod in notoriis non de eculeo, ut tamen hic dicitur, ſed de pœna quæſtio ſit. Enim vero pœnæ tantum locus eſt in ſpecie, ubi reus criminis, vel confeſſus, vel convictus *vid. Art. 22. Art. 67. 69.* De quibus duabus ſpeciebus præſens articulus non agit, verum de illa, ubi de delicto conſtat valde apparenter & evidenter, ex prægnantiſſimis nempe indiciis, (ita enim explicanda verba: öffentlich, unzweiffentlich, ut contextus ſuadet) deeſt *Quomodo crimen NOTORIUM reſpectu QUÆSTIONIS aut POENÆ.*

deeſt tamen adhuc plena ipſius facti probatio, vel rei confeſſio, vel certe factum quidem probatum, rei tamen allegationes adſunt, quas ipſe probare nequit, nec judex, vel accuſator reprobare poteſt, ut proinde condemnare crudele, abſolvere nefarium foret, his poſitis tortura decernitur. Si vero excuſatio rei eſſet probata, vel facile probanda, aliter omnino reſpondendum, per verba: Auſſerhalb redlicher Urſach u. ſ. w. nec ad quæſtionem properandum.

De notorio doctrina Gratiani.

* 2 De notorio quidem agere non eſt hujus loci, laudari ſolet BENEDICTI de CAPRA *Tractatus de Notorio.* GRATIANVS *ad C. 11. qu. 1.* notorium triplex conſtituit (1) quod manifeſtum eſt judici, ignotum aliis, ut in *c. 18. d. l.* (2) quod manifeſtum eſt aliis, non judici, ut in *c. 19.* tandem (3) quod notorium eſt judici & aliis. In quo ſolo ſine examine concedit ſententiam ferendi poteſtatem. Nobis quoad judicem inferiorem & uſum fori ſufficere videntur, quæ Not. præced. ex *Art.* 16. 22. 67. 69. tam pro pœna, quam pro tortura dictanda adduximus. Ceterum reſpectu judicis ſupremi notorium ad ſententiam dicendam ſufficit etiam in caſu 1. Gratiani, inferiori autem judici, nec in caſu 3. judicare licebit, niſi notitia firmetur legitima & in ordinationibus criminalibus præſcripta probatione, judex enim inferior non debet tantum ſcire crimen, ſed ſcire præciſe eo modo, quo in argumento probationis ipſi præſcriptum ſcilicet, vel ex rei confeſſione, vel teſtium probatione.

Epicriſis de diſtinctione inter judicem ſummum, & ſubordinatum.

De deprehenſione &

§. 2. Nominatim ſimul in textu fit mentio deprehenſionis in crimine, & quid hæc operetur. Diſtingui * ſolet, an quis deprehendatur ab uno, an a pluribus, an a ſolo accuſatore.

an DEPREHENSIO ſpecies probandi ſingularis.

* Late hæc omnia perſequitur MANZ. *h. a. n. 14. ad 50.* Revera hic nihil novi, nec deprehenſio probationi, vel confeſſioni opponenda, aut penitus ab his ſeparanda, aut tertia ſpecies fingenda, quaſi delinquens vel confeſſus, vel convictus, vel deprehenſus eſſe debeat. Sed ita habendum, ſi deprehendit in facinore unus delinquentem, & deinde in

Digitized by Google

in teſtem productus jurat, eſt ſemiplena probatio, ſi duo deprehendunt, & ut teſtes jurant, eſt plena, ſin accuſator, eſt nulla, ſin denuncians, tunc vel ipſius intereſt, denunciationem eſſe veram, vel non intereſt, ibi pro teſte non admittitur, hic admittitur. *vid.* DAMHOUDER *c. 6.* DECIAN. *Lib. VII. c. 17.* Admitti tamen videtur in furto deprehendens furem rei furtivæ dominus ob Artic. CCVIII. ibique dicta. Enim vero ibi non dicitur, quod dominus admittatur ad jurandum contra certum hominem, quod hic rem furatus ſit, ſed in genere, quod res furto ablata ſibi ſit. Ergo lex deeſt, quæ dominum indiſtincte ad jurandum admittit.

§. 3. Dicitur in articulo verbis: oder ſo man einen an wahrer Ubelthat betritt, quod deprehenſus ſit torquendus, ſi crimen inficietur. Sed reverâ res ita ſe habet: ſi deprehenſores ſunt fide digni, & dein ad articulos probatoriales jurato dicta repetierunt, inficiatus condemnatur ad ſupplicium per *Artic. LXVII. infr.* ſi vero deprehenſor ſit unicus, vel etiam plures, non tamen tales, prout in *d. Art.* teſtes deſcribuntur, tunc, ſi de dictis legitime jurarunt, procedi poteſt ad torturam per *artic. XXX.* audito tamen antea reo. **Quando ob deprehenſionem locus quæſtioni.**

§. 4. Monetur quoque judex in fine articuli, ut, quoad ejus fieri poteſt, ſumtibus parcat in proceſſu criminali. * **De ſumtuum parſimonia,**

* Recordor ſchedulæ expenſarum una cum actis ad facultatem noſtram tranſmiſſæ, ubi judex ſportulas, victum inquiſiti occiſoris, curamque læſi vulnerati paulo largius annotaverat. Defenſor lepide addebat, judicem forte cogitaſſe: *Minima non curat prætor*, aſt cogitare debuiſſe: *Minima curat pauper*. Quomodo autem in gratiam inquiſitorum pro avertendis expenſis laborandum, erudite docet THOENNICK. *p. 190. ſeq.* **& quid hic dicendum: minimum.**

Digitized by Google

ARTIC. *XVII.*

Wie der Anklåger nach Verhafftung des Beklagten nicht abſcheiden ſoll, er habe denn zuforderſt ein nåmtliche Statt, wohin man ihm gerichtlich verkůnden ſoll, benannt.

DEr Klåger ſoll auch nach gefånglichem Annehmen des Beklagten, von dem Richter nicht abſcheiden, er habe ihm dann ein nåmtlich Haus, an einer bequåmen, ſichern, ungefåhrlichen Statt oder Ende benennt, dahin fůrter der Richter, alle gerichtliche, nothdůrfftige Verkůndigung, zu ſchicken, und ſoll der Klåger demjenigen, der ihm ſolche Verkůndung zubringt, von einer jeden Meil, ſo er vom Gericht aus zu ihm lauffen muß, einen ziemlichen Boten-Lohn, nach gemeiner jeden Landes-Art-Gewohnheit, zu geben ſchuldig, und pflichtig ſeyn: Und wie der Anklåger ſolch End benennet, ſoll der Gerichtsſchreiber auch in die Gerichts-Acta ſchreiben.

ARTIC. *XVII.*

NUlla hic differentia inter project. & Articulum impreſſum.

NOTÆ AD ARTIC. *XVII.*

Accuſatoris abientis officium.

§. 1. Debet accuſator nominare certum locum, ſi forte ipſum durante proceſſu abeſſe * contingat, in quo ipſi rei exhibita, & judicis decreta inſinuari poſſint, ipſius quoque eſt nuncio inſinuanti æquam mercedem ſolvere. Ratio ſine dubio eſt, ut tempori & ſumtibus in ſubſidium impendendis parcatur. Monetur & hic actuarius ſui muneris, ut protocollo geſta inſerat.

Exempla migrationis ſeu abitus.

* Si aliorſum a Principe vocetur, ſi ſtudiorum, vel mercaturæ, vel alia ex cauſa peregre abſit. Rationem, quare ſumtus ſolvere teneatur accuſator, Doctores deſumunt ex L. 11.

§. 1.

Digitized by Google

ſ. 1. ad exhib. quod ſcilicet ſumtus exhibitionis ſolvere debeat is, cui exhibitio rei aut ſcripturæ facta. De dimenſione milliarium ſollicitus hic eſt ZIERIZ. Sed nos commendamus potius in hunc uſum WEHNER, & SPEIDEL. *verb. Meil it. Marſmann. tr. von Meilen - Recht.*

§. 2. His ſumtibus erogandis, & reliquis moleſtiis ferendis non opus habet, qui delictum tantum denunciat judici ad inquirendum. Nam denunciator, delinquentem, & delictum apud magiſtratum deferendo, atque circumſtantias loci ac temporis, nec non indicia exponendo, ſuo officio functus eſt. *c. XVI. & cap. fin. X. de accuſat.* Vnde nec perſecutio, nec probatio * 1 criminis ab eo exigenda. Quamvis ſe offerre poſſit de delatorum veritate, vel ipſi etiam judici fas ſit, illum inter teſtes recipere * 2 ut tamen ſalvæ ſint exceptiones reo, quod ſit inimicus, quod ejus interſit, & ſi quæ aliæ. OLDEKOP. *obſerv. crim. p.* 72. prolixius GRANZ. *n.* 426. *ſeq.* De denunciante & ejus officio.

* 1 Quod ſi tamen valde ſuſpectus ſit, denunciatus autem undique bene audiat, cautio ab illo exigi, vel arreſtum contra eum decerni poteſt. MANZ. *deciſ. palat. qu. 63. per tot.* Si de denunciantis malitia & temeritate poſtea conſtet, non habita ratione an ſponte, an ex officio denunciatio facta ſit, pro ratione admiſſi puniri, & ut denunciato ſatisfaciat, cogi debet. *v. l. Divus ad SCt. Turpil.* De denunciante ſuſpecto.

* 2 Suadendum autem judici, ne facile teſtem producat denunciatorem, præcipue, ſi inquiſitio non niſi unius denunciationis fide nititur, ne denunciato querendi, & ſuſpicandi occaſio detur. Atque in hunc ſenſum capio, quæ diſſerit WIESTNER *ad tit. X. de teſtib. n. 38. ſeq.* alias ab hactenus dictis diſſentiens, & denunciantis teſtimonium regulariter rejiciens. An denuncians teſtis eſſe poſſit v. infr. ad Artic. §. 2.

ARTIC. *XVIII.*

Von den Sachen, daraus man redliche Anzeigung einer Mißhandlung nehmen mag.

IN dieſer unſer, und des Heiligen Reichs peinliche Gerichts-Ordnung (als vor und nach ſtehet) iſt gemeinen Rechten nach, Annehmens und gefänglich haltens, auch peinlicher Frag halber, derjenigen, ſo für Miſſethäter verdacht und verklagt werden, und des nicht geſtändig ſeyn, auf redliche Anzeigung, Wahrzeichen, Argwohn und Verdacht geben, ſeynd nicht möglich alle zu beſchreiben. Damit aber dennoch die Amtleut, Richter und Urtheiler, ſo ſonſt dieſer Sachen nicht bericht ſeyn, deſto bas merken mögen, woraus eine redliche Anzeigung, Argwohn und Verdacht einer Mißhandlung, kommen, ſo ſind deßhalben die nachfolgende Gleichniß einer redlichen Anzeigung, Argwohns, oder Verdachts, wie das ein jeder nach ſeinem Teutſchen nennen oder erkennen kann, hernach geſetzt.

ARTIC. *XVIII.*

NEc hic occurrit mutatio project. anno 1521. 1529.

NOTÆ AD ARTIC. *XVIII.*

Cur non omnia indicia, quædam tamen præſcripta confer. Art. XXIV.

§. 1. Optimum monitum continet articulus, quod indicia magis addiſcantur exemplis ſpecialibus, quam regulis generalibus, quodque judices non debeant adhærere, ſolis exemplis hic traditis, quæ ipſis tamen præſcripta ſunt, ut propria meditatione ulterius progrediantur, & hic non ſcripta cum ipſis hic ſcriptis conferant atque expendant.

Judiciorum definitio.

§. 2. Scilicet ſunt indicia: circumſtantiæ criminum, quæ illud præcedere, comitari, vel ſequi ſolent, vel ita:

Digitized by Google

ita: ſunt circumſtantiæ probatæ, veroſimiliter CONNEXÆ cum crimine nondum probato. Circumſtantiæ autem ſunt infinitæ & magis infinita adhuc illarum inter ſe combinatio, vel ſeparatio. Siquidem circumſtantia ſemper juvatur, vel refellitur per aliam circumſtantiam, vel abſentem, vel cum illa concurrentem. Inde non tantum ſingularum cum facto connexio, ſed quoque plurium convenientium, vel diſcrepantium fides æſtimari debet. *

* Confer hic Dn. THOMASIUM *diſſert. de fid. jurid.* ubi fere doctrinæ indiciorum hiſtoriam texit, quomodo olim jure civili liberius omnia æſtimata fuerint, dein vero per jus Canonicum & ordinationem criminalem regulæ judicis arbitrium reſtringentes acceſſerint. *p. 87. ſeqq.* Habes alias in §. noſtro, judicis & advocati officium circa indicia, & normam hujus officii. Uterque ſcilicet nonniſi duo probe excutere debet (1) an circumſtantia allegata probata in facto, (2) an hæc ſecundum philoſophiam rationalem cohæreat cum delicto, & quam laxa, quamque arcta hæc cohæſio.

Thomaſii doctrina de indiciis.

Regula de indiciorum dijudicatione.

ARTIC. *XIX.*

Von der Begreiffung des Wörtleins Anzeigung.

Wo wir nachmahls redliche Anzeigung melden, da wollen wir allwegen redliche Wahrzeichen, Verdacht und Vermuthung auch gemeinet haben, und damit die übrigen Wörter abſchneiden.

ARTIC. *XX.*

Daß ohn redliche Anzeigung niemand ſoll peinlich gefragt werden.

Wo nicht zuvor redliche Anzeigung der Miſſethat, darnach man fragen wolte, vorhanden, und beweiſt würde, ſoll niemands gefragt werden, und

ob auch gleichwol aus der Marter die Miſſethat bekannt würde, ſo ſoll doch der nicht geglaubt, noch jemands darauf verurtheilt werden. Wo auch einige Obrigkeit, oder Richter in ſolchem überführen, ſollen die dem, ſo alſo wider Recht, ohn die bewieſene Anzeigung gemartert wäre, ſeiner Schmach, Schmertzen, Koſten und Schaden der Gebühr Ergötzung zu thun, ſchuldig ſeyn.

Es ſoll auch keine Obrigkeit, oder Richter in dieſem Fall, kein Urphede helffen ſchützen oder ſchirmen, daß der Gepeinigte ſeine Schmach, Schmertzen, Koſten und Schaden mit Recht, doch alle thätliche Handlung ausgeſchloſſen, wie recht, nicht ſuchen möge.

ARTIC. XX.

POſt verba: verurtheilet werden, additur in project. Anno 1521. wann das wider Recht iſt.

NOTÆ AD ARTIC. XIX. XX.

De neceſſitate indiciorum, & quid ſi judex hæc in quæſtione non attendat.

§. 1. Decernitur in Artic. XX. poſtquam Artic. XIX. verbum: *indicium* explicuit, ne tortura fiat ſine legitimis indiciis, idque adeo, ut, licet confeſſio *1 ſequatur, ea tamen habeatur pro nulla, & inquiſito fieri debeat, non obſtante Urpheda *2 pro illata iniuria ſatisfactio *3 imo licentia.

Quid jus civile ſtatuat.

*1 Ita & jam de jure civili ſtatutum *L. 1. §. 1. & §. 17. de quæſt.* nec aliter naturalis ratio in proceſſu criminali ſuadet. Sed quid ſi confeſſio hæc, dein inquiſitione in circumſtantias per confeſſionem indicatas (vid. art. 54.) habita, vera deprehendatur, v. c. finge, Titium reperiri occiſum, judici ſuſpectum videri leviſſimis de cauſis Mevii cum uxore Titii commercium, proinde hos conſpiratione inter ſe inita, Titium occidiſſe credere, Mevium ad torturam rapere, prolixam confeſſionem criminisque perpetrati deſcriptionem ab eo extorquere, uxorem Titii paulo poſt captam citra adhibitam quæſtionem ſua ſponte omnia adulteri dicta ad minu-

Quid ſi ſine indiciis reo quæſito ex confeſſione aliisque conſtet de corpore delicti.

minutias uſque, eadem plane ratione exponere, & utriuſque narrata, cum rebus ipſis v. c. loco ſepulturæ, vulnerum numero: inquiſitione ſecundum *Art.54.* inſtituta, convenire. An Mevius abſolvendus ex noſtro Art. XIX. ex eo ſolo capite, quod proceſſus non rite formatus? Sane non videtur, verum reus ſive inquiſitus merito perferet promeritam pœnam, cum reſpectu verorum nocentium formalia proceſſus ſint merum decorum, meræque ſolennitates, licet reſpectu innocentium illarum læſio injuriam contineat. Conſentit poſt multas ambages HIPPOL. *de Marſil. ſ. 2. n. 141* Verſic. *iſtis tamen non obſtantibus &c.* KIRCHGESNER. *p.150. n. 11.* Nec aliter celebris facinoroſorum patronus OLDECOP. *pag. 65. 66. obſervat. crim.* quem deinde exſcripſit LYNCKER *Reſp. XCIV. n. 83.*

Quomodo diſtinguendum circ. formal. in judic. crimin.

Nam violationis regularum proceſſus, quæ boni ordinis cauſa fere introductæ ſunt, non tantæ debet eſſe efficaciæ, ut contra ſalutem publicam allegari, & ea propter ſceleſtiſſimi homines, non ſine innocentium præſenti periculo, promeritis pœnis ſubtrahi queant. Attamen ſuperior legum quoque contemptum, & rem peſſimi exempli in perſona judicis inferioris, inſignis mali inflictione coërcebit. *confer.* GVAZZINI *defenſ. XXX. c.39. def. XXXII. c.31.* qui tamen *n. 6.* abſolvendum eſſe confeſſum libertatique naturali reſtituendum, contendit, quod nobis non videtur.

An formalium, an materialium major ratio habenda.

An judex formalia negligens puniendus, bono licet eventu ſecuto.

Itaque articulum capio de confeſſione, quæ dein non facti evidentia, ſed aliquibus tantum indiciis juvatur, non autem de ea, quæ poſtea ex ſenſu communi, veluti ex inſpectione oculari evidentiſſime demonſtratur. Ceterum dicta de tortura extenduntur quoque ad territionem, quod & per hanc illegitime extorta confeſſio ſit invalida.

Guazzinus refutatus.

*2 De Urpheda & relaxatione *infr. Art. 108.*

*3 Tandem quoad officium judicis ſecerni debent ſequentes ſpecies, 1. ſi judex legitime quæſtionem adhibet, pœnam non luit, licet rei innocentia ex poſt facto deprehendatur vid. *Art.61.* ſin vero 2. illegitime tantum in formalibus procedit, nec regulas proceſſus circa iudicia illorumque probatio-

Regulæ de judice legitime, illegitime, & tandem injuſte quæſtionem adhibente 1. 2. 3

bationem curat, coërcetur arbitrarie. Qui autem 3. non tantum formalia & regulas proceſſus criminalis negligit, ſed inſuper hominem contra jus & fas quæſtioni, vel ob nullum plane crimen, vel ob leviſſimum malefactum ſubjicit, in eum gravius animadvertendum, vel corporis cruciatu, vel aliquando, ſi de dolo nefarii judicis conſtet, & quæſitus in quæſtione mortuus, ultimo ſupplicio. Requiſivimus vero *dolum*. Nam in omni vero delicto, adeoque etiam homicidio, dolus adeſſe debet, culpa non niſi quaſi delictum conſtituit, quod extra ordinem tantum punitur. Ceterum convenientiſſima judicis, & injuſte, & illegitime miſerum in eculeum rapientis, pœna foret talio, ut viciſſim bojas, pedicas, fidiculos, uncos & reliqua tortorum carnificum inſtrumenta, corpore ſuo experiretur. *vid.* præ ceteris MENOCH. *Qu. CCCXL. A. I. Q. per tot.* MANZ. *h. n. 39. ſeq.* ad hunc *Art.* DOEPLER. *p. 38.* & CARPZ. *Qu. 127.* Qui etiam de probatione, ſi judex neget torturam injuſtam agit *p. 374. 375.* Si illegitime facta, præſumitur etiam injuſta, *375. d. 1.* unde de Reſponſo collegii Juridici ſibi proſpicere debere judicem, monet DOEPLER de præſumtione pro quo facienda infr. *Art. LXI. §. 3. in not.* pluribus actum.

Quæ juſta judicis injuſte quærentis pœna, quæ cautela judicis.

ARTIC. *XXI.*

Von Anzeigung derer, die mit Zauberey, Wahrſagen unterſtehen.

Es ſoll auch auf der Anzeigen, die aus Zauberey, oder andern Künſten wahrzuſagen ſich anmaſſen, niemands zu Gefängniß, oder peinlicher Frag angenommen, ſondern dieſelbe angemaßte Wahrſager und Ankläger ſollen darum geſtrafft werden. So auch der Richter darüber, auf ſolche der Wahrſager Angeben, weiter fürführe, ſoll er dem Gemarterten, Koſten, Schmertzen, Injurien und Schaden, wie im nechſt obgeſetzten Articul gemeldet, abzulegen ſchuldig ſeyn.

Artic.

ARTICVLVS *XXI.*

Concordat cum hoc Artic. utrumque projectum, niſi quod ultima verba: So auch, in illis omittantur.

NOTÆ AD ARTIC. *XXI.*

§. I. Ex arte divinatoria non ſunt aſſumenda indicia, hæc enim pro nullis habentur, utpote tota hac arte prohibita. Cur indicia a magis, aut divinatione petere nefas;

* Recte obſervatum eſt a STRYKIO *in proœm. n. 43. ſequ. ad jus ſenſuum*, quod judex non debeat judicare ex iis, quæ illius captum exſuperant, ut ſunt omnia indicia magica, ceterum de artibus divinandi illarumque generibus agit PEVCER. *integro Tract.* plura quoque ex pluribus collegit THOENNICK. *p. 50. ſeqq.* De pœna hariolorum *inſr. Art.* 109. Plane ne quidem ad inquiſitionem ſpecialem ope ejusmodi artium progredi licet. In noſtro articulo, ut jam legitur, preſſius actum eſt de ſatisfactione inquiſiti, adde præ ceteris BVLLÆVM *h.* ubi plura notabilia. Modus autem per præſtigiatorum artes, contra ſagas præcipue inquirendi, olim in uſu fuit, ut de Thuringia exemplo paſtoris boum probat BERLICH. *P. IV. concluſ. 4. n. 38.* plura refert WIERIVS *de præſtig. Dæmon. L. V. c. v. confr* DIETHERVM ad BESOLD. verb. Chryſtallen-Scher. Idem dicendum de indiciis per operatores ſpectrorum productis. *vid.* GOBLER hic. Judex autem, qui ad divinatorum dicta quæſtionem decernit, non tantum tenetur ad ſatisfactionem civilem, ſed ſine dubio quoque punitur criminaliter, quia peccat contra Articulum noſtrum, imo et mentem articuli CIX. infra. & an olim ad hæc indicia reſpectum? De coercitione judicis contra art. peccantis.

§. 2. Neque vero tantum judici incumbit, ne ex ſagarum, magorum, præſtigiatorum aliorumque vaniſſimorum divinatorum conſilio, denunciatione, aut teſtimonio, quæſtionem decernat; ſed abſtinere etiam debet ab omnibus aliis indiciis circa torturam, quorum vim concludendi non ratio, aut ſenſus & experientia Iudex ne attendat indicia, quæ ſupra captum humanum.

con-

Digitized by Google

conſtans ac perpetua demonſtrant. Referimus aliquatenus in hunc cenſum phyſiognomiam *1 totamque illam argumentationem, quæ ex lineamentis & reliquo corporis habitu a quibusdam deſumi ſolet *2

Qui de phyſiognomia videndi.

*1 Extat de phyſiognomia *diſſertat.* STRYKII *vol. noviſſ. diſſertat. XIII.* Vim ejus præcipue inter Jureconſultos urget CICERO, ubi in Verrem, Vatinium, Piſonem, Antonium declamat, nec non in oratione pro Quinto Roſcio habita. Conſenſerunt docti veteres et philoſophi, inprimis laudari ſolet ZOPYRUS, egregius phyſiognomon, qui nominatim de Socrate e facie & reliquo corporis ſchemate judicium tulit, quod CICERO *Cap. 5. de fat.* refert. Plane ſummus noſtræ ætatis philoſophus THOMASIUS tantum non ubique in *fundamentis I. N.* e corpore, facie, oculis, hominis naturam ac indolem æſtimari poſſe docet, ut *L. 1. c. 1. §. 13. 14. 108 - 113. Add.* PEUCER *p. 600. de divinat.*

De cauſis, cur adeo phyſiognomiæ non fidendum

*2 Scilicet 1) homines non ſatis conveniunt de phyſiognomia truculenti, invidioſi, avari, luxurioſi, 2) falluntur ſæpe in obſervationibus ſuis, ut ipſe ZOPYRUS reſpectu SOCRATIS, quem luxurioſum & mulieroſum exiſtimabat. Vnde illud: *ſi faciem videas, quantivis videtur eſſe pretii.* 3) *v. c.* inter fures non ſunt tantum avari, ſed etiam ambitioſi raptores, ingenioſi expilatores, ut ex ſignis corporis, faciei, non certo inferre liceat ad certi delicti genus. 4) Licet quis propendere credatur ad certum delicti genus, indice vultu, non tamen inferri poteſt indubitate ad certum factum, quod in hoc, vel illo loco commiſſum inquiſito imputatur. A furto enim v. c. licet quis non abhorreat, quis tamen aſſerere poſſet, quod furatus ſit heri apud Titium. Vnde forte 5) contigit, quod leges criminales vix mentionem faciant phyſiognomiæ, nec quicquam de ea occurrat in jure civili, aut Carolino. Imo 6) uſus phyſiognomiæ tantum pertinet ad cautiones politicas v. c. nupturientium, contracturorum. Nec enim alteri infertur injuria, cum quo malam phyſiognomiam ipſius mecum reputans, contrahere nolo. Plane 7) ſi judex phyſiognomiam ad uſum forenſem

in jure criminali, &

de uſu phyſiognom. politico

& judi-

Digitized by Google

renſem transferre vult, oportet tamen, ut ob hactenus dicta, hic uſus tantum ſit: diligens inquiſitio veritatis, & exactior reſpectus ad perſonam inquiſiti, aut accuſati, ne temere ipſi credatur. Minime autem 8) raptus hominis ad eculeum. Quæſtio enim longe certiora & magis ſpecialia indicia requirit certi facti hic & nunc commiſſi, quam fluctuantes et generales phyſiognomiæ conjecturas. Nec 9) aliter genuini juris criminalis *Dd. vid.* STRYK *a. l.* nec quisquam illorum docere auſus eſt, quod judex in quæſtione de tortura decernenda, malam phyſiognomiam palam inter rationes decidendi allegare poſſit. Paucis 10) mala phyſiognomia monet judicem de diligentia in inquirendo, neutiquam de quæſtione tormentisque adhibendis Allegatur quidem *l. 19. tit de offic. præſid.* ubi dicitur: *anima motum vultus detegit.* Enimvero contextus probat, quod JCtus non agat de mala phyſiognomia quadam perpetua, ſed de ſignis in facie ex ſubitaneo affectu ſingulari v. c. excandeſcentia ortis. Quare nec hæc lex probat, quod doctrina de phyſiognomia juris auctoritate ſe tueri queat. Nec meliori fundamento nititur obſervatio BARBOSÆ *Part. II. alleg. 42. n. 2. de epiſo.* quaſi in tortura plurium initium faciendum ab eo, cui pejor phyſiognomia. add. *CZ. qu. C. XX. n. 79. 80.*

ciali.

Reſp, ad L. obſt,

ARTIC. XXII.

Daß auf Anzeigung einer Miſſethat, allein peinliche Frage, und nicht andere peinliche Straff ſoll erkannt werden.

Es iſt zu merken, daß niemand auf einerley Anzeigung, Argwohn, Wahrzeichen oder Verdacht, endlich zu peinlicher Straff ſoll verurtheilet werden, ſondern allein peinlich mag man darauf fragen, ſo die Anzeigung, als hernach gefunden wird, gnugſam iſt. Denn ſoll jemand endlich zu peinlicher Straff verurtheilet werden, das muß aus eigen Be-

kennen oder Beweiſung (wie an andern Enden in dieſer Ordnung klärlich gefunden wird) beſchehen, und nicht auf Vermuthung oder Anzeigen.

ARTIC. XXII.

Concordat cum projectis.

NOTAE AD ARTIC. XXII.

Regulæ ſententiæ damnatoriæ.

§. I. Notabiles hic occurrunt regulæ (1) *1 ne condemnatio fiat ad ſola indicia, (2) ut cauſæ condemnandi ſint ſaltem duæ, plena probatio, legitima confeſſio *2.

Quis has regulas impugnat.

De vitanda indiciorum miſtione cum corpore delicti.

Regulæ forenſes de uſu indiciorum 1. 2. 3. 4 5. 6.

*1 Impugnat hanc regulam operoſe ANTONIVS MATTHÆI *p. 690 de crim.* ubi caſum fingit de adultero pluribus graviſſimis indiciis gravato. Indicia autem non ſunt miſcenda cum ipſo corpore delicti. Nam v. c. ſi maritus per plures annos abſens uxorem invenit prægnantem, hoc non indicium adulterii eſt, licet ita velit CARPZ. *qu. 60. n. 19. 20.* ſed ipſum manifeſtiſſimum corpus delicti. Ceterum res eo redit (1) uſu fori indicia in crimine gravi, faciunt torturæ locum, ut in *artic. ſequ.* (2) Indicia in delictis carnis ſupplent abſentis, vel mortui confeſſionem, ut poſſit decerni pœna extraordinaria CARPZ. *qu. LX. n. 30.* Porro (3) indicia graviſſima in delictis gravibus, aliis etiam poſt torturam conſtanter perpeſſam, locum ſuo modo relinquunt extraordinariæ: Idem *quæſt. CXVI. 55. 56. 57.* Indicia (4) in ejusmodi criminibus non ſufficiunt ad pœnam ordinariam. *Art. noſtro XXII.* Porro (5) in levioribus criminibus indicia ſufficiunt ad condemnationem CARPZ. *n. 51. d. l. add. qu. XVI.* (6) Condemnatio tamen ob leviorem probationem & ipſa levior eſſe debet. *id d. l. text. jur.* canon cit. FACHIN. *1. 29. pr.*

Cæſar alternative loquitur in artic. XXII.

*2. Cæſar quidem per modum regulæ non requirit conjunctim probationem & confeſſionem, quod judici notandum. In delictis tamen carnis, quia teſtes corpus delicti non ſat commode probare poſſunt, probationi addenda eſt confeſſio. Deinde confeſſio in delictis facti permanentis ſupponit,

nit, corpus delicti eſſe probatum, v. c. probatum eſſe cædem hominis, ablationem rei *add. Art. 54 & 69. infr. dicend. ad Artic. CXX. & ſ. 1. L. 1. ſ. divusff. de quæſt. L. 1. ſ. it. illud ad SCt. Silan.* FACHIN *l. XXVIII. per tot. ſed add. infr. ad Artic. CXXXI.*

§. 2. Interim in Belgio, ubi Carolinæ non eſt uſus, graviſſima indicia ſufficiunt ad ultimum ſupplicium, ut exempla docent, quæ recenſent SAND * *lib. 5. tit. 9. dec. 14,* HUBER *prælect. ad ff. tit de probat.* §. 4. Sane de jure civili hoc fieri poſſe ex *l. 1. §. 3. ad L. Cornel. de Sicariis l. §. 4. de quæſt. l. fin. C. de probat. l. 22. C. ad L. Cornel. de falſ.* HUBERUS colligit *d. l.* Nec ſana ratio reluctatur, quæ non ſolis teſtibus, aut inſtrumentis, ſed quoque circumſtantiarum argumentis contendit. — Quid ICti Belgæ de indiciis ſentiant.

* SANDIUS in curia condemnantium ſententiæ inter alia ideo acceſſit: quod ſecundum BOERIUM fatuus ſit judex, qui certus de crimine reum tormentis ſubjicit. Nam teſte MORNACIO eo deventum eſſe, ut reum ad torturam condemnare ſit, eundem abſolvere, merum enim eſſe quæſtionum fucum. Quæ ratio apud nos tormentis quippe tantum non in infinitum auctis utique ceſſat. Ut proinde merito regulæ 1. articuli noſtri inhærendum. Quod ſi tamen delictum ſe offert, quod non capite plectitur, nec proinde exquiſitiſſimos quæſtionum cruciatus admittit, tantum autem eſt, ut reus fuſtigari poſſit, recurrit omnino difficultas SANDII de inefficacia levioris torturæ. Quare non injuſtum erit in caſu ſingulari, ubi omnino circumſtantiarum connexio clamat, Titium ſcelus fuſtigatione, aut ſimili pœna dignum commiſiſſe, ad jus civile commune redire, & extraordinariam pœnam decernere. Nec enim Carolina, ut aliæ regulæ juris omni exceptione caret, plura vid. in ſcript. von den Tauben und Stummen. — Ratio SANDII, cur reus damnandus ex conjecturis cum epicriſi forenſi. — Quando judex tuto damnet add. n. 6. * 1. præced.

§. 3. Quod ſpectat alterum modum damnandi ſcil. reum ex CONFESSIONE, ſemper magna fuit legislatoribus in cauſis criminalibus cura, ne ex quavis confeſſione — De cura LL. circa confeſſiones criminales.

 one

one ſola condemnatio fieret, licet ceteroquin a) clara b) libera eſſet confeſſio, nec c) ſpecie, vel circumſtantiarum illuſtratione careret. *

Confeſſio quid?

* Quæſitum ab eruditis, quid ſit confeſſio, reſponſumque, quod *confiteri* ſit: idem cum fante, vel: quærente fari, fateri. Verum cum *confiteri* efferatur etiam: fateri, & apud nos ſynonyma ſint: bekennen, geſtehen, zugeben, zugeſtehen, einräumen, eingeſtehen; breviſſimis dicere licet: CONFITERI, Geſtändniſs, Bekänntniſs, idem in foro eſſe ac: *imputatum factum, vel non factum* concedere imputanti. Sive fiat ſecundum imputantis intentionem atque animi ſenſum, ſive non fiat. Nam fieri omnino poteſt, ut aliquando imputans optet, falſum eſſe, quod denunciato homini alias non malo, imputatur, nec proin confeſſione opus habere. Licet viciſſim quoque ſæpius res aliter ſe habeat, judicique imputanti in votis ſit, ut interrogatus interrogationem affirmat.

Requiſita confeſſionis crim.

§. 4. De requiſitis criminalis confeſſionis communis doctrina habet 1) quod in judicio fieri debeat 2) quod deliberata 3) certa plena L. 2. 6. ff. h t. 4) hominis prudentis 5) veroſimilis, imo 6) plane vera in ipſis rerum argumentis deprehenſa eſſe debeat: Nec enim ſine CORPORE DELICTI ad damnandum ſufficit. Unde dicitur in L. 1. §. 18. *de quæſt. Confeſſiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat. Et qui hominem ſe occidiſſe faſſus eſt, auditur eundem vivere oſtendere paratus L* 23. §. *XI. L.* 25. *ad L. Aquil.* Eadem eſt Caroli. V. religio, eadem in inveſtigatione confeſſionum reorum cura & providentia, ut plane huic dederit integros ſeptem articulos XLVIII. XLIX. L. LI. LII. LIII. LIV. Art. LX. qui toti ſunt in indaganda confeſſionis veritate & certitudine.

Quæ præcipua requiſita.

§. 5. Plane dicere poſſes, requiſita n. 1. 2. 3. 4. 5. communia eſſe omni confeſſioni, etiam illi, quæ fit in cauſa civili,

civili, viciſſim SEXTVM autem peculiari ratione ad cauſas criminales referri. Nec enim juris, aut moris eſt, ſi quis: debitum, rei poſſeſſionem, vel quid aliud civili judicio fatetur, ſciſcitatum adhuc mittere exploratores, qui in loco videant, vera, an falſa ſint confeſſi dicta, ſed in hoc judicio obtinet regula: *ex verbis tuis judicaris nequam*, modo non ex ſenſu de contrario conſtet, ut in ſpecie ex *l.* 23. *ad L. Aquil. allata.*

§. 6. De confeſſione irregulari ſurdorum mutorum, quæ non verbis exponitur, ſed per ſigna ad ſigna interrogantium fit dictum libello ſingulari. Res eo redit: adhibitis peritis ab his miſeris certa quidem confeſſio elici poteſt de facto corporali v. c. quod occiderint hominem, aut res furati ſint, ſed non ſatis plena, quæ omnes circumſtantias aggravantes, aut defenſioni inſervientes contineat *v. p.* 20. *p.* 52. *p.* 69. 70. *d. tr.* Multominus talem, ex qua conſtet, mutum confeſſum ſimul de MORALITATE & INIVSTITIA facti ſui, quod faſſus eſt, in conſcientia ſua convictum eſſe. Cum abſtractiones jura et moralia ab iis, qui aurium linguæque uſu carent, intelligi nequeant. De ſurd. mutor. confeſſ.

ARTIC. XXIII.

Wie die gnugſame Anzeigung einer Miſſethat bewieſen werden ſoll.

Ein jede gnugſame Anzeigung, darauf man peinlich fragen mag, ſoll mit zweyen guten Zeugen bewieſen werden, wie denn in etlichen Artickuln darnach, von genugſamer Beweiſung, geſchrieben ſtehet. Aber ſo die Hauptſach der Miſſethat mit einem guten Zeugen bewieſen würde, dieſelb, als eine halb Beweiſung, machet eine gnugſame Anzeigung, als hernach

nach in dem 30. Articul anfahend: Item, ein halb Beweiſung, als ſo einer in der Hauptſach ꝛc. funden wird.

ARTIC. XXIII.

Concordat cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. XXIII.

De indiciorum probatione, & quando ſufficit unus teſtis.

§. I. Sequitur tertia regula de indiciis, ut *1 duorum fide dignorum teſtium depoſitione jurata corroborentur, vel ut teſtis unus omni exceptione major indicet ipſum corpus delicti *2 perpetrati.

An unus indicii teſtis nullus teſtis. An teſtes ſingulares jungendi.

*1 Duo requiruntur teſtes non ſolum hoc articulo, ſed *infr. art. 30.* ubi ad minimum duobus teſtibus opus eſſe dicitur. MATTHÆI *pag. 338. ſequ. de crimin.* CARPZ. *Quæſt. 123. n. 55.* GRANZ. *p. 601. n. 622. ſeq.* Enim vero non plane rejicitur, per unum teſtem fide dignum facta probatio, ſed vel territioni reali, vel certe purgatorio locum facit, prô ſtatu & vitæ conditione inquiſiti. De teſtium qualitate. *Art. LXII. ſequ.* Plane teſtes ſingulares de diverſis indiciis inter ſe connexis deponentes v. c. alter audivit minitantem, alter vidit arma accingentem, e domo ſe proripientem, alter ſanguinolentum mox redeuntem, omnino jungi poſſunt ad quæſtionem adhibendam. MATTHÆI *pag. 338. ſequ. de Crimin.* CARPZ. *quæſt. 123. n. 55.* GRANZ. *pag. 601. n. 622. ſeqq.*

De requiſitis teſt. un. qui vidit ipſum facinus.

*2 Requiſita ſunt, ut (1) teſtis careat omni exceptione (2) ut de ipſo facto von der Haupt-Sache (3) ut perſpicue ex ſenſu proprio deponat (4) ut non ſint pro reo conjecturæ, quæ teſtimonii fidem minuant. Nam ſi horum unum deſit, eculeo ſeu quæſtioni non eſt locus. *vid.* præ ceteris hic MANZIUM & MENOCH. *de Præſumt. præſ. 89. ſequ.*

Temperam. regulæ de duobus teſtibus.

§. 2. Ceterum, quæ hic de quolibet indicio duobus teſtibus probando habentur, ſæpiſſime cauſidicis cavillandi occaſionem præbent, quaſi torturæ nunquam locus, ni ſingulæ reum arguentes circumſtantiæ per duos teſtes

teſtes probatæ forent. Enimvero hoc repugnat menti legislatoris noſtri. Nam verba: eine jede gnugſahme Anzeigung darauf man peinlich fragen mag, non ſupponunt eam ſpeciem, ubi reus pluribus diſtinctis indiciis premitur; ſed caſum, ubi reus nonniſi unico *1 gravi indicio per ſe alias ad torturam ſecundum *Artic. XXIX. ſeq.* ſufficienti, urgetur, ut hoc; quia unicum eſt, duorum teſtium effatis conſtet. Nam ſi plura indicia contra reum adſunt, reſpectu ſingulorum ſufficiunt, teſtes ſinguli inter ſe jungendi *2 ut in *1 *ad* §. I. *dictum.*

*1 V. c. in hac ſpecie, ſi reus quærendus ob confeſſionem extrajudicialem fere ſolum, quæ non niſi per unum teſtem probata. Quamvis etiam hic unius teſtis claſſici elogium purgatorio, aut ſi perſona alias peſſimæ famæ, territioni locum facere poſſit. Vt etiam hic notavit LVDOVICI. — *Quando illis præciſe opus*

*2 Ceteroquin enim, cum caſus, ubi ſingula plura indicia per duos teſtes probata ſunt, rariſſime occurrat, verendum eſſet, ne delicta pleraque evaderent impunita, ſi indiſcrete duorum teſtium elogio opus foret circa quodlibet indicium rite probandum. — *& cur non indiſtincte.*

ARTIC. *XXIV.*

Daß man aus den nachgeſetzten Anzeigungen, in unbenennten, und hierinn unausgedruckten Argwöhnigkeiten der Miſſethat, Gleichniß nehmen möge.

Alls dieſen nachgeſetzten Artickuln, von Argwohn und Anzeigung der Miſſethat ſagend, ſoll in Fällen, ſo darinn nicht benannt ſind, Gleichniß genommen werden. Wenn nicht möglich iſt, alle verdächtliche Fälle und Umſtände zu beſchreiben.

ARTIC. *XXIV.*

Concordat cum projectis articulus Norico & Vinarienſi.

Digitized by Google

NOTÆ AD ARTIC. *XXIV.*

An detur indiciorum regula univerſalis.

§. 1. Indicia per regulam generalem & univerſalem tradi docerique non poſſe, ex hoc articulo diſcimus, & Art. XVIII jam vidimus. Vnde ſimpliciter ad meditationem ſimilium judicem ablegat Imperator. *

Vnde judicandum, quod indicium adſit, & quomodo.

* Quotiescunque inter circumſtantiam probatam & delictum non probatum adeſt nexus, totiescunque adeſt indicium. Qui nexus tamen non e ſolis regulis generalibus, ſed potiſſimum e præſentis facti ſtatu, inquiſitique in contrarium allegatis rationibus æſtimandus eſt. *vid. infr. Artic. 28.* Imperator in ſequentibus ne quidem omnia delicta recenſet, tantum abeſt, ut omnia indicia exponat, ut ex ipſa lectione articulorum ſatis patet.

Quis uſus forenſis doctrinæ Caroli de indiciis.

§. 2. E verbis: ſo darinne nicht benannt, Gleichniſs genommen, colligimus duas regulas (1) in caſibus in Carolina deſcriptis, non evagari debet judex meditando, ſed legi inhærere. (2) Si vero ſpecies occurrit, quæ in Carolina non deſcripta, ſed quæ indicia contra reum, & argumenta pro reo plane alia in utramque partem ſuppeditat; tunc judex ſuæ meditationi prudenti indulget, ita tamen, ut indicia extra Carolinam occurrentia, judicet ex analogia & fide illorum, quæ Carolina recenſet, ut indicat Cæſar verbis: Gleichniſs genommen. Vnde videmus, Carolinæ uſum eſſe tam in caſibus in ea contentis, quam in reliquis ibi non contentis.

ARTIC. *XXV.*

Von gemeinen Argwohnen und Anzeigungen, ſo ſich auf alle Miſſethat ziehen.

ERſtlich, von argwöhnigen Theilen, mit anhangender Erklärung, wie und wann die ein redliche Anzeigung machen mögen.

Item, ſo man der Anzeigung, die in vielen nachgeſetzten

Digitized by Google

ſetzten Articuln gemeldt, und zu peinlicher Frag gnugſam verordnet ſind, nicht haben mag, ſo ſoll man Erfahrung haben, nach den nachfolgenden und dergleichen argwöhnigen Umſtänden, ſo man nicht alle beſchreiben kan.

Erſtlich, ob der Verdachte ein ſolche verwegene, oder leichtfertige Perſon, von böſem Leumuth und Gerüchte ſey, daß man ſich der Miſſethat zu ihr verſehen möge, oder ob dieſelbige Perſon, dergleichen Miſſethat vormahls geübet, unterſtanden habe, oder beziehen worden ſey. Doch ſoll ſolcher böſer Leumuth nicht von Feinden oder leichtfertigen Leuten, ſondern von unpartheylichen redlichen Leuten kommen.

Zum andern: Ob die verdachte Perſon an gefährlichen Orten zu der That verdächtlich gefunden, oder betreten würde.

Zum dritten: Ob ein Thäter in der That, oder dieweil er auf dem Weg darzu, oder davon geweſt, geſehen worden, und im Fall, ſo er nicht erkannt wäre, ſoll man Aufmerkung haben, ob die verdachte Perſon, eine ſolche Geſtalt, Kleider, Waffen, Pferd, oder anders habe, als der Thäter obbemeldter Maſſen geſehen worden.

Zum vierdten: Ob die verdachte Perſon bey ſolchen Leuten Wohnung, oder Geſellſchaft habe, die dergleichen Miſſethat üben.

Zum fünften: Soll man in Beſchädigungen, oder in Verletzung wahrnehmen, ob die verdachte Perſon aus Neid, Feindſchafft, vorhergehender Treue, oder Gewartung einiger Nutz, zu der gedachten Miſſethat Urſach nehmen möchte.

Zum ſechſten: So ein Verletzter, oder Beſchädigter, aus etzlichen Urſachen jemand der Miſſethat ſelbſt ziehet, darauf ſtirbt, oder bey ſeinem Eid betheuret.

Zum ſiebenden: So jemand einer Miſſethat halb flüchtig würde.

ARTIC. XXV.

Nihil differentiæ occurrit, quod notari mereatur e projectis.

NOTÆ AD ARTIC. XXV.

De Indiciis communibus.

§. 1. Sequitur nunc quidam indiciorum communium ad quæſtionem non ſufficientium, elenchus.

De indicio a vita anteacta.

§. 2. Primum indicium eſt perſonæ vitæ conditio, vel ratio vivendi. An delatus ſit talis perſona, in quam cadat criminis delati ſuſpicio, ad vilitatem ſtatus hic non unice, nec primario reſpicitur, ſed ad actiones malas, ut verba contextus ſuadent. Poteſt hoc indicium dici: indicium vitæ ante actæ, cui tantum tribui ſolet a defenſoribus & recte, nemo enim bonus ſubito fit malus, nec malus viciſſim bonus, gerendaque ſunt æſtimanda e geſtis. REMUS *hic.*

Ubi duæ regulæ.

§. 3. Revera autem hic gemina indicia traduntur & duæ regulæ. (1) *Malus præſumitur*, qui jam * 1 ante ſimile delictum, quale illud eſt, cujus nunc incuſatur, commiſiſſe, vel tentaſſe convictus eſt. (2) *Qui publice* male audit, malaque * 2 fama laborat, malus præſumitur,

Quæ cautio adhibenda in arguendo a delicto ad delictum.

* 1. Ita enim habetur in textu, cum non ſufficiat, aliquando crimen patraſſe, ſed opus ſit, ut crimen ſit ejuſdem generis. HORN. *de ſemel malo.* Imo non ſatis videtur, ut crimen ſit ſimile reſpectu generis, ni ſimul examinentur circumſtantiæ reliquæ, nec enim ſequitur v. c. quis furatus eſt tempore famis, occidit in vitæ periculo conſtitutus, & alia Ergo furtum ſpontaneum, homicidium non neceſſarium, cujus nunc accuſatur, commiſit: Item adulteratus eſt occaſione opportuniſſima ferente, irritamento fortiſſimo accedente. Ergo nunc adulterium difficillimum ſua ſponte patravit. Siquidem homines non ſemper poſſunt voluntque agere eadem, niſi circumſtantiæ ſint quoque eædem.

*2. Re-

*2. Requiritur hic ad famam, ut conſtet de ejus origine, addunt interpretes, ut STEPH. *ad h. art.* quod videndum, an cœperit a perſonis fide dignis, an etiam ante inquiſitionem audita, an qui ad alios, ſive famam, teſtando provocat, ſit ipſe bonæ famæ, an poſſit allegare quod a pluribus audiverit, aliosque plures nominari alias enim fama eſt vagæ, incerta, levis, *vid.* COTHM. *Vol. 1. Conſ. 12. n. 167.* BEYER. & ZIERIZ *h.* qui pauxillum famæ tribuunt, nec ſine ratione. Eſt enim fama judicium aliorum de actionibus noſtris, quod bene vel male egerimus. Atqui hoc judicium regitur præjudiciis & affectibus hominum, adeoque vagum, incertum, iniquum, falſumque non raro eſſe ſolet. Vnde tot regulæ contrariæ: Es wird ſelten von jemand geſprochen, es iſt etwas daran, & viciſſim: von hören und ſagen wird mancher auf das Maul geſchlagen. Nec aliter olim apud Romanos: *vox populi vox Dei* & vice verſa: *fama malum, quo non aliud velocius ullum.* Item: *multi bene vivendo male audiunt.* Quare in foro facile refutatur mala fama per atteſtatum magiſtratus, paſtoris, univerſitatis, domini, cui quis ſerviit, & ſimilia cum hi diſtinctius inculpatum noſcant, quam ſæpius teſtes de fama. Adde CRUSIUM *P. I. c. 7.* FREHERUM *Tract. de fama.* Quando ad torturam ſufficiat *vid.* THOENNIGK. *Advoc. Prud. pag. 252 ſq.* Scilicet judex ſcit ex Carolina noſtra, quod ſola nunquam ſufficiat, reliqua autem adminicula ſive indicia ipſi juncta æſtimabit e connexione cum facto.

Cautio circa argumentum a fama deſumtum. Et cur caute procedendum.

Dicteria de fama perplexa.

Remedium rei contra malam famam.

§. 4. Secundum indicium eſt deprehenſio perſonæ *in loco ſuſpecto tempore ſuſpecto, dependet totum ex arbitrio judicis.

Examen indicii,

* Poteſt varie accidere v. c. 1) Si in vicini fundo furtum factum, & Cajus iſthoc tempore in fundo viſus ſit. 2) Si non tantum viſus in fundo, ſed in loco, quem alias ingredi non ſolet, vel ubi plane ipſius non erat intrare. 3) Si inſuper tempore nocturno, nec adeo hoſpiti notus ſit deprehenſus. In prima ſpecie indicium aliquod ſubeſt, non

a deprehenſione in loco commiſſi delicti ſumti.

 quidem

quidem, quod deprehenſus delictum commiſerit, ſed quod hujus rei aliquam notitiam habeat, in ſecunda & tertia autem opus foret pluribus innocentiæ conjecturis, ut inculpatus plane liberetur. Itaque ſola deprehenſio in ſe eſt res indifferens ſuſpectum autem facit, ſi loci, temporum, perſonæ qualitas, vel alia circumſtantia accedat. v. c. T. obſervavit in ſuo fundo equum adeſſe, dein paulo poſt abeſſe. M. vicinus ejus vidit in eodem loco A. hominem talem, de quo ad indicium primum *ſ. 1. vid. plur.* MANZ. h. item Titius deprehenditur in loco occiſi Caji, idemque Titius paulo ante cum Cajo exiit e caupona ebrius ſolus cum ſolo.

De ignoto in loco delicti viſo detegendo, & remedio deprehenſi.

§. 5. Tertium indicium articuli eſt magis ſpecies * ſecundi, quam novum ſcilicet ſæpe deprehendens aliquem in loco ſuſpecto, non novit illum, neſcit, unde ſit, quomodo dicatur idem, tunc recurrendum ad deſcriptionem formæ, habitus, armorum, comitatus & reliqua. Enim vero, ut ipſa deprehenſio noti ſimplex facile purgatur, impetrato ab alio bono teſtimonio; ita multo magis ignoti hoc eodem modo eliditur. MENOCH. *L.* I. *præſ.* 89 *n.* 126. *ſeqq.* CLASEN. *hic.*

In certo habitu.

Von Fußſtapfen.

De indicio curioſo.

* Debent hic aliæ circumſtantiæ itaque occurrere, ut ad præcedentia diximus, ceteroquin eſt exigui momenti. Inſuper audiendus inculpatus, ſi dicat, ſe habitum recenter ab alio comparaſſe, *vid.* GOEDELMANN. *L. III. c. 10. n. 78.* GÆHAUSEN. *quæſt. 10. p. 193.* Non negligenda ſunt veſtigia in nive, via lutoſa & reliqua, vide omnino GRANZ. *p. 290 n. 17. ſeq. ibique citat.* Noluit tamen hic ſimpliciter torturam decernere. Stryk. *d. l. 23. jur. jenſ.* Nam calceorum facile reperitur ſimilitudo, & homines callidi falſis calceis ſæpe utuntur. COCCEJ. *de fallacibus crim. indiciis.* Lepidum indicium in peponibus, quas ruſticus comederat, qui duobus dentibus carebat, obſervatum refert MASCARD. *prooem. Qu. 8. in fin.*

Examen

§. 6. Noſcitur proverbium: noſcitur ex ſocio, qui non

Digitized by Google

non cognoſcitur ex ſe, præter Carolum illud obſervavit Papa *in f. c.* 10. *de V. S.*

* In hoc indicio tamen æſtimando reſpiciendum (1) ad ſocietatis cauſam (2) ad ſocietatis frequentiam, ſive aſſiduitatem, unde quædam veluti neceſſitudo conſtituitur. MASCARD. *Concluſ.* 452. & 1057. GRANZ. 290. Cum malis enim verſari poteſt, bene & male, unde videndum, quare, quomodo, quamdiuque. Imo et quis, juvenis an ſenex, prudens an ſtupidus, probus an improbus cum illis agat, an illos ſatis noſcat, eſt enim & hic bonæ fidei juſtæque ignorantiæ locus, præcipue in juvenibus & non expertis, usque adeo, ut his ignorantiam allegantibus in dubio merito credatur, ut BEYER hic vidit. indicii a ſocio petiti.

§. 7. Quintum indicium inimicitia, invidia, minæ, ſpes lucri conſtituunt. Communis veluti inimicitiæ, vel invidiæ gradus non ſufficit. Sed requiritur internecinum verbis, minis, factisque oſtenſum odium. Alias, ſi in genere in invidia vel inimicitia ſubſiſteremus, v. c. homicidio aliquo contingente, magnæ univerſitatis, ubi occiſus habitavit, pars carceri mancipanda foret. * Examen indicii

* Veram æſtimationem ſemper optime ſuppeditabit ipſa facti ſpecies, fruſtra autem inimicitia æſtimatur ex ſola cauſa, unde oritur, ſic quidam oriri debere dicunt e mota quæſtione ſtatus, quidam ex lite de omnibus bonis. Nam non omnia æque graviter ferunt, & ſi ferunt, non tamen eumdem vindictæ gradum anhelant. *conf.* CARPZ. *Qu.* 120. Fruſtra pariter æſtimatur (2) ex ſolis minis, cum & hæ varient, ut minantium indoles & facultas ipſa. Præcipue inimicitiæ minisque parum tribuendum, ſi nil certi minitatum, vel facinus diu poſt minas ſecutum. FARINAC. *L.* 1. *tit.* 5. *qu.* 50. *n.* 30. ab effectu odioque.

§. 8. Sextum indicium eſt inculpatio *1 læſi, vel morte, vel juramento confirmata. *2 Vnde vi *articuli* 24. verbo: *Gleichniß* multo magis indicium faciet aſſertio tertii, De indicio ab inculpatione moribundi vel læſi, vel tertii deſumto.

tertii, cuius plane non intereſt, uti quidem læſi, morte aut juramento confirmata. *3 Modo moribundus ſit 1) vir bonus, 2) gaudeat adhuc, dum aſſerit, intellectu 3) perſeveret in aſſertione 4) deſint inculpato argumenta in contrarium. Caſum in terminis Franciſci de Contis inculpati, & Barthol. Salvieto refert ROLAND VOL. a VALL. *III. Conſil.* 37.

Qualis inculpatio hic intelligenda.

*1 Dicitur in textu ex certis cauſis facta, quod de inculpationis fundamentis capio, v. c. quod viderit, vel tempore noctis ex voce cognoverit aggreſſorem ſuum vulneratus, quod diu fuerit ejus inimicus & alia. Nam ſi nihil certi inculpatio continet, nec indicium præbebit, ſed tantum occaſionem dabit inquiſitioni generali: cum alias certa inquiſitioni ſpeciali locum faciat. STRYK. *de eſſat. agoniz. Cap. 4.* KLEIN *de in & exculpatione moribundi. c. 2. n. 95.* RIPA *de actis in agon. mort. cap. 16.* ubi plura habentur.

De comparatione mortis & juris jurandi.

*2 Ita in textu, ergo mors & juramentum hic æquiparantur, quamvis recte GOBLER h. obſervet, hodie vix permitti, ut læſus juret. Quadrat totum indicium potiſſimum ad homicidium, ſed quin reliquorum criminum v. c. ſi moribundus inculpet furem ſuum, ſit eadem ratio, dubitare non ſinit articulus, qui indicium ad indicia omnibus criminibus communia, refert.

An mors loco juris jurandi.

*3 An mors loco juris jurandi præſtiti, diſcuſſit STRYK. *Vol. Halenſ. II. diſp. VIII. p. tot.* Regulæ ſunt 1) Mors ipſius læſi non eſt loco juris jurandi 2) Mors complicis itidem non corroborat denunciationem contra complicem, ut habeatur pro teſtimonio jurato ſemiplene probante 3) Mors teſtis non eſt loco juris jurandi a teſtibus alias præſtandi. *conf.* STRYK. *t. III. ſ. 7. d. diſput. VIII. & c. IV. n. 12. de eſſat. agoniz.* Interim denunciatio complicis conſtans; morteque confirmata inter cetera indicia omnino attendenda, ut & ipſius læſi *p. Art. h.* Licet neutra ſola ad torturam ſufficiat per Art. XXVII. verbis: iſt keines allein.

§. 9.

Digitized by Google

§. 9. 1) De fuga agit CRUSIUS. *P.* I. *c. XI.* diſtingui ſolet, an fuga ſuſcepta ex aliqua metus cauſa, an ſine eiusmodi cauſa. Illa non fundat inquiſitionem ſpecialem, hæc vero fundat. *vid.* diſtincte GRANZ *P.* 277. & 459. Contigit in Patria noſtra quondam hic caſus: Titius circa tempus meſſis in agro flaveſcentes jam inter ariſtas mortuus reperiebatur, deportabatur ad oppidum N. Medicus loci ſtatum cadaveris explorare juſſus, referebat, nulla violentæ occiſionis ſigna apparere, hominem apoplexia periiſſe, exponebatur cadaver in templo ante ſepulturam conſpectui hominum, apparebat C. & allegabat, mortuum Titium ante triduum fuiſſe in cella oppidi cum L. ſalvum & incolumem, & cum hoc abiiſſe. Hunc ergo ſcire debere, quo fato occubuerit, mittebatur ad pagum R. ubi L. habitabat, ſed ille aufugerat. Non poterat ipſi conſtare de facta denunciatione Caji, unde, quod ſola mala conſcientia motus abiiſſet, fugamque capeſſiviſſet, recte concludebatur, & dein deprehenſus carceri mancipabatur, præcipue, cum nova inſpectione adhibita, Titii cervicem fractam fuiſſe animadverteretur. Quæ itaque ad fugam examinandam a judice obſervanda, quomodo hoc judicium ab inculpato elidendum, facile conſtat, ſcilicet, utramque paginam præter inquiſiti indolem & naturam timidus, ſimplex, callidus, animoſus an ſit, an vero non ſit, hic faciunt fugæ cauſæ. *L.* 17. §. 12. *de ædil. Edict.* GRANZ *d. l.* Ceterum hæc GRANZII diſtinctio jam BARTHOLO debetur, qui pariter fugientes diſtinguit in eos, qui ante, & illos, qui poſt accuſationem aufugiunt, hos excuſat, non illos, quamvis requirat, ut pœnam corporis afflictivam metuerit aufugiens *arg. L.* I. *ff. de bon. eorum, qui ſibi mortem &c.* *

De indicio fugæ.

Quando fuga fere confeſſio.

* Si quis vero ſpeciali lege reſtare & manere jubetur, & tamen fugit, fuga eſt veluti confeſſionis loco, quorſum referunt caſum *L. 3. C. de aſſeſſ. vid.* IOH. THIERY *de fuga tit. 11. p. 304. in Corpor. Rer. crimin.* FRANCISCI MODI.

CLASENII doctrina de fuga.

§. 10. Addit CLASEN h. fugam plane ſufficere ad quæſtionem, 1) ſi aufugiens homo malæ vitæ, 2) fugit, antequam quæreretur, 3) ad loca occulta, 4) citatus non revertatur: item ſi quis aufugiat, carcere effracto. Quæ omnia hauſit e ZANGERO *cap. 2. num. 88. ſeq. de tort.* Verum, niſi propriora indicia accedant quatuor illis requiſitis, ego potius inhærerem regulæ cæſareæ, quod fuga non ſufficiat ad quæſtionem. Nam tunc demum homo in eculeo quærendus. ſi indicia adeo urgent, ut nil niſi confeſſio deſideretur *per L. 1. §. 1. ff. tit. de quæſt.* Aſt tantæ certitudinis fuga non eſt, nec in ſpecie, quam ſupponit CLASEN. Effractionem autem carceris multo minus huc referrem. Etenim, ſi inquiſitus carcere rupto abit, deeſt requiſitum CLASENII ſecundum. Deinde hic ſemper allegare licebit, quod carcer mala manſio, quod difficile in carcere cauſam ſuam agere, & ſi quæ alia.

ARTIC. *XXVI.*

Vom achten gemeinen Argwohn.

So einer mit dem andern um groß Gut rechtet, das dazu den mehrern Theil ſeiner Nahrung, Haab und Vermögens antrifft, der wird für einen Mißgönner, und groſſen Feind ſeines Widertheils geacht. Darum, ſo der Widertheil heimlich ermordet wird, iſt eine Vermuthung wider dieſen Theil, daß er ſolchen Mord gethan hab: und wo ſonſt die Perſon ihres Weſens verdächtlich wäre, daß er den Mord gethan, die mag man, wo ſie derhalb nicht redliche Entſchuldigung hätte, gefänglich annehmen, und peinlich fragen.

ARTIC. *XXVI.*

IN projecto Norico non extat hic articulus hoc loco.

NOTÆ AD ARTIC. *XXVI.*

Indicium inimicitiæ junctum indicio primo articuli præcedentis, ad * quæſtionem adhibendam hic ſufficere dicitur in caſu homicidii occulto commiſſi, ſi inimicitiæ cauſam dederit lis de maxima bonorum parte. De indicio ab inimicitia,

* Magna tamen hic opus eſſe cautione, judicemque omnes circumſtantias exactiſſime ponderare debere puto. Nam eſſe inimicum, eſſe truculentum, ſunt indicia remota. In tortura autem decernenda ad indicia ſpecialia, ad proxima, vel certe non plane remota, *vid. art ſeq.* omnino reſpiciendum. Præterea torturæ ex communi Doctorum ſententia non eſt locus, niſi circumſtantiæ talia indicia ſuppeditent, ut non niſi confeſſio inquiſiti abeſſe videatur, ut non aliter præſumi concludique poſſit, quam inquiſitum crimen objectum patraſſe; qualia ſane in articulo adducta non videntur eſſe, niſi minæ acceſſerint, ni parum connexa inquiſiti reſponſio inveniatur, vel alia gravis ſuſpicio accedat. Vnde recte additur: und wo ſonſt die Perſon ihres Weſens verdächtlich &c. Illud non omittendum, quod in exemplari Norico hic articulus ſit omiſſus, legaturque in ſequenti loco verborum: Werden acht argwöhnige &c. Werden ſieben argwöhnige &c. infertus autem eſt dein inter Art. XXXIII. XXXIV. commodiori loco. cum epicriſi. E quibus indiciis torturæ locus.

ARTIC. *XXVII.*

Ein Regul, wenn vor gemeldeten Argwöhnungen, Theil oder Stück ſamentlich oder ſonderlich ein gnugſam Anzeigung zu peinlicher Frage machen.

Im nechſten obgeſetzten Artikul werden acht argwöhnige Theil, oder Stück, von Anzeigung peinlicher Frag, funden: derſelbigen argwöhnigen Theil, oder

oder Stück, iſt keines allein zu redlicher Anzeigung, darauf peinliche Frage mag gebraucht werden, gnugſam. Wo aber ſolcher argwönigen Theil oder Stück, etliche bey einander auf jemand erfunden werden, ſo ſollen diejenigen, den peinlicher Frage halber zu erkennen gebühret, ermeſſen, ob dieſelben obbeſtimmten, oder dergleichen erfunden argwöhnige Theil oder Stück ſo viel redlicher Anzeigung der verdachten Miſſethat thun mögen, als die nachfolgenden Articul, der ein jeder allein ein redliche Anzeigung macht, und zu peinlicher Frag gnugſam iſt, ꝛc.

ARTIC. *XXVII.*

IN projecto Norico loco: acht Argwöhnige, legitur: ſieben Argwöhnige.

NOTÆ AD ARTIC. *XXVII.*

Quot notabilia ex hoc Artic. fluant.

Ex hoc articulo tria probantur, (1) quod nullum indicium ex octo in *Art.* 25. 26, recenſitis, ſi unum ſolum adſit, ſufficiat ad quæſtionem, (2) quod plura *1 indicia remota & inſufficientia debeant jungi, (3) quod hæc conjunctio efficiat, ut, quæ ſingulatim quæſtionem non operantur, juncta eam operentur, *2 ſi tanta ſcilicet conjunctorum concludendi et arguendi vis eſſe deprehendatur.

De arte defenſorum circa indicia dividenda.

*1. Itaque judex non debet attendere defenſorum artes, qui ſingulorum indiciorum fidem, ex eo, quod hoc vel illud ſigillatim non concludat, elevare aggrediuntur. Nam præſumtio contra inquiſitum non conſiſtit in ſingulis indiciis ſeparatim, ſed in pluribus conjunctim, proinde defenſorum genuinorum eſt demonſtrare, quod vel ſingula indicia ſint falſa, vel quod ſingulis ſingulæ obſtent conjecturæ contrariæ, non autem. quod ſingula probata, ſeparatim non faciant judici fidem.

*2 Ergo

*2 Ergo & in criminalibus, quæ ſingula non juvant, conjuncta juvant. Quod ZANGER *c. 3. n. 30. de tortur.* minus recte effert, dum imperfectus probationes in criminalibus jungi poſſe docet, etenim non indiciorum probatione imperfectæ, ſed indicia imperfecta perfecte probata recte demum junguntur, niſi teſtes ſingulares deponant de indiciis inter ſe connexis et proxime ad delictum ordinantis *vid. infr. art 30. ſup. art 23.* De uſu regulae, quæ ſingula in criminal.

ARTIC. *XXVIII.*

Aber eine Regel, in obgemeldten Sachen.

Mehr iſt zu bedenken, wenn jemand einer Miſſethat mit etlichen argwöhniſchen Theilen oder Stücken, als vorſtehet, verdacht wird, daß allweg zweyerley gar eben wahrgenommen werden ſollen. Erſtlich, die Urſach der erfunden Argwöhnigkeit. Zum andern, was die verdachte Perſon, guter Vermuthung die ſie von der Miſſethat entſchuldigen mögen, für ſich hab. Und ſo dann daraus ermeſſen mag werden, daß die Urſachen des Argwohns gröſſer ſind, als die Urſachen der Entſchuldigung ein mehrer Anſehen und Achtung haben, denn etliche geringere Argwöhnigkeit, ſo erfunden ſeyn, ſo ſoll die peinliche Frag nicht gebraucht werden. Und ſo in dieſen Dingen gezweifelt würde, ſollen diejenigen, ſo peinlicher Frage halber zu erkennen und zu handeln gebüret bey den Rechtsverſtändigen und an Enden und Orten, wie zu Ende unſer Ordnung angezeigt, Raths pflegen.

ARTIC. *XXVIII.*

Loco verborum in fine: bey den Rechts-Gelehrten in Norico dicitur: bey der Obrigkeit.

NOTAE AD ARTIC. *XXVIII.*

§. 1. Praecipua hic ad æſtimandam fidem Juridicam in De collatione indiciorum

malorum cum bonis.

in argumento criminali traditur regula: Scilicet judicem * 1 primo omni exactitudine indagare debere indicia contra inquiſitum, quam gravia ſint, an probata ſint, dein non minori cura reſpiciendas eſſe inquiſiti excuſationes, an veroſimiles, an alicujus momenti, tandem iterato veluti ſtudio utraque argumenta * 2 pro innocentia et inculpatione accurata mentis lance ponderanda eſſe, ut ſciatur, quænam et quousque præponderent, vel an æque gravia, vel levia ſint, ut judicium in neutram veluti partem inclinare poſſit. Quod ſi judex in his examinibus dubius hæret, peritiorum ſunt adhibenda conſilia, quæ pro quæſtione de tortura reſolvenda.

Quis hodie quæſtionem decernat.

* 1 Hodie judici inferiori citra collegii juridici conſilium torturam decernere non licet, unde monita articuli magis ad hujus, quam illius officium pertinent.

Quomodo dicta collatio inſtituenda.

* 2 Sed quomodo? reſpondetur (1) ratione probationis ſecundum regulas in *tit. de probat.* præſcriptas (2) ratione gravitatis levitatisque ex regulis de veroſimilitudine, utrum aſſerta inquiſiti plus concludant, quam contra eum reperta indicia. Utrum pluries accidat quod regulæ loco inquiſiti, an quod pro regula accuſatores, vel inquirentes afferunt & adducunt. Inſuper tenendum, quod ſi quorſum judex ſe vertere debeat, non conſtet vel indicia aliquatenus ſaltem ſuperent exculpationes, abſolutio juramentum purgatorium, vel maxime territio decernenda ſit. Verum in applicatione, tota hæc doctrina eſt nodus Gordius, quam multi Alexandri magis gladio ſecant, quam ſolvunt.

Offic. judic. circa indicia in compendio.

§. 2. Habes hic alias judicis criminalis munus in compendio, ne curet tantum, quæ contra reum * 1 nec tantum, quæ pro reo; * 2 verum ut mutua opera nocentiæ & innocentiæ argumenta indaget, comparet. & dijudicet, ut virum bonum decet, & Cæſar judici æquo ſerio mandat.

* Si

Digitized by Google

*1 Si reus pauper, ubi peſſimo more judex properare ſolet: Weil der Gefangene den Gerichten viel koſtete, oder das Wachen denen Unterthanen beſchwerlich wäre. Revera autem, quia parcior ſportularum ſeges. Unde ſæpe negliguntur examina hominum, qui probabilem & inquiſito proficuam negotii notitiam habebant, non fit inſpectio ocularis, v. c. ubi in furto effractio facta dicitur, negligitur quantitas furti. Non mittitur ad loca paulisper remota pro indaganda veritate. Paucis: judex ignaviam, malitiam, quæſtus cupiditatem prodit ubique. De abuſu hujus officii circa pauperes.

*2 Ut ſi reus dives, præmiumque: wenn ihm durchgeholffen würde, promiſſum amplum. Quamvis aliquando etiam res invertatur, ut media defenſionis etiam ſubtrahantur diviti, v. c. ſi ſpes prædæ e bonorum publicatione judicibus affulget, vel aliunde ingens lucrum e divitis inquiſiti ruina ſe oſtendit, vel a durius & acerbius tractato redimendæ vexæ pretium ſperatur. Vel quoque circa divites reos.

ARTIC. *XXIX.*

Gemeine unzweifelhaffte Anzeigungen, deren jegliche allein zu peinlicher Frage gnugſam iſt.

SO einer 1) in der Ubung der That etwas verleuret, oder hinter ihm liegen, oder fallen läſt, daß man hernachmahls finden, und ermeſſen mag, daß es 2) des Thäters geweſen iſt, mit Erkündigung, wer ſolches am nechſten 3) vor der Verluſt gehabt hat, iſt peinlich zu fragen: er würde dann 4) etwas dargegen fürwenden, wo es ſich erfünde, oder bewieſen würde, daß es bemeldten Argwohn ablehnet: alsdenn ſoll dieſelbe Entſchuldigung, vor aller peinlicher Frage zu erfahren, fürgenommen werden.

ARTIC. *XXIX.*

VErba: es würde dann etwas, uſque ad finem omittuntur in Norico projecto.

Notæ

NOTÆ AD ARTIC. *XXIX.*

De re ſuſpecti in loco delicti inventa.

§. 1. Sufficit * ad torturam inventio rei in loco delicti, ad inculpatum pertinentis, modo conſtet, 1) quod illo tempore, quo crimen patratum dicitur, amiſſa ſit, 2) illamque inculpatus paulo ante facinus commiſſum poſſederit, & ſecum habere ſueverit, resque 3) non diu poſt facinus commiſſum in loco inventa fuerit.

De prudenti & æquo hujus indicii examine.

* Magna eſt hujus indicii vis, ſi requiſita adſint. Unde, ne quæſtio præcipitetur, audiendus inculpatus, 1) an poſſit probare, rem plane ſuam non eſſe, vel 2) illam jamdiu, quod v. c. alienaverit, fur abſtulerit, poſſidere deſiiſſe, vel 3) aliis vicibus ſe in loco delicti fuiſſe, & tunc amiſiſſe. Quod ſi ſuam eſſe fateatur, nec poſſit nominare alium, cui dederit, nec probabiliter de furto ſibi facto conqueri, adhuc tamen videndum, an ſit vir honeſtus, læſi amicus, item ad delictum imputatum patrandum aptus, ac proclivis, annon potius inhabilis & ab eo abhorrens. His enim vel ſimilibus etiam unico teſte probatis, juramento ipſius ſtabitur, vel plane abſolvetur citra purgationem canonicam. *conf.* CARPZ. *qu. 120. n. 4. ſeq.*

De favore defenſionis rei.

§. 2. Occaſione verborum Cæſaris, quod examinato indicio, audiendus etiam ſit reus, Doctores annotare ſolent, quod pro rei defenſione etiam admitti debeant teſtes inhabiles, & probationes frivolæ GAIL. RAUCHBAR. Nec aliter ſcriptores defenſionum THOENNICK *Cap. XIII.* GRANZ *Sect. II. p. 21. ſeq.*

De admiſſione teſtium defenſ. inhabil.

§. 3. Aſt videamus de hoc argumento diſtinctius. I. itaque quæritur, an pro defenſione admittantur teſtes alias inhabiles, & hoc quæſitum affirmant tam doctiores, *vid.* MATTH. *p.* 694. *ſeq.* quam meri pragmaticorum compilatores. Textus allegant e jure Can. *Q. VII. C. I. can. cum paſtoris & Cauſ. XII. Q. I. c. manifeſta* * 1. e jure civili *L.* 1. §. 3. *l.* 18. §. 9. *de Quæſt.* * 2. Rectius & magis candide fatetur MATTHÆI p. 695. teſtibus hic nos

nos deſtitui, deberique hanc doctrinam uſui, moribus & rationibus æquitatis v. c. ſatius eſſe abſolvere nocentem, quam damnare innocentem. Faciliorem eſſe ſecundum leges noſtras innocentiæ, quam criminis probationem *v. n.* 2. 3. 4. *ibid.*

*1 In priori capitulo ſermo eſt de monachis, & clericis epiſcopis quondam per Canones concubicularios in hunc uſum, ut vitam ejus ſecretam obſervarent, & de illa teſtes eſſent, datis. Sed quid hoc ad teſtes inhabiles noſtros. In poſteriori canone de notorio agitur, de noſtro quæſito ne verbulum quidem. Utrumque citat SPECVL. *L. III. p. 28.* De canonib. & LL. Dd. perperam citat.

*2 Laudat has leges MASCARD. *Concl. 904.* Neutrum probat probandum. Nam quis dubitet, filiam non fuiſſe ſubditam, quam parentes cariſſimam habuerunt, *ut in d. l. 1. §. 3.* quodque rei defenſio ſemper audienda, ut *in d. l. 18.*

§. 4. II. quæritur, qui hic inhabiles dicendi, an tantum amici domeſtici, agnati, conjuges, aſcendentes, deſcendentes. An plane ſcelerati, ut lenones, meretrices, ſocii ſceleris, bancoruptores fallaces. SPECVLATOR d. l. nobis tantum ſiſtit domeſticos, concubicularios, NOVELLVS addit turbam lenonum aliorumque malorum *p. 62. infr. ad defenſ.* etiam impuberes, conſentit GRANZ *n.* 181. *d. l.* Viciſſim MASCARD. *de concl.* 904. *n.* 14. vult, ut ſint bonæ vocis & famæ. Ergo conſanguineos admittit, ſceleſtos non admittit. Qu. II. qui teſtes inhabiles.

§. 5. Tertia quæſtio eſt, an pro defenſione teſtes inhabiles ſemper, quicunque caſus accidat, admittantur. Reſponderi ſolet: quod tantum in ſubſidium, ſi VERITAS ALITER haberi nequit, admittantur. Ita SPECVLATOR *part. IV. L.* 1. §. 3. FELIN *ad Cap. XIV. &c. de teſt. n.* 5. NOVELLVS d. l. MEV. *n.* 43. 45. *Conſil. XXXIII.* THOMAS. ad HVBER. *tit. de probat.* §. 3. Nec citra graviſſimam rationem. Nam ubi veritas per Qu. III. quando teſtes inhabiles admittuntur.

N teſtes

teſtes idoneos, habiles, et probos certo haberi poteſt, cur incerta teſtium inidoneorum, inhabilium, & improborum fides ſequenda?

Q. IV. Quid ſi tamen veritas aliter haberi nequit.

§. 6. Quæritur IV. Quid ſit: *Veritas aliter haberi nequit.* Reſpondetur: FELINVS *d. l. ad C.* 14. *n.* 5. *de teſt.* formulam hanc capit de illa ſpecie, ubi ex natura negotii veritas aliter haberi nequit, citato INNOCENTIO, ut in adulterio clam domi commiſſo. Enimvero, cum hic nobis ſermo ſit de probatione defenſionis & innocentiæ, toties in genere veritatem aliter haberi non poſſe dicimus, quoties reo non alii teſtes in promtu ſint, quam inhabiles, quodcunque delictum ſit, de quo accuſatur. In CIVILIBVS ut: in contractibus, ſponſalibus, ſibi imputet regulariter, qui teſtes idoneos non adhibuit, ut lex alicubi v. c. in ſponſalibus imperat. In criminibus aliter comparatum eſt, quæ ut plurimum teſtibus remotis committi ſolent. Late & in univerſum formulam noſtram etiam intellexit ſynodus Romana in *c. quanquam C. XIV. qu.* 3. in quæſtione quatenus clerici, a dictione teſtimonii in negotiis laicorum * exemti, hoc ſuo privilegio uti poſſent. Scil. quatenus in genere non deſunt teſtes laici, non ultra.

Quatenus privilegium exemtionis a teſtimonio extendendum.

* Unde collige de canonum jure privilegiatos a teſtimonii dicendi neceſſitate, non ulterius gaudere ſuo privilegio, quam in caſu, ubi ſunt alii teſtes non privilegiati. Quicquid aliis viſum. Nec enim ſequitur, quod hac doctrina conceſſa privilegium non juvaret exemtum, juvat enim utique quamdiu veritas aliunde, quam a privilegiato haberi poteſt.

Qu. V. quo effectu inhabiles adhibentur hic.

§. 7. Quintum quæſitum eſt, quo loco inhabiles teſtes in reorum defenſionibus habendi ſint. Reſp. 1. non ut idoneis teſtibus probatorialibus adverſus reum auditis æquiparentur, aut hos ſatis refutent, FARIN. *Qu. LIV. n.* 36. 2. non ut per ipſos innocentia plene probetur, verum

rum ut 3. ulteriorem defenſionem adminiculentur, & ad eandem viam muniant. BRUNN *n.* 35. 36. *cap. VII. membr.* 3. *proc. crim.* uſus eorum præcipuus erit circa illas circumſtantias, ab iis ſolis aſſertas, circa quas teſtes idoneos non habent contradicentes. V. c. finge, idoneos teſtes aſſerere, ſe vidiſſe Titium primum gladium ſtringentem, Cajum vulnerantem. Meretrices viciſſim juraſſent, Cajum paulo ante Titium non tantum acerbiſſimis injuriis affeciſſe in platea publica, percuſſiſſe, ſed etiam aliis factis & modis ignominioſiſſimis ad iram furori ſimilem provocaſſe, de quibus omnibus nil teſtibus idoneis notum. Nec proinde ulla inter ipſos & meretrices contradictio v. infr. §. 1. * 3. ad Art. 62.

ARTIC. *XXX.*

Von einer halben Beweiſung.

Ein halbe Beweiſung, als, ſo einer in der Hauptſach die Miſſethat gründlich mit einem einzigen guten tugendlichen Zeugen, als hernach von guten Zeugen und Weiſungen geſagt iſt, beweiſet, das heiſt und iſt eine halbe Beweiſung: und ſolche halbe Beweiſung macht auch eine redliche Anzeigung, Argwohn oder Verdacht der Miſſethat. Aber ſo einer etliche Umſtände, Wahrzeichen, Anzeigung, Argwohn, oder Verdacht beweiſen will, das ſoll er zum allerwenigſten mit zween guten, tüglichen, unverwerfflichen Zeugen thun.

ARTIC. *XXX.*

Projecta concordant impreſſo.

NOTÆ AD ARTIC. *XXX.*

§. 1. Diſtinguitur hic inter probationem criminis & inter probationem indiciorum. Ibi rurſus ſubdiſtin- De diſtincta probatione

 guen-

criminum & indiciorum. guendum inter torturam & pœnam, ſi crimen probandum ad torturam, ſufficit teſtis unicus, ſi ad pœnam, duobus opus eſt, qui pariter quoque ad probandum indicium requiruntur. *

* De probatione indiciorum jam dictum *Artic. XXIII. ſupr.* Teſtis unicus autem, quia de corpore & ſubſtantia quaſi criminis deponit, quæſtioni non facit locum, niſi ſit: ein guter tugendlicher Zeuge, ita in ipſo textu noſtro res ipſa tractabitur pluribus infr. *Art. LXII. ſeq.* Dicuntur alias hi teſtes: invulnerabiles. *vid.* STEPHAN. hic vid. ſupr. ad Art. XXIII. §. 1. * 2

De cura judicis circa unum teſtem. §. 2. Debet tamen judex hic præcipue circa dicta de teſte unico probe recordari Articuli XXXVIII. ut ſimul ſolertiſſime indaget attendatque, an & quidnam in ejusmodi cauſa militet pro reo adeoque vim ſemiplenæ probationis delicti, aut plenæ indiciorum imminuat, ne homini in negotio tam arduo præjudicium afferatur. *

De fide teſtis unius. * De teſte uno teſte nullo DN. HEINEC §. *9. 10. diſſ. de lubricit. jurisjur. ſupplet.* De jure civili *v. l. 20. de quæſt.* teſtis unus non admittitur in argumento quæſtionis add. THOMAS de *fid. juridic. p. 71. 78.* GROT. *ad. c. XIX. v. 11. Deuteron.* CAROLUS autem teſtem unum admittit h. Ergo in Carolina fallit regula: *teſtimonium unius, eſt teſtimonium nullius*, quicquid hic in contrarium afferant CIVILISTÆ.

ARTICULUS XXXI.

So ein überwundner Miſſethäter ſeinen Helffer in der Gefängniß beſagt.

Wo ein überwundener Miſſethäter, der in ſeiner Miſſethat Helffer gehabt, jemand in der Gefängniß beſagt, der ihm zu ſeiner geübten erfunden Miſſethaten geholfen habe, iſt auch ein Argwöhnigkeit wider

wider den Beſagten, ſo fern bey ſolcher Beſagung nachfolgende Umſtände und Ding gehalten und erfunden werden.

Erſtlich, daß dem Sager die beklagte Perſon, in der Marter mit Nahmen nicht fürgehalten, und er alſo auf dieſelbige Perſon ſonderlich nicht gefragt, oder gemartert worden ſey, ſondern, daß er in gemein gefragt, wer ihm zu ſeiner Miſſethat geholfen, den Beſagten von ihm ſelbſt bedacht und benannt habe.

Zum andern, gebühret ſich, daß derſelbig Sager gar eigentlich gefragt worden, wie, wo und wann ihm der Beſagt geholfen, und was Geſellſchaft er mit ihm gehabt habe, und in ſolchem ſoll man den Sager fragen, aller möglicher und nothdürftiger Umſtände, die nach Gelegenheit und Geſtalt jeder Sach, allerbeſt zu nachfolgender Erfindung der Wahrheit dienſtlich ſeyn mögen, die allhie nicht beſchrieben werden, aber ein jeder Fleißiger und Verſtändiger ſelbſt wohl bedencken kan.

Zum dritten, gebühret ſichs zuerkunden, ob der Sager in ſonderer Feindſchaft, Unwillen, oder Widerwärtigkeit mit dem Verſagten ſtehe. Dann wo ſolche Feindſchafft, Unwillen, oder Wiederwärtigkeit öffentlich wäre, oder erkundiget würde, ſo wäre dem Sager, ſolcher Sag, wider den Beſagten, nicht zu glauben, er zeige dann deshalb ſonſt ſo glaubliche redliche Urſach und Wahrzeichen an, die man auch in Erkundigung erfünde, die ein redliche Anzeigung machen.

Zum vierdten, daß die beſagte Perſon alſo argwöhnlich ſey, daß man ſich der beſagten Miſſethat zu ihr verſehen möge.

Zum fünfften, ſo ſoll der Sager auf der Beſagung beſtändig bleiben; Jedoch ſo haben etliche Beichtväter

ein Misbrauch, daß ſie die Armen in der Beicht unterweiſen, ihre Sag, ſo ſie mit Wahrheit gethan haben, am letzten zu widerrufen: Das ſoll man, ſo viel das geſeyn kan, bey den Beichtvätern fürkommen, wann niemand geziemt, wider den gemeinen Nutz den Ubelthätern ihre Bosheit decken zu helfen, die den unſchuldigen Menſchen zum Nachtheil kommen mag. Wo aber der Sager ſein Beſagung oder Dargeben, am letzten widerruft, die er doch vor mit guten erzehlten Umſtänden gethan hätte und geacht möcht werden, er wolt ſeinem Helfer damit zu gut handeln, oder daß er vielleicht, des durch ſeinen Beichtvater, als obgemeldet iſt, unterwieſen wäre: alsdenn muß man anſehen des Sagers angezeigte und andere erkündige Umſtände, und daraus ermeſſen, ob die Verſagung ein redliche Anzeigung der Miſſethat geb, oder nicht. Und in ſolchem iſt ſonderlich auch ein Aufſehens zu haben, und zu erfahren den guten und böſen Stand und Leumuth des verſagten, und was Gemeinſchafft, oder Geſellſchaft er mit dem Verſager gehabt habe.

ARTIC. *XXXI.*

IN projeƈt. Anno 1521. In fine hujus articuli additur: Und ſo die obgeſetzten Sachen nicht gehalten, oder erfunden würden, ſo iſt dieſelbe Verſagung allein kein gnugſam redliche Anzeigung der verſagten Miſſethat, ſondern ein Theil davon, als davon oben geſchrieben ſtehet. Item repetitur in projeƈto Vinarienſi 1529.

NOTÆ AD ARTIC. XXXI.

De denunciatione complicum cum requiſitis.

§. I. Indicium ex denunciatione *1 complicis in tortura facta ortum ſatis operoſe *2 in ipſo articulo deſcribitur. In Exemplari Norico in fine adduntur ea, quæ jam commemoravimus. Senſus autem additamenti eſt, quod

quod judex non debeat requiſita num. 1.2.3.4.5. ullo modo negligere, ſed in decernenda tortura ubique præ oculis habere, nec, ſi aliquod ex eis deeſt, ad quæſtionem properare.

*1 De Jure Civili *L. 16. ſ. 1. de quæſt. L. 11. C. de teſt.* ut & de Jure *Canon. c. 1. de confeſſ. c. 10. X. de teſt.* non licet judici de ſe confeſſum in alterius caput interrogare, nec ſine graviſſima cauſa. Nam de aliena ſalute quomodo verum dicet, qui de ſua deſperat? Imo ſuſpicio eſt, ſocium interrogatum crimen eliſurum, & in alium derivaturum eſſe. *vid.* MATTHÆI *pag. 667.* Exceptio erat in ſervorum familia, quæ initio de ſe, dein de ſociis v. c. mandante necem domini quærebatur *l. prius ad SCtum Silan. add. Gloſſ. ad d. l. 11. C. de teſt.* item *ad l. fin. C. de accuſ.* Aliter apud nos dicitur conſtitutum, ut *hoc artic.* verbis: erſtlich u. ſ. w. Modo (1) delictum ſocios ex ſua natura ſupponat, vel (2) contra tertium jam aliqua adſint indicia. CLARUS §. *fin. ſ. q. 21.* Quod rationem habet. Neque vero aliter his ſpeciebus apud Romanos forte ſe habuit. Licet enim crimen ſuum confeſſus, non dicatur interrogandus ſuper conſcientia aliena *d. l. fin.* C. limitationes tamen ex cauſa veroſimili concurrente, ut credibile eſt, non defuerunt. Interim, cum res ſit periculi pleniſſima, ut jam vidimus, merito Carolus noſter tot requiſitis, quæ veluti tot cautiones judicis ſunt, circumſcripſit complicum denunciationes.

De fide complicis de jure civili. — *de jure Caroli.*

*2 Requiſita ſunt (1) ut complicis denunciatio fiat in actu quæſtionis, nec enim alibi facta probat. TABOR. *c. 2. ſ. 4. de confront.* Imo Cæſar ipſe hic ſupponit ſpeciem de denunciatione complicis in quæſtione, ſeu tortura complicem denunciantis. Nec verba: in der Marter, ut quibusdam viſum obiter, aut fortuito addita credi poſſunt, cum poſt hæc totus contextus de quæſtione, ſeu tortura ſermonem continuet, ut reſponſum 1733. M. Jun. verſus B. Diſſentit *Tabor. c. V. ſ. 51. de tortur.* HERT. *Tom. I.* Dein (2) opus eſt, ne denuncians nominatim

Requiſita denunciationis complicis.

Digitized by Google

natim de certa perſona interrogetur, ne ſcilicet magis ſuggerere, quam quærere judex videatur *l. 1. ſ. 21. de Quæſt.* Porro (3) debet judex diligenter quærere de circumſtantiis, & deinceps in illarum veritatem inquirere, *vid.* MAVRIT. *in opuſc. p. 1128. ſ. 21. ſeq.* Vlterius (4) ipſi videndum, annon denuncians ſit denunciati inimicus, quamvis, ſi hoc caſu denuncians plures circumſtantias adducet, ad ſenſum proprium provocet, hæ circumſtantiæ in inquiſitione deprehendantur veræ, inimicitia non obſit, ut in *Artic. h.* MAVRIT. *1126. d. l.* (5) Vt denunciatus ſit perſona ſuſpecta *num. 4. Art.* Tandem (6) opus eſt perſeverantia in confeſſione. Plane videtur addendum (7) ut denunciatio complicis ſit veriſimilis, *conf.* MAVRIT. *d. l.* ubi applicatio ad proceſſum contra ſagas. Ipſe tamen fatetur, ſæpius in magia circumſtantias inquiri non poſſe, imo &, ſi inquiruntur & inveniuntur, v. c. olla cum adipe in cella, globus cereus cum exuviis & alia, a medicis aliter interdum exponi, & pro bonis medicamentis haberi. *conf. ſ. 23. 25. d. l.* Ceterum ex iis, quæ articulo adjecimus, patet, quod complicum denunciatio his requiſitis deſtituta, non plane rejicienda ſit, ſed aliunde illius fides æſtimanda. Difficulter tamen credendum extra torturam complici, utpote homini regulariter deperdito, imo nec pluribus complicibus. ROSBACH. *t. 5. c. 28. proc. Crim.* CARPZ. *qu. 121. n. 37. ſeq.* Unde nec ad effectum torturæ fidendum inquiſito, alterius mandatum alleganti *n. 4. d. l.* Porro, licet complices non ſint quæſiti, ſed tantum territi, ſi in ſua denunciatione perſeverent, denunciatus torqueri poteſt, ut nuper reſpondimus verſus B.

Quid ſi quædam requiſita articuli deſint.

Quid ſi complices tantum territi denunciant complicem.

Quid ſi denuncians variet, revocet.

§. 2. Quæſtio: quid juris ſit, ſi denuncians denunciationem revocat, exponitur in fine h. Facile alias colligendum ex dictis, quod tunc denunciatio ſit nulla, ob n. 5. Artic. zum fünfften ſo ſoll. Annon autem aliquando exceptio detur a regula, e facti circum-

ſtan-

ſtantiis dependet. Oportet tamen, ut graviſſima indicia adſint, denunciantem ex affectu revocaſſe denunciata, illaque aliunde ſatis certa eſſe. Alias merito inhærendum regulæ in re tam ardua: quæ enim fides haberi poteſt denuncianti capitis reo varianti, nec ſibi ipſi conſtanti? Atque ita reſpondimus in Facultate *A.* 1727. *M. Dec. verſus W.* cum K. denunciationem factam contra S. revocaſſet, præter Articulum ſimul reſpicientes ad *L.* 27. *ad L. Cornel. falſ.* Adde MAVRIT. *d. l.* CRVS. *XII.*

§. 3. Annon denunciatio fœminæ impragnatæ in doloribus partus prævia admonitione de dicenda veritate facta, indicii quoque ſpecies ſit, hic diſquiri ſolet. Plane dictis in tortura compararunt, *adducto CRVSIO *P.* I. C. 10. *n.* 15. hanc denunciationem DNI. HALENSES *apud* BEYER. h. Citat CRVSIVS FARINACIVM, qui tamen de fide moribundorum, non nominatim de fide parturientium agit, quaſi infirmitas illorum contineret torturam ſpiritualem, plane ea, quæ per fidiculos ſit, certiorem. Parum viciſſim parturienti credunt MEV. *IV. v.* I. *ad J. Lub.* Scabini Halenſes apud GRANZ. I. 459, *n.* 40. ſeq. ipſe GRANZ. *pag.* 315. 434. **De denunciatione fœminæ in dolore partus.**

* Judex hic attendet in foro ad requiſita *Artic. XXXI.* 1) An ſcilicet hæc denunciatio facta in ſummis & exquiſitis doloribus partus, an vero parturiens inter leves dolores peperit? 2) An interrogans ipſi nominaverit certam perſonam? 3) An fœmina parturiens alias honeſte vixerit? 4) Quæ ſit perſona denunciata? 5) Quæ præterea denunciationis veriſimilitudo? 6) Quæ ejusdem conſtantia? Quæ 7) viciſſim in contrarium allegare poſſit denunciatus per Artic. XXVII. Sane ſingulis his pro denunciante concurrentibus, ſemiplenam probationem, imo, ſi inter dolores **Quid circa illam judici reſpiciendum.**

O partus

partus fœmina mortua, reſpectu alimentorum partus plenam plane demonſtrationem continere crederem. Reliquæ ſpecies ex facto æſtimandæ ſunt.

Monitum Cæſaris: an die Beicht-Väter.

§. 4. Addit Cæſar monitum ad confeſſionarios, qui aliquando reos inſtigant, ut confeſſiones delictorum ſuorum revocent. Quod facinus merito prohibendum. Sed *vid. infr. Artic. C. III.*

ARTIC. *XXXII.*

So einer von ihm ſelbſt ungenöther Dinge geſagt hätte, daß er die beklagte oder verdachte Miſſethat gethan hätte.

So einer, wie vor, von ganzer Weiſung geſagt iſt, gnugſam überwieſen wird, daß er von ihm ſelbſt Ruhms, oder ander weiß, ungenöther Ding geſagt hätte, daß er die beklagte und verdachte Miſſethat gethan, oder ſolche Miſſethat vor der Geſchicht zu thun gedrohet häte, und die That auch darauf in kurtzer Zeit erfolgt wäre, und es wäre eine ſolche Perſon, daß man ſich derſelben That zu ihr verſehen mag, wird auch für ein redliche Anzeigung der Miſſethat gehalten, und iſt peinlich darauf zu fragen.

ARTIC. *XXXII.*

VErba: und die That auch darauf in kurtzer Zeit erfolget wäre, non habentur in projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *XXXII.*

De confeſſione extrajudiciali & minis.

§. 1. Confeſſio extrajudicialis, ſive ex ſtulta ambitione, & more jactatorum, ſive alia ratione facta, ut & minæ ante facinus ſparſæ, ad quæſtionem non ſufficiunt, niſi alia accedant indicia v. c. quod confeſſus ſit homo ſuſpectus, vel poſt minas jactitatas, mox facinus illis expreſſum ſecutum ſit. *

* Nec

* Nec ſola confeſſio, nec ſolæ minæ ſufficiunt, imprimis, ſi inculpatus ſit perſona parum ad facinus patrandum habilis v, c. ſi facinus aſtutiam, audaciam requirat inculpatus autem ſit homo bardus, ſtupidus, vecors, * — *Quid hic attendendum.*

§. 2. MANZIUS h. reſpectu minarum plane requirit: 1) ut minans alias ſuſpectus, 2) facinus mox 3) in ſpecie, ut in minis deſcriptum, ſecutum, minæque 4) perſpicuæ & 5) animo ſedato prolatæ. Quæ ſi concurrunt, gradum certitudinis utique augent, a Cæſare tamen junctim non exiguntur *add. not. ad. artic.* 44. De minis in uſum accuſatoris et defenſoris v. SABELLI *in ſumm. tractat.* §. MINAE. — *MANZII philoſophia de minis.*

§. 3. Ceterum a confeſſione vulgari ſollicite ſeparant Catholici ſacramentalem, qui nihil probat in judiciis. Imo ne quidem index peccatorum der Beicht - Zettul, das Sünden - Regiſter, quem quilibet confeſſurus ſibi pro memoria ſcribit, ſi hic alicubi repertus, ad judicem deferatur vid. WIESTNER *libr.* II. *XVIII. n.* 39. *ſeq.* Nec aliter Evangelici dicunt de confeſſis in confeſſione pœnitentis. vid. STRYK. *III. diſp. VIII. p.* 29. Aliter Reformati, qui miniſtris eccleſiæ a pœnitentibus & moribundis dicta v. c. ſi complex moribundus miniſterio eccleſiæ ſecreto indicavit complicem, pro arcanis non habent, ſed miniſtrum ad teſtimonium in judicio jurato reddendum cogunt, ut ex actis Haſſiacis et reſcripto Conſiſtorii Caſſellani Anno 1729. obſervavimus. De ſecretis advocato, medico, obſtetrici dictis non revelandis, deque his perſonis ad teſtimonium non cogendis STRYK *dict. diſp.* — *Catholicorum.* — *Evangelicorum.* — *Reformatorum doctrina de manifeſtatione confeſſorum, dictorumque ſacerdoti.*

Von Anzeigung, ſo ſich auf ſonderliche Miſſethaten ziehen, und iſt ein jeder Artikul zu rechtlicher Anzeigung derſelben Miſſethat genugſam, und darauf peinlich zu fragen.

O 2 Art.

Digitized by Google

ARTIC. *XXXIII.*

Vom Mord, der heimlich geſchicht, gnugſam Anzeigung.

Item, ſo der Verdachte und Beklagte des Mords halber, um dieſelbige Zeit, als geſchehen, verdächtlicher Weiß, mit blutigen Kleidern oder Waffen geſehen worden oder ob er des Ermordeten Haab genommen, verkäuft, vergeben, oder noch bey ihm hätte, daß iſt für ein redlich Anzeigen anzunehmen, und peinliche Frag zu gebrauchen, er könte denn ſolchen Verdacht mit glaublicher Anzeig oder Beweiſung ablehnen, das ſoll vor aller peinlicher Frag gehört werden.

ARTIC. *XXXIII.*

POſt hunc articulum inſeritur Articulus XXVI. ſupr. ſuo loco omiſſus, in proj. 1521.

NOTAE AD ARTIC. *XXXIII.*

Indicia homicidii. §. 1. Tangit hic textus homicidias, quod ſcilicet hi ſatis ſuſpecti ſint, ſi tempore delicti ſanguine conſperſi veſtibus, vel armis ſanguine rutilantibus deprehendantur vel res *1 occiſi ſecum habeant, vendant, 2* nec exculpatione probabili uti poſſint.

Eliſio illorum. *1. Eliditur hoc indicium, ſi ſanguinolentus veroſimiliter oſtendat, ſe eſſe hominem frugi, amicum occiſi, vel ſe ex amplexu amico, conatuque auxilium ferendi vulnerato, ſanguine ſe polluiſſe, vel ſanguinem e naribus propriis profluxiſſe, probabiliter demonſtret.

De homicidio occulto detecto caſus ſingularis. *2 Hujus rei notabilem caſum habet KAYSER, integra familia reperiebatur in domo ardenti enecata, credebatur, id accidiſſe vi ignis, qui ſuffocaſſet miſeros, ſed cum conſtaret, Titium ſæpius frequentaſſe domum iſthanc, & inquiſitio domeſtica confeſtim atque ex improviſo inſtitueretur,

retur, non tantum plures res defuncti, clavesque domus, apud Titium reperiebantur ſed Titius plane veſte interiori (Cammeſohl) viri peremti indutus deprehendebatur, quæſtionique ſubjectus, totum facinus confitebatur. Ceterum ad præcedens indicium habitus ſcilicet ſanguinoleti referunt Dd. aliquatenus: das baar Recht, ſive profluxum ſanguinis e cadavere peremti, aëri expoſito ad acceſſum certi hominis ſtillantis, de quo late DOEPLER. p. 43. *verbo baar Recht.* Aſt huic indicio, utpote captum hominum ſuperanti, vix confidit prudens judex v. STRYK. *præf. de jur. ſens.* Idem ſentit HORST. *tract. de cruentat. cadaver.* conſentit VALENTIN. prolixe *in Noval. medic.* p. 1105 - 1193. De indicio: des baar Rechts.

§. 2. Præterea ex hoc articulo patet, quod cum grano ſalis accipienda ſint, quæ articulo XXIX. de indicio unico *1 habebantur. Scilicet, per indicium unicum non una & ſimplex circumſtantia ſed plurimum veluti circumſtantiarum complexus intelligendus eſt. Nam requiritur circa veſtes ſanguinolentas (1) ut inquiſitus his indutus reperiatur in loco *2 commiſſi delicti, dein (2) ut teſtes duo ipſum viderint per articulum XXIX. XXX. (3) ut reperiatur ſuſpecta ratione, verdächtiger Weiſe. Ita quoque circa res occiſi, ſi quis eas ſecum habet, vendit, vel permutat. Requiritur (1) ut ſit perſona talis, de qua §. zum vierten *Artic præced.* REMVS h. (2) ut non poſſit allegare acquiſitionis titulum (3) ut rem penes ipſum viderint duo teſtes (4) ut conſtet, peremtum res illas ſub finem vitæ ſecum habuiſſe. Tandem (5) ut inquiſitus utrumque hoc indicium non poſſit elidere contrariis argumentis. *3 Quid in Carolina notet: INDICIVM VNICVM

*1 Quare recte CLASENIVS noſter indicium VNVM vocat: unum per aggregationem, quæ obſervatio judici nunquam ſupponenda, adde BEYER n. 2. h. CLASENII obſervatio.

Cur Locus a nobis additur.

* 2. Loci non quidem ſit mentio in textu, ſed temporis tantum, verum & loci rationem habendam eſſe ipſa natura rei ſuadet, alias enim non foret circumſtantiarum nexus, nec indicio a veſtibus deſumto ſua vis concludendi conſtaret. Intellige tamen locum cum aliquali latitudine, ut in Articul. XXV. vers. zum dritten.

De integris actis reo ante quæſtionem exhibendis.

* 3 Graviter Imperator in fin. h. de defenſione rei: das ſoll vor aller peinlicher Frage gehöret werden. Unde ad officium judicis pertinet, ut reo omnia et ſingula indicia quæ contra ipſum extant, & ad acta relata ſunt, ante decretum torturæ communicentur. Alias legitime atque injuſte procedit. vid. COTHM. *vol. III. reſp. 29. n. 175.* OLDECOP *p. 75. in libell. germ. Von einem Proceſs zu Braunſchweig in punct. infantic.* Imo ſuperior ejusmodi judicem in viam reducere, coercere & monere debet, ut ne contra rationem ac Carolinam judicium criminale exerceat.

ARTIC. *XXXIV.*

Von öffentlichen Todtſchlägen, ſo in Schlagen, Rumoren unter vielen Leuten geſchehen, daß niemand gethan will haben, gnugſame Anzeigung.

Todtſchläge, ſo in offenbahren Schlagen oder Rumoren geſchehen, daß niemand Thäter ſeyn will: Iſt denn der Verdacht bey dem Schlagen auch mit dem Entleibten widerwärtig geweſt, ſein Meſſer gewonnen, und auf den Entleibten geſtochen, gehauen, oder ſonſten mit gefährlichen Streichen geſchlagen hat: Solches iſt ein redliche Anzeigung der geübten That halber, und peinlich zu fragen, und wird ſolcher Verdacht noch mehr geſtärket, wo ſein Wehr blutig geſehen worden wäre. Wo aber ſolcher, oder dergleichen nicht vorhanden, ob er denn gleich ungefährlicher Weiß bey dem Handel geweſen, ſoll er peinlich nicht gefragt werden.

Art.

ARTIC. *XXXIV.*

VErba: und wird ſolcher Verdacht u. ſ. w. non leguntur in projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *XXXIV.*

De indicio homicidii in turba commiſſi.

Confirmat dicta proxime præcedentia hic articulus. Nam tum demum in rixa homicidio commiſſo inculpatus quæſtioni ſubjicitur, ſi (1) non conſtet de homicida, (2) inculpatus autem fuerit præſens, (3) cultrum arripuerit, ſtrinxerit, (4) pupugerit, ſciderit, aut plagas (alio nempe inſtrumento) intulerit, vel plane (5) arma ipſius ſanguine rutilent. Alias enim, ſi forte fortuna rixantium choro fuit immiſtus, nec armis uſus eſt, adhibitis tormentis interrogari nequit. In exemplari Norico & Vinarienſi verba: und wird ſolcher Verdacht wegen, ad finem non leguntur. Habentur tamen apud GOBLERUM.

De rei defenſione contra hoc indicium.

* Contra hoc indicium allegari poteſt præcedens offenſio, & quod inculpatus defenſionis cauſa vim vi repulerit. Scilicet in caſu, quo circumſtantiæ omnes, de quibus in articulo agitur, a binis fide dignis teſtibus probatæ ſunt, alias enim, ſi hæc probatio deeſt, confugere ſolet defenſor ad commune illud: *reorum eſt, facta non probata negare, fugere &c.* Imo & ex vulneris illati ratione & magnitudine judicatur, an ille, qui de cultri geſtatione convictus eſt, illud inflixerit. Unde adhibitis percuſſorum armis vulnus veluti commenſurari conſuevit. Adde *infr. 148. Artic.* Certius tamen longe arguitur: Titii arma non conveniunt vulneri, ergo Titius vulnus non incuſſit, quam Titii arma reſpondent vulneris hiatui, ergo Titius eſt vulneris auctor. Nam 1) arma plurium non raro paria ſunt, 2) vulnus facile dilatari poteſt, dum gladius ex eo retrahitur. Vel 3) medicus in ſectione aberrat.

De commenſuratione vulnerum & armorum.

ARTIC. *XXXV.*

Vom heimlichen Kindhaben und Tödten, durch ihre Mütter, gnugſame Anzeigung.

SO man eine Dirne, ſo für eine Jungfrau gehet, im Argwohn hat, daß ſie ein Kind gehabt, und ertödtet habe, ſoll man ſonderlich erkunden, ob ſie mit einem groſſen ungewöhnlichen Leibe geſehen worden ſey: Mehr, ob ihr der Leib kleiner worden, und dadurch bleich und ſchwach geweſt ſey: So ſolches und dergleichen erfunden wird, wo denn dieſelbige Dirne eine Perſon iſt, darzu man ſich der verdachten That verſehen mag, ſoll die durch verſtändige Frauen an heimlichen Stätten, als zu weiter Erfahrung dienſtlich iſt, beſichtiget werden, würde ſie denn daſelbſt auch argwöhnig erfunden, und will die That dennoch nicht bekennen, mag man ſie peinlich fragen.

ARTIC. *XXXV.*

COncordat cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *XXXV.*

De indicio infanticidii. Infanticidii ſufficientia ad torturam indicia ſunt (1) ſi fœmina de puerperio inculpata ſuſpectaque ſit ex aliquibus ſignis, quæ (2) vel moralia, vita ſcilicet impudice cum ſexu potiori exacta, vel (3) naturalia vulgaria, quod intumeſcere, mox gracileſcere, palleſcere & langueſcere viſa, (4) vel magis artificialia, ſi ſcil. circumſtantiis adductis præcedentibus obſtetrices *1 artis ſuæ peritæ ad ventrem *2 inſpiciendum *3 adhibitæ, ex certis notis fœminam peperiſſe teſtentur.

De inſpectione per obſtetrices.

De fide obſtetricum. *1 Diſputat contra fidem obſtetricum BLUMLACHER *h.* præcipue ex illo capite, quod fœminæ non ſint teſtes omni exceptione majores in criminalibus. Verum obſtetrices, teſtan-

teſtantur hic de rebus ad ſuam artem pertinentibus, atqui artifici in ſua arte credendum *conſ.* STRYK. *J. S. I.* qui obſtetricum cauſam agit fidemque illorum tuetur. Parum quidem iis tribuit CYPRIANUS *qu. 1. cauſ. 27. Can. 4. quaſi ſæpe fallantur manus & oculi obſtetricum.* Verum ibi non de ſignis partus, ſed de ſignis virginitatis dubiis & perplexis diſquirit. Interim de craſſa obſtetricum inſcitia queritur BOHN *in ſpec. 1. medicinæ forens.* Præcipue facilius obſtetricibus creditur ſi pro inquiſita teſtentur, in favorem ſcilicet defenſionis, ut recte obſervat OLDECOP *pag. 76. libell. germ. cit. ad Artic. XXXIII. pag. 89. ibid.*

*2 Cum ignominioſa ſit ejuſmodi inſpectio, niſi peculiaris ſuſpicio contra aliquam militet, admittenda non eſt. Imo nec infante occiſo reperto, ſi de infanticida non conſtet, ſub ſpecie detegendæ veritatis & exercendæ juſtitiæ, cogi poteſt univerſitas fœminarum v. c. in pago, ut ſe inſpici patiatur. Nam licet Reip. interſit, ut ſcelera detegantur & puniantur, hoc tamen ita capiendum eſt, quod magiſtratus quidem non negligere debeat inquiſitionem, in gratiam nocentium variiſque NB. indiciis gravatorum, cum publico ſcandalo, non autem, quod magiſtratus in innocentes minimeque ſuſpectas perſonas graſſari poſſit, cum illarum dehoneſtamento. **De inſpectionum fœminarum præcipue plurium temperamento.**

*3 Uti inſpectiones aliæ ex cauſa repetuntur: ita & præſens reiterari poteſt, ſi vel judex priorem inepte peractam fuiſſe deprehendat, vel ipſa fœmina falſa relatione ſe gravatam putet. *Conſ. c. 14. X. de probat.* & KIRCHGESNER *p. 160.* ubi exemplum. **Inſpectio an ex cauſa repetenda.** Ceterum, uti in recenter enixa indicia partus facillime dignoſcuntur: ita viciſſim in illa, quæ jam diu peperit, totum negotium fere hæret in dubiis atque controverſiis, inde ſtatutum eſt, ut ſolum juramentum credulitatis ab obſtetricibus exigatur CLASEN. *inſ. h.* In repetitione inſpectionis jungi poſſunt medici, qui non raro obſtetricum antea dicta impugnare ſolent. *vid.* KIRCHGESNER *h. l.* Speciem, ubi de vita partus inter obſtetricem & medicum cum quo ſentiebant tres chirurgi diſpu- **De contentione medicorum & obſtetricum & quibus circa prægnantiæ atque partus indicia plus credendum?**

 tatum

tatum refert Hert. RE. DLXXXVII. Imo offerebatur aliquando etiam ordini noſtro caſus ſequens: fœmina quædam de adulterio cum clerico ſuſpecta, diuque ab illo clam ſub tectis in altiori ædium parte occultata, ad teſtimonium obſtetricum peperiſſe dicebatur. Illa allegabat atteſtatum medici, cujus medicamentis hactenus uſa erat, quo ipſam nec prægnantem fuiſſe, nec puerum enixam eſſe aſſerebatur, præſtare jubebatur purgatorium, quod more inquiſitorum ſolito audacter præſtabat. Dein vi malæ conſcientiæ adacta confeſſionario, atque mox iudici totum negotium confitebatur, locum reconditi infantis indicabat, qui ibidem etiam detegebatur. Sane non abs re defendit OLDECOP. quod obſtetricibus prudentibus & peritis magis ſit circa ſigna partus credendum, quam ipſis medicis. Nam Cæſar in articulo noſtro illas, non hos conſulere jubet, inſpectio per illas, non autem per hos fieri ſolet. Quamvis ubi non defenſione, ſed de capitali ſupplicio decernendo quæſtio, contradictio medicorum omnino ſit probe attendenda, nec ſolæ obſtetrices audiendæ. Imo in facto videndum, quid valeant in præſenti tam medicorum, quam obſtetricum humeri. Utraque claſſis conſtat peritis juxta & imperitis, licet ut hactenus fuerunt mores obſtetricum, regulariter major ſit experientia in hoc argumento, adeoque major peritia, quam medicorum. Nam: les accoucheurs apud Gallos quidem, non autem apud nos adeo celebrantur. Alias pro medicis contra obſtetrices v. SIMON *præſid. academ. I. p. 917. diſſert. de jur. obſtetric.*

De aliis partus editi ſiguris.

Sunt præter adducta in textu etiam alia indicia v. c. ſi fœmina indumenta ſua impura, noctu in loco remoto lavare, ad locum ubi infans ſepultus repertus, ſæpius clam antea ire ſit viſa, ſi ſuſpectis medicaminibus dicatur uſa, ſi ipſa, quod motum alicujus ſubſtantiæ in ſe poſt concubitum ſenſerit, confeſſa &c. vid. FROLICH *P. II. p. 185 ſeq.*

de pulmone natante.

De Pulmone natante, vel non natante vid. BEYER & B. LUDOVICI *h.* IENENSES, ut diſci poteſt ex LYNCK. *Dec. 1270.* licet lombus pulmonis non natarit, propter alias tamen concur-

cur-

currentes circumſtantias fœminæ primum torturæ gradum dictarunt conf. I. I. Schöpfer, Schreyer de *probatione pulmonis per aquam* DIEPENBROCK *in anat. L. II. c. XIII.* VALENTIN *in pandect. medic. legal. part. II. ſect. VII.* NATARE ni aer infanti inſpiratur, pro certo: SVBSIDERE autem pro incerto ſigno habet *add.* Dn. HEISTER *Diſſ. ſingul.* defenſoribus inquiſitarum præcipue commendandum.

ARTIC *XXXVI.*

Ein andere Anzeigung begangener Kinder-Mord.

Wo aber das Kindlein ſo kürtzlich ertödtet worden iſt, daß der Mutter die Milch in den Brüſten noch nicht vergangen, die mag an ihren Brüſten gemolken werden, welcher dann in den Brüſten recht vollkommene Milch funden wird, die hat deshalb eine ſtarke Vermuthung peinlicher Frage halben wider ſich. Nachdem aber etliche Leibärtzte ſagen, daß aus etlichen natürlichen Urſachen etwann eine, die kein Kind getragen, Milch in den Brüſten haben möge, darum, ſo ſich eine Dirne in dieſen Fällen alſo entſchuldiget, ſoll deshalben durch die Hebammen, oder ſonſten, weitere Erfahrung geſchehen.

ARTIC. *XXXVI.*

Pariter cum projectis convenit.

NOTÆ AD ARTIC. *XXXVI.*

§. I. Lac in mamillis fœminæ corruptionem ſeu fornicationem non præciſe arguere, jam agnoverunt veteres. * *De ſigno a lacte petito ſententia veterum & recentiorum, tam lacte abundante, quam deficiente aut abſente.*

* HIPPOCRATEM, GALENUM aliosque citat CRUSIUS *P. II. c. X.* Itaque non recentiorum medicorum obſervationibus hæc debet auctor articuli, uti quidam credunt. In-

terim non plane negligendum indicium lactis, ſed per

 obſte-

obſtetrices inquirendum eſt ulterius in ſigna partus reliqua, ut Cæſar hic diſerte. Alias nequidem copiæ, vel affluentiæ ſoli lactis fidendum GRANZ. *p. 52. n. 170. ſeq.* ubi medicorum teſtimoniis hoc corroborat. Ceterum abſentiam lactis in mamillis ante partum, non certo arguere, quod infans in utero materno jam mortuus ſit, putaverunt IENENSES *Reſol. 524.* LYNCKER. Licet hæc circumſtantia pro defenſione inquiſitæ omnino attendenda ſit & cum aliis jungenda.

Quid ſi fœmina infantem ante partum mortuum dicet ſimpliciter.

§. 2. Quod ſi fœmina ſe peperiſſe negare nequeat, ſed infantem jam mortuum ſe edidiſſe alleget, ipſi non ſimpliciter * 1 credendum, ſive circumſtantias pro coloranda ſua negatione * 2 quasdam ſimul alleget, ſive minus.

* 1 Omnia infans enim regulariter vivus naſci præſumitur, cum ut plurimum ita accidat, ut vivus naſcatur, *vid.* BERLICH *P. IV. concl. VII. n. 28.*

Aut allegatis circumſtantiis.

* V. c. quod ceciderit, quod contuſa fuerit ligno, lapide, quod onera ingentia portaverit, quod in mamillis ante partum non repertum fuerit lac. Circa hæc omnia enim ſemper videndum, an allegatæ circumſtantiæ probatæ, quidque relevent, ſi probatæ ſint *vid.* LYNCKER. *Reſol. 524. 181. adde infr. Art. 131.*

Quid ſi fœmina aliud quam infantem ſe edidiſſe contendat.

§. 3. Sed quid ſi non infantem, verum molam, grumam ſanguinis ſe edidiſſe aſſerit inquiſita? tunc deciſio dependet ab inquiſitione circumſtantiarum.

De mola & incertitudine ſignorum molæ, abortus, partus completi.

* Pertinet huc deciſio LYNCKERI 1388. ubi criteria molæ. An autem obſtetrices certo diſtinguere ac definire poſſint ſigna partus, ubi mulier infantem peperit, a ſignis ubi grumam ſanguinis molamque excluſit, dubitavit D. GIESLER in Gutachten über der Braunſchweigiſchen Bade-Mutter: Atteſtat. *p. 16.* in *Reſponſ. Syndic. Brunſv. contra* OLDECOP. Es iſt wol nicht unmöglich (inquit) doch gar zweiffelhaftig, daſs die, welche von einer Manns-Perſon corrumpiret iſt, auch von der ein abortus oder

oder andere maſſe carnea informis gegangen, ſoll eigentlich zu unterſcheiden ſeyn, von der, die ein volſtändiges Kind zur Welt gebracht. Denn die weiblichen Geburts-Glieder eben ſo wohl in abortu, als in vero partu verändert werden. Und ob wohl in perfecto partu ſelbige Theile ſich mehr eröffnen, und von einander geben als ſonſten, ſo gehen doch ſolche ſo genau und hart wieder zuſammen, als ſie vor der Zeit geweſen.

ARTIC. *XXXVII.*

Von heimlichem Vergeben, gnugſame Anzeigung.

Item, ſo der Verdachte überwieſen wird, daß er Gift gekauft, oder ſonſt damit umgangen, und der Verdachte mit dem Vergifften in Uneinigkeit geweſt, oder aber von ſeinem Todt, Vortheil oder Nutz wartend wäre, oder ſonſt eine leichtfertige Perſon, zu der man ſich der That verſehen möchte, daß macht ein redliche Anzeigung der Miſſethat, er könne denn mit glaubigen Schein anzeigen, daß er ſolch Gifft zu andern unſträflichen Sachen gebraucht hätte, oder brauchen wollen,

So einer Gifft kauft, und des vor der Obrigkeit in läugnen ſtünde und doch des Kaufs überwieſen würde, macht auch gnugſam Urſach zu fragen, wozu er ſolch Gift gebraucht, oder gebrauchen wollen.

Es ſollen auch alle Obrigkeiten an jeden Orten, die Apothecker und andere, ſo Gifft verkaufen, oder damit handthieren, in Gelübd und Eid nehmen, daß ſie niemand einig Gift verkauffen noch zuſtellen, ohne Anzeigung, Vorwiſſen und Erlaubung derſelben Obrigkeit.

ARTIC. *XXXVII.*

IN projecto Norico verba: und der Verdacht mit den

Vergiſſteten uſque ad verba: Verſehen mögte, item verba: ſo einer Gifft kauft &c. uſque ad finem articuli non extant.

NOTAE AD ARTIC. *XXXVII.*

Veneficii indicia quæ?

§. I. Indicia veneficii * 1 ſunt (1) venenum emere, (2) venenum ſecum habere (3) defunctum odio habuiſſe (4) ex ipſius morte commodum expectaſſe (5) eſſe hominem nequam. Interim * 2 & hic ubique ſalva eſt inquiſiti defenſio. Ita parte prima articuli noſtri.

Auctores qui videndi.

*1 Capitalis quæſtio eſt, an mortuus vi veneni deceſſerit, quod fere medici definiunt. Signa veneni accepti recenſet HORNING *de jur. Poſtarum c. 21.* et ex eo repeti KEYSER *p. 137ſeq.* adde GRANZ *p. 498 P. I. ubi XXXIII.* ſigna refert. Alicubi v. c. Vindobonæ, mos viget, ut nullum cadaver ſepeliatur, ni medici illud antea aſpexerint, quo de morbi genere conſtet, et veneficiis occultis obviam eatur. Veteres cadavera avibus expoſuiſſe refert MATTHÆI *de crim.* aves enim omnes abſtinere a cadaveribus veneno peremtorum. Concluſiſſe quoque: *fœmina eſt adultera*, ergo & *venefica eſt vid.* DECLAN. *L. IX. c. 24.* Medici autem noſtri initio venenum datum fuiſſe ex ſuis ſignis concludunt, dein efficaciam ipſius veneni explorant. Tria enim manifeſta eſſe debere vult CARPZOV. *qu. 21, n. 5.* (1) venenum propinatum (2) venenum fuiſſe noxium (3) defunctum uſu illius peremtum nec aliter pœnam ordinariam dictari poſſe. Naturam vulgaris veneni, nempe Arſenici diligenter examinat GRANZ *p. 50. allegatis medicis* & nuper excellentiſſimus MEIBOM. *diſſert. ſingul.* Interdum defenſores provocant ad regulam: *non in qualitate, ſed in quantitate peccatur.* Sic opium non niſi in quantitate nocere, refert BONTEKOE *in tr. von des Menſchen Geſundheit, Krankheit, Leben und Tod.* Idem de Coloquintis probat THONNICKER *integr. defenſ. p. 100.* Nec aliter ſpiritum vitrioli nocere, Medici H. contenderunt

Indicia veneficii veterum.

corporis delicti requiſita hic.

De diſtinctione inter quale & quantum in quæſtione de veneno.

runt contra Medicos J. Unde ſi quid veneni, de dato reſtet, illud diligenter ſub examen a medicis vocandum CARPZ. *d. l.* Neque vero negligenda venefici intentio, an ad conciliandum amorem, vel ad procurandam fertilitatem, incaute aliquid propinaverit, *Idem ibid.* **de exploranda noxia præbentis intentione.**

*2 Sic ad primum & ſecundum indicium, quæ in hoc articulo referuntur, excipere poteſt inculpatus, quod ad tollendas muſcas mureſque venenum emerit, qua in ſpecie viro honeſto credendum GRANZ. *p. 510. n. 152.* Ad. 3. quod defunctus potius fuerit inculpati amicus. Ad 4. quod ipſius intereſſet eum adhuc vivere. 5. daſs er eine leichtfertige Perſon, facile refutatur teſtimoniis paſtorum, magiſtratusque univerſitatis. **Exceptiones venefici.**

§. 2. In parte ſecunda Articuli ſufficere ad torturam traditur, ſi quis emto veneno, coram magiſtratu circa hoc interrogatus, ſe venenum emiſſe pernegaſſet. Tunc enim emtionis convictum, per fidiculas de fine & uſu veneni quæri poſſe. **De indicio a falſo negata emtione veneni petito.**

* Enimvero tam crude & univerſaliter verba legis vix capienda ſunt, cum ſæpius homines etiam circa res indifferentes quæſiti, ſibi metuant, ne incarcerentur, ne inquiſitionis moleſtias ſubeant & ſi quæ alia. Unde facile negant, quod revera egerunt. Accedit quod veneni emtio, ab ignaro, & rerum humanarum non ſatis experto emtore, qui circa quodlibet, quod extra ordinem & raro agit, ſtupidus hæret, pro negotio ipſi periculoſo, & occultando haberi poſſit. Itaque minimum indicium 3. vel 4. vel 5. theſis præcedentis concurrere oportebit, pro tortura tuto decernenda, & in hunc fere ſenſum differit etiam CLASENIUS *noſter ad h. Art.* Unde nollem cum aliquibus regulam generalem formare: Hic vel ille negavit circumſtantias indifferentes. Ergo de illis convictus, in eculeo quærendus eſt, præſumtionem quidem operatur negatio, ſed non indicium ad torturam, ſi ſola ſit BEIER. *n. 32. h.* Quam grande autem nefas ſit magiſtratui mentiri, notant STEPHA- **Quam caute de hoc indicio judicandum.** **Judicium moderatum de eodem indicio.**

PHA-

PHANI, MANZ &c. *h.* Licet non negandum in hoc crimine jus in facto poſitum eſſe, videndumque quis negaverit, quomodo & quamdiu in negatione perſeveraverit, qualem ſe etiam geſſerit ipſe magiſtratus

Cura magiſtratus publica venenorum & apothecariorum.

§. 3. Sequitur monitum ad magiſtratus omnes, ne pharmacopolis ſuis promiſcuum veneni commercium permittant. Ratio hujus inſtituti eſt e jure * civili.

* Nam hoc jure deciſum eſt, quod veneni mali non contrahatur emtio *l. 35. ſ. 2. de contr. emt.* Addita ratione, quod circa rem flagitioſam non liceat inire contractum. Quamvis Cæſar hoc loco rem temperet, & venia a Magiſtratu impetrata, venenum emere, vendere permittat ab apothecariis tamen juratis, ut in *tx.* Imprimis hic commendandæ: *die Apothecker Ordnungen*, quarum cumulum citat. THOMAS *de jur. pharmacopol. vid.* ANDLER *t. II. verb.* Apothecker SPEIDEL. *eod. verbo.* Neque vero venena tantum, ſed & vomitoria, nec non abortum propellentia, & procurantia v. c. Scabinam, pharmacopola non niſi circumſpecte divendere debet *vid.* quos citat. BEIER. *n. 35. h.*

Excuſatio apothecariorum noxia vendentium.

Excuſat Apothecarios, ſi probis aliquibus, ejusmodi mercimonia vendunt BAIARD *ad qu. 68.* OLAR. *n. 131.* Imo moribus non opus eſt magiſtratus præſcitu, ſed venenum apothecarii licite vendunt viris, de quorum fide ipſis conſtat. Culpa tamen non omni vacant, ſi famulitio ſuo ſine domini teſtimonio vendere permittunt LUDOVICI *h.*

ARTIC. *XXXVIII.*

Von Verdacht der Räuber, gnugſahme Anzeigung.

Item, ſo erfunden wurde, daß jemand da Güter, ſo geraubt ſind, bey ihm, oder dieſelben verkaufft, übergeben, oder in andere Geſtalt, damit verdächtlicher Weiß gehandelt, und ſeinen Verkäuffer und Wehrmann nicht anzeigen wolte, der hat ein redlichs Anzeigen ſolches Raubs halber wider ſich, dieweil er nicht ausfündig

dig macht, daß er nicht gewuſt, daß ſolche Güter geraubt ſeyn, ſondern die mit einem guten Glauben an ſich bracht habe.

ARTIC. *XXXVIII.*

IN projecto Norico 1521. verba: und ſeinen Verkäuffer nicht anzeigen wolte, non extant.

NOTÆ AD ARTIC. *XXXVIII.*

Rapinæ ſatis ad quæſtionem usque convictus dicitur, qui res raptas poſſidet, nec bonam fidem, juſtumque titulum allegare poteſt, *1 vel ut in textu dicitur: allegare non vult. *2 add. infr. artic. XLI. ibique not *5 & Art. XLIII. *De rapinæ indiciis.*

*1 Non tantum rapinæ, ſed & homicidii indicium eſt, res veſtesque læſi geſtare, vel plane in arca cuſtodire. Ita tamen, ut caute procedendum ſit, ne aberretur COCCEII *p. 28. diſp. de fallac. crimin. indic.* Hinc vir honeſtus non tantum, ſi ad venditorem notum, ad forum publicum, ſed quoque, ſi ad emtionem cum homine ſibi ignoto & pertranſeunte provocet, audiendus eſt. Aliter quidem videtur decidi in *l. 5. C. de furt.* Sed videtur tantum, revera non aliter deciditur, nec enim lex dicit, quod ad ignotum provocaſſe, ad torturam indicium ſit, ſed unice, quod hæc provocatio non plane omnem ſerupulum eximat concivibus, ut proinde omnino felicior ſit, qui venditorem demonſtrare poteſt, quam qui non poteſt. Quamvis & huic vita ante acta patrocinium præſtet. Interim, ſi res reperiatur, & loci ratio habenda, ob es gefunden, da der Mann ſelbſt den Schlüſſel zuträgt an ſeiner Seiten, ut eſt in *L. II. art. 35. jur. Saxon.* Ceterum præſumtiones rerum repertarum, extendit MANZ. ad *art. 33. n. 11.* hac ratione: falſa inſtrumenta reperta falſarium, hæretici libri hæreticum, magici magum ſuo modo indicant, ſed ſuo modo. Nam audiendus eſt inculpatus bonam fidem probaturus. Futurum

Et in genere quid caute tenendum de indicio rei ſuſpectæ apud aliquem reperto.

Examen L. 5. C. de furto ex requiſito indicio hujus articuli.

Tam reſpectu furti, rapinæ, quam aliorum delictorum.

turum

Digitized by Google

Quis hic conſulendus a defenſore furum.

turum defenſorem non pœnitebit, ſi pro enervando indicio a rebus furtivis apud aliquem, qui ad emtionem cum homine ignoto contractam provocat, *d. l. 5. C. de furt.* Ex repertis, deſumto, evolverit, COTHMANN. *Vol. II. Reſponſ. LXX. n. 20. & 35.*

Aliud: auctorem non poſſe aliud, non velle dicere.

*2 Nam qui auctorem indicare non vult, cum tamen poſſit, magis utique ſuſpectus eſt, quam qui auctorem oſtendere, vel indicare nequit. Cum in hoc nullius mali conſilii occultandi præſumtio ſit. Si ipſi nil aliud obſtet, quam quod auctorem ſuum nominare nequeat.

ARTIC. *XXXIX.*

Ein andere gnugſahme Anzeigung begangenen Raubes.

Item, ſo reiſige und Fußknecht gewöhnlich bey den Wirthen liegen und zehren, und nicht ſolche redliche Dienſt, Handthierung, oder Gült, die ſie haben, anzeigen können, davon ſie ſolche Zehrung ziemlich thun mögen, die ſind argwöhnig und verdächtlich zu viel böſen Sachen, und allermeiſt zu Rauberey, als ſonderlich aus unſerm und des Reichs gemeinen Landfrieden zu mercken, darinn geſetzt iſt, daß man ſolche Buben nicht leiden, ſondern annehmen, härtiglich fragen, und um ihre Mißhändel mit Ernſt ſtraffen ſoll: desgleichen ſoll eine jede Obrigkeit auf die verdächtigen Bettler und Landfahrer auch fleißig Auffſehens haben.

ARTIC. *XXXIX.*

IN utroque exemplari Norico & vinarienſi verba: desgleichen ſoll jede Obrigkeit an die Herrn usque ad finem omittuntur. Ratio ſine dubio eſt, quod initio Carolus voluerit: daſs des Kayſers Maximiliani I Ordnungen von Gotteslaſtern, Bettlern und Zigeunern, ſolten mit an die peinliche Halsgerichts-Ordnung angedru-

cket

cket werden. Atqui in his ordinationibus jam circa mendicos validos res deciſa eſt.

NOTÆ AD ARTIC. *XXXIX.*

§. I. Initio hic agitur de militibus vagabundis equitantibus & pedeſtribus. Contra hos tum demum captura & eculeo procedendum eſt, ſi (1) in cauponis hærent (2) laute vivunt (3) nec unde ſumtus largiores ſuſtineant, docere poſſunt. * **Ex quibus indiciis vagabundi quærendi.**

* Addit REMUS in paraphraſi 4tum requiſitum ut ad ſylvas vel alia loca ſuſpecta excurrant. Nec ſine ratione, ſi enim probare poſſunt, quod a diverſorio, ubi degunt, non evagari ſolent, & ſimul ad parta in bello provocent, ſuſpicionem veroſimiliter a ſe moliuntur. Provocatur hic ad leges imperii alias vid. *den Landfrieden zu Worms aufgerichtet Anno 1521 tit. XV. ordin. polit. Anno 1530 tit. 24. von Bettlern und Müſſiggängern & tit. 28. von Landfahrern, Sängern und Reimſprechern.* Ergo & hoc hominum genus cum militibus vagabundis in eodem luto hæret. In his provinciis jungi debet die Zelliſche Policey-Ordnung cap. 47. von umlaufenden Soldaten und Garde-Knechten c. 48. von Zigeunern. De quibus habemus etiam edictum GEORGII I de anno 1709. d. Nov. 20. quod ſub pœna corporis afflictiva omnes abeſſe jubet. Tandem facile cogitari poteſt, quod furta, aut rapinæ in locis viciniis commiſſa eſſe debeant. Nam his non apparentibus nec vagabundi ſuſpectiſſimi in eculeo quæri poſſunt, cum interrogationibus materia deſit v. c. Ob ſie da und da eingebrochen, dieſes oder jenes geraubet. **Cur Remus quartum requiſitum addiderit.**

ARTIC. *XL.*

Von gnugſamen Verdacht derjenigen, ſo Räubern und Dieben helffen.

Item, ſo einer wiſſentlicher und gefährlicher Weiß, von geraubtem und geſtohlnem Gut, Beut, oder Theil nimmt: oder, ſo einer die Thäter wiſſentlich

 und

und gefährlicher Weiß ätzt oder tränckt, auch die Thäter, oder obgemeldt unrecht Gut gar, oder zum Theil wiſſentlich annimmt, heimlich verbirgt, beherberget, verkaufft oder vertreibt: oder ſo jemands den Thätern, ſonſt in andere dergleichen Wege, gefährlich Fürderung Rath, oder Beyſtand thut: oder in ihren Thaten unziemliche Gemeinſchaft mit ihnen hätte, iſt auch ein Anzeigung peinlich zu fragen.

Wann einer Gefangene heimlich hält, die ihm entlauffen, und anzeigen, wo ſie gelegen ſind: Mehr, ſo ein Verdächtlicher, dem man in der Sach nicht viel guts vertrauet, aber parthenlich, und auf der Thäter Seiten aus guten Urſachen hält, ohne Vorwiſſen des Gefangenen Obrigkeit, Vertrag und Schatzung einnimmt, oder Bürge darüber wird, dieſe Ding alle in beyden obgemeldeten Artikeln, ſämmtlich und ſonderlich ſind Wahrzeichen, die eine redliche Anzeigung der mißthätigen Hülff halber machen und peinlich zu fragen.

ARTIC. *XL.*

VErba: Ohne Vorwiſſen des Gefangenen Obrigkeit, omittuntur in projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *LX.*

Indicia contra adjutores furum, raptorum, latronum.

§. I. Varia in hoc articulo occurrunt indicia 1) participatio 2) receptatio 3) opera proxenetica 4) receptatio e carcere aufugientium 5) ſtudium malarum partium notabile, ut, ſi quis raptorum latronum (Landzwinger dicuntur *R. I.* 1521. *tit.* 8. §. und nachdem *R. I.* 1555. §. 48) tributa per concuſſionem miſeris indicta, Schatzungen vocantur hoc Articulo, & alibi Brandſchatzungen, collegit. Plura *RR. I.* loca *vid. apud.* ANDLER *t.* I. *verb.* Brandſchatzungen. Adde *Reform.*

Reform. Frid. III. §. 6. item ſi has impias exactiones per pacta, fidejuſſiones, & ſi quæ alia adjumenta nefaria, quis obſecundaverit.

§. 2. hæc omnia non tantum indicia conſtituunt, ſed & criminum per ſe ſpeciem habent. Sic enim de delicti lucro ſcienter participare omnino ſcelus eſt. Nuda enim gratuitaque participatio de ejusmodi lucro vix reperitur, niſi inter conjuges, parentes et liberos, ex commiſeratione. Reliqua autem ſceleratorum colluvies, ægre ad commodi partem venire patitur, illos, qui ſimul in ipſius criminis partem non venerunt. Paucis: *a malis aliquid dari ſolet, ut aliquid viciſſim detur, vel fiat.* **Participatio & indicium, & delictum ſimul eſt.**

§. 3. Mitius vero in omni delicto ex natura rei & regulis de æſtimando malitiæ gradu, haberi debet, qui lucro flagitioſo tantum fruitur, quam qui ſceleris ipſius auctor, vel cooperator eſt. * **De participatore ſimplici, qui non ſimul delicti adjutor.**

* Fatentur dicta CARPZOV. *qu. 87. n. 43. ſeq.* MARCI *in Reſponſ. p. 183.* GRANZIVS *p. 525. n. 245.* Ceterum pœna extraordinaria, non tantum ex atrocitate criminis, ex quo lucrum perceptum, ſed etiam ex reiteratione & magnitudine percepti, ut ex cauſa, cur aliquis participaverit de lucro, æſtimanda eſt. Adde *Dd. ad Artic. 167 infr.* **Unde pœna participatorum æſtimanda.**

§. 4. In receptatores ſeverius videtur animadvertendum, cum plus influant in delictum, quam meri participantes. Neque vero furta, rapina etſi quæ alia diu exerceri poſſunt, niſi ſint, qui fures receptent, furtaque occultent. Interim nec hic ordinariæ locum faciunt criminaliſtæ, ni crimen opitulentur receptatores, * loca juris civilis citat GOBLER. *hic* HERT. *in parœm. p. 568. Vol. I. Tom. III.* conſ. infr. ad Art. CLXXVII. §. I. *in not. fin.* **De receptatione & receptatoribus.**

Receptatorum diſtinctio.

* Leges civiles hic variant pro conciliatione diſtinguit ANTON MATTHÆI *p. 222. n. 2.* inter meros receptatores & qui ſimul ſunt criminis ſocii, & hos tantum auctoribus comparat, quod etiam amplectuntur. CARPZOVIVS FINCKELTHAVSIVS apud HERTIVM *d. l. §. 2.* & approbat ipſe HERT. Defenſionem receptatoris *vid. p. 65. 67.* quod. THONNICK. *advocat. prud. crim.*

De participatione cum receptione concurrente diſtinctio.

§. 5. An vero ſi Participatio cum receptatione concurrit, criminis ſocietas mox ſubeſt, licet de aliis auxiliorum ſpeciebus non conſtet? ita ſane vult et definit HERT. *in parœm.* 468. §. 2. Aliud tamen videtur ſentire CARPZOVIVS ſi quis præjudicia *n.* 52. 53 *qu.* 87. conſideret, quod magis quoque placet GRANZIO *p.* 523. *fin.* & 524. *pr.* Nec adeo male. Modo receptatio a receptatore non offeratur, ante factum ſceleſtum, facinoroſis. Alias enim receptator foret facti concauſa HAVNOLD *apud* FROLICH *p.* II. *p.* 339. *n.* 7 *med.* Reliqua autem receptatio, quæ fit poſt ſcelus commiſſum, regulariter a cauſa criminis ſecernitur, & eapropter, ipſo delicto levius coercetur, quia accedit ad delictum jam conſummatum, idem FROLICH *n.* 5. *d. l.* *

Qui receptatores veri criminis ſocii & qui non ſint.

* Quod (1) ſæpius facinoroſum receptans, alens, fovens, celans, facinorum poſt hoc commercium patratorum ſocius ſit, negari nequit. Cum hæc receptatio & occultatio animum omnino addat facinoroſo pluries delinquendi ipſiſque adjumento ſit ſecurius delicta exequendi. (2) Quod receptatio pactitia ante facinus adhuc evidentius facinoris ſocietatem inferat, itidem dubio caret. Quod vero (3) facinoroſum peracto facinore demum circa pactum antecedens receptans, pro cauſa ſocia ipſius facinoris haberi nequeat, itidem patet. Interim (4) receptatores, furum, raptorum & latronum, Carolus noſter nullibi ultimo ſupplicio, eademque pœna, qua ipſos fures raptores

Digitized by Google

ptores & latrones punivit: Fuſtigationem exinde dictitavit receptatori ſuccularioꝛum, raptorum & homicidarum, Regimen Cöthenavienſe, quod in partem lucri veniſſet, *Part. IV. p. 77. der Nachricht von Eldrizz. Mord. add. infr. ad Art. 177. ſ.* Non tamen receptatio confundi debet cum conſilio & mandato delicti futuri.

§. 6. Proxeneticæ operæ hic referuntur: Das Guth annehmen, verbergen, *1 verkauffen, *2 vertreiben, oder ſonſt gefährliche *3 Forderung, Rath oder Beyſtand, oder unziemliche Gemeinſchafft haben. Quæ ſpecies ſuo modo & ad falſæ monetæ crimen applicari poſſunt. Pœna horum omnium eſt extraordinaria. Modo auxilium præſtitum non tantum ſit, ut ipſi facinori morali æſtimatione æquiparari poſſit, vel ut auxiliator plane pro delicti concauſa haberi queat, de quo *ad art.* 177.

Quæ operæ proxeneticæ in furtis rapinis.

*1 De quo ſatis dictum.

*2 Emtores, & male quæſita in commercium introducentes extra ordinem coercentur FROLICH *339. fin.* CARPZ. *n. 54. d. l.* Videndum tamen & hic erit, an operam ſuam ante crimen offerant, delinquentem inſtigent ad ulterius rapiendum, & plus furandum item an ſæpius ita practicentur an multum participarint. Quare pœnam fuſtigationis dictavimus verſus H. cum civis cujuſdam uxor, ancillas loci, ad furta ſeduxiſſet, res viliſſimo pretio ab illis ſæpius comparaſſet. Licet nec hoc caſu reſpectu proxenetæ ultimo ſupplicio locus, niſi realis opera concurrat in ipſo veluti corpore delicti, vid. CARPZOV. & præjudicium Halenſium apud LUDOVICI *ad Artic. III. p. 142.* De latrocinio nominatim *Art. 137.* de incendio *127. Art.* Scil. ubi jure noſtro, ad ultimum ſupplicium requiritur, ut crimen ſit conſummatum reſpectu auctoris, ibi & requiritur, ut ad conſummationem concurrat ſocius, ubi autem ultimum ſupplicium actum quoque proximum, vel conatum notabilem, manet, ibi manebit & concurren-

De pœna proxenetarum furum raptorum & quando ultimum ſupplicium.

Regula de pœna operæ proxeneticæ.

rentem ad hunc actum, vel conatum. Quamvis omnes circumſtantiæ facti & rationes juris ubique ſedulo expendi debeant.

Illuſtratio regulæ exemplo auxiliatoris proxenetæ in crimine falſæ monetæ.

*3 Sic ferarius nuper falſariis monetæ confecerat ein Streckwerck, carnifex iſtius loci falſarios hoſpitaverat, domum ad officinam monetariam commodaverat, Judæos ad permutandos falſos nummos acciverat quidem, ſed cum non in ipſo monetandi actu concurriſſent, ſaltim extra ordinem coercebantur ferarius, carnifex & Judæus.

De receptatione, participatione, prout tanquam indicia ſpectantur.

§. 7. Altera & propria hujus loci inſpectio eſt, quod receptatio, participatio & aliæ circumſtantiæ, de quibus in articulo, indicia faciant ad torturam, ita enim deciditur in articulo, quod ſcienter & dolo malo de delicti lucro participans in eculeo de delicto interrogari queat. *

* Requiritur participatio malæ fidei, ſeu talis, unde criminis ſocietas oppido veroſimiliter eluceſcat. Id quod ex quantitate participati, ex modo, quod clam, quod gratis participatum, quod notitia inter furem & participantem interceſſerit, patet. Tandem opus eſt, ut participans nihil ſolidi, pro his elidendis afferre queat: ita enim poſcunt *Art. 28. 29. ſupr.* Ceterum ſatis bene hujus indicii vim & nexum exponit MANZ. *h.* ſcil. ab omni veriſimilitudine alienum eſſe, ut delinquentes admittant ad delicti commodum, qui non concurrit ad delicti periculum.

Quare ad receptationem dolo opus.

§. 8. Receptatio pariter ſupponitur ſuſpecta *1 & doloſa, eſt autem duplex: hoſpitatio, nempe ipſius facinoroſi, *2 vel receptatio, occultatio *3 rerum ſcelere acquiſitarum.

*1 Quis enim neget, nos quotidie tam circa perſonas, quam res errare poſſe, ut malum hoſpitemus, quem probum putamus, ut prædam cuſtodiamus, quam deponentis patrimonii partem eſſe perſuaſi ſumus.

Qui receptatores & quonsque excuſantur.

*2 Excuſatione carens, ut ubique ob Artic. XXVIII. XXIV. ſupponendum. *v. l. 1. Cap. De his, qui latr. l. ult. ff. de abigeis l. 2. ff. de Receptat.* Unde agnati, cognati, caupones, quique jus aſyli habent, ut de ordine Juridico Ingolſtadienſi refert.

Digitized by Google

refert. MANZ. *n. 26. h.* ſuo modo excuſantur *Dd. ad tit. de receptat.* Niſi participatio receptationi acceſſerit. Nam tunc res ad ſocietatem criminis ſpectat, nec naturalis néceſſitudinis prætextu, nec publici muneris ſpecie, receptator agnatus, vel caupo hoſpitator, excuſabitur. *conf.* CARPZ. *qu. 97. n. 41. ubi præjud.*

*3 Arguit hoc ſtudium ſceleris itidem ſocietatem & participationem, ſecundum illud: nemo gratis malus. **Receptatio rerum indicium eſt.**

§. 9. Illud non requiſiverim, ut hoſpitator gratis potum & victum præbeat ſcelerato, licet ſint, * qui huc propendeant. **An opus, ut receptatio gratis fiat.**

* Ita enim definire videtur REMUS *in paraphraſi* hic. Enimvero articulus ipſe exigit, ut fiat wiſſentlicher und gefährlicher Weiſe. Unde ſumtus, utrum ex receptatoris marſupio, an facinoroſum petantur, inſuper habet Cæſar. Accedit, quod in ultima ſpecie receptatio ſit veluti qualificata, & participationem junctam habeat.

§. 10. Operæ proxeneticæ quædam exempla traduntur in textu verbis: erkaufft vertreibet. Mox tamen additur generaliter: oder ſonſt gefährlich in andern dergleichen Wegen Beyſtand u. ſ. w. oder unziemliche Gemeinſchafft u. ſ. w. leiſtet. **De clauſula generali: oder ſonſt ꝛc.**

* Scilicet ſufficit in doctrina de indiciis talis opera, quæ ſocietatem indicet delicti patrati, quænam autem ſit, non intereſt, modo veroſimiliter cum facinore connexio ſubſit confer. *§. 5. not.* *3. Illud vero non negligendum, quod ſi aufugerint, ad quos delictum præcipua ratione pertinere creditur: die Haupt-Thäter, circa quæſtionem in capita ſuſpectorum ſociorum decernendam cautius procedendum ſit, inprimis, ſi gradus definiendus cum facile contingere queat, ut ſuſpecti non concurrerint ad ipſum delicti opus, ut proinde ultimo quæſtionis cruciatui eos ſubjicere crudele videatur. Quare facultas in ſpecie quam not. * 3 ad §. 5. aliquatenus attulimus, noluit torturam omnimodam dictare, cum duo falſarii omnium ſuſpectiſſimi de falſa moneta, aufugiſſent. **Regula de hac clauſula.** **De cautione circa quæſtionem, auctore vero delicti abſente, & præjudicium remiſſive.**

R §. 11.

De ſtudio malarum partium.

§. 11. De ſtudio malarum partium ſeparatim dicere, non attinet, cum vel iisdem, de quibus jam dictum actibus, vel ſimillimis & æque concludentibus abſolvatur.

Commentarius ad verba articuli: die ihm entlauffen.

§. 12. Præterea commiſcitur articulus illorum, qui raptores, fractis carcerum clauſtris, aufugientes clam & ſcientes receptant, * celantque.

* Editio vulgaris Carolinæ iterum in mendo cubat in verbis: die ihm entlaufen; cum potius legendum ſit: die entlaufen, und ihm anzeigen: Ut ex GOBLERI verſione conſtat, & REMVS in paraphraſi probat. Interim error antiquus eſt, qui plane in utrumque projectum Anno 1521. & Anno 1529. conſcriptum, ac publice propoſitum et editionem SCHOFFERI Anno 1532. irrepſit. Ceterum non diſſimulanter fero, quod vim hujus indicii ſpecialis non ſatis capiam. Nam uti doloſum receptatorem & occultatorem non excuſo; ita neſcio, quid velint verba: die ihm anzeigen, wo ſie gelegen. Vel ut diſtinctius vertit REMVS: *qui eum certiorem faciunt, ubi & qua de cauſa captivi detenti fuerint.* Etenim ſi neſcit, ubi capti ſint, atque ab iis demum locum & cauſam captivitatis addiſcit, quomodo poteſt eſſe illorum ſocius, quorum facta & fata ignorat? Igitur per ſe qnidem ſcelus eſſe credo, latrones diſruptis vinculis aufugientes recipere, celare, & fovere, ſi hi indicent, quid in foro juſtitiæ perpeſſi ſint, & quare ipſis idem acciderit. Aſt quomodo hoc indicium cum tortura reſpectu rapinæ a receptis commiſſæ, receptatori applicanda cohæreat, non ſatis perſpicio, ſi enim receptator cum iis colluſiſſet, nullo indicio opus fuiſſet. Nec eſt, quod addas: receptatorem tamen in hac ſpecie notitiam criminis commiſſi, quid v.c. ablatum, quomodo & a quibus, quorſum perlatum, & quorſum abierint fures, probabiliter nactum fuiſſe, adeoqne de hac quæri poſſe. Nam 1) mera receptatio poſt facinus punitur tantum arbitrarie, ut jam *in not. ad §. 5.* Dein 2) ſi quis cogitet, quanto tempore opus

opus ſit pro receptatore ejusmodi capiendo, examinando, admittenda ipſius defenſione actorum transmiſſione, & reverſione, quamque inter hanc facillime receptati curſum ſuum mutare, & res raptas aliorſum transferri poſſint, quam ad loca, de quibus die receptationis dixerunt: nullo negotio videt, quam exigui uſus futura ſit quæſtio hoc caſu contra receptatorem adhibenda. Per me tamen ſit, quæ eſſe poteſt.

Interpretatio ſententiæ de verbis: Vertrag und ꝛc.

§. 13. Verba: Vertrag und Schatzung ohne Vorwiſſen des Geſangenen Obrigkeit einnimmt, oder Bürge darüber wird. GOBLERUS exponit de ſocio facinoroſorum, qui ſibi tributa pendenda ſtipulatur, eadem accipit, illorumque nomine ſibi ſatis dari vult, inſcio incarcerato, & ſine cauſæ cognitione magiſtratus. REMUS autem ſpeciem ſupponit, ubi ſuſpectus de commercio cum furibus & raptoribus, pro captivi raptoris redemtione intercedit & pretium ſibi numerari ſinit, vel pro eo fidejubet. ZIERITZ fere cum GOBLERO facit. STEPHANUS vero cum REMO, quaſi hic ſermo eſſet de homine, qui pro liberando reo captivo paciſcitur, nummos ſtipulatur, aut fidem interponit pro eodem, atque hæc omnia *inſcio magiſtratu.* LUDOVICI exiſtimat, hic agi de mediatore inter lædentem & læſum, qui læſo ſub conditione, ut querelæ ſuæ renunciet, pecuniam offert, citato MANZIO. Verba autem: ohne Vorwiſſen der Obrigkeit, otioſa putat. Nec enim magiſtratus noſtros in ejusmodi tranſactiones conſentire velle, imo ob publicum præjudicium, ne quidem poſſe. Ex his interpretationibus GOBLERIANA videtur omnium maxime perplexa & contorta; reliquæ omnes eo redeunt: *ne quis intercedat pro reo captivo penes læſum fidejubendo, aut dato pretio litem componendo. Alias enim ipſi metuendum, ne in eculeo quæratur.*

Digitized by Google

Noſtra ſententia, &

§. 14. Enimvero, uti facile concedimus, hominem qui ſingulari ſtudio ſollicitando intercedendo pretium, aut fidem ſuam interponendo pro raptore captivo laborat, ſuſpectum fieri de ſceleris ſocietate vid. ZANGER. *de tortur. C. II. num.* 131. *num.* 189. ita potius credimus, hic agi de ea ſpecie, ubi quis ſtudium: der Räuber und Landzwinger, adjuvat ut v. c. cum diffidatis ab illis de ſumma lytri exſolvendi tranſigat, lytrum (die Schatzung) aut ejus partem nomine diffidantium accipiat, vel diffidatis ſuam fidem offerat, quod modo promitterent diffidatoribus certam ſummam, ſe fidejuſſione ſua effecturum eſſe, ut dilationem concedant. *

ejusdem rationes.

* Rationes meæ ſunt: 1) quod totus Articulus agat de auxiliatoribus furum, raptorum et veroſimiliter etiam diffidantium, 2) quod primus Carolinæ interpres GOBLER, Schatzung reddiderit: lytrum 3) quod ita etiam reddant leges imperii *vid.* §. *1.* ſupra 4) quod hoc ſenſu admiſſo, de vi concludendi indicii hujus articuli aperte conſtet. Cum utique inferri poſſit: qui raptorum, latronum & diffidatorum cauſam agit, negotium apud alios gerit, prædas, exactiones eorumdem facilitat, licet alia omnia præ ſe ferat, bonamque fidem ſuam alleget, tantum intentio ipſius eſſet, facinoroſos & violentos diffidatores placare, ne quid pejus audeant in innocentes, inſigniter utique ſuſpectus eſt, quod focius facinorum quæſtusq; inde reſultantis particeps ſit. Imo 5) verba: Schatzung einnimmt oder Bürge darüber wird, non admittunt expoſitionem vulgarem, quaſi de nummis læſo a lædente ſolvendis hic ſermo eſſet, & læſo ſolutio fieret, atque in ejus gratiam nummus a lædente ſolutum iri, fide juberetur. Nec enim olim: die Schatzung ſolvebatur a facinoroſo lædente læſo, nec de hac ſolvenda læſo ſatisdabatur, ſed ordine plane inverſo læſi ſeu diffidati erat fide juſſore cavere, pecuniam, quæ mox in promtu non erat ad certum diem certo ſolutum iri. Simul quoque videmus, illorum doctrinam, quaſi pro reo penes læſum inter-

Digitized by Google

intercedere, fidejubere, a lædente nummos ſolutum iri, transactionem tentare, idem ſit, ac indicium ad eculeum contra ſe ipſum fabricare, non nititur Carolina. Plane ne quidem ratione nitatur, ni aliud adhuc adſit, quod ejusmodi proxenetam ſceleſtæ ſocietatis arguat. Ceterum verba: ohne Vorwiſſen des Gefangenen Obrigkeit nec in projecto anni 1521. nec in eo, quod anno 1529. in comitiis productum, habentur, nec ad ſpeciem in articulo contentam quadrant, ſed veroſimile eſt, adjecta eſſe a manu hominis imperiti, qui putavit, Carolinam locupletandam eſſe e jure civil. *l.6. ſ.3. de his qui not. infam.* Quæ non admittit lædentis transactionem cum læſo, niſi Prætor ſuas partes ſimul interpoſuerit. Imo licet in hac nova editione nihil deleam jam aliter verba: Ohne Vorwiſſen der Obrigkeit, exponere lubet. Idque ad ductum articuli CXXIX. conjunctum cum articulo noſtro. Olim Cæſar et Principes nolebant, ut promiſcue cives ſui diffidarent vicinorum principum cives, verum ut diffidatio fieret venia ab ipſis impetrata, et tunc demum diffidatio juſta habenda foret, ſi Cæſar, aut Principes eam ratam eſſe juſſiſſent. Atqui quod circa diffidationem jus fuit, idem veroſimiliter, et circa acceſſoria diffidationum v. c. pacta, tractationes de lytris (Schatzungen) obtinuit, ut illæ exactiones lytrorum & de lytris transactiones valerent, juſtæque eſſent, quibus transigentium partium principes conſenſum ſuum accommodaſſent. Quæ expoſitio, cum Carolinam interpretetur e Carolina priori utique, quæ jus peregrinum conſcriptorem articulorum hic miſcuiſſe conjectabat, vel ſupponebat, præferenda eſt.

Unde verba textus: ohne Vorwiſſen ꝛc.

Nova additio & expoſitio horum verborum.

ARTIC. *XLI.*

Vom heimlichen Brand, gnugſame Anzeigung.

WAnn einer eines heimlichen Brands verdacht, oder beklagt würde, wo denn derſelbe ſonſten ein argwöhnlich Geſell iſt, und man ſich erkundigen mag, daß er kürzlich vor den Brand häßlicher und verdächtlicher

cher Weiß, mit ungewöhnlichen, verdächtlichen, gefähr-lichen Feuerwerken, damit man heimlich zu brennen pfleget, umgangen iſt, das giebt redliche Anzeigung der Miſſethat, er könnte denn mit guten glaublichen Urſa-chen anzeigen, daß er ſolches zu unſträflicheu Sachen gebraucht hätte, oder gebrauchen wollen.

ARTIC. *XLI.*

POſt verba: Urſachen anzeigen, additur in proj. 1521. daſs er mit Pulver oder Schwefel umgangen, und das zu unſträflichen Sachen hätte brauchen wollen.

NOTÆ AD ARTIC. *XLI.*

Indicia facti incendii.

Adde artic LI. & CXXV. Incendii indicium ad quæſtionem ſufficiens hic eſſe dicitur, (1) ſi homo ſuſpectus *1 ante incendium (2) ſuſpecta occultaque *2 ratione (3) circa inſtrumenta pyraſtica ſuſpecta *3 verſare deprehenſus ſit, nec tamen (4) hujus ſui facti probabilem *4 cauſam adferre queat. Quæ omnia facile ſibi conſtant. * 5

Exceptio rei I.

*1 Nam ſi integer vitæ eſſet, præſumeretur, illum circa uſum artis pyraſticæ diſcendi, experiendique curioſitatem exercere voluiſſe.

Exceptio rei II.

*2 Quæ enim palam & a parte fiunt, ni per ſe mala ſint, doloſe fieri non præſumuntur *vid.* BOVRIC. *captiv. c. 2. n. 25.* Atqui pyraſtica ars per ſe mala non eſt, nec proinde illius apertum exercitium, doli malæque machinationis ſuſpicionem inducere poteſt.

Quid in textu ungewöhnlich Feuerwerck.

*3 v. c. ſi præparat pilas, miſſilia, vel alia inſtrumenta, quæ facile in ædes vibrari, mitti, vel in illis relinqui tegique queant, v. c. in armamentario, & in materia combuſtibili, ut poſt horas aliquot ignem ex improviſo excitent.

De uſu tabaci contra indicia incendii.

*4 Peperit aliquam defenſionis ſpeciem uſus tabaci, qui inſtrumenta ad ignem ſuſcitandam apta excuſat, ceteris paribus, in ſuis cultoribus *vid.* BEYER *h.* Ergo & in criminalibus

Digitized by Google

libus & defenſionibus tabacus uſum ſuum ICtis exſerit atque probat.

*5 Quare non opus eſt, rationes addere, cum adductæ circumſtantiæ per ſe evidenter concludant. In genere DD. adducunt hic regulam, quod inſtrumenta ad delicta occulta v. c. veneficium, incendium & alia apta, ſive præparatoria, arguant ipſum delictum. Ceterum totus Articulus videtur loqui de incendiariis famoſis: Von öffentlichen Mordbrennern. Nam qui ſemel ex odio, iracundia, vel alio affectu flammam ſubjiciunt alienis ædibus, vix his talibus artificioſis machinis, vel inſtrumentis utuntur, verum per indicia communia v. c. inimicitiam, præſentiam in loco delicti, minas & ſimilia, regulariter produntur. *vid.* LVBLER *c. 3. n. 17. de incendio* FARINAC. *de tortur. qu. 52.* BERLICH. *pag. IV. concl. 24.* circa *fin.* CRVSIVM *de indic. II. c. 38. n. 25. ſeq.* FROELICH. *p. 11. p. 115.* Ubi etiam de exploratione & examine noſtri ævi emiſſariorum incendiariorum wegen der Brandt-Briefe u. ſ. w.

De argumento ab inſtrumentis ad crimen, & de quibus incendiariis articulus agat v. ſupr. artic. XXVIII.

ARTIC. *XLII.*

Von Verrätherey gnugſame Anzeigung.

So der Verdacht häßlicher, ungewöhnlicher und gefährlicher Weiß, bey denjenigen, denen er verrathen zu haben in Verdacht ſtehet, geſehen worden, und ſich doch ſtellet, als ſey er vor denſelben unſicher, und iſt eine Perſon, darzu man ſich ſolches verſehen mag, iſt eine Anzeigung zu peinlicher Frage.

ARTIC. *XLII.*

Articulus in eodem projecto incipit: Item, ſo der Verdachte häßlicher, ungewöhnlicher und gefährlicher Weiſe bey den THAETERN geſehen worden, und ſich ſtellet, als ſey er vor den Feinden unſicher u. ſ. w.

NOTÆ AD ARTIC. *XLII.*

Signum proditionis eſt: in ſpeciem male de hoſtibus loqui,

Quænam proditionis indicia.

loqui, metum illorumque perſecutionem ſimulare, & tamen clanculum cum ipſis rem habere. * Imo recte additur: eſſe hominem, a cujus indole hoc crimen non adeo alienum.

Ratio concludendi hujus indicii.

* Gaudet & hoc indicium ſua perſpicuitate, nam hic varietas, ſimulatio, ſuſpecta converſatio, technæ, artes, concurrunt, ut aliter inferri nequeat: quam hominem tam multiplicem, vafrum & mendacem, eſſe proditorem. Ceterum male hic verba ambigua: bey demjenigen, den er verrathen zu haben in Verdacht ſtehet, GOBLERVS & ex eo STEPHANI reddunt: *quos prodidiſſe dicitur,* rectius REMVS: *quibus in prodendo operam ſuam locaſſe dicitur,* ita & CLASEN, MANZIVS, BEIER. Significantius in exemplo Norico articulus legitur: So der Verdacht hähliger, ungewöhnlicher, und gefährlicher Weiſe bey denen *Thätern* geſehen worden. Nam ſi apud proditum conſpicitur, nihil inde indicii naſcitur, ſed ſi apud eum, cui prodidiſſe dicitur, ſæpius obſervatur. Interim projectum Ann. 1529. jam exhibet ineptam lectionem GOBLERI, quam etiam retinuit nuper LVNIGIVS *Part. General. R. Archiv. tom. I. p. 76.* Unde videmus, projectum de Ann. 1521. ab imperito fuiſſe corruptum jam Ann. 1529. An literæ hoſtis apud aliquem repertæ ſufficiant, ℞. non indiſtincte *vid.* COCCEJ. *p. 34. §. 21. de fallac. crim. indic.*

GOBLERI & STEPHANI perverſa interpretatio.

Vindiciæ veræ lectionis ex projectis.

ARTIC. *XLIII.*

Von gnugſamen Verdacht der Dieberey.

Wo der Diebſtal bey dem Verdachten gefunden, oder erfahren wird, daß er den gar, oder zum Theil gehabt, verkaufft, vergeben, oder ahnworden hab, und ſeinen Verkauffer und Wehrmann nicht anzeigen wolte, ſo hat derſelbige eine redliche Anzeigung der Miſſethat wider ſich, dieweil er nicht ausführt, daß er ſolche Güter ungefährlicher unſträfflicher Weiß mit einem guten Glauben an ſich bracht habe.

Item,

Digitized by Google

Item, ſo der Diebſtahl mit ſondern Speer- oder Brechzeugen geſchehen wäre, ſo dann der Verdacht am ſelben Ende geweſt, und mit ſolchen gefährlichen Speer- und Brechzeugen umgangen, damit der Diebſtahl beſchehen, und der Verdacht eine ſolche Perſon iſt, darzu man ſich der Miſſethat verſehen mag, iſt peinliche Frag zu gebrauchen.

Wann ein merklicher groſſer Diebſtahl geſchiehet, und jemand des verdacht wird, der nach der That mit ſeinem Ausgeben reichlicher erfunden wird, dann ſonſt, auſſerhalb des Diebſtals, ſein Vermögen ſeyn kan, wo ihm das angezeigt argwöhnig Gut herkommen: iſt es dann eine ſolche Perſon, zu der man ſich der Miſſethat verſiehet, ſo iſt redliche Anzeigung der Miſſethat wider ſie vorhanden.

ARTIC. *XLIII.*

Concordat cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *XLIII.*

§. 1. Primum furti indicium, deprehenſionem ſc. rei furtivæ apud eum, qui per teſtes, vel alia ratione modum * acquirendi, honeſtum docere nequit, jam excuſſum eſt ad Artic. XXXVIII. **De indicio deprehenſionis rei apud aliquem remiſſive.**

* Sola deficiens probatio modi acquirendi, rem in genere non conficit. Emimus a notis & ignotis, cum in contractibus oneroſis, non æque, ac in beneficis, ſolliciti ſimus de perſona contrahentis. Accedit, quod venditores nequam, falſa nomina falſamque patriam effingere ſoleant. Reliquæ itaque circumſtantiæ tam perſonæ inculpatæ, quam negotii examinandæ ſunt. Ita ſi penes aliquem deprehendatur occultatus equus *vicino ſuo* furto ablatus, ineptum foret, hic credere temerariæ provocationi ad venditorem peregrinum, ni perſpicue probaretur. Aſt ineptum quoque **circa rem deprehenſam probe videndum, apud quem deprehenſa, & v. * 1 ad Art. 38. quo loco.**

S foret

foret v. c. eruditum virum ad torturam rapere, ideo tantum, quod alicujus tertii, ipſi ignoti, liber furtivus apud eum reperiretur, nec per teſtes oſtendi poſſet ab erudito totus modus acquiſitionis. Idem judicium eſto de alio viro cujuscunque ſtatus, bonæ tamen exiſtimationis, & ne dubitemus, addit Imperator circa indicium ſequens: von Sperr oder Brechzeuge notabiliter: *und der Verdachte eine ſolche Perſon u. ſ. w.* quod monitum ſane multo magis ad noſtrum caſum, quam ad iſtum referendum eſt. Licet legislatori tædioſum fuerit, rem eandem millies repetere. Adde SICHARD. *ad l. 2. C. de furt.* ubi plura pro noſtra ſententia, inquiſitorumque defenſione.

De deprehenſione inſtrumentorum ſuſpectorum.

§. 2. Alterum furti & quidem violenti indicium refertur, uſus *1 inſtrumentorum ad effringendum *2 aptorum, vitaque utentis, & in loco delicti commiſſi præſentis, male anteacta.

Examen inſtrumentorum deprehenſorum, audito illo, apud quem deprehenſa.

*1 Sola inſtrumentorum poſſeſſio non ſufficit, ſed requiritur 1) ut inculpatus circa ædes, ubi furtum factum, viſus 2) ut de corpore delicti conſtet, daſs der Diebſtahl mit Sperr oder Brechzeug beſchehen 3) ut inculpatus male audiat in ejusmodi delicti genere. Per verba: *der Miſſethat verſehen.* Imo ſi v. c. ferrarii, vel murarii, vel horum hæres, claves adulterinas, vel ferrea inſtrumenta, quibus aliquid frangi, effringique poteſt, domi habet; poteſt hic ſæpe probabiliter provocare ad titulum pro hærede, & probabilius adhuc ipſe ferrarius, vel murarius ad opificium ſuum. Igitur opus eſſe videtur, ut talia reperiantur, penes eum, cujus non eſt his regulariter uti. Verum rurſus & hic opus eſt, ut inculpatus audiatur. Plane in facto contigiſſe recordamur, quod penes ruſticum reperiretur una, vel altera clavis adulterina, ſed dein aliorum ejusdem pagi ruſticorum teſtimonio probaretur, quod pauperes incolæ claves domuncularum ſuarum, non ſat bene in illo pago cuſtodirent, ſed ſæpe illas amitterent, deinde autem, pecuniæ parcendæ cauſa non novas in urbe emerent, verum, quas haberent

Caſus in terminis de clavibus adulterinis apud ruſticum deprehenſis.

Digitized by Google

berent vetuſtas & inutiles claves, mediante lima ad uſum ſuum adaptarent, ut adulterinarum ſpeciem præ ſe ferrent. Unde his perpenſis corruebat vis vehementer apparentis indicii. Quare judicium hic non præcipitandum, niſi dicta *n.* 1. 2. 3. concurrant, omniſque probabilis excuſationis ſpecies abſit.

* 2 Vel ad aperiendum callide, ut de clavibus adulterinis diximus, quamvis ejusmodi furtum non plane habeatur pro qualificato in puncto ultimi ſupplicii. *vid.* LYNKER *Reſol.* 693. *med.* infr. CLIX. §. v. * 2 n. 8. **Dietriche an faciant furtum qualificatum.**

§. 3. Porro ſubito diteſcere, nec modum honeſtum * acquirendi allegare poſſe, ad quæſtionis indicia refert Cæſar. In ea ſcil. ſpecie. ubi in loco, aut vicinia furtum magnum factum eſt, & ſuſpicio incidit in certum hominem, **Circa ſubito diteſcentes.**

* Nam homines ex hæreditate ignota, donatione, inventione theſauri ſubito diteſcere poſſe, recte annotat COCCEJI. *de fallac. crim. indic. p. 36. §. 25.* ubi & rationem reddit, quare titulus hic a poſſeſſore allegandus. Admitti & hic debere alias conjecturas pro reo facientes, regula Art. XXVIII. ſatis probat. Nam quid ſi vir honeſtus, diteſceret ſubito, qui cum facinoroſis nunquam verſare, imo ne vix quidem urbe exire viſus ſit, ſi ſenex valetudinarius diteſceret, item ſi alius diteſceret, nec de furtis commiſſis in vicinia aliquid audiretur, illeque plane res ſuas promte exhiberet, nec inter illas furtivæ apparerent, an et hunc titulum edere nolentem ad torturam rapiemus? non puto. **Inquirendum in cauſas & perſonam diteſcentem.**

ARTIC. *XLIV.*

Von Zauberey, gnugſame Anzeigung.

WAnn jemand ſich erbeut, andere Menſchen Zauberey zu erlernen, oder jemand zu bezaubern gedräuet, und dem Bedräueten dergleichen beſchicht, auch ſonderliche Gemeinſchafft mit Zaubern, oder Zauberinnen hat, oder mit ſolchen verdächtigen Dingen,

Digitized by Google

Gebährden, Worten und Weſen umgehet, die Zauberey auf ſich tragen, und dieſelbige Perſon deſſelben ſonſt berüchtiget, das giebt eine redliche Anzeigung der Zauberey, und gnugſame Uhrſach zu peinlicher Frage.

ARTIC *XLIV.*

VErba: und dem Bedræueten dergleichen geſchicht, Item: und dieſelbige Perſon deſſelben ſonſt berüchtiget in proj. 1521. non extant.

NOTAE AD ARTIC. *XLIV.*

Quis de magiæ indiciis judex idoneus.

Cur tam arduum de his judicare opus.

§. I. Hujus Articuli indicia magnam religionem conjunctam cum magna, non juris ſed naturæ rerum naturalium peritia, *in judice requirunt.

*1 In Scripturis dicitur, qui dicit ſe amare Deum, & non amat fratrem, ille mentitur, quia non poteſt amare Deum inviſibilem, qui non amat fratrem viſibilem. Sane, ſi in argumento amoris ita concludit ſapientia divina, cur non ita concludamus in argumento ſcientiæ, quod ſcilicet inepte judicet de rebus ſupernaturalibus, qui ne quidem naturales intelligit. Conſentientem habemus, verbis ſaltim in alium ordinem flexis, Equitem Anglum TEMPLÆUM.

Quodnam votum ac deſiderium Templæi hic

Optandum eſſet, inquit: *Tractat de poeſ. antiqu. & moder. gallice Anno 1693. Trajecti ad Rhenum in forma minori excuſo, ut doctus aliquis Auctor congereret omnia, quæ in veterum libris de incantationibus & Dæmonum præſtigiis habentur. Quale quid Mericus Caſaubonus erudito Tractatu de Enthuſiaſmo facere aggreſſus eſt, quem tamen fato præventus abſolvere non potuit, partem operis alteram pollicitus, quæ nuſpiam apparet. Ego ſic ſentio, quod ſi aliquis per cauſas naturales ſive phyſicas explicaret vim & indolem Enthuſiaſmi,* Incantationumque, *ſive Phantaſiæ & imaginationis corruptæ ac diſtortæ, utiliſſime operam ipſum locaturum, tam pro publico bono, quam pro eruditis, præcipue hoc multum conferret ad varios abuſus emendandos & vulgares errores corrigendos, & præveniendos circa ea, quæ paſſim non* tantum a corona, *ſed ab ipſis chlamydatis bona fide creduntur &c.*

§. 2.

Digitized by Google

§. 2. Præcipua & præjudicialis quæſtio eſt, * an crimen magiæ detur, cum nec quicquam ſane circa indicia laboremus criminis imaginarii. Quæſtio præjudicialis, an magia detur.

* Vetuſtiſſima hac de re controverſia eſt. Magiam omnem negaſſe videntur PLATO, ARISTOTELES, HIPPOCRATES, PLINIVS, SENECA, HORATIVS, & e patribus AVGVSTINVS, cum multis recentiorum Anglorum præcipue & Batavorum, quorum doctrinas refert MAVRIT. *diſſ. de denunc. Sagar.* Qui ibidem quoque affirmantium, utpote APVLEII, ARNOBII, MICHAELIS PSELLI, totius ordinis SCHOLASTICORVM, plurimorumque eruditorum hodiernorum, catalogum texit, illorumque opinioni, motus, ut putat 1) auctoritate SCRIPTVRÆ SACRÆ 2) EXPERIENTIA gentium 3) TESTIMONIO ipſarum ſagarum in diverſis locis exiſtentium unanimi 4) DOCTRINA diverſarum orbis nationum 5) SENTENTIIS collegiorum Juridicorum 6) VIRORVM PRÆSTANTVM, ſubſcribit. Noviſſime confer. MEINDERSEN. in uuvorgreifflichen Gedancken von Hexenproceſs u. ſ. w. Lemgo 1714. Qui olim negaverint, qui affirmaverint. Rationes affirmantium.

§. 3. Quod vero circa hujus criminis exiſtentiam Doctores in diverſas ſententias ſeceſſerint, potiſſimum in cauſa eſt, quod non ſatis curate magiam definierint nec ſpecies illius diſtinxerint. Cur circa exiſtentiam magiæ diſputatum.

§. 4. Videntur autem duæ definitiones potiſſimum ſeparandæ. Generalis & vera, quod magia ſit crimen ab homine in alterius hominis perniciem adjutorio mali ſpiritus commiſſum, vires humanas omnino ſuperans, atque excedens. Vulgaris & corrupta: quod ſit crimen ope diaboli ſub vario ſchemate ridiculo, tetro & portentoſo, vel etiam perſonam hominis ordinariam mentiti, mago apparentis, cum ipſo confabulantis, edentis, ludentis, paciſcentis, imo plane concumbentis commiſſum, ſine reſpectu, an homini inde damnum illatum, annon illatum, Diſtinctio inter definitionem magiæ falſæ & veræ.

ſed tantum meræ præſtigiæ exercitæ ſint. Alii his duabus definitionibus non contenti, magos in plures claſſes deſcribunt.*

Claſſes magorum MAVRITII.

* MAVRITIVS §. 2. c. 2. d. l. per prædicata diverſa magos & conſequenter magiam ſecernit. Quædam prædicata omnibus ſagis communia putat, ut 1) Deo & ipſius cultui renunciare 2) cum cacodæmone pacta inire 3) ejus ope noxam rebus creatis inferre 4) promtum & paratum ad iſtius imperium eſſe. Quædam prædicata autem non niſi in pleroſque magos cadere, vel plerisque ſagis convenire, quorſum refert 1) interitum, aut ſi mavis internecionem infantum horrendam 3) infames et ſodomiticos cum diabolo congreſſus 3) inceſtus 4) acceſſum ad diabolorum comeſſationes 5) immiſſionem morborum inſolitorum & præternaturalium.

GOLDASTI.

GOLDASTVS *in Bedenken von Hexen p. 5.* tres claſſes conſtituit, non ſatis diſtincte quidem, ut evolutio docebit. Prima claſſis eſt magorum naturalium 2) ſupernaturalium & cum diabolo implicite paciſcentium §. 9. *d. l.* Horum itidem varia genera recenſet. Maxime horrenda eſt ſpecies 3) illorum ſcilicet, qui aperte nefarium fœdus quoddam cum cacodæmone contrahunt §. 22. Lepida ſunt magorum & ſagarum nomina *p. 76 ibid.* Necromanten, Schwarz-Künſtler, Hexen-Meiſter, Loſsleger, Sorzier, böſe Männer, Gifft-Köche, Mantelfahrer, Bockreuter, Wettermacher, Nachtholen, Gabelträger, Nachtwanderer, fœminarum ſunt hæc: Hexen, Allraunen, Feen, Drutten, Sägen, böſe Weiber, Zauberſche, Nachtfrauen, Menſchendiebin, Milchdiebin, Gabelreuterin, Schmiervögel, Beſenreuterin, Schmaltzflügel, Bockreuterin.

GOEDELMANNI.

GOEDELMANNVS, FICHARDVS & LAVRENZIVS KIRCHOV. quos conjunctim citat MEZGER. *Conſil. crimin. p. 41.* impoſſibilia a poſſibilibus ſeparant in hoc delicti genere, illuc referunt, concubitus cum diabolo, convolare ad congreſſus nocturnos, tempeſtates excitare, et ſimilia in tormentis audita ſagarum deliramenta, quæ nec fidem, nec ignem merentur.

& MEINDERSENII d. itr.

MEINDERSEN pariter in tres ſpecies lamiarum cohortem deſcri-

ſcribit, verum ipſas definitiones aliter efformat 1) inquit, ſagæ dicuntur, quæ, quod in feles, lupos immutatæ, ſcopis, vel baculis inſidentes per aërem translatæ & cum diabolo congreſſæ ſint, ſibi imaginantur, vel alia phantaſmata v. c. quod geſticulationibus, imprecationibus magna mala ſe producere poſſe opinentur, atque in ſuis diſcurſibus, omnem fidem exſuperantia referunt 2) quæ occulto veneno nocent, 3) quæ jactatam magiam artesque divinandi vaniſſimas in quæſtum vertunt, cetera vitam impiiſſimam ducunt. Primam ſpeciem ad ſacerdotes, vel ad cuſtodiam ſtultorum (Toll-Hauſs dicimus) ablegat, ſecundam tertiamque officio judicis criminalis commendat. *p. 100. ſequ. Tract. ſupr. allegat.* Scilicet, ut fieri ſolet circa res parum frequentes, nec ſenſibus ſatis obvias, quilibet fere JCtus ſuo ingenio abundavit. In eo tantum differentia obſervatur, quod Catholici, ubi hoc crimen ad Theologorum forum pertinuit plura, Reformati pauca, Evangelici quædam magorum, ſive portenta, ſive exempla vera, hic crediderint ubique. Deinde ſunt, qui exiſtimant, apud populos ad ſeptentrionem propius accedentes, majores ſtrepitus excitaſſe magiæ crimen, quam apud alios ſub calidiori cælo degentes, quamvis hoc, ut facile conſtabit, ALCIATVM, BODINVMque de Italia & Gallia legenti, non adeo tuto aſſeri queat. Certius eſt, quod ubi commercia florent, hominesque veluti in luce multaque publica converſatione verſantur, non tot querelæ de magis, quam ubi verulæ cum fame colluctantur, in ſylvisque degunt, audiantur. Cui illud addendum, quod, ubi plebs durius habetur, atque in craſſiſſima ignorantia hæret, magiæ nomen frequentius allegetur, quam in terris, ubi in decenti libertate, cuilibet ſapere, atque ingenium ſuo modo pro virili excolere permittitur. Exempla tamen in omni hoc capite ſunt odioſa.

Differentia trium imperii religionum hic, & ubi ſecundum climata cœli, forma imperandi, nationesque diverſas plures aut pauciores magi.

§. 5. Carolus noſter in ſua diſtinctione, effectus in rempublicam redundantis rationem habuit, & magos, in illos, qui hominibus beſtiisque damnum intulerunt, & qui non intulerunt, diviſit. *

Quomodo Carolus V. magos diviſerit, &

* Ut dein ad Artic. CIX. infra.

§. 6.

quæ magorum genera admiſerit.

§. 6. Sufficere debet legislatoris diſtinctio Jurisprudentibus, licet in illa de ſuccubis *1 & incubis, de pactis & contractibus *2 cum diabolo, de choreis & commeſſationibus *3 aliisque ejusmodi inquiſitorum in tortura philoſophematibus, nihil habeatur.

Judicium KLEINII de Urgichtis ſagarum portentoſis.

*1 De quibus operoſe KLEIN *in diſſert. de Confeſſ. Sagar.* ubi auctores in utramque partem plena manu ab eodem allegantur. Ipſi autem vera videntur, quæ lamiæ de venere monſtroſa cum diabolo exercita inter fidiculas enarrarunt. Cujus fidei ſuæ ſequentes rationes adducit: 1) quod conſentiat S. S. Nam Hoſeam *cap. IV. vers. 12.* commemorare ſpiritum fornicationis, atque hunc eſſe ipſiſſimum diabolum, 2) accedere magiſtram experientiam, ſive lamiarum confeſſiones maxime perſpicuas & diſtinctiſſimas, de hoc nefando concubitu. Neque vero in ſomniis hæc accidiſſe lamiis, ſed ipſas atteſtari, quod idem illis contigerit interdiu certo vigilantibus 3) magni momenti eſſe Theologorum & ICtorum commune ſuffragium in hoc argumento. Enimvero his reponere licebit

Reſponſio ad rationes KLEINII pro harum Urgichtarum veritate ab ipſo allegatas.

1) apud Hoſeam nihil haberi diſerte de cacodæmone, verum ibi tantum mentionem fieri pruritus & inclinationis Iudæorum ad idololatriam, eamque comparari cum ſtimulo fornicationis, ut recte obſervavit GROT. *ibid.* De venere certe monſtroſa & nefario ipſius diaboli cum lamiis concubitu nuſpiam in S. S. aliquid legi 2) Experientiam, quæ allegatur, eſſe falſam. Nec ullis relationibus credendum, ſive rem geſtam de nocte, ſive de die referant, ſi illis contradicit cum ſpiritus, tum corporis natura. Imo eæ ipſæ relationes lamiarum, quas adducit KLEIN, ſatis produnt, quod ſint meræ phantaſiæ lamiarum & corruptæ illuſiones. Nam in illis habetur, quod fœtum a diabolo conceptum & a lamia editum, ut ut corporis ſpeciem habuiſſet, præter ipſam lamiam nemo conſpexerit, addendo: der Geiſt David, oder der Geiſt Hanſs habe die Bruth immer wieder gehohlet. Verum nec hunc Davidem, aut Joannem ullus vidit. Quæ præcipue a fœminis ardentiſſime

tiſſime ac conſtantiſſime appetuntur, tandem ab inſana imaginatione, ut revera præſentia appetentibus ſiſtuntur, ut infinita deperdite amantium exempla probant. 3) Communis doctorum conſenſus facile eluditur, ſi communes quoque dari errores cogitetur. Imo noſtra ætate vix eſt, ut hic communis conſenſus amplius demonſtrari poſſit.

Vis phantaſiæ mulierum.

*2 Dari temerarios, qui ſe plus vice ſimplici diabolo ex impio affectu addicunt, illiusque auxilium quærunt, negari nequit. An vero diabolus ſtipulantibus reſpondeat, chirographum literis ſanguine rutilantibus exigat, & reliqua ejus probationem JCtus, cum non niſi ſecundum acta & probata, per regulas artis ſuæ judicare debeat, in caſu ſpeciali oblato expectat.

Prudentia JCti bey den Hexen-Verſchreibungen.

*3 De his cogitat Juris peritus: CASUS SI DABITUR ET PROBABITUR, RESPONDEBITUR.

Sobria vox ejusdem.

§. 7. Unde conſequens eſt, quod Juridici, imo & defenſoris officium in eo ſit, primo *1 an revera damnum illatum, ſecundo, an opera diaboli *2 in hoc damno prætenſe dato ſubſit diſpicere.

Quid agendum defenſori ſecundum Carolinam.

*1 Si enim de damno non conſtet, licet de præſtigiis liqueat, caſus non ſpectabit ad magiam articuli, quamvis non ſemper ſit extra pœnam ſuperſtitio præſtigioſa.

*2 Hoc opus hic labor eſt. Sane, ſi ne quidem de lethalitate vulneris viſibiliter & craſſe inflicti, judex ſine Medicis in foro ſententiam dicit, multo magis in præſenti argumento, ubi res altiſſimæ indaginis, rerum naturalium periti in ſubſidium vocandi ipſi erunt.

Rationes, cur ad damnum & ejus cauſam attendat.

§. 8. Sed tandem ad indicia hic tradita. Primum conſiſtit in PROFESSIONE ARTIS MAGICAE, ut pro magis habeantur, qui alios in magia inſtituere* volunt.

De profeſſione magiæ jactata.

* Hic videndum, an revera jactaverit ejusmodi diſciplinam, imo, quod præcipuum eſt, quam certo & unde conſtet, quod ipſe hanc calleat. Nam ſunt, qui artem ſe reddendi inviſibilem, ſe reddendi invulnerabilem & ſimilia jactant. Aſt vane jactant, eo unice ſcopo, ut incautos pecunia emungant,

Quid reſpiciat in profeſſore mago defenſor.

Digitized by Google

gant, vel vaniſſimam gloriam, vel rectius opinionem inter imprudentes acquirant, vel laudem e facto humanam ſortem excedenti, nec dabili aucupentur. Imo & illud examinandum, an docere voluerit arcanam nocendi viam, an artem per aërem volitandi, metamorphoſin in felem, urſum, lupum, & ſi quæ alia hujus farinæ deliria. Nam de his ita Horatius:

Quæ magia apud poetas deriſa, &

Somnia, terrores magicos, miracula, ſagas,
Nocturnos lemures portentaque Theſſala ride.

MANZIUS ad hoc indicium generatim monet, quod tum demum ſufficiat, ſi doctor magicus alias ſit de magia ſuſpectus, ſi ſocius magorum deprehenſus. MAURITIUS *p. 1092.* famam certam & conſtantem inſuper requirit, imo nec hæc ipſi ſatis eſt, niſi inculpato indicium communicatum, & ille imputata non potuerit elidere. Inter reliquos noſtræ ordinationis commentatores CLASEN, STEPHANI, licet ICti proteſtantes indicium hoc ſine nota dimittunt. Ceterum jam in Synodo Trevirenſi anno 1310. decretum eſt: *nulla mulier ſe nocturnis horis equitare cum* DIANA & HERODIANA *innumera mulierum multitudine profiteatur. Nam hæc eſt mera diaboli illuſio.* Unde mirari ſubit, quod lamiarum equitatum hircorum adhuc crediderit CARPZOVIUS patrum memoria.

in conciliis credi prohibita.,

Secundum magiæ indicium a magorum minis.

§. 9. Secundum indicium deſumitur a minis, quas mox effectus magicus excepit. Verum & hic videndum, ne committatur fallacia non cauſæ ut cauſæ.

Examen hujus indicii.

* Scilicet vetulæ mendicantes omnibus, qui nil eleemoſynarum iis conferunt, quorum ſat magnus numerus eſt, peſſima quævis imprecantur, unde, cum vita humana variis caſibus expoſita ſit, interdum accidit, malum contingere, ſæpius autem accidit, non contingere, & ſi contingit, non vi imprecationum, ſed aliunde contingere. Quare, an quædam efficacia nudis verbis, ſive ſuſurris ſubſit, nondum ſatis conſtat *vid.* quæ ex aliis refert MEINDERSEN *p. 33. verb. Juſtini in &c.* Itaque ut argumentum a minis ad effectum valeat, præter nuda verba opus erit, ut aliud quid con-

concurrat ſecundum incredulos, ſcilicet, ut in facto ſpeciali ex circumſtantiis prægnantiſſimis evidenter, quod an unquam acciderit, dicere nequeo, probatis certo de minarum damnique nexu cum opera diabolica liqueat. Igitur non male MAVRITIVS *p. 1094.* requirit, ut damnum veluti in continenti, non ex aliquo temporis intervallo ſecutum 2) ut minæ fuerint ſpecifice & ex aſſe convenientes cum ipſo malo contingenti. 3) ut non obſtent *Artic. 29. & 47.* plures de minis citat BERLICH *p. IV. concl. n. 145.*

§. 10. Tertio loco inter indicia admittitur *1 converſatio cum magis & ſagis. *2 **De tertio magiæ indicio, & quomodo.**

*1 Converſatio ſola iterum non videtur ſufficere, unde additur in articulo: ſonderliche.

*2 Ne iterum in incerto indicium fluctuet, opus eſt, ut certo conſtet, quod hi homines magi ſagæque ſint. Ita DAMHOUDERVS, MENOCHIVS, quos citat STEPH. *h.* Alii hoc indicium cum præcedente jungunt, ut MANZ. *h.* cum ſolum nimis generale videatur. **caute de converſatione cum magis judicandum.**

§. 11. Tandem agmen claudunt geſtus, riſus, verbaque, quæ magiam ſapiunt. & exprimunt, vel magiam conjunctam habent. * **De quarto magiæ indicio.**

* Sed quænam ſunt, quæ magiam ſapiunt, præ ſe ferunt, vel eandem annexam habent? R. Imagines cereæ, olla cum bufonibus, membris humanis, hoſtiis, libri magici MAVRIT *d. l.* Verum cum in articulo non ſatis deſcribantur, res difficillimæ inſpectionis eſt, nec ſatis erit rem inuſitatam reperiiſſe, ut ſimul illius uſus magicus probetur. Ad de BINSFELD *in dec. 14.* MANZ *n. 17.* Ordinatio noſtra tantum non circulum hic admittit, ultimis verbis. und die Perſon ſonſt &c. id eſt, res ſuſpectæ faciunt ſuſpectum, qui jam ſuſpectus eſt, ut proinde homo ſit ſuſpectus per RES, & HÆ viciſſim per hominem. Ceterum longe plura indicia a Doctoribus his noſtris adduntur, de quibus BODINVS EQVES & ICtus *Halenſis peculiari diſſertatione.* Quomodo magica arte per placentam, vel certe verba corpus contra dolores torturæ muniri queat. *vid.* MARSIL. *p. 380.* **Difficultas, qui geſtus, riſus magici. Circulus Carolinæ hic. De aliis aliorum indiciis.**

De ſagarum induratione & tonſura.

in Prax. rer. crim. FRANCISCI MODII exemplum ſagæ per ſchedulam in crinibus abſconditam induratæ refert *c. 37. n. 21.* DAMHOUDER. Plura habet CRUSIUS. *p. II. c. 32. n. 29. ſeqq.* GRILLANDUS *de quæſt. & tortur. qu. 4.* De tonſura ſagarum in partibus quoque occultis & pudendis parum decente vid. quæ ex Freudio refert DOEPLER. *P. I. p. 365.* Licet etiam ipſe pluribus adductis auctoribus *p. 366.* ſordidam hanc inquiſitionem approbet, quam merito cum FREUDIO rejicere debuiſſet.

De PROBA ſagarum per libram recenti, ejusque exitu crudeli.

§. 12. Novum alias præter aquam probationis genus ſagarum & magorum adhibetur in Ungaria, ut per pondus explorentur. Ita enim diarium Viennenſe anni 1728. num. 67. da unlängſt hier zu Sege die verſchiedene Perſonen wegen beſchuldigter Hexerey gefänglich eingezogen worden, hat man ſie nach hieſigen Gebrauch zur Probe gebracht, nemlich, nachdem ſie auf dem Waſſer gleich einem Pantoffel-Holtz geſchwummen, wurden ſie auf eine Wage geleget, um ſie zu wägen, dabey denn zu verwundern, daſs ein groſſes und dickes Weib nicht mehr als anderthalb Loth, ihr Mann, ſo auch nicht von den kleineſten war, nur 5. Quentgen, die übrigen aber durchgehends entweder 1. Loth, oder 3. Quentlein, und noch weniger gewogen haben. Darauf wurden den 13ten Jun. Freytages 13. Perſonen. 6. Hexenmeiſters, 7. Hexen lebendig verbrandt. *

* PROBÆ aquaticæ vanitatem in inferiori Saxonia forte primi demonſtrarunt D. IO. EWIG. Bremæ D. HERMANN NEUWALD Helmſtadii A. MDLXXXIV.

De indicio magiæ a contractu ferali magorum.

§. 13. Jam olim vid. BESOLD *conſil.* 146. certiſſimum magiæ ad torturam indicium fuit, ſi ad contractum SAGÆ homo mortuus, vel furere cœpit, vel membra ipſius diſtorqueri. Quod repetit HERT. *Reſp.* 78. Sed hic jam ſupponitur, quod tangens ſit SAGA. Deinde non valet argumentum: quæ tempore ſibi ſuccedunt,

aut

aut ſe invicem ſequuntur alterum poſt alterum, mox inter ſe habent relationem, ut cauſa et effectus. Legi tamen de hoc contractu poteſt VALENTIN *in pandect med legal. P.* I. *ſect. III. caſu* 13.

ARTIC. *XLV.*

Von peinlicher Frage.

Wo der Argwohn und Verdacht einer beklagten und vermeinten Mißhandlung, als vorſtehet, erfunden, und für bewieſen angenommen, oder bewieſen erkannt würde, ſo ſoll dem Ankläger auf ſein Begehren alsdenn ein Tag zu peinlicher Frage benannt werden.

ARTIC. *XLV.*

Convenit cum projectis.

ARTIC. *XLVI.*

Der Gefangene ſoll erſt, wegen der Ubelthat, befragt werden, ob er dieſelbe in der Güte bekennete.

Wann man den Gefangenen peinlich fragen will, von Amtswegen oder auf Anſuchung des Klägers, ſoll derſelbige zuvor, in Gegenwärtigkeit des Richters, zweyer des Gerichts und Gerichtsſchreibers, fleißig zu Rede gehalten werden, mit Worten, die nach Gelegenheit der Perſonen und Sachen, zu weiter Erfahrung der Ubelthat oder Argwöhnigkeit, allerbeſt dienen mögen, auch mit Bedräuung der Marter beſpracht werden, ob er der beſchuldigten Miſſethat bekänntlich ſey, oder nicht, und was ihm ſolcher Miſſethat halber bewuſt ſey, und was er alsdann bekennet, ſoll aufgeſchrieben werden.

ARTIC. *XLVII.*

Pariter convenit cum projectis.

ARTIC. *XLVII.*

Ausführung der Unſchuld, vor der peinlichen Frag zu vermahnen, und weiter Handlung darauf.

So in dem letztgemeldeten Fall der Beklagte die angezogene Ubelthat verneinet, ſo ſoll ihm alsdenn fürgehalten werden, ob er anzeigen könte, daß er der aufgelegten Miſſethat unſchuldig ſey, und man ſoll den Gefangenen ſonderlich erinnern, ob er könte weiſen und anzeigen, daß er auf die Zeit, als die angezogene Miſſethat, geſchehen, bey Leuten auch an Enden oder Orten geweſen ſey, dadurch verſtanden, daß er die verdachten Miſſethat nicht gethan haben könte, Und ſolcher Erinnerung iſt darum Noth, daß mancher aus Einfalt, oder Schrecken, nicht fürzuſchlagen weiß, ob er gleich unſchuldig iſt, wie er ſich des entſchuldigen und ausführen ſoll. Und ſo der Gefangene berührter Maſſen, oder mit andern dienſtlichen Urſachen, ſein Unſchuld angezeigt, ſolcher angezeigten Entſchuldigung ſoll ſich alsdenn der Richter, auf des Beklagten, oder ſeiner Freundſchafft Koſten, auf das förderlichſte erkündigen, oder aber auf Zulaſſung des Richters, die Zeugen, ſo der Gefangene oder ſeine Freunde, deshalb ſtellen wolten, wie ſich gebühret, (und hernach von Weiſung an dem 62 Artickul, anfahend, Item, wo der Beklagte nichts bekennen, rc. und etlichen Artickuln darnach geſezt iſt,) auf ihr Begehren, verhört werden: Solche obgemeldte Kundſchaftſtellung, auch dem Gefangenen oder ſeinen Freunden auf ihr Begehren, ohne gute rechtmäßige Urſach nicht abgeſchlagen, oder aberkandt werden ſoll. Wo aber der Ver-

Judex ne credat ſolis reorum aſſertis add. Art. ſequ.

Google

Verklagte, oder ſeine Freundſchafft ſolchen obgedachten Koſten Armuth halber nicht ertragen, oder erleiden möchte, damit denn nichts deſto minder das Ubel geſtrafft, oder der Unſchuldige wider Recht nicht übereilet werde, ſo ſoll die Obrigkeit oder das Gericht die Koſten darlegen, und der Richter im Rechten fürfahren. *Regula primaria proceſſus criminalis.*

So in der jeʒt gemeldten Erfahrung des Beklagten Unſchuld nicht funden wird, ſo ſoll er alsdenn auf vorgemeldte Erfindung redlichs Argwohns, oder Verdachts, peinlich gefragt werden, in Gegenwärtigkeit des Richters, und zum wenigſten zweyer des Gerichts, und des Gerichtſchreibers: und was ſich in der Urgicht, oder ſeiner Bekändtniß, und aller Erkündigung findet, ſoll eigentlich aufgeſchrieben, dem Kläger, ſo viel ihn betrifft, eröffnet, und auf ſein Begehr Abſchrifft gegeben, und gefährlich nicht verzogen oder verhalten werden.

ARTIC. *XLVII.*

VErba: Wo aber der Verklagte, usque ad verbum fortfahren non leguntur in projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *XLV. XLVI. XLVII.*

§. 1. Naturali ordine ſequitur Artic. 47. Articulum XLIV. 46. Quod ſcilicet in ipſa indiciorum inveſtigatione & veluti ponderatione judex ſimul reſpicere debeat media defenſionis rei. **Naturalis articulorum ordo hic.**

§. 2. His demum in ordinem redactis, probatisque indiciis, ante torturam debet e reo quæri, an ſponte velit confiteri crimen, & ſi nolit, porro quærendus eſt, an & quomodo poſſit refutare, quæ contra ipſum militant indicia. Ut ſatis in rubro & nigro textus noſtri præcipitur & ſevere inculcatur. **Quid conquiſitis indiciis a reo quærendum ante torturam.**

§. 3. An vero præciſe defenſor ante quæſtionem conſtituendus eſt reo? ℞. in Articulo quidem non dicitur, ſed **An reo indiſtincte defenſor conſtituendus.**

cura defenſionis ſoli commendatur judici; *1 Doctores autem ita ſuadere videntur. *2

Quæ carolina circa defenſionem judici præcipiat.

*1 Idque bifariam, 1) ut exceptiones & defenſiones, quas inquiſitus ſuo marte adfert, audiat, actisque adjungat, 2) ut in inquiſitis, ſtupidis ac tardis prudentibus interrogationibus ipſe viam ad defenſionem commonſtret.

Cur regulariter judici ſoli defenſio non relinquenda.

*2 Diſerte BEYER *ad Artic. 28. in fin.* dicit, quod ad judicis officium pertineat, ut defenſio torturæ præmittatur, idem tenet BODINVS *de tortur. §. 10. inf.* MANZ. *n. 16. art. 47.* Nec enim judice THOENNICKERO ſolius judicis induſtria rem conficit. Quippe cui nunc aliorum negotiorum moles, nunc ambitio, vel commoditatis ſtudium impedimento eſt, quo minus eadem ſolertia & alacritate, uti quidem defenſor advocatus ad rei defenſionem ſingulariter adſcitus, facere conſuevit, momenta excuſationum & defenſionum hinc inde in loco indaget conquiratque. Accedit, quod ratione proprii honoris & emolumenti defenſoris, ſive advocati electi interſit, ut rei cauſa obtineat, vincatque.

Quæ detur hic exceptio, & quando non opus defenſore.

§. 4. Sed quæritur, an non detur exceptio a Regula? ℞. Si omnia evidentiſſima ſint indicia, & periculum in mora, exceptio videtur dari *

Caſus in terminis.

* Res patebit exemplo mihi in actis ex P. ad facultatem transmiſſis obſervato. Scilicet tempore peſtis in civitate G. graſſantis, Judæus jactaverat, ſe ſcire plures merces peſtilentiales in certa domo reconditas. Ducebatur Judæus ad judicem, quærebatur ex illo, an dicta per incuriam ipſi excidiſſent, an vero revera ita ſentiret, reſpondebat, ſe omnino ſerio ita ſentire, confeſſio judicialis ſedulo annotabatur. Delata deinde re ad Commiſſarios tempore peſtis ibi conſtitutos, illi ad ſe vocabant Judæum, jubebantque, ut indicaret domum, Judæus confeſſionem revocabat. Transmittebantur acta ad Scabinatum S. ſine peculiari defenſionis ſcripto. Judæus quæſtioni ex ſententia illius collegii Juridici ſubjiciebatur, & conſtantiſſime in ſua negatione perſeverabat. Peſte ceſſante Judæus excitabat contra Commiſſarium, confeſſionem Judæi fuiſſe geminam, extrajudicialem

cialem & judicialem, periculum in mora ſummum, proinde non opus fuiſſe ambagibus. Abſolvit facultas noſtra Commiſſarium ex rationibus præcedentibus & ipſa theſi facile conjectandis.

§. 5. Extra hunc, vel plane ſimilem caſum, judex ſine dubio tuto ambulat, qui uſum judiciorum communem ſequitur.

Quid judici hic regulariter, item quid collegiis Juridicis obſervandum.

* Dolendum interim, quod multi judices in inquiſitionibus pauperum properent, acta ſine defenſione transmittant, nec tamen, ut de defenſione collegia interloquantur, ferre velint. Sane melius agit collegium Juridicum, quod ſpreta judicis, ſive ira, ſive avaritia, ſi alicujus momenti dubium animadvertit, ante omnia decernit, ut defenſor adhibeatur. *vid.* omnino MANZ. *n. 20. 21. Art. 47.*

§. 6. In ipſa defenſione reſpiciendum 1) an delictum commiſſum probatumque 2) quale delictum 3) quæ adſint indicia 4) quomodo eliſa, imo 5) quis perſonæ torquendæ ſtatus moralis & naturalis *1 & 6) quomodo proceſſus inſtitutus. *2

Ad quæ defenſor pro avertenda tortura reſpicere debeat.

*1 Tractat hæc omnia THONNICKER. *adv. prud. crim. c. 12. per tot.*

*2 Dictum de hoc proceſſu *ſupr. art. XVIII.* & paſſim. Potiſſimum judices abripiuntur falſo juſtitiæ zelo, ut teſtes contra inquiſitum verbis aſperis & ſub minis horrendis interrogent, non tantum de factis, ſed quoque de ratiociniis, an ſcilicet ex hoc vel illo indicio, non ita, vel ita ſit concludendum, qualem concluſionem tamen dijudicare non teſtis, ſed collegii Juridici eſt, nec enim teſtis debet ratiocinari, verum tantum, quæ viderit, jurato aſſerere, nec enim miſer inquiſitus per teſtes condemnandus eſt, ſed convincendus de ſolo facto.

De abſurda quorundam judicum crudelitate in examinandis teſtibus.

§. 7. Præterea præcipit ordinatio noſtra, ne judex ſolius rei allegationibus fidem adhibeat, ſed, ut in circumſtantias allegatas ſumtibus inquiſiti, vel cognatorum inquiſiti inquirat, his autem ſumtus ferre non valen-

De officio judicis circa inquiſiti allegata.

tibus * judicium loci ipſum pro defenſione ſumtus ſuppeditet.

Unde petendæ expenſæ in defenſionem faciendæ, an pater, agnati, ut has ferant, cogendi.

* Ita dicitur in textu: Wo ſie es nicht ertragen, oder erleiden mögten. Sed quid ſi cognati de inquiſito parum ſolliciti, nullam defenſionem urgeant, nec ſumtus ferre velint? annon divites cognati, vel certe parentes inquiſiti divites cogi poſſunt, ut ſuccurrant, ſi ille probabiles defenſionis cauſas allegat? videtur aliquatenus per verba: ſolcher ſeiner Entſchuldigung u. ſ. w. & paulo poſt: auf des Verklagten oder ſeiner Freunde Koſten u. ſ. w. Accedit, quod parentes, fratres &c. nobis alimenta debeant COLER *L. I. de alim. c. IX.* quibus ſumtus pro defendenda innocentia favore juris æquiparandi videntur. Imo pater, qui filium carceri incluſum negligit, exhæredari poteſt STRUV. *jurispr. p. 227.* Neque vero reſpectu parentis iniquitas ſubeſt, poteſt enim datum legitimæ imputare, quod ſi omiſit, filius id conferre tenetur STRYK *S. A. I. Diſſ. XI. c. 4. 3. 18.* Dein reſpectu fratrum & agnatorum cogitandum, quod hi tamen inquiſiti hæreditatem ſperare poſſint caſu eveniente, itaque æquum eſſe, ut & illius innocentiæ ſuccurrant. At nihilominus praxis reclamat, ex ea ratione, quod nemo delinquendo alii onus imponere poſſit *vid.* STRUV. *de imput. fact. alien. c. 1. n. 37. & §. ſ. de noxal act.* & in terminis fere MARTINI *n. 3. 4. ad cit. §. fin.* Et ita reſpondit ordo noſter anno 1. M. N. item hoc an 1. verſus H. R. add. Art. CLIII. & CCXIX.

An judex teſtes defenſionales rejicere poſſit.

§. 8. Cum autem maximum defenſionis momentum examine teſtium a reo denominatorum abſolvatur, ſerio jubet Cæſar, ne hoc examen ſine gravi & ardua cauſa (ohne gute rechtmäſſige Uhrſache) a judice denegetur. Nec inter cauſas arduas gravesque denegandi ſola inquiſiti paupertas referatur verbis: Wo aber der Verklagte. Videtur tamen diſcrimen conſtituendum inter judicem inferiorem & in principem, non quidem reſpectu cauſarum denegandi examen, quaſi principi etiam frivolæ fictæque ſufficere poſſint, * ſed ratione

De diſtinctione inter judicem ſuperiorem & inferiorem.

ne modi denegationis: ut princeps poſſit ipſe ſine tranſmiſſione actorum ſuper denegatione ex ſuo prudenti & æquo arbitrio ſtatuere, judicis autem inferioris ſit, collegium Juridicum ſuper admiſſibilitate examinis in conſilium adhibere.

* Hoc enim repugnat officio juſti principis, & injuriam infert reo, cui hac ratione jus ſuæ defenſionis auferatur. Imo quod etiam denegationis modum attinet, laudis ac honoris boni principis intereſt, ne ſine cauſa ſuper quæſtione, an teſtes admittendi, an non admittendi, prohibeat tranſmiſſionem actorum. Satis vero cauſæ prohibitionis ſubeſt, ſi probabiliter principi conſtet, quod reus dives donis & muneribus pulſaverit collegiorum extraneorum fores tantum non omnes.

Temperamentum boni principis hic & quando tranſmiſſionem actorum recte hic recuſet.

§. 9. Simul tamen tam ipſe princeps, quam collegium Juridicum extraneum, probe perpendere, & excutere debent naturam & indolem ipſius probationis, an hæc tendat ad avertendum ultimum ſupplicium, vel corporis cruciatum, an vero reus teſtium examen petat pro avertenda inquiſitione ſpeciali tantum, aut expenſarum ſolutione, item an inquiſitus male ſibi conſcius promiſſa certe pecuniæ ſumma abolitionem impetraverit. Dein vero e cuſtodia dimiſſus mutato conſilio teſtes hinc inde præcipue inter amicos & ſanguine junctos, quorum teſtimonio promiſſa eludere, & principem pecunia pro abolitione juſte ſemel promiſſa fruſtrari queat. Sane, uti in ſpecie prima et ſecunda, judex non adeo exactæ diſcutit relevantiam articulorum, aut ſi veritas aliter haberi nequit, perſonas, ſtatumque teſtium; ita viciſſim, ubi tantum de avertenda inquiſitione ſpeciali ex ambitione, aut de avertendis expenſis propria rei culpa factis, aut de lucroſa reo abolitionis reſciſſione agitur, cuncta rimanda ſunt, cavendumque, ne nimius reorum favor illorum dolo, aut nequitiæ patrocinium

Quod in quæſtione de rejiciendis teſtibus defenſ. prudenter diſtinguendæ ſint cauſæ.

 præſtet.

præſtet. Agunt tandem de probatione rei, quam defenſionalem pragmatici vocant, infr. Art. LXXIV. CLI.

Quando expenſæ defenſionis recidunt in judicium.

§. 10. Si nec inquiſitus ſolvendo, nec parentes cognatique ſuccurrere velint poſſintque, onus ſumtuum, ut jam dictum, recidit in judicium * ipſum.

* Graves allegantur in textu hujus rei rationes. Quod ſi vero delinquens aufugerit, & alibi captus ſit, tunc demum judex domicilii pro parcendis ſumtibus alteri judici, qui fugitivum prehendit, captum inquiſitum relinquere poteſt, ſi non emiſit: die Steckbriefe. Nam hæ habent rationem mandati, ut judex tanquam mandatarius indemnis ſervandus ſit, ſi quando literis patentibus admonitus, delinquentem in fuga conſtitutum carceri mancipaverit.

An judex fugitivum reum relinquere poſſit judici eum prehendenti promiſcue.

De decreto torturæ.

§. 11. Ex Articulo XLV. colligi ſolet, quod torturam præcedere debeat decretum * judicis, ſuper probatione indiciorum. Quod decretum tamen judex inferior non ipſe concipere, ſed a collegio Juridico petere debet.

Cur decreto hoc opus.

* Propter verba: bewieſen erkannt würde. Rationem allegat MANZIUS *n. 10. ſequ. ad cit. Artic.* ſcilicet ut inquiſitus poſſit appellare, vel generalius: ulteriorem defenſionem adferre. Suadet vero THONNICKER *d. c. XII.* ut ante reditum actorum advocatus, proteſtando contra executionem ſententiæ torturam forte allaturæ, ad novam defenſionem ſe offerat. Quo caſu, ne defenſio mutila & manca futura ſit, communicationem rationum decidendi urgeri poſſe putarem. Alias enim fruſtra laboraret defenſor, ni ſpeciatim ſciret, qua ex cauſa tortura decreta & quænam indicia adhuc elidenda reſtarent. Utitur recte eodem noſtro argumento MANZIUS *n. 29. 30. ad Artic. 73.* pro ſoliloquio advocati cum inquiſito demonſtrando, citato conſentiente ZIERIZIO confer. KAYSER *p. 646.* Scripſit cetera Dnus MOSER diſſertationem: *de communicatione rationum decidendi LL. imperii non neceſſaria.* Tubing 1731. Aſt quid inde? quam multa enim non ſunt neceſſaria,

ria, de quibus tamen nil in RR. J. Sufficit bono & æquo judici quod hanc communicationem ſana ratio præcipiat. Adde alias D. WALDSCHMID *diſſert. de rat. decid.* ubi nobiscum in genere communicationem hanc laudantibus conſentit. Junge dicta *infr. ad Artic. XCIV. §. 1. * 2. & §. 2 3. 4.* ibid. — An defenſori communicandæ rationes decidendi.

§. 12. Articulus XLVI. probat, quod judex pro confeſſione rei extorquenda, etiam minas de eminente torturæ dolore adhibere poſſit. * — An judex minis uti queat?

* Judæus, cujus jam mentio facta, & illud urgebat, quod Commiſſarius R. erecto bacillo ipſi fuiſſet minitatus, ni confiteri vellet, injuſtam proinde coactionem commiſſam fuiſſe, ſed reſpondebat Commiſſarius: tortura ſemel promerita & decreta, poſſe judicem etiam minis uti. — Illuſtratio quæſtionis per caſum ſingularem. Quæri autem ſolet: an judex inquiſito objicere & oſtentare poſſit dolores, quæſtionem, cruciatus non tantum poſt ſententiam, qua tortura decreta, ipſo die ad quærendum definito (am Tage, da die Tortur ſoll vollſtrecket werden) ſed quoque antea in examine inquiſito ad articulos inquiſitionales? Sane ſi conſtet de corpore delicti atrocis, ſique indicia adſunt contra reum evidentia, videtur judicem ſtatim minas ejusmodi de tortura ac cruciatu interrogationibus ſuis immiſcere poſſe, quo per compendium ſuo fine, extorſione ſcilicet, veritatis potiri poſſit. Nec injuria fit inquiſito, ſi ipſi prædicantur mala contumaciam ſecutura, & ſi tentatur, annon per minas tormentorum elici queat confeſſio, quam paulo poſt ab invito per ipſa tormenta eruere fas eſt. Aſt, ſi crimen non atrox certo commiſſum, vel ſi indicia contra inquiſitum non adeo evidentia, aut certe tantum a fide dictorum a teſtibus in audientia ſummaria omnia dependeant, nec v. c. apud inquiſitum res in viſitatione domeſtica ſuſpectæ repertæ, aut inſtrumenta hujus farinæ penes eundem detecta; judex non debet uti minis terribilibus de cruciatu, antequam teſtes probatoriales jurato examinati. Nam cum accidere poſſit, ut teſtes jurisjurandi religionem ſubire juſſi, a ſe ſummarie dicta, corrigant, mutent, revocent, — De minis probe temperandis.

 ut

ut torturæ amplius locus eſſe nequeat, inquiſito profecto injuria facta foret, ſi judex ipſi nimis mature quæſtionem minatus eſſet, quam tamen deinde ob teſtium inconſtantiam, aut atrocioris delicti deficientiam, adhibere non licet. Nec enim judex juſte minatur, ubi ipſe de jure minas exequendi nondum certus eſt. Imo, ſi reus ſtatim in reſponſione ad inquiſitionales cum minis de torquendo interrogatus, examen non poteſt dici: ein gütlicher Verhör, nec reſponſio: ein freywilliges Bekändtniſs; ut proinde ordo judicii turbetur minarum feſtinatione. Plane examen ad articulos inquiſitionales hoc caſu ſine minis reperendum eſſe cenſuerunt Gieſſenſes HERT. *Reſp. 341.* Quod rationi convenit, ut proin citra indicia & extra delictum atrox, minæ judicis impingant, contra materialia, his vero concurrentibus contra formalia. Non tamen miſceri debent minæ, greuliche Drohungen, cum remonſtrationibus: deutlichen nachdrücklichen Vorſtellungen.

Aliud minæ, aliud remonſtrationes.

De prudentia judicis circa quæſtiones defenſionales, ut hæ fere

§. 13. Tandem nimis craſſum nobis videtur, quod ſecundum Articulum XLVII. judex interrogare debeat inquiſitum, annon a loco delicti * abſuerit tempore commiſſi delicti.

* Etenim hoc occaſionem mentiendi ſuppeditat inquiſito. Poteſt itaque potius interrogari in genere, an in loco commiſſi delicti adſuerit, qua ex cauſa acceſſerit, quando & quamdiu adfuerit.

reſtringantur ad reos ſtupidos.

§. 14. Illud rectiſſime monetur, quod ſtupidi * inquiſiti ſæpe neſciant ſuæ defenſionis momenta.

* Igitur judex in adjuvando videbit, quem potiſſimum adjuvet inquiſitum, an ſtupidus, bardus, vel tardus ſit. Nam aſtutis & callidis, ut ſuccurratur, minime opus eſt. *Conſ. Art. CLIV.*

De regiſtranda urgichta,

§. 15. Fideliſſime ultimo urgichtam regiſtrari, & copiam * accuſatori dari debere, præcipitur ab imperatore.

ejusque uſu.

* Cujus hodie potiſſimum, ubi fiſcales habentur, uſus eſt, ut

ut his communicatio ſiat loco accuſatorum, qui fere deſierunt. : Quid præter confeſſionem ratione temporis, modi quæſtionis, geſtuum inquiſiti annotandum *vid.* diligentiſſime explicantem DOEPLERUM *P. I. p. 392. ſeq.* KAYSER. *691. ſequ. praxis crimin.*

ARTIC. *XLVIII.*

Wie diejenigen, ſo aus peinlichen Fragen eine Miſſethat bekennen, nachfolgends weiter auſſerhalb der Marter um Unterricht gefragt werden ſollen: Erſtlich vom Mord.

Item, ſo der Gefangene, der angezogenen Miſſethat durch die Marter, als vorſtehet, bekenntlich iſt, und ſein Bekändtniß aufgeſchrieben wird, ſo ſollen ihn die Verhörer ſeiner Bekändtniß halber, gar unterſchiedlich, wie zum Theil hernach berühret wird, und dergleichen, ſo zu Erfahrung der Wahrheit dienſtlich, fleißig fragen: und nemlich, bekennt er eines Mords, man ſoll ihn fragen, aus was Urſachen er die That gethan, auf welchen Tag und Stund, auch an welchem End, ob ihm jemands, und wer ihm darzu verholffen, auch wo er den Todten hin vergraben, oder gethan, mit was Waffen ſolcher Mord geſchehen ſey, wie, und was er dem Todten für Schläge, oder Wunden gegeben, oder gehauen, oder ſonſten umbracht habe, was er, der Ermordte, bey ihm gehabt, von Geld, oder andern, und was er ihm genommen, wo er auch ſolche Nam hingethan, verkaufft, vergeben, anworden, oder verborgen habe: und ſolche Fragen ziehen ſich auch in viel Stücken wol auf Räuber und Diebe.

Regula: Judici inquirere fas eſt in omnia, quæ faciunt ad eruendam veritatem v. Art præced. & Art. LIV.

ARTIC. *XLVIII.*

Concordat cum projectis.

Notæ

NOTÆ AD ARTIC. XLVIII.

Quæ religio indicantis circa urgichtam in genere de delicto factam.

§. 1. Confeſſionem rei in tortura audiiſſe non ſufficit, ſed ad judicis officium pertinet, accurate de delicti circumſtantiis * examen inſtituere, nec enim in genere reum v. c. homicidium confeſſum eſſe ſufficit, ſed pro ſententia ferenda opus eſt, ut: quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando cædes facta ſimul conſtet.

Quoties reus de circumſtantiis quæri ſolet?

* Hæ circumſtantiæ omnes quidem a prudenti judice, jam partim in examine ſummario inquiſiti & teſtium, partim in articulis inquiſitionalibus ab inquiſito, & in articulis probatorialibus a teſtibus, et dein in confrontatione quæſitæ fuerunt. Sed ſi inquiſitus præfracte omnia negaverit, ſuper illis denuo de iisdem quæritur tempore torturæ.

Quæ circumſtantiæ in homicidio quærendæ.

§. 2. Illuſtrantur dicta exemplo homicidii, circa quod quærendum 1) ex quibus cauſis *1 2) quo loco 3) quo tempore 4) an cum, an ſine ſociis factum 5) quinam illi ſocii ſint 6) an arma & quæ adhibita 7) quæ vulnera, vel verbera illata 8) an occiſus ſecum aliquid portaverit 9) an homicida id abſtulerit, quorſum impenderit 10) ubi cadaver *2 ſepeliverit.

Cur de cauſis & loco cædis quæratur.

*1 An pecuniæ acceptæ cauſa, ſic foret aſſaſſinium, an ſpoliandi animo, ſic ſubeſſet latrocinium. Item ratione loci v. c. an in loco aſyli homicidium commiſſum, ſic enim homicida beneficio aſyli careret *c. ult. X. de immun. eccleſ.* KNIPSCHILD *de civit. imper. L. II. c. 28. n. 41. &c.* Reliquarum quæſtionum rationes ſunt evidentiſſimæ & ſpeciatim a MANZIO indicatæ.

Cur de ſepulturæ loco.

*2 Tunc enim effodiendum, ut de corpore delicti conſtet. Quam ſæpe circa oſſa reperta aberretur, vide caſum in terminis apud BULLÆUM *h.* Ubi medicorum conſilium non infeliciter adhibitum fuiſſe obſervat. Præterea, ut ipſe Imperator ſupra præcepit non his præciſe jam traditis quæſtionibus, ut fidei cuidam ſymbolo inhærendum eſt, ſed

&

Digitized by Google

& aliæ interrogationes, quas circumſtantiæ ſuggerunt, cum in homicidio, tum in articulis ſequentibus adhibendæ ſunt. Scilicet omnis circumſtantia, quæ vel inquiſiti pœnam minuit, vel auget, aut determinat, vel ad malos ſocios indagandos conducit, quærenda atque indaganda eſt.

Quæ uſiliter circumſtantiæ ubique quærendæ à reo.

§. 3. Interim facile quilibet cogitare poteſt, quod interrogationes de ſingulis delictorum circumſtantiis, quis, cur, & quomodo commiſerit, non demum poſt quæſtionem habitam adhibeantur a judice, quod certe nimis ſero foret, cum ſine illis corpus delicti ne quidem concipi poſſit: verum, quod jam diu in audientia ſummaria & ad articulos jam adhibitæ, hic in rigoroſo poſt torturam examine repetantur. Imo aliquando pro re nata, ſcilicet Urgichta, nova quædam continet, de quibus antea non diſquiſitum, quæ novis interrogatoriis indaganda.

Quando prudens judex de circumſtantiis quærere incipit.

ARTIC. *XLIX.*

So der Gefragte Verrätherey entdecket.

Bekennet der Gefangene Verrätherey: man ſoll ihn fragen, wer ihn darzu beſtellt, und was er darum empfangen, auch wo, wie, und wann ſolches geſchehen ſey, und was ihn darzu verurſacht habe.

ARTIC. *XLIX.*

Verba finalia: und was ihn darzu verurſacht habe, deſunt in projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *XLIX.*

Circa proditionem quærendum 1) quis auctor & inſtigator 2) quomodo fundamenta proditionis jacta 3) quid præmii loco acceptum 4) quo in loco conventio facta 5) quibus legibus 6) quinam ſocii electi 7) quæ cauſæ præterea ſubfuerint, quænam commoverint ad proditionem 8) quid tota cohors, quid ſinguli egerint. *

De quo in proditione quærendus reus &

 * Sic-

rit 4) quisnam venditor, *3 quis conſultor vel auxiliator nefarii criminis *4

*1 Adduntur facile aliæ ſubinam reliquum veneni reconditum, an veneni vim ſciverit eo uſus, in qua quantitate propinatum, an inimicitia ſubſuerit, *2 an amor amens philtrum internecium porrexerit, an fertilem reddere voluerit imprudens vetulam effœtamque, vel alias viribus lubrico vitæ genere exhauſtam feminam, an medicinam afferre intentaverit medicaminum ignarus, vel annon potius vatinianum odium, capitalisque inimicitia ſubſit. — quænam quæſtiones præterea addendæ.

*2 Ut conſtet, an lethiferum a malo animo datum, annon bono licet, periculoſo tamen fine, an in quantitate, an in qualitate peccatum. — Cur de veneni ſpecie quærendum.

*3 Nec enim indiſcrete venenum vendere licet. Inde & in venditorem inquirendum in genere, ſimul quoque, ut conſtet, an ſuaſor, vel conductor plane fuerit REMVS *hic*. An ipſe porrexit, an negligentius ſaltim cuſtodierit. — Cur de veneni venditore.

*4 Non tantum ideo, ne ſociorum crimina maneant impunita, ſed ut aliquando atrocior rotæ pœna in gladium convertatur, ſi v. c. junior imprudens veneficus ab antiquo nequam peſſimis conſiliis ſeductus, aut in executione, quæ alias forte nimium difficilis, ab eodem notabiliter adjutus ſit. — Cur de criminis ſocio.

ARTIC. *LI.*

So der Gefragte einen Brand bekennet.

Bekennet der Gefragte einen Brand: Man ſoll ihn ſonderlich der Urſach, Zeit und Geſellſchafft halb, als obſtehet, fragen, und des mehr, mit was Feuerwerk er den Brand gethan, von wem, wie, oder wo er ſolch Feuerwerk, oder den Zeug darzu zuwegen bracht habe.

ARTIC. *LI.*

In projectis, uti hic in impreſſo legitur.

Digitized by Google

NOTÆ AD ARTIC. *LI.*

Quæſtiones poſt incendii confeſſionem.

Quæri debet inquiſitus incendium confeſſus 1) de cauſa 2) tempore 3) complicibus 4) modo inſtrumentisque incendii 5) unde hæc comparata.

* Pertinent hæ quæſtiones ad incendiarium veluti profeſſum. Nam qui ex inimicitia vindictaque privata ædes incendit, vix ſociis, vel artibus incendiariis utitur *vid. ſupra Art. XLI.*

ARTIC. *LII.*

So die gefragte Perſon Zauberey bekennet.

Bekennet jemand Zauberey: Man ſoll auch nach den Urſachen und Umſtänden, als obſtehet, fragen, und des mehr, womit, wie und wann die Zauberey beſchehen, mit was Worten oder Werken. So denn die gefragte Perſon angezeiget, daß ſie etwas eingegraben, oder behalten hätte, das zu ſolcher Zauberey dienſtlich ſeyn ſoll, man ſoll darnach ſuchen, ob man ſolches finden könte. Wäre aber ſolches mit andern Dingen durch Wort oder Werk gethan, man ſoll dieſelben auch ermeſſen, ob ſie Zauberey auf ihnen tragen. Sie ſoll auch zu fragen ſeyn, von wem ſie ſolche Zauberey gelernet, und wie ſie darzu kommen ſey, ob ſie auch ſolche Zauberey gegen mehr Perſonen gebraucht, und gegen wen, was Schadens auch damit geſchehen ſey.

ARTIC. *LII.*

IN projecto Anno 1523. poſt verba: mit was Worten oder Werken additur: und ob ſie der bezauberten Perſon wieder zu helfen vermeinet.

NOTÆ AD ARTIC. *LII.*

Quæſtiones mago confeſſo proponendæ.

Magus quæri poteſt, ſecundum indicia Articuli XLIV. Nominatim * 1 1) quomodo 2) ubi, quænam & quando incantaverit 2) quibus execrationibus, geſticulationibus,

ſibus, rebus &c. uſus ſit 4) an quid ejusmodi rerum alicubi occultaverit * 2 an rebus, verbis, præſtigiisque hiſce vis magica ſubſit, * 3 5) a quo mago * magiſtro eruditus ſit & tandem 6) quæ damnorum datorum quantitas ſit.

*1 Non eſt, cur hic ſingulis quæſtionibus ſigillatim inhæreamus. Nam ſyllabus rerum v. g. die Hexen-Salbe, Kröte in Keller, Todten-Knochen, allerhand Pulver, Zettul mit Characteren, item die Elben u. ſ. w. quæ huc pertinere, magorumque arma eſſe creduntur, diſci poteſt ex protocollo, quod conſcripſit DOEPLER *p. 392. P. 1.* — Syllabus quæſtionum ſuetarum hic

*2 Vulgo enim tradi ſolet, quod quamdiu v. c. ſub limine infoſſa non effodiantur, malum v. c. mors pecorum ſemper continuet. Unde Dd. aſſerunt, quod ejusmodi occultata non tantum quilibet ſine pœna tollere queat, ſed quod etiam fas ſit, ipſum magum in adjumentum vocare, modo operam ferat ſine nova faſcinatione. Verbis: mehr ſollen dieſelben auch ermeſſen u. ſ. w. *vid. §. 6. ad artic. XLIV. not* *2 ubi de difficultate hujus examinis, interdum vis occulta naturæ, interdum meræ illuſiones hiſtrionicæ ſubſunt, interdum vetulæ ſibi perſuadent, quod effectus ſit a ſuis geſticulationibus, cum tamen ſit plane aliunde, ut mera ſuperſtitio, vel melancholia magiam conſtituat, Neque vero ſufficit dicere: ſi non eſt a diabolo, ego originem illius, vel cauſam indicare non poſſem, ſed ignorarem, unde ſit, ergo eſt a diabolo. Quam multa enim ſunt, quæ ignoramus? Igitur ſicuti ad mitiorem inclinamus, ubi medicus vulneris lethalitatem aſſerere non audet; Ita multo magis in obſcuro crimine magiæ, quod minimum eſt ſequi, ſive humaniorem ſententiam amplecti debemus. Quamvis ſi de damno dato conſtet, licet de modo non conſtet, nocenti, ut nocenti, pœna infligi poſſit, verus an pſeudomagus ſit, non intereſt. Alicubi modus quæſtionum a territorii Domino præſcriptus v. g. in ducatu Würtembergico, de quibus BESOLD *verbo Hexen in fin.* Idem factum in Bavaria *vid.* MANZ. *inf. h.* de Comitatu Tyrolenſi agit *p. 69.* II. FROLICH. — Monita neceſſaria circa inquiſitionem rerum magicarum defoſſarum. — Ubi quæſtiones magis proponendæ lege publica præſcriptæ.

-LICH. Syllabum quoque earundem quæſtionum ordine conſcripſit GOEHAUSEN. *qu.* 18. *proc. ſag.* Ceterum legenti harum quæſtionum fabricam ratio facile patebit, quare ſagarum confeſſiones ſint uniformes, quia ſcilicet uniformiter interrogantur, accedit, quod traditio, ſuperſtitio & cerebri vetularum corruptio ſint uniformes. Unde cadit vis argumenti MAURITIANI ab hoc uniformitate deſumti.

Quænam quæſtio in contextu omiſſa prudenter addatur.

*3 Addenda etiam quæſtio: an ſaga non anxie deſideraverit ſcire magicas artes, annon conceptis verbis optaverit montem Bructerorum adire, per aërem volitare & quædam alia, ut ſtilo medii ævi dicuntur: ſtultamenta. Nam ex nimio deſiderio rerum, quas non habemus, oritur imaginatio, quod eas habeamus, ut variis exemplis non tantum veneris mancipiorum, ſed etiam ambitioſorum & avarorum conſtat. Apud quos ſæpe vehementiorem cupidinem in quandam maniam & phantaſiæ corruptionem degenerare videmus, ut deperdite res quaſdam expetentibus, res ipſæ efflictim expetitæ coram & præſentes ante oculos eſſe videantur.

ARTIC. LIII.

Von gemeinen unbekannten Fragſtücken, auf Bekänntniß, die auf Marter geſchicht.

Aus den obgemeldten kurtzen Unterrichtungen kan ein jeder Verſtändiger wohl merken, was nach Gelegenheit jeder Sachen, auf die bekannte Miſſethat des Gefragten weiter und mehr zu fragen, daß zu Erfahrung der Wahrheit dienlich iſt, welches alles zu lang zu beſchreiben wäre. Aber ein jeder Verſtändiger aus dem obbemeldeten Anzeigen wol verſtehet, wie er ſolch Beyfrag in andern Fällen thun ſoll, darum ſolch Wahrzeichen und Umſtände von demjenigen, der ein Miſſethat bekannt hat, gefragt werden, die kein Unſchuldiger wiſſen,

ſen, oder ſagen kan: und wie der Gefragte die fürgehaltene Unterſcheid erzehlet, ſoll auch eigentlich aufgeſchrieben werden

ARTIC. *LIII.*

HIc articulus ut LIV. LV. LVI. cum projectis convenit.

NOTAE AD ARTIC. *LIII.*

§. 1. Quæ hic monentur de temperandis quæſtionum regulis, ne indiſcriminatim & cæco impetu judex illis ſolis inhæreat, ſed in genere reſpiciat: Was zur Erfahrung der Wahrheit dienſtlich iſt, i. e. quæ detecta vel ſaluti reipubl. vel inquiſito proſunt, facillime ſibi conſtant. *Quomodo judex dictis in Carolina de interrogationibus reorum uti debeat.*

* Addit ipſe Imperator rationem, ſcilicet omnia præſcribi non poſſe. Circumſtantiæ enim omnes prævideri nequeunt; prudentia in genere doceri nequit.

§. 2. Additur, quod inſuper ita inquiſitio ſit inſtituenda, ut inquiſitus, factum in genere confeſſus, quæratur de ejusmodi circumſtantiis, quæ innocentem latent, nocenti autem ſoli probabiliter cognitæ eſſe poſſunt. * *Cur inquiſitus præcipue*

* Videntur hæc ab Imperatore addita ob torturæ incertam fidem, quaſi non ſufficiat ſimplex confeſſio, utpote quæ doloribus, quæ metui deberi poteſt. Verum quod ea expiſcanda, quæ veritati dictorum ab inquiſito ſpeciem concilient, qualia omnia ſunt iſta, quæ inquiſitus ordine recenſet, in occulto tamen acciderunt, ut nemini niſi delicti auctori vel conſcio cognita eſſe queant. Hæc enim ſi dein poſt inquiſiti examen, ita ut confeſſus eſt, in facto deprehenduntur, quin revera inquiſitus nocens ſit, dubitare non ſinunt v. c. ſi de falſificatione monetæ quæſitus, factum fateatur, inſtrumenta, quibus uſus, cum loco, ubi recondita indicet, ſatis judici de ſcelere ſuo fidem fecit, *de circumſtantiis ipſi ſoli probabiliter cognitis interrogandus.*

ſi

ſi ita in ulteriori indagatione ſingula reperiantur, ut eadem quæſitus deſcripſit. De homicidio *vid. ſupr. ad Art. XIX. ibique not.*

Actuarii officium circa protocolla ſcribenda, et quo ſtylo uti debeat,

§. 3. Ceterum de diligentia Actuarii, ut de verbo ad verbum inquiſiti dicta annotet, jam aliquoties monitum. *

* Non elegantiam, non verborum ſelectum, ampliationem aut compendium, ſed unice inquiſiti relata reſpicere debet. Regiſtraturæ comites enim ſunt ſinceritas & ſimplex veritas. *vid.* KAYSER. *p.57. prax. crim. 333.* caſum *vid. infra ad Artic. 187.*

ARTIC. *LIV.*

Von Nachfrag und Erkundigung der böſen bekannten Umſtänden.

So obbemeldte Fragſtück auf Bekänntniß, die aus, oder ohne Marter geſchicht, gebraucht werden, ſo ſoll alsdann der Richter an die End ſchicken, und nach den Umſtänden, ſo der Gefragte der bekannten Miſſethat halber erzehlt hat, ſo viel zur Gewißheit der Wahrheit dienſtlich, mit allem Fleiß fragen laſſen, ob die Bekänntniß der obberührten Umſtände wahr ſeyn, oder nicht. Denn ſo einer anzeiget die Maß und Form der Miſſethat, als vor zum Theil gemeldet iſt, und ſich dieſelben Umſtände alſo erfunden, ſo iſt daraus wol zu mercken, daß der Gefragte die bekannten Miſſethat gethan hat, ſonderlich, ſo er ſolche Umſtände ſaget, die ſich in der Geſchicht haben begeben, die kein Unſchuldiger wiſſen kann.

ſupr. Art. XLVII.

NOTÆ AD ARTIC. *LIV.*

In confeſſione non nudis verbis, ſed rebus repertis credendum.

Articulus per ſe perſpicuus, ſcilicet inquiſito quaſdam circumſtantias confitente, dein in facto indagandum * eſſe, an ita revera ſe habeant.

* Recte DÖPLERUS *p. 3-9. P. I.* de hac indagatione: Hier ſoll

ſoll ſich der Richter Leute und Boten auszuſchicken, keine Mühe noch Geld dauren laſſen. Ratio eſt, quod ſæpe inquiſiti faſſi ſint ea, quæ non commiſerunt, vera autem facinora reticuerint. *artic. ſequ.*

ARTIC. *LV.*

Wo die bekannten Umſtände der Miſſethat in Erkündigung nicht wahr erfunden würden.

Erfindet ſich aber in obgemeldter Erkündigung, daß die bekannten Umſtände nicht wahr wären, ſolche Unwahrheit ſoll man dem Gefangenen fürhalten, ihn mit ernſtlichen Worten darum ſtraffen, und mag ihn alsdann mit peinlicher Frag auch zum andernmal angreiffen, damit er die obangezeigten Umſtände der Miſſethat recht, und mit der Wahrheit anzeige. Dann je zu Zeiten die Schuldigen die Umſtände der Miſſethat unwahrlich anzeigen, und vermeynen, ſie wollen ſich damit unſchuldig machen, ſo die Erkündigung nicht wahr erfunden werden.

NOTÆ AD ARTIC. *LV.*

Quodſi circumſtantiæ ab inquiſito, in urgichta allegatæ, inſtituta deinde ulteriori inquiſitione falſa deprehenduntur, quæſtio eſt repetenda. * — Si reus falſa confeſſus, quæſtio repetitur,

* Perſequitur hæc FARINAC. *de reo confeſſo & convicto qu. 51. c. 8. n. 304.* ubi plura videnda. Diſpiciet tamen judex, annon quædam cauſæ ſubſint, quare res in alio ſtatu, quam eundem inquiſitus deſcripſit, deprehendatur v. c. annon forte res furtivæ ab aliis quæſtus cupiditate effoſſæ, & e loco indicato ablatæ, an non infans ſepultus a beſtiis e fovea erutus, vel ab aliis ablatus. Sane rerum furtivarum ejusmodi amotio, ſi in furto plures complices criminisque adjutores concurrunt, facile accidere poteſt. BEYER. §. 4 *h.* In magia noxia malum, quod accidit ratione temporis, cauſæ, effectus, diligenter examinandum eſt, ut conſtet, an opera diabolica in- — De prudentia judicis res a reo indicatas non invenientis in loco indicato.

Quid ſi quæſtio de delicto tranſeunte?

tervenerit, an cauſa alia, an mera imaginatione. Sed quid, ſi circumſtantia allegetur, quæ indagari nequeat? tunc in delictis facti tranſeuntis v. c. in adulterio allegatio æſtimabitur ex indiciis contra inquiſitum militantibus. An inter illa & circumſtantiam confeſſam verus nexus ſubſit. In facti permanentis autem delictis, ſolet pœnæ genus imminui. Unde ſi v. c. infanticida ſe tempore noctis in profluentem, aut in ignem furni, aut porcis devorandum partum projeciſſe referat, pœnam gladii, non autem ordinariam pœnam eculei, cum non ſatis conſtet de corpore delicti, dictitari, notat CARPZ. *qu. IX. n. 61.* Quæ ſententia, ſi de infante vivo edito ex ore inquiſitæ conſtet, dubio caret, ne nimium ſint melioris conditionis infantes atrociſſimo mortis genere necantes, quam ſimpliciter occidentes.

De infanticidio, ubi infans non reperitur.

ARTIC. *LVI.*

Keinem Gefangenen die Umſtände der Miſſethat vorzuſagen, ſondern ihn die gantz von ihm ſelbſt ſagen laſſen.

Marter und Bedräuung der Marter æquiparantur, ut neutra ex his profecta confeſſio: LIBERA dicatur. Nec aliter ſentiendum de confeſſione in domo carnificis, licet non coram carnifice facta, ut judicatum A. 1735. Menſ. Mart.

IN den fördern Articuln iſt klärlich geſetzt, wie man einen, der einer Miſſethat, die zweiffelich iſt, aus Marter oder Bedräuung der Marter bekennet, nach allen Umſtänden derſelbigen Miſſethat fragen, und darauf Erkündigung thun, und alſo auf den Grund der Wahrheit kommen ſoll. Solches wird aber damit verderbet, wann dem Gefangenen in Annehmen oder Fragen dieſelben Umſtände der Miſſethat vorgeſagt, und darauf gefragt werden. Darum wollen wir, daß die Richter ſolchen fürkommen, daß es nicht geſchehe, ſondern dem Verklagten nicht anders, vor oder in der Frag, fürgehalten werde, dann nach der Weiß, als klärlich in den vorhergehenden Articuln geſchrieben ſtehet.

Der Gefangene ſoll auch zum wenigſten über den andern, oder mehr Tag nach der Marter, und ſeiner Bekännt-

Digitized by Google

kånntniß, nach Gutbedünken des Richters, in die Büttelſtuben, oder ander Gemach, für den Bannrichter und zween des Gerichts, geführet, und ihm ſein Bekänntnis durch den Gerichtsſchreiber fürgeleſen und alsdenn anderweit darauf gefragt, ob ſein Bekenntnis wahr ſey, und was er dazu ſage, auch aufgeſchrieben werden.

NOTAE AD ARTIC. *LVI.*

§. I. Judicis non eſt, corpus delicti fingere, vel ſuppeditare, ubi non eſt, ſed ad ejus officium tantum ſpectat delictum, quod adeſt latetque, detegere, itaque non debet inquiſito ſpeciales delicti circumſtantias ſuggerere. Circa hujus articuli primam partem quærendum eſt ante omnia: quid ſit ſuggeſtio? In genere nihil aliud eſſe videtur, quam ſuppeditatio facti, aut circumſtantiarum facti. Quæ ſane in ſe ſpectata, ad negotia adiaphora pertinet. Unde in articulo XLVII. a Cæſare judici ſuggeſtio ex cauſa commendabatur verbis: ſonderlich erinnern; hic autem viciſſim prohibita creditur in ipſo rubro, imo ut corruptela adducitur in textu verſic. ſolches wird. Judex ſibi temperet a ſuggeſtione, & quid hæc?

* Cum ſuggeſtione tamen non confundenda eſt interrogatio procedens ab uno confeſſo, ad indagandum aliud non confeſſum cum confeſſo tamen probabiliter connexum, propter *Art. 48.* Nam ad cohærentes circumſtantias etiam interrogatione ſpecialiter de illis formatâ, judex recte procedit *vid.* COCCEJI *de ſuggeſt. c. V. §. 25.* Neque ad prohibitam ſuggeſtionem pertinet quæſtio ſpecialis de illis, quæ faciunt ad rei defenſionem *vid. Art. XLVII. ſupra.* de ſuggeſtione complicum vid. COCCEJI §. 30. Sc, ſi ſocios jam in genere nominavit inquiſitus, moneri poteſt ut nominetenus eosdem indicet, imo judex ipſe quendam nominare poteſt, ſi jam contra illum indicia adſint, aut de illo probabiliter conſtet, patet vero ex his ſimul, quod Quæ interrogationes cum ſuggeſtione non confundendæ. Quando reus de certo nominato ſocio interrogandus.

Quid ſi quæſtio de delicto tranſeunte?

terveneri͏t, an cauſa alia, an mera imaginatione. Sed quid, ſi circumſtantia allegetur, quæ indagari nequeat? tunc in delictis facti tranſeuntis v. c. in adulterio allegatio æſtimabitur ex indiciis contra inquiſitum militantibus. An inter illa & circumſtantiam confeſſam verus nexus ſubſit. In facti permanentis autem delictis, ſolet pœnæ genus imminui. Unde ſi v. c. infanticida ſe tempore noctis in profluentem, aut in ignem furni, aut porcis devorandum partum projeciſſe referat, pœnam gladii, non autem ordinariam pœnam eculei, cum non ſatis conſtet de corpore delicti, dictitari, notat CARPZ. *qu. IX. n. 61.* Quæ ſententia, ſi de infante vivo edito ex ore inquiſitæ conſtet, dubio caret, ne nimium ſint melioris conditionis infantes atrociſſimo mortis genere necantes, quam ſimpliciter occidentes.

De infanticidio, ubi infans non reperitur.

ARTIC. *LVI.*

Keinem Gefangenen die Umſtände der Miſſethat vorzuſagen, ſondern ihn die gantz von ihm ſelbſt ſagen laſſen.

Marter und Bedräuung der Marter æquiparantur, ut neutra ex his profecta confeſſio: LIBERA dicatur. Nec aliter ſentiendum de confeſſione in domo carnificis, licet non coram carnifice facta, ut judicatum A. 1735. Menſ. Mart.

In den fördern Artickuln iſt klärlich geſetzt, wie man einen, der einer Miſſethat, die zweiffelich iſt, aus Marter oder Bedräuung der Marter bekennet, nach allen Umſtänden derſelbigen Miſſethat fragen, und darauf Erkündigung thun, und alſo auf den Grund der Wahrheit kommen ſoll. Solches wird aber damit verderbet, wann dem Gefangenen in Annehmen oder Fragen dieſelben Umſtände der Miſſethat vorgeſagt, und darauf gefragt werden. Darum wollen wir, daß die Richter ſolchen fürkommen, daß es nicht geſchehe, ſondern dem Verklagten nicht anders, vor oder in der Frag, fürgehalten werde, dann nach der Weiß, als klärlich in den vorhergehenden Artickuln geſchrieben ſtehet.

Der Gefangene ſoll auch zum wenigſten über den andern, oder mehr Tag nach der Marter, und ſeiner Bekännt-

kånntniß, nach Gutbedünken des Richters, in die Büttelſtuben, oder ander Gemach, für den Bannrichter und zween des Gerichts, geführet, und ihm ſein Bekånntnis durch den Gerichtsſchreiber fürgeleſen und alsdenn anderweit darauf gefragt, ob ſein Bekenntnis wahr ſey, und was er dazu ſage, auch aufgeſchrieben werden.

NOTAE AD ARTIC. *LVI.*

§. I. Judicis non eſt, corpus delicti fingere, vel ſuppeditare, ubi non eſt, ſed ad ejus officium tantum ſpectat delictum, quod adeſt latetque, detegere, itaque non debet inquiſito ſpeciales delicti circumſtantias ſuggerere. Circa hujus articuli primam partem quærendum eſt ante omnia: quid ſit ſuggeſtio? In genere nihil aliud eſſe videtur, quam ſuppeditatio facti, aut circumſtantiarum facti. Quæ ſane in ſe ſpectata, ad negotia adiaphora pertinet. Unde in articulo XLVII. a Cæſare judici ſuggeſtio ex cauſa commendabatur verbis: ſonderlich erinnern; hic autem viciſſim prohibita creditur in ipſo rubro, imo ut corruptela adducitur in textu verſic. ſolches wird. **Judex ſibi temperet a ſuggeſtione, & quid hæc?**

* Cum ſuggeſtione tamen non confundenda eſt interrogatio procedens ab uno confeſſo, ad indagandum aliud non confeſſum cum confeſſo tamen probabiliter connexum, propter *Art. 48.* Nam ad cohærentes circumſtantias etiam interrogatione ſpecialiter de illis formata, judex recte procedit *vid.* COCCEJI *de ſuggeſt. c. V. §. 25.* Neque ad prohibitam ſuggeſtionem pertinet quæſtio ſpecialis de illis, quæ faciunt ad rei defenſionem *vid. Art. XLVII. ſupra.* **Quæ interrogationes cum ſuggeſtione non confundendæ.** de ſuggeſtione complicum vid. COCCEJI §. 30. Sc, ſi ſocios jam in genere nominavit inquiſitus, moneri poteſt ut nominetenus eosdem indicet, imo judex ipſe quendam nominare poteſt, ſi jam contra illum indicia adſint, aut de illo probabiliter conſtet, patet vero ex his ſimul, quod **Quando reus de certo nominato ſocio interrogandus.**

Articuli inquiſitionis cauſæ formandi.

judex in articulis inquiſitionalibus non debeat pro certis ponere v. c. wahr daſs u. ſ. w. quæ nuſpiam probabiliter adhuc demonſtrata ſint, ſed tantum per modum quæſtionis: ob nicht Inquiſiti, vel ob Inquiſit &c.

Diviſio ſuggeſtionis & utriusque definitio.

§. 2. Igitur diſcrimen conſtituendum eſt inter ſuggeſtionem juſtam et injuſtam. Hanc definit COTHMANN *Vol. III. Reſp.* 29. *n.* 327. quæſtionem, quæ ſine cauſa, ſine argumento, ſine præſumtione fit. Nos ita: *eſt ſuggeſtio circumſtantiarum ſpecialium, quæ vel reo callido ſuppeditat occaſionem, ut mentiendo elabatur, vel confundunt reum ſtupidum, ut nec videat, nec intelligat media ſuæ defenſionis.* Ergo vice verſa juſta erit: quæ interrogationes * ita moderatur quoad circumſtantias ſpeciales, *ut veritas eliciatur a callido, nec circa media defenſionis ſimplex & ſtupidus confundatur.*

Quomodo ſuggeſtio juſta ab injuſta ſecernenda.

* In L. 1. §. 21. differentia utriusque ſuggeſtionis quæritur in eo: an judex ſpecialiter interrogaverit, an generaliter? Enim vero, licet ſtatim initio inquiſitionis in interrogationibus non ſint miſcenda ſpecialia, ſed quærendum ſecundum notum verſiculum: *quis, quid, ubi?* nihilominus magis adhuc ratio habenda illorum, de quibus in definitionibus ſcilicet, an ſpeciales circumſtantiæ jam aliquatenus e conjecturis eluceſcant, vel demonſtratæ ſint, an interrogandus homo ſimplex, fatuus, an viciſſim vafer, aſtutus.

De judice factum non ſuggerente, ſed reo plane obtrudente.

§. 3. Potiſſimum cavendum eſt judici, ne pauxillis tantum de delicto aliquo præceptis mox integram ſibi ſpeciem facti concipiat, quam deinde pertinaciter defendat, reoque non tam ſuggerat, quam plane obtrudat. Ut quibusdam judicibus ambitioſis in more poſitum fuiſſe experti ſumus. Cum tamen maxime injuſtum, & puniendum facinus eo ipſo committatur.

§. 4.

Digitized by Google

§. 4. Ceterum auctori * ſcripti Brunſvicenſis contra OLDECOPIUM *pag.* 83. viſum fuit Art. LVI. non reſpicere favorem reorum, ſed tradere cautelam pro judice, ne interrogatione ſpeciali reo occaſionem mentiendi et effugiendi præbeat. Cui ſatis dure reſpondet OLDECOP *ſingul. ſcript. p.* 116. *ſequ.* Verum nos facile caremus hac diſputatione, explicita jam genuina utriusque ſuggeſtionis natura. Lis de ſenſu articuli inter S. & O.

* Qui fuit celeberrimus IOANNES STRAVCHIVS, Syndicus Brunsvic.

§. 5. Altera pars articuli abſolvitur deſcriptione ratificationis præcipue ratione loci & *1 temporis. *2 Opus autem eſt ratificatione toties, quoties confeſſio non eſt libera, nicht ein freywillig Bekänntniſs, ſpecies v. ad *margn. Artic. præc.* De ratificatione.

*1 Ratificatio eſt veluti de eſſentia ne confeſſioni obſtet exceptio: *quod metus cauſa.* Itaque non tantum, ſi ipſa tortura adhibita, ſed quoque in cauſa factæ territionis de illa judicem oportebit eſſe ſollicitum, cum et hic metus concurrat, adde EYBEN, *p. 417. in fin.* Reliqua forenſia facile diſcuntur ex DOEPLERO *P. I. p. 378. 386. 433.* & KAYSERO *p. 694 ſequ.* ubi a ratificatione omnem vim urgichtæ ſuſpendit. Cur illa opus & circa quam confeſſionem

*2 In der Amts-Gerichts-oder Büttel-Stube, oder in dem Gefängnis, modo fiat extra locum torturæ præſentibus Scabinis, Actuario & Judice 388. DOEPL. Inſtrumentum ſuper ratificatione confectum excludere revocationem, tradit idem *p. 388.* Formula integra extat *p. 433. ibid.* Ubi ratificandum & quis hic videndus?

ARTIC. *LVII.*

So der Gefangene vorbekannte Miſſethat wieder läugnet.

So der Gefangene der vorbekannten Miſſethat läugnet, und doch der Argwohn, als vorſtehet, vor

 Augen

Augen wäre, ſo ſoll man ihn wieder ins Gefängnis führen, und weiter mit peinlicher Frag gegen ihn handeln, und doch mit Erfahrung der Umſtände, in allwege fleißig ſeyn, nachdem der Grund peinlicher Frag darauf ſtehet: Es wäre dann, daß der Gefangene ſolche Urſachen ſeines Läugnens fürwendete, dadurch der Richter bewegt würde zu glauben, daß der Gefangene ſolche Bekänntniß aus Irrſal gethan, alsdann mag der Richter denſelben Gefangenen zu Ausführung und Beweiſung ſolches Irrſals zulaſſen.

ARTIC. *LVII.*

Revocatio reorum duplex vel nominationis, vel confeſſionis, et quot ſpecies hæc contineat.

VErba: Es wäre dann, daſs der Gefangene u. ſ. w. in projectis omittuntur.

NOTÆ AD ARTIC. *LVII.*

§. 1. De revocatione nominationis complicis exponit Artic. XXI. n. 5, quæ dein repetuntur in Articulo CIII. De renovatione confeſſionis in ſe ipſum factæ, notandi ſunt 3 caſus 1) Si revocatio fit inter medios adhuc cruciatus, ut quæſitus mox neget, mox affirmet, de quo Artic. LVIII. Scilicet cum hic magis variatio, quam revocatio vera ſubſit, ceſſat hic dubium: an quæſtio ſit repetenda? Sed hic variatione inquiſiti non attenta, quæſtio ad modum præſcriptum continuatur. 2) Revocatio fit tempore inter urgichtam & ratificationem medio. Dum reus urgichtam ſemel editam, terminum ratificationis, vel in ipſo termino revocat, ut in articulo noſtro LVII. 3) Revocatio aliquando fit, poſt ratificationem v. c. dum reus ducitur ad ſupplicium, ut in Articulo XCI.

An ob revocationem ante ratificationem quæſtio repetenda?

§. 2. In ſpecie articuli noſtri judex jubetur excutere circumſtantias, an hujus revocationis a revocante quædam

Digitized by Google

dam probabilis ratio allegetur, an nulla allegetur, nihilque appareat, quod graviſſima indicia, ob quæ tortura decreta eſt, dubia reddat, aut elidat. Quo caſu inquiſitus revocans denuo torturæ ſubjiciendus eſt. *

* An vero opus pro reiteratione torturæ novis indiciis? ſane non videtur, cum priſtina adhuc adſint, & revocatio temeraria ipſa loco indicii novi ſit STEPHAN. *h.* MANZ. *n. 4. h.* Moribus opus eſt nova actorum transmiſſione. **An opus novis indiciis?**

§. 3. Quodſi denuo fateatur inquiſitus, ſed iterum ante ratificationem revocet, de tertia tortura ſtatuitur a conſilio collegii Jurisconſultorum. * **Quid ſi poſt ſecundam quæſtionem revocatio facta?**

* Caſus hic quidem *in art.* non continetur, ita tamen communi praxi deciditur. Regulariter non pergitur ad tertiam torturam, niſi 1) delictum ſit atrocius, 2) prima & ſecunda quæſtio non fuerit jam fere plene adhibita. Nam alias bis jam tortus, vix par erit novis doloribus ferendis, 3) niſi indicia ſint vehementiſſima. Adhibenda tamen eſt accurata circumſpectio, de qua BRVNNEMANN. *c. VIII. Membr. 5. n. 86. proc. inquiſit.* quo omnis ſævitiæ ſuſpicio evitetur. In eo conveniunt JCti, quod ad quartam torturam deveniendum non ſit, ſed inquiſitus extra ordinem coërceatur. Licet diſſentiat ZIERIZ *ad Art. ſequ.* & quartam torturam concedat. Imo dicta de reiteratione torturæ aliquando fallunt, quid ſi enim inquiſitus non ſit robuſtus, ſed infirmior, ſive ſchwacher Natur? Sufficiet hoc caſu, eum poſt revocationem tantum terrere, DOEPLER *l. p. 383. p. 300.* ubi præjudicium JENENSIVM. Junge hic Dn. GRIBNER. *Diſſert. de Reiterat. tortur.* ubi plurium ſententias in hoc negotio examinat. Tandem vero *§. 18.* in extraordinariam, ut nos, inclinat. **An Carolina de tertia tortura agat, & quando huic locus. De quarta tortura.**

§. 4. Sequitur altera ſpecies Articuli, ſi * ſc. inquiſitus quaſdam veroſimiles revocationis cauſas alleget, quo caſu nonniſi his demum penſiculate examinatis de modo torturæ pronunciandum eſt. **Quando revocans audiendus, antequam de nova quæſtione ſtatuatur.**

* Dici-

Vanus circa verba: aus Irrſal: quorundam ſcrupulus &

* Dicitur in textu, niſi inquiſitus tales cauſas docere poſſit, ut judici credibile videatur, confeſſionem factam ex errore proceſſiſſe. Torquet aliquos vocabulum: ERRORIS. Fieri enim non poſſe videtur, ut inquiſitus in recenſione facti proprii aberret. Præcipue, ſi expendimus, quod ante torturam plus vice ſimplici v. c. ad inquiſitionales, & aliquando in confrontatione de delicto illiusque circumſtantiis, clare & perſpicue interrogatus ſit. Illud animadverto, quod verba: Es wäre dann, daſs der Gefangene, cum ſequentibus non extent in projectis de Anno 1521. 1529. ut proinde demum ultimis Annis vel 1530. vel 1532. illa acceſſiſſe credibile ſit ad hunc articulum. MANZIUS in notis hic adfert duo erroris exempla v. c. ſi quæſitus, an negotium habuerit cum Titii uxore, item, an cognoverit Titii uxorem, minus recte perciperet, quale negotium, quæ cognitio hic intelligatur, & per errorem diceret: imo habui. Sed de ejusmodi quæſtionum ineptiis judicium eſto penes lectorem. Ceterum non opus eſſe puto, ut circa vocabulum erroris ſcrupulemur, ſufficit, quod mentem Legislatoris facile intelligamus, qui eo reſpexit, ut inquiſitus AUDIENDUS ſit poſt quæſtionem adhuc, ſi velit ſuæ confeſſionis FALSITATEM docere, an ERRORI, an TERRORI, an alii cauſæ autem falſitas debeatur, non intereſt v. c. ſi inquiſitus atrocitatem cruciatus alleget. Imo & error Irrſahl, ut dicitur in textu, varie contingere poteſt. Nam 1) ubi multus terror, ibi facilis error. 2) Error poteſt eſſe ex interrogatione prolixiori, aut inquiſiti captum ſuperante, v. c. ob nicht Inquiſit den Entleibten verwundet, und zwar dergeſtalt, daſs ſolcher Stich abſolute lethal geweſen.

quis ſenſus horum verborum.

Quid ſi actis transmiſſis, antequam revertuntur, nova indicia emergant.

§. 5. Interim uti tortura, propter revocationem ſolam *1 repeti ſolet; ita multo magis nova decernitur propter nova ſufficientia *2 indicia oborta. Imo ſi abſentibus actis nova indicia emergant, judex illis reverſis, mitiori ſententia adventante non obſtante, poterit acta ante executionem ſententiæ, una cum novis indiciis

ciis repertis denuo ad idem collegium, tranſmittere, vel permiſſu ſuperioris ad aliud collegium, uti practicatum novi, ut anno 1714. Blancoburgi juſſi ducis Antonii Ulrici glor. memor. factum in cauſa raptorum Timmenrodenſium.

*1 Si tamen præter ſolam revocationem nil amplius acceſſerit ad gravandum inquiſitum, tunc judicem ante omnia & delicti atrocitatem, & indiciorum gravitatem æſtimare debere, jamjam diximus. Ut proinde ſi v. c. indicia ægre fuerint ad primam torturam ſufficientia, judex vix ad nova tormenta, verum potius ad purgatorium progrediatur. Quod ſi tamen prior tortura vel tantum cœpta vel longe infra indiciorum gravitatem decreta, nova poſt revocationem urgichtæ vel ex hoc ſolo capite decernitur, quod priora indicia non purgata, imo urgichta temere revocata aucta ſint. Quid ſi ad revocationem nova indicia acceſſerint.

*2 Debent autem PER SE ſufficere, nec enim ratio habenda eſt indiciorum per præcedentem torturam purgatorum. Nec nova indicia cum priſtinis eliſis jungi debent *conſ.* GRIBNER *diſſert. de reiteratione torturæ.* Nova tortura requirit nova diſtincta a prior. indiciis.

ARTIC. *LVIII.*

Von der Maaß peinlicher Frag.

Die peinliche Frag ſoll nach Gelegenheit des Argwohns der Perſon, viel, offt, oder wenig, hart, oder linder, nach Ermeſſung eines guten vernünftigen Richters fürgenommen, oder aufgeſchrieben werden: und ſoll die Sag des Gefragten nicht angenommen oder aufgeſchrieben werden, ſo er in der Marter, ſondern ſoll ſein Sag thun, ſo er von der Marter gelaſſen iſt.

ARTIC. *LVIII.*

Verba: nach Ermeſſung eines vernünftigen Richters nondum habentur in proj. 1521. bene in proj. 1529. ubi per verbum: Richters, inſertum: oder ſeine Obrigkeit.

Digitized by Google

NOTÆ AD ARTIC. *LVIII.*

Tortura moderanda eſt, ejus actus regendi, temperandi ſunt. ſecundum a) indiciorum,

§. 1. Duæ ſunt hujus Articuli partes, prima usque ad verba: fürgenommen werden, de temperamento modoque torturæ agit, ut temperetur ſcil. ſecundum indiciorum gravitatem tam reſpectu numeri v. c. wie viel mahl das Zuſchrauben und Lüfften, Aufziehen und Nachlaſſen zu wiederholen: in verbis: viel, offt, oder wenig, quam reſpectu modi ipſius cruciatus & vehementiæ: des v. c. Zuſchraubens, Anziehens, Schnürens, wie ſtarck ſolches geſchehen ſoll, per verba hart oder linder.

b) criminis, & delinquentis indolem.

§. 2. Rationem inſuper habendam ipſius delicti ejusque atrocitatis, imo & ſtatus accuſati quærendi, licet hic non addatur, nemo negabit, qui ſanam rationem & Articulum ſequentem LIX. conſulit.

Quæ circa torturæ applicationem Carolus omiſerit & unde hæc omiſſio ſupplenda.

§. 3. Ceterum formam torturæ Cæſar non ſatis plene ac diſtincte definit: Wie lange der Delinquent, mit was Inſtrumenten, oder mit wie vielen Graden derſelbe anzugreiffen ſey, ingleichen, ob die Pein auf einmal und in einer ſerie, zu einer Zeit angefangen und vollzogen werden müſſe. Neque vero hoc opus fuit, nec ſat commode fieri potuit. Sufficit regula generalis, quod tortura debeat eſſe medium indagandi & eliciendi veritatem durius quidem, tale tamen, quod innocentem vitæ non inutilem, nocentem autem ad ſupplicium ferendum non inidoneum reddat, ut facile colligitur e dictis a Cæſare hoc et ſequenti Articulo & *l.* 7. *l.* 10. §. 3. *tit. de quæſt.*

Methodus torquendi vetus 1. 2. 3.

§. 4. Exinde regimen ducale * Cellenſe & Cancellaria principis Anhaltino-Cöthanavienſis ante hos annos crediderunt, in foro criminali non citra diſcrimen inhærendum eſſe methodo torquendi paſſim receptæ, quæ his ab-

abſolvitur 1) ut non adhibeantur, niſi inſtrumenta quæſtionis ſueta: Daumſchrauben, Beinſchrauben, Schnüren mit den Banden, und Ausſpannung auf der Leiter, 2) ut inquiſitus non niſi per horulæ ſpatium, ut alias tradunt criminalis juris magiſtri, in eculeo hæreat, 3) ut una eademque ſerie non interrupta tota quæſtio peragatur. Nam contra famoſos prædones fureſque veteranos & exercitos una jam & altera vice tortos, nova inſtrumenta, quæ plus cruciatus inferunt contumaci, in ſubſidium vocari, pertinacem diutius per plura tormenta ad confitendum adigi, imo 4) ſpecies cruciatuum diſtinctis temporum intervallis, adhiberi poſſe, ut hodie pollices pedesque comprimantur, cras obſtinatus per fidiculas interrogetur, & perendie reliquus atrox tormentorum apparatus applicetur. Hos homines peſſimos enim methodum torquendi receptam optime experientia perſpectam habere, ſuosque ſocios eandem docere, quod cruciatu non adeo multiplici, nec adeo durabili longoque conſtet, ſed quod per horam oporteat tantum propoſiti ſui de non confitendo eſſe tenacem. Ut proinde his torturam ſuetam dictare velle, ſit abſolvere eosdem. Ut jam olim BOERIUS conqueſtus.

Recentior & quare tripliciter contra quosdam reos exacerbatus.

* Confer, quæ prodierunt vom Diebſtahl der Gülden-Taffel zu Lüneburg & von Mord des Pfarrers zu Ederiz, ubi nova methodus obſervata.

Caſus & actus in hanc rem.

§. 5. Quare Cellenſium & Cothenavienſium reformationes ſuis cauſis minime deſtituuntur. Nam regulæ in §. 3. recitatæ & hæc addenda videtur: *media eruendæ veritatis ita comparata eſſe debere, ne a malis expertis* ludibrio habeantur, vel qui imbiberunt plane malitiam pervicacia, ſuoque robore nixi quævis peſſima ſcelera patrata inulta ferant.

Unde hæc novitas defendi poſſit.

Quatenus imitanda &

§. 6. Enim vero ad hæc extrema, ſalva juſtitia ſalvoque humanitatis ſenſu non transgrediendum videtur, niſi reſpectu extreme malorum, atrociſſime delinquentium, et de quibus haud levis ſuſpicio eſt, quod a ſociis uſitata tormenta jam hinc inde perpeſſis perſuaſi ſint, poſſe a paululum robuſtiori citra ſanitatis diſcrimen integrisque membris ſufferri conſuetam quæſtionem & poſtea ad antiquum rediri.

cur non in univerſum.

§. 7. Nam extra hanc ſpeciem ſingularem conſcientiæ judicis magis convenit moris recepti eſſe tenacem, utpote alias ſat acerbi: Imo non niſi improbioris judicis dicterium eſt: torturam eſſe ens omnipotens vid. DOEPLER 341. OLDECOP. *IV. obſ. 9. f.* Siquidem hoc ſemel admiſſo, tortura non amplius erit medium eruendæ veritatis, ſed inſtrumentum crudelitatis extorquendi confeſſionem quamcunque a tortore inhumano deſideratam. vid. QVINTIL. *De ol. CXXXVIII.*

Quando de augenda tortura in Saxonia cogitatum.

* De augenda tortura in Saxonia cogitatum a 1709 occaſione graſſatorum, & raptorum Beichlingianorum, ſuetos cruciatus parum curantium. Hiſtoria diſci poteſt ex BERGERI electis criminalium p. 289. & ſequ. ubi reſcripta aulæ & relationes collegiorum.

Quæ methodus ſervanda circa invenienda nova tormenta.

§. 8. Alias hic etiam agi ſolet de novorum tormentorum inventione. Exempla ex actis obſervavimus: Das doppelte Spaniſche Fuſsbath, das Meklenburg. Inſtrument. Sæpe inquit MANZIUS *h. judices hic magis ingenioſi ſunt, quam carnifices.* Novorum inveniendi rationem ita deſcribit BEYER h. quod adeundus ſit princeps, qui carnificum inventa audit, collegiorum Juridicorum, Medicorum, ne miſer plane occidatur, aut in eculeo dilanietur, judicia expoſcit, et tandem novum inventum lege publica confirmat.

§. 9.

§. 9. Unum adhuc monendum reſtat, quod pariter acta ad collegium noſtrum transmiſſa ſuggeſſerunt. In præfectura principis apud Tencteros captus erat miles, qui furtum cum effractione, et ne prehenderetur cum cæde: eines Lieutenants commiſerat; Decreverat Collegium N. ut in eculeo de commiſſis quæreretur. Præfectus decretum executus erat, ſed militem tantum de rapina interrogaverat, omiſſa de homicidio quæſtione. Sciſcitabatur proinde ex nobis, cum quæſitus rapinam in eculeo conſtanter negaſſet, annon reiterationi quæſtionis ratione, homicidii locus foret, quod poſt quæſtionem pleniſſime ſemel habitam merito negavimus. Decreti enim non erat, nec decerni aliter poterat non niſi una tortura. Atqui uti plurimum delictorum capitalium non niſi unum ultimum ſupplicium decernitur; ita & idem obtinet in quæſtionis argumento. An tortura ſecundum numerum criminum commiſſorum multiplicanda.

§. 10, Excipit nunc pars altera Articuli, quod dicta delinquentis in ipſo cruciatu, dum adhuc in eculeo hæret, dum fidiculæ adhuc hinc inde ſtringuntur, non debeant in protocollo actuarii ſcribi, ſed ea tantum, quæ remiſſo cruciatu fatur. De dictis a reo in cruciatu non annotandis, &

§. 11. Unde ſcriptores juris criminalis argumentati ſunt. Si dicta inquiſiti aut accuſati in hac ſpecie ſunt extra curam actuarii, nec regeſtis inſerenda; fas quoque non eſt judici, ad articulos miſerum inter cruciatus interrogare, cum utique reſponſio, & interrogatio ſint correlata, imo fruſtranea videtur interrogatio, ad quam reſpondiſſe legitimo effectu caret. Quare in uſu forenſi hactenus obtinuit, ut admiſſa in cruciatu fuerit interrogatio tantum in genere: Ob Angeklagter, oder Inquiſit nunmehro bekennen wolle, omni interrogatione ad Articulos ſingulares plane omiſſa. Imo ubi moris quatenus reus inter cruciatus interrogandus.

ris fuit pro ſupprimendo quæſiti inter dolores clamore & ejulatu, pirum ferreum ori miſeri immittere moneri ſuevit: Daſs Inquiſit, wenn er bekennen wolte, mit dem Kopff nicken ſolte.

Planior ſolutio hujus quæſtionis per diſtinctionem & modum interrogationum.

§. 12. Silent alias commentatores, quos in præfatione recenſuimus, & in ipſo opere conſuluimus hic omnes, nec præſentem quæſtionem vel levi brachio perſtringunt. Nobis diſtinctio interrogationum, quam praxin judiciorum hactenus ſervaſſe diximus, ſat probabilis videtur. Nam uti bono prudentique judici incumbit, ut quoad ejus fieri poteſt, citius e delinquente veritatem eliciat; ita nec inter tormentorum applicationem otioſum eſſe ipſum decet, ſed in GENERE rogando, inſtare, ut quæſitus ipſis quippe cruciatibus confeſſionem ſpondeat. Viciſſim autem uti impoſſibile eſt, ut mens inquiſiti in afflictiſſimo hoc rerum ſtatu turbata & exquiſitiſſimo cruciatu hinc inde diſtracta, vim, naturam, indolemque ſpecialium interrogationum perſpiciat; ita quoque prudentiæ & æquitatis limites migrat judex, qui hoc tempore ſubtilibus, & ſimul inutilibus quæſtiunculis ſpecialiſſimis delinquentem tam inopportuno tempore aggreditur.

§. 13. Ergo paucis *medium tenuere beati* item: *qui bene diſtinguit, bene docet.* Secundum illud dicterium interrogetur reus in tortura in genere SUMMATIM. Ob er auf die ihm gleich vorher in der Güte vorgeleſene Artickel ſein Bekänntniſs thun wolle, non ſigillatim de Articulis omnibus & ſingulis. Quia quæſitus non poteſt in hoc ſtatu capere ſingula, nec eculeus muſeum eſt, ubi alias feliciter ſuccedunt meditationes ad plura argumenta, ſive ad plura interrogatoria. Secundum hoc attendatur, an quæſitus ad paucas unius delicti circum-

cumſtantias interrogandus v. c. Ob inquiſit noch nicht geſtehen wolle, daſs er zuerſt zur Wehre gegriffen, und auf den Entleibten eingedrungen. it. ob er nicht bekennen wolte, daſs er bey Petro mit Fleiſs das Feuer habe angelegt it. annon facta ſeminis immiſſio in adulterio cum Glycerio. In hac ſpecie delinquenti in cruciatu proponere licebit unum, vel duo ſpecialia interrogatoria integra. An vero viciſſim ſpecies contigerit, ubi interrogatorium vel ob plura facinora, vel ob plures unius facinoris circumſtantias, vel ob complices plures ingens eſt cumulus, et hic magis eſt, ut judex contentus ſit interrogatorio generali & ſummario, quod jam expoſuimus. * Ob Inquiſit bekennen wolle.

* Diſſentiunt quidam, c· .nia interrogatoria in eculeo hærenti prælegenda, eumque deſuper examinandum eſſe rati. Aſt conſentit nobiſcum ordo Juridicus V. apud Dn. WERNHER *V. VI· O. 139.* Nec aliter admittunt (1) contextus articuli in jure, nec (2) prudentia judicis in facto, ſive nexus circumſtantiarum cruciatus, anxietatis & perturbationis ſummæ rei quæſiti. Nec obſtat (1) Cæſar uſus eſt vocabulo: des Gefragten. Ergo loquitur de reo SPECIALITER interrogato inter medios cruciatus. Nam ℞. interrogatus utique eſt reus noſter: in dem ſummariſchen Verhör, Inquiſitional - Articuls, bey der Confrontation, in der Marter - Cammer vom Richter und Scharffrichter immediate vor dem Angriff, adeoque jam quater, ut proinde reus ſatis poſſit dici: GEFRAGTE. Nec opus ſit, verba: DES GEFRAGTEN, de reo inter media tormenta diſtinctiſſime interrogato exponere. Imo & nos interrogavimus eundem in eculeo, licet in genere. Ut nihil dicam, quod: der Gefragte Cæſari ſæpe idem ſit, qui Romanis: quæſitus: der Gepeinigte *arg. Artic. 49. 50. 51. 52. in rubr.* ibidem, non autem: *interrogatus* ſpecialiſſi-

Vindiciæ dictorum de interrogationibus rei cruciatu durante parce adhibendis.

Fragen iſt: peinigen vid. Art. LIX.

liſſime ad ſingulos Articulos. Nec (2) obeſt, quod tantum in genere interrogatus, non poſſit promittere confeſſionem certam plenamque, cum ipſe neſciat, qualem judex generaliter tantum interrogans intelligat, poſcatque. Nam reo ex actibus præcedentibus ſatis notum eſt, quid ex eo quæſitum, quidque negaverit. Audivit interrogatoria jam ſatis vor dem Angriff in der Tortur, eodem temporis momento præcedente. Imo in tergemino examine torturæ præmiſſo jamjam a nobis explicito abunde didicit ſtatum ſuæ cauſſæ. Nec (3) magni momenti eſt, quod interrogationes poſſint continere talia aliquando, quæ reus fateri nequeat ſalva conſcientia. ℞. Hoc videri de rariſſime contingentibus. Debet enim judex interrogando quærere veritatem ſecundum indicia graviſſima, & oppido concludentia, non ea, quæ interrogati conſcientiæ forte refragantur, imo non, ſi eidem refragantur, emendantur, nec meliora fient, licet ſecundum methodum diſſentientium durante adhuc cruciatu eadem ſingula centies prælegantur, miſerque de omnibus ſigillatim & diſtincte interrogetur.

Judicium de momento controverſiæ, an reus inter cruciatus parce, in genere, an multipliciter & in ſpecie interrogandus.

§. 14. Quamvis autem hac methodo regulis æquitatis juriſprudentiæque naturalis, & contextui articuli facile ſatis fiat; attamen non exiſtimamus, quod, ſi judex quæſitum adhuc intra tormenta gementem diſtinctius interroget, eo ipſo, modo ceterorum probe memor ſit, ut remiſſa tortura interrogationes repetat, reſponſa annotanda curet, nec ratificationem ſuo tempore & loco negligat, judicium criminale nullum cenſendum ſit. Nec enim hoc ratio ſuadet, nec Cæſar decernit. Nec quæſitum, dum adhuc in eculeo excruciatur, in ſpecie de admiſſis interrogare, ſub pœna nullitatis proceſſus vetat, uti quidem circa alia v. c. quod crimen atrox & indicia certa eſſe debeant, conſtitutum eſt. Interim judex tamen bonum ordinem, quadam forte res novandi prurigine ſubactus, negligens, temerarium

au-

auſum non inultum, ferre, ſed arbitraria pœna in viam atque ordinem reduci debet. Cum utique fas non ſit, ut judex interrogationibus vanam curioſitatem ſuam circa talia reſponſa, quæ Cæſar indigna eſſe cenſuit, ut ad acta ſcribantur, gratis exerceat.

In quantum tormenta, ſi reus confeſſionem ſpondet, remittenda.

§. 15. Addunt alias practici ad hunc Articulum, quod in eo caſu, ubi quæſitus in genere confeſſionem ſpondet, tortura non relaxetur in totum, ſed aliquatenus tantum remittatur: die Daum- und Beinſchrauben werden nur etwas loſs geſchraubet, inquit LUDOVICI. Quod nobis non videtur. Nam verba: von der Marter gelaſſen, haud obſcuro removent omnem cruciatum. Atqui remiſſior cruciatus eſt ſine dubio etiam cruciatus (ſive einer Marter) ſpecies unde: von der Marter laſſen: quæſtionibus EXIMERE reddit REMUS, & REMITTERE ac *relaxare* ante hunc vertit GOBLERUS.

An ex hoc articulo probari queat: ob eadem indicia graviſſima quæſtionem repeti poſſe & quae.

§. 16. Aſt reſtat alia diſputatio majoris momenti de ſenſu articuli noſtri. Scilicet, an non ex eo demonſtrari poſſit, hominem atrocioris criminis accuſatum, graviſſimisque indiciis preſſum, adeo ut ſola pertinacis confeſſio reſtare videatur, licet una vice jam tormentorum cruciatus exantlaverit, altera nihilominus denuo illis ſubjici, atque ita plus vice ſimplici ſuper eodem crimine ex iisdem indiciis quæri poſſe. Vir doctus, cui ita videbatur anno 1728. OSNABR. allegabat verba: Die peinliche Frage ſoll nach Gelegenheit des Argwohns der Perſon *viel, offt, wenig* gebraucht werden. Viciſſim defenſor urgebat rationem, quod indicia per dolores quæſtionis cenſeantur eliſa eſſe ac purgata, ut proinde illorum ad novam quæſtionem inſtituendam nulla amplius poſſit eſſe efficacia juridica. *conf. not.* 2. *in fin. Artic. præc.* GRIBNER, *Diſſert. de reiterat. tortur.* §. 9.

Verborum: viel, offt, wenig in Artic. probabilior expoſitio.

§. 17. Inde magis opinabile eſſe exiſtimavimus, ut Artic. h. 58. exponatur non de pluribus diſtinctis torturis, ſed de una quæſtione ejusque actibus tantum diſtinctis, ut verba viel, offt, reſpiciant 1) partim auf das Lüfften und wieder feſter Anſchrauben, der Daum-und Beinſchrauben Nachlaſſen und wieder ſchärffer Anziehen der Bande, und des Ausſpannens auf der Leiter, pro augendis cruciatibus, nach Gelegenheit des Argwohns der Perſon, 2) partim intelligantur de inſtrumentorum numero ac diverſitate; de temporis prolongatione, & torturæ longiori continuatione. Quod etiam rubrum textus: von der Maſs (NB.) non: von der Wiederhohlung der peinlichen Frage (de qua Art. 55. 57.) ſatis innuit.

De remiſſionibus & relaxationibus inſtrumentorum torturæ non nimium reiterandis.

§. 18. Tandem & illud experientia teſtatur, quod etiam remiſſionum numerus debeat modum ſervare, ut interim inſcriptio textus docet. Ut proinde, ſi judex hic exceſſerit, & quæſiti dolores durch das allzu offte Nachlaſſen und wieder Angreiffen plus juſto auxerit, decernenda deinde ſit mitior pœna. Habet enim exceſſus injuſtæ quæſtionis omnino pœnæ rationem, ne alias bis puniatur delinquens plus juſto tortus. Conſentit fere BERGER *in Elect. Criminal.*

ARTIC. *LIX.*

So der Arme, den man fragen will, gefährliche Wunden hätte.

SO der Beklagte gefährliche Wunden, oder andere Schäden an ſeinem Leibe hätte, ſo ſoll die peinliche Frage dermaſſen gegen ihn fürgenommen werden, damit er an ſolchen Wunden, oder Schäden am mindſten verletzet werde.

Art.

Digitized by Google

ARTIC. *LIX.*

Convenit cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *LIX.*

§. I. Præcipit Cæſar hac lege, ut vulnerati, vel alia læſione * laborantes non ſine prudenti temperamento torqueantur. Diceres hos uno vocabulo: INVALIDOS. De INVALIDIS moderate quærendis.

* Andere Schäden, generaliter in textu dicitur. Itaque tam vulnera, contuſiones, membrorum fracturæ, & reliquæ læſiones non ſatis bene curatæ, quam herniæ, apoſtemata morbique chronici hic comprehenduntur, imo & animi morborum v. c. melancholiæ ratio habenda eſt. Sed quid de ſenibus, ſeptuaginta annis majoribus dicendum? Reſpond: ſi adhuc robuſti, torqueri poſſunt, licet non gradu tertio: ut reſp. collegium Juridicum Argentoratenſe apud SCHILT. *in additam. p. 313. ſequ. ad Exerc. XLIX.* Nam. *l. 3. §. 7.* ad *SCt. Silan.* a tortura tantum eximit ætate *defectos*, adeoque imbecilles tantum. Eodem modo ſenes diſtinxerunt etiam in crimine Aſſaſſinii in prælatura S. Cornelii monaſterii commiſſo MOGVNTINI, & DVISBVRGENSES Reſp. 439, apud HERT. inquiſitæ ſeptuagenariæ tantum territionem realem, niſi robuſta probaretur, dictitantes. Qui hoc nomine veniant.

§. 2. Quo vero ejuſmodi hominum tortura magis provide inſtituatur, * adhibenda ſunt pro explorando inquiſiti ſtatu naturali conſilia * 2 & teſtimonia Medicorum. Quis ſtatum invalidi exploret.

* 1 Plane enim et penitus, ob ſalutem publicam, cujus intereſt, ut ſcelera detegantur, tortura aliquando omitti nequit. Cur etiam invalidi torquendi.

* 2 Horum enim eſt, non tantum de morbo corporis, ſed & mentis deliquiis judicare, ut facile ex commentatoribus intelligi poteſt. Ceterum ea ratio, quod afflicto non ſit addenda afflictio, quam GOBLER hic adducit & BVLLÆVS probat, hic non ſubeſt, ſed potius illa, ne miſer va-

letudinarius inter tormenta exſpiret, vel illi per imprudentiam plus doloris aut incommodi, quam valido & ejusdem criminis incuſato inquiſito inferatur. *Adde* MEZGER *de tortur. concl. 155. ſequ.* Nominatim de epilepſia difficilior inſpectio eſſe dicitur. Ultra primum gradum contra epilepticos vix proceditur. Sic & a noſtro ordine Juridico tantum pollicum compreſſionem hoc caſu admiſſam fuiſſe memini. Interim malo epilepſiæ ſuperveniente in tortura, illa remittenda, et ſi non ſatis peracta differenda eſt, vel in dubio acta denuo tranſmittenda; quod magis judici expedit. *De reliqu. infra Art. 129.*

De tortura epilepticorum.

ARTIC. *LX.*

Ein Beſchluß, wann der Bekäntniß, ſo auf peinliche Frag geſchicht, endlich zu glauben iſt.

So auf erfundene redliche Anzeigung einer Miſſethat halb peinliche Frag fürgenommen, auch auf Bekäntniß des Gefragten, wie daſſelbige alles in den vorgehenden Artickuln klärlich geſetzt iſt, fleißige mügliche Erkundigung und Nachfrage geſchicht: und in derſelben, bekänter That halb, ſolche Wahrheit befunden wird, die kein Unſchuldiger alſo ſagen und wiſſen könte, alsdann iſt derſelben Bekäntnis unzweiflicher beſtändiger Weiß zu glauben, und nach Geſtalt der Sachen peinliche Straf darauf zu urtheilen, wie hernach bey dem 104. Artikul, anfahend: Item, ſo jemand unſern gemeinen geſchriebenen Rechten nach &c. Und in etlichen Artickuln darnach von peinlichen Straffen erfunden wird.

ARTIC. *LX.*

ALlegatur hic artic. 104. ſed in project. 1529. citatus artic. 104. Nam articuli in antiquis exemplis diverſo modo numerantur.

NO-

NOTÆ AD ARTIC. *LX.*

Quæ confeſſio urgichtæ ſumme credibilis & condemnatoria.

Confeſſio inquiſiti, ſi 1) tortura præcedentibus legitimis indiciis decreta 2) confeſſio perſpicue facta 3) circumſtantiæ confeſſionis exploratæ & confeſſioni conformes repertæ & 4) * 1 tales ſint, ut innocens illas facile ſcire non potuerit, habetur pro plena probatione * 2 ad ſupplicium inferendum.

An confeſſioni, ut credatur, arcana inelle debeant.

* 1 Omnium horum quatuor requiſitorum fit mentio in textu. Sed an quartum requiſitum plane neceſſarium ad pœnam decernendam, ita ut propter tria priora ſola non liceat ad definitivam progredi? GOBLERVS in ſua verſione id ex textu ſimpliciter repetit, nil de neceſſitate addens. REMVS in paraphraſi, illud parentheſi incluſit, & dicit: *præſertim, ſi tales circumſtantiæ, quas nemo alius, niſi criminis conſcius, aperire poſſit.* Ut proinde REMVS id non pro abſolute neceſſario, ſed pro tali, quod certitudinem delicti commiſſi tantum auget, habere videatur. Ita enim STEPHANI, qui REMVM verbotenus ſequitur. BVLLÆVS autem hoc plane omittit ut & MANZIVS, quem hic excerpſit CLASENIVS noſter. Sane in quæſtione, quam tractat Art. XXXII. omnino hujus quarti requiſiti magna ratio habenda erit, ut confeſſionis extrajudicialis veriſimilitudo & gravitas inde æſtimetur. In præſenti autem diſputatione de fide urgichtæ ſentirem cum REMO. Cur enim dubitandum ulterius de confeſſione, quam 1) graviſſima indicia præceſſerunt, quæque 2) perſpicua & 3) circumſtantiis deinde repertis conformis eſt, licet 4) nulla arcana contineat. Nec legiſlator ipſe de neceſſitate hujus requiſiti quicquam aperte definit. Alias enim in quæſtione de tortura major utique vis eſt ejusmodi dictorum, quæ nemo innocens ſcire poteſt. *Artic. LIII. LIV, ſupr.*

Cum epicriſi.

An poſt quamcunque urgichtam locus novæ defenſioni.

* 2 Interim miſero, ſi novam defenſionem etiam poſt confeſſionem, actorum transmiſſioni adjungere velit, nemo forte invidebit MANZ *n. 20.* CLASEN *n. 12.* An autem hæc defenſio ſit plane neceſſitatis, collegium Juridicum ex cir-

cumſtantiis in Actis adductis judicabit. Si ante torturam nulla defenſio jam conſcripta, regulariter dicendum eſt, quod ſit neceſſaria, alias non æque.

ARTIC. *LXI.*

So der Gefangene auf redlichen Verdacht, mit peinlicher Frag angegriffen und nicht ungerecht funden, oder überwunden wird.

So der Beklagte auf einen ſolchen Argwohn und Verdacht, der zu peinlicher Frag, als vorſtehet, gnugſam erfunden, peinlich einbracht, mit Marter gefragt, und doch durch eigen Bekänntnis oder Beweiſung der beklagten Miſſethat nicht überwunden wird, haben doch Richter und Ankläger mit obbemeldeten ordentlichen und im Recht zulaͤßigen peinlichen Fragen kein Straff verwirket: denn die böſen erfundenen Anzeigungen haben der geſchehenen Frag entſchuldigte Urſach gegeben. Dann man ſoll ſich, nach der Sag der Rechten, nicht allein vor Vollbringung der Ubelthat, ſondern auch vor aller Geſtaltnüs des Ubels, ſo böſen Leumuth oder Anzeigen der Miſſethat machen, hüten, und wer das nicht thät, der wird deßhalben gemeldter ſeiner Beſchwerd ſelbſt Urſach ſeyn. Und ſoll in dieſem Fall der Ankläger allein ſeinen Koſten, und der Beklagte dergleichen ſein Atzung, nachdem er ſeinen Verdacht Urſach geben, auch entrichten und die Obrigkeit die übrigen Gerichts-Koſten als für den Nachrichter und andere Diener des Gerichts, oder Gefängnishalber ſelbſt tragen: wo aber ſolche peinliche Frage dieſer unſer und des heil. Reichs rechtmaßigen Ordnung wiederwärtig gebraucht würde, ſo wären dieſelben Richter, als Urſacher ſolcher unbilliger peinlicher Frage, ſträflich. Und ſollen darum nach Geſtalt und Gelegenheit der Uberfahrung, wie recht iſt, Straff und Ab-

Abtrag leiden, und mögen darum vor ihrem nächſten ordentlichen Ober-Gericht gerechtfertiget werden.

ARTIC. *LXI.*

VErba: Und ſoll in dieſem Fall &c. usque ad verba: ſelbſt tragen, ita concepta ſunt in projecto Anno 1521. Doch was ſich für ziemlich geachtete Koſten, dem Nachrichter und andern Dienern des Gerichts, nach Laut dieſer unſern und des heiligen Reichs Ordnung zu geben gebühret, ſoll auf dieſen Fall durch die Ankläger demnach auch bezahlt werden.

Deinde verba: ſo wären dieſelben Richter, als Urſacher, generalius habentur ita: ſo wären die Urſacher ſive judices ſcilicet, ſive teſtes, ſive alii. Ceterum in project. Anno 1529. Articulus eadem ratione jam legitur, qua in exemplis impreſſis.

NOTAE AD ARTIC. *LXI.*

§. 1. Sequitur caſus, ſi per tormenta quæſitus omnia negavit & pernegavit. Scilicet 1) hic tanquam innocens *1 dimittitur, ſolutis tantum alimoniæ ſuæ expenſis *2 2) Accuſator, quos ſumtus fecit de ſuo feciſſe cenſetur, nec quicquam repetit 3) Judex *3 autem, quæ in lictores, cuſtodiam, ipſumque tortorem impendit, publico ſuo ærario imputabit. Ceterum 4) inquiſito ratione incarcerationis dolorumque in quæſtione perpeſſorum, contra neminem datur actio, cum crimine licet caruerit, non caruit tamen * 4 criminis indiciis. Imo & aliquando ſcandali publici ratio habenda, ut in *fin. not. ad.* §. *ſequ.* (Quid ſi reus in quæſtione nil confeſſus.)

*1 Torturam non tantum purgare indicia, ſed hominem torturam paſſum magis innocentem reddere, quam homines reliquos, ſatis audacter pronunciat THONNICK. *p.191. inf.* Ceterum ex hoc articulo recte infertur, quod ejusmodi in- (An victor cruciatu planè abſolvendus?)

inquiſitus regulariter ſit plene abſolvendus. Unde 1) non eſt tantum ex carcere dimittendus, ſed nec 2) ergaſtulo includendus, nec 3) extra ordinem puniendus, ut ſatis oſtendit CLASEN & ZIERIZ confirmat. Niſi v. c. talis inquiſitus malas minas ſparſerit.

Neceſſaria obſervatio de expenſis in hac ſpecie cum

*2 Additur ratio, *quia ſuſpicioni ſuæ cauſam dedit.* Ergo non valet illorum concluſio, quaſi inquiſitus deberet omnes expenſas inquiſitionis ſolvere ideo, *quia inquiſitioni cauſam dedit.* Nam ita Imperator non concludit, ut ut diſerte ipſe hujus argumenti hic mentionem fecerit. Accedit, quod hoc: *cauſam dare*, jam ſatis ſit punitum per ipſam torturam, ut iterum animadvertit ipſe Cæſar hoc textu.

ſolutione objectionum.

*3 Res ipſa extat in textu totidem verbis. Neque obſtat ratio a quibusdam adferri ſolita, quaſi melius ſit, ut ille damnum ferat, cui aliquid imputari poteſt, quam ille, cui nihil imputari poteſt. Atqui judici nihil, inquiſito multum imputari poſſe. Nam reſpondetur: inquiſitus in hac ſpecie & quidem judice ipſo Imperatore, per carceris ſqualorem, per carentiam operarum, per cruciatus jam ſatis luit ſuſpicionem, quæ ipſi imputari poterat. Adeoque cum eventus poſt torturam perpeſſam docuerit, quod hic aliquid caſus fortuiti ſubfuerit, merito judex in damni dati partem venit, quæ ipſi e mulctarum commodo hodie introducto facile aliunde compenſatur. Porro hic non ſtandum eſt ſimplici judicis teſtimonio, quaſi in ſuo judicio conſuetudo invaluerit, quod etiam quæſitus victor litis expenſas ſolvat, verum opus eſt, ut actuum judicialibus ex protocollis excerptorum fides accedat *vid.* MEV. *IV. 2. 3.* NARTIN *ad. XX. ſ. 1. n. 59. 60.* Nec aliter, ſi judex ſuperior atteſtetur de conſuetudine & ita ℞ 1 M. Maji verſus ℞.

Cur judici legitime quærenti nil imputandum.

*4 Egregium monitum, non tantum juridicum, ſed etiam morale. Interim & alia ratio ſubeſt, quod ſcilicet hic deſit in judice dolus, animusque nocendi, vel injuriandi.

De reo, qui non plane cruciatuum victor, ſed quædam confeſſus eſt.

§. 2. Pertinent vero dicta ad ſolam ſpeciem, ſi inquiſitus nihil punibile confeſſus. Nam alias, licet præcipuum & capitale delictum confiteri noluerit, vel non po-

Digitized by Google

potuerit, ſi tamen alia delicta, vel punibiles conatus faſſus ſit, propter illa merito pœnam conformem luit, expenſasque inquiſitionales, exceptis denjenigen, ſo auf die peinliche Frage gegangen *, refundit.

* Nam practicorum regula eſt, quod pœna extraordinaria, minimum illa, quæ corporis afflictiva non eſt, ſecum ſimul ferat reſtitutionem expenſarum. Quid ſi vero nil quidem confeſſus inquiſitus, ſit tamen 1) homo vitæ vagabundæ, & malæ, indiciaque 2) ſint vehementiſſima, ut nemo prudens dubitet, patientiam & victoriam cruciatuum omnium inquiſitum, non interno innocentiæ teſtimonio, ſed robori naturali, conſuetæque pervicaciæ debere? Sane ut talis in priſtinum detrudatur, vel ad opus publicum remittatur, ipſa neceſſitas ſuadere videtur. Ne poſt nova facinora, ad quæ ejusmodi ſceleſtus homo, robore ſuo naturali nixus, facile animatur, judicem atque juſtitiam iterum, vel arte, vel natura eludat. Et in hunc ſenſum hodie paſſim pronunciatur. v. c. Halis, vid. LUDOVICI h. Imo aliquando ſcandalo publico aliquid dandum, & emigratio: die Landes Räumung, torturam paſſo injungenda eſt. V. c. ſi teſtes viderunt ſcelus committentem; ſed alter non ſatis diſtincte. vid. præjud. apud SCHILT. *in additam. ad Exercit. 49. pag. 314.*

Quando alias etiam nil confeſſus non plane abſolvendus.

§. 3. Ultimo repetitur Art. XX. quod ſcilicet judicem, qui contra leges & hanc imperialem conſtitutionem miſerum ad eculeum abripuit, * merito pro doli vel culpæ, perſonæ tortæ, modique torquendi & ipſius eventus ratione, ſua pœna manere debeat.

De judice quæſitore injuſto, vel illegitimo.

* Sed pro quonam ſtat præſumtio, an pro inquiſito omnia jure facta fuiſſe negante, an pro judice talia affirmante? Pro judice præſumere jubet. *c. 23. X. de elect. pot.* Pro inquiſito autem præſumunt STEPHANI *h.* WESENBEC. *ad tit. de quæſt. n. 9.* Nam injuſte, inquit, tortura videtur facta, eo ipſo, quo non oſtenditur contrarium, quod juſta. Prior opinio autem præferenda eſt, ut judiciis ſic neceſſaria

Quid præſumendum in dubio, utrum tortura legitima, an illegitima.

Digitized by Google

auctoritas conſtet. Interim acta defenſori exhibenda ſunt, ut inquiſitus defectus oſtendere poſſit. Cum enim omnia, ut paſſim in Carolina inculcatur, in judicio criminali regiſtranda ſint, ex Actis conſtabit regulariter de torturæ juſtitia vel injuſtitia, niſi per teſtes fide dignos, quædam malitioſe non annotata vel perperam annotata eſſe, probari queat contra judicem ab inquiſito. Quodſi inquiſitus in tortura mortuus, vel plane inutilis factus, præſumitur, ex his circumſtantiis contra judicem, cum tam crudeliter nemo ſit torquendus *vid.* DAMHOVDER. *c.38. n.18.* Admittitur vero probatio in contrarium, quorſum etiam pertinet Regiſtratura Actuarii, vel adhibiti Notarii, ſi de legitimo modo in tortura ſervato hic juraret. Actiones vero tam de damno dato, quam injuriarum, quæ contra judicem injuſte reum quærentem competunt, etiam ultra annum dantur, licet neget WESENBEC. *tit. de injur. n.15.* cum CÆPOLLA &c. Nam realium injuriarum perpetua vindicatio eſt. Torturam autem quis realem injuriam negaverit? *vid.* RAVCHBAR. *I. qu.49.* quæ tota de præſcriptione injuſtæ torturæ agit. Imo cum ad judicis officium pertineat, alios ab injuriis defendere: & aliis ratione juſtitiæ exemplo præire, atrocius utique aliis delinquit officii ſui oblitus judex, dum aliis graviſſimam injuriam infert.

ARTIC. *LXII.*

Von Beweiſung der Miſſethat.

WO der Beklagte nichts bekennen, und der Anklåger die beklagte Mißhandlung beweiſen wollte, damit ſoll er, als recht iſt, zugelaſſen werden.

ARTIC. *LXIII.*

Von unbekannten Zeugen.

Unbekannte Zeugen ſollen auf Anfechtung des Gegentheils, nicht zugelaſſen werden: es würde dann

durch

durch den, ſo die Zeugen ſtellet, ſtattlich fürbracht, daß ſie redlich und unverleumbt wären.

ARTIC. *LXII. LXIII.*

COnveniunt cum projectis.

ARTIC. *LXIV.*

Von belohnten Zeugen.

BElohnte Zeugen ſind auch verworffen, und nicht zuläßig, ſondern peinlich zu ſtraffen.

ARTIC. *LXIV.*

INter Art. LXIV. LXV. ſequentia in projecto An. 1521. inſerta: Wie die Zeugen ſeyn ſollen, item: die Zeugen ſollen unverleumdte Leute, und nicht unter zwantzig Jahr alt, auch nicht Weibsbilder ſeyn, doch mag man in etlichen Fällen jüngere Perſonen (denn ob gemeldet iſt) auch Weibs-Bilder für Zeugen zulaſſen und ihre Sage merken. Denn wo ſonſt Zeugen mangelen und ſolche unvollkommene Zeugen bey einer Sache geweſt wären, von einen wahren Wiſſen ſagen möchten und unveränderliche Perſonen wären, ſo mögte ihre Sage zu Erfüllung anderer unvollkommener Weiſung, oder Vermuthung dienſtlich ſeyn, das alles durch die Verſtändigen (den gemeinen Käyſerlichen Recht nach) gemeſſen und geurtheilet werden ſoll. Hæc omnia in proj. 1529. repetuntur. Omiſſa autem ſunt in noſtro textu. Sed cur? forte, quia dein placuit in hac quæſtione ſimpliciter jus civile ſequi. Atqui jus civile feminas teſtes etiam in capitali cauſa admittit v. MATTHAEI p. 668. interim fœminas excludit jus Suevicum *Artic.* 77. GOLDAST. A. 166. SCHANNAT. & hodienum Bambergenſes.

Cur additamentum hoc an. 1532. probabiliter omiſſum.

Digitized by Google

ARTIC. *LXV.*

Wie Zeugen ſagen ſollen.

Die Zeugen ſollen ſagen von ihrem ſelbſt eignen wahren Wiſſen, mit Anzeigung ihres Wiſſen gründlicher Urſach. So ſie aber von fremden hören ſagen würden, daß ſoll nicht genugſam geacht werden.

ARTIC. *LXV.*

Concordat cum project.

NOTÆ AD ARTIC. *LXII. LXIII. LXIV. LXV.*

Contenta articulorum.

§. 1. Articulus facile intelligitur reo ſcilicet negante & accuſatore probationem *1 offerente, hæc admittitur. *2 Qualitates teſtium *3 ſunt 1) ne ſint ignoti *4 2) non mercede conducti, 3) deponentes e propria ſcientia *5

Cura judicis circa probationem in criminalibus.

* In hac probatione majorem curam ex officio judex adhibere tenetur, quam in aliis ſpeciebus. Unde PAPINIANUS *in l. 13. de teſt.* inprimis hic provocat ad religionem judicantium. Noſter imperator ſingularia nulla adducit circa criminalem probationem. Nam & in civilibus teſtis notus, non munere corruptus & ex proprio ſenſu deponens eſſe debet. Interrogatoria admittuntur etiam poſt probationem ſemel factam tam in proceſſu accuſatorio, quam inquiſitorio, judex quoque novos articulos formare novosque teſtes producere poteſt. BRUN. *c. VIII. pr. inq. n. 84. p. 123.* Teſtes tamen confrontantur in criminalibus, non in civilibus. Inſuper MATTHÆI *p. 666 ſequ. de crimin.* de perſonis teſtium de probatione in criminalibus plura congeſſit, ut: quod non omnis, qui in civilibus admittitur, etiam in criminalibus admittatur v. c. minor, item: qui jam contra accuſatum ſemel teſtimonium dixit, item: de numero teſtium *p. 67.* de modo examinandi *p. 678. ſequ.* de fide inſtrumentorum *p. 687.* de probatione artificiali *p. 691.* Ex quibus obſervationibus facile de prolixiori FARINACII &

De interrogatoriorum & novorum teſtium fatalibus.

Quis de probatione criminali in compendio videndus.

Digitized by Google

& aliorum tractatibus judicium ferre poterit ſapiens lector. Quæritur: an teſtes etiam in criminalibus poſſint examinari ad perpetuam memoriam? Negat MATTHÆI *p. 670. num. 4.* prolixius WERLHOFF *p. 32. ſequ.* Ratio potiſſima petitur e *Cap. quoniam X. ut lit. non conteſt.* ubi tantum fit mentio cauſarum CIVILIUM. Nemo tamen adhuc ſatisfecit MEVIO diſſentienti apud WERLHOFF *dict. l.* & rationem differentiæ ſolidam inter cauſas civiles atque criminales urgenti. Interim in proceſſu accuſatorio uſus forenſis certus eſt, quod teſtes in perpetuam rei memoriam non admittantur. In proceſſu autem inquiſitorio admiſit ipſe papa *ſ. ſunt & alii dict. cap. quoniam.* De teſtibus in perpetuam rei memoriam in criminal.

*2 Probationem per inſtrumenta & indicia, Cæſar omiſit, nec enim plenum ſyſtema criminale ſcribere ad leges ferre ipſi animus fuit. Interim de omiſſis jam citavimus MATTHÆUM. Quæ hic omiſſa, unde ſupplenda.

*3 Quæritur, an his qualitatibus teſtium opus, ſi veritas aliter haberi nequit? Ita videtur. Nam per teſtes reprobos veritas latens plane penitus erui nequit, ut ſana ratio docet, nec eorum fides eo ipſo major fit, quod de crimine occulto deponant. Adde BEYER *n. X. h.* Dein etiam quæſtionis eſt, an complex alias teſtis inidoneus, non poſſit fieri idoneus mediante tortura v. c. in epiſcopatu W. judæus ad patibulum propter furtum condemnandus ſocium criminis nominaverat extra torturam alium judæum, erat hic teſtis omnino inidoneus ſed ut fidem mereretur, ſuper ſua depoſitione torquebatur, & dein illo in ſua nominatione perſeverante, nominatus viciſſim modo plane horribili tormentis ſubjiciebatur *vid.* KIRCHGESNER. *ad Conſt. crim. p. 149.* Imo FROELICH *l. 2. p. 1. tit. XXI. XXII.* refert, quod complex complicem nominans in præſentia nominati ſit interrogandus, an ſuam nominationem mediante tortura confirmare velit, id quod ſi adfirmat, non tantum ſemel torquetur, ſed tempore ratificationis in majorem fidem iterata vice torquetur. Citat autem FROELICH GVAZZINNUM JCtum Italum, qui late quæſtionem hanc per-

Add. ſupr ſ. 3. ſequ. ad Art. XXIX.

De teſtibus per quæſtionem habiles reddendis judicium.

perſequitur *defenſ. XIX. volum. defenſ. reor.* Enimvero quicquid ſit de Italia, hæc tortura ſcrupulo non caret. Nam hac ratione inquiſitus reſpectu complicis torturam plane evitare nequit, ſive enim, ſe complicem habere affirmet, ſive negat, nunquam torturam vel ad ſocium nominandum vel ad hanc nominationem confirmandam declinabit. Unde BEYER *n. XI. d. l.* hanc torturam merito nec ſufficiens nec æquitati conforme remedium eſſe judicat. Accedit, quod tortura ſit medium eruendæ confeſſionis, cur ergo torquetur miſer confeſſus? Neque vero credendum eſt de ſe jam confeſſo, ſi ſuper alium deinde confiteatur, *L. V. capit. 314. Carl. M. p. 100.* MEINDERS *judic. Centenar.* Exceptionem vidimus *ſupr. art. 31.*

Cur teſtes non debeant eſſe ignoti.

*4 Ignoti non debent eſſe teſtes reo, ut poſſit contra eorum perſonas excipere. GODOFREDUS *ad Nov. 90. c. 1.* ignotus exponit: *viliſſimos.* Quod non convenit Articulo noſtro. Ignotus tamen non habetur, cujus ſtatum prodictus adhibita diligentia poteſt indagare. In proceſſu inquiſitionis judicis erit, ut ex officio inquirat in conditionem teſtium, quos contra inquiſitum producere intendit, *per l. quæſitum ff. de teſt.*

De teſte de auditu & favore reorum.

*5. Secus eſſe dicunt, ſi quæſtio de defenſione & probanda innocentia inquiſiti, tunc enim et de crudelitate, & de auditu teſtem probare vid. quos citat GRANZ *p. 38. n. 203. tr. de defenſ.* & BOSS. *Tit. de oppoſ. contra teſtes n. 44.* Imo in ſubſidium conjuges, cognati, & qui alias inidonei. THOMAS ad HUBER *prælect.* *1 *ad A. LXVII. tit. de probat.* diſſentit HUBER *ſ. 3. in not. ibid.*

De confeſſione a teſtibus quæſtione extorquenda.

§. 2. Porro quæritur de teſtibus*, annon et hi torqueri poſſint? De jure civili, de teſte inidoneo, v. c. arenario, affirmatur *l.* 21. §. 2. *de teſt.* nec enim huic ſine tormentis credendum eſſe. Dein in *Nov.* 90. *c.* 1. verberibus excipi jubetur teſtis de quo ſuſpicio eſt, quod corrumpat veritatem. Teſtem vacillantem addere videtur *l.* 15. *pr. de quæſt.* Quod tamen reſtringendum ad ſpeciem

ciem, ubi certo conſtat, teſtem facto interfuiſſe *l.* 18. §. 3. *d. l.* & vel veritatem pertinaciter dicere nolle, aut certe eandem falſis dictis corrumpere malle. conf. ZANGER. I. *num.* 10-23. *de tort.* TENZEL. *diſſ. ſing. de tortur. teſt.* FROELICH. *pag.* 127. *tom.* I.

* Nos quoad uſum forenſem ſic exiſtimamus: 1) torturam teſtium, quæ tendit ad illorum idoneitatem, & fidem quaſi augendam ut *in l.* 21. *§.* 2. *de teſt.* ut medium veritatem certo eruendi parum aptum, adhiberi non debere *vid.* BEYER. *h. §. II.* 2) Quoties autem crimine atroci commiſſo certum ſit teſtem actui interveniſſe *v. l.* 18. *§.* 3. *de quæſt.* nec veritatem aliter haberi poſſe, teſtem autem nihilominus vel teſtimonium plane recuſare, vel dicta apertis falſis coinquinare, torturæ teſtis, ſecundum jura, locum eſſe. Modo antea audiatur teſtis defenſio. BOEHMER. *§.* 5. *X. de teſt. cogend.* De uſu forenſi quæſtionis hujus.

§. 3. Reliqua, ego non diffiteor, nec doctrinæ juris germanici nec ipſi Carolinæ ſatis convenire torturam TESTIVM. Nam utriusque analogia docet, quod tortura ſupponat a torquendo; *delictum commiſſum atrocius* ultimo ſupplicio, aut certe inſigni corporis cruciatu piandum commiſſum. Quod non occurrit in teſte *infami vilique* qua talis. Unde de hujus tortura non diſputandum e legibus juris civilis. Nec opus hic probare: abrogationem hujus juris ut TENZELIO *p.* 76. viſum d. l. ſufficit enim diſſentientes probare non poſſe mutationem analogiæ juris germanici, aut: æquitatis naturalis, quæ vult: ut malum non ferat, niſi qui malum commiſit. Atqui infamem eſſe, vilem eſſe non conſiſtit: in novi commiſſione mali, ut ut *quondam* infamiæ pœna crimini debere ſoleat. Epicriſis de tortura teſtium.

Quod attinet alteram torturam teſtium, teſtium nempe CONTVMACIVM, vel hic quæſtio eſt de eo, quod civi-

Digitized by Google

civiliter intereſt, ut ſi quis teſtimonium reddere nollet Titio, qui ipſo vidente Cajo pecuniam mutuo dediſſet, in hac ſpecie aut ſimili ſatis erit refractario minari, ut aut teſtetur, aut ipſe ſummam a creditore petitam mulctæ loco ſolvat, vel quæſtio eſt de delicto commiſſo: ſin hoc vel delictum eſt arbitrarie coercendum, & hic ſatis erit aut purgatorium, aut ſi evidentiſſima ſcientiæ indicia; mulctam exigere a teſte contumaci. Ne adhibita quæſtione acerbius puniatur ipſo delicti auctore. Unde iniquiſſimum puto reſponſum juris, quod recitat CARPZ. *qu. CXIX. n.* 51. Vel delictum tale commiſſum, quod morte luere debet auctor delicti. Sane cum teſtis qua talis nec auctor, nec ſocius delicti ſit, adeoque utroque mitius habendus ſit, ſatis erit ipſi minari v. c. publicationem tertiæ partis, aut dimidiæ partis bonorum, cum conſilio ſolum mutandi, absque omni crudeli & incerta tortura. Imo neſcio, an non ego ipſe & alii, qui pluribus talia perſequuntur, larvas nobis fingamus, quas oppugnemus. Nec enim caſum dabilem puto, ut ad teſtimonium dicendum non ſufficiant indicti amiſſionis bonorum, carceris, relegationis, & ſimilium, miſſa omni tortura. Certe caſus ſi detur aliquando, nunquam tamen deerit teſti defenſio, quare teſtari nolit. De crimine læſæ majeſtatis tamen reſpondendum ſecundum *L.* 10. §. 1. *de quæſt.* Ob eius ſummam atrocitatem, & ſingularem in teſte ad veritatem hic dicendam obligationem.

De teſtibus mercenariis cum teſtibus falſis non miſcendis.

§. 4. De mercede conductis nominatim dicitur, quod puniendi ſint & quidem: peinlich. Quod vocabulum ſecundum Carolinam etiam relegationem notat, pœna ubique in praxi eſt arbitraria BEYER CLASEN ex MENOCHIO *h. artic.* Ceterum teſtes mercenarii, de qui-

quibus articulis loquitur, non videntur eſſe teſtes falſi, licet malo exemplo pecuniam acceperint. Si enim pecuniam accepiſſent, & ſimul falſa dixiſſent, caſus pertineret *ad Art. LXVIII.* Ad corruptionem autem minime pertinet, quod teſti pro itinere conficiendo, vel intermiſſis operis a producente ex debito datur. *Artic.* 75. *inſr.* §. 3.

§. 5. Creditur ordinatio Carolina ad emendandam corruptam doctrinam de veteribus probationibus * in criminalibus potiſſimum conſcripta. Quare adeo ſollicita eſt de teſtium perſonis. Carolina veterum probationum correctrix.

* In textu juris feudalis *II. Tit.27.* tria genera commemorantur: 1) judicium divinum 2) humanum 3) ſeptem Sacramentales. Per primum probæ vulgares, per ſecundum forte duella, item: der Schub, ſive indicia delicti perpetratique facinoris, *vid.* DATT. *L. l. c. l. n. 71.* intelligi mihi videntur. Ultimum dicebatur: daſs beliebenen. *vid.* HERT. *in paræm. p.438.* Wer von ſieben redet u. ſ. w. & WEHNER *verb. eod.* In reformatione judicii Limpurgenſis Maximiliani I. recenſentur hi modi reum convincendi 1) der wahre Schub 2) der gichtige Mund 3) der Leumuth 4) ihr Selbſtbekänntniſs. GOLDAST. *P. II. p. 197. der R. S.* Abrogatur autem: das beliebenen, tanquam probatio difficilior, quæ ſæpius in cauſa eſſet, ut ſcelera manerent impunita. Videtur autem: der gichtige Mund, cum opponatur der Selbſtbekänntniſs, depoſitiones teſtium, der Leumuth vero notorietatem ex fama publica notare. Der wahre Schub dicitur etiam das Frayſſ-Pfand. vid. WEHNER. h. verb. Quæ olim probationes in uſu, von ſieben eeen, gichtigen Mund u. ſ. w.

ARTIC. *LXVI.*

Von gnugſamen Zeugen.

Gnugſame Zeugen ſeynd, die unbeleumbdt, und ſonſt mit keiner rechtmäſſigen Urſach zu verwerffen ſeynd.

ARTIC. *LXVI.*

IN proj. 1521. non extat, bene autem in proj. 1529.

NOTÆ AD ARTIC. *LXVI.*

Quis dicatur teſtis ſufficiens.

§. 1. Regula articuli ſatis clara eſt, quod teſtes ſufficientes ſint, quibus nihil ſolidi, *1 quod vel vera dicere nolint, vel nequeant, opponi poteſt. Nam in argumento fidei teſtium facilius formantur regulæ negativæ, *2 quam affirmativæ, præcipue in ſpecialibus. Generatim enim & affirmative quoque dici poteſt, *illos teſtes eſſe ſufficientes, qui veritatem velint poſſintque dicere.*

De falſis exceptionibus contra teſtes.

*1 Nam inanes exceptiones non debent attendi. Apposite in *l. 1. ʃ. 24. de quæſt. uti inimicorum quæſtioni non eſt credendum; ita nec ſub prætextu inimicitiæ fides detrahenda eſt.*

Hiſtoria fidei Juridicæ THOMASII.

*2 Unde quoque ex hiſtoria juris Dn. THOMAS. *Diſſert. de fid. Jurid.* annotat, quod olim judici libera poteſtas relicta fuiſſet, judicandi de fide teſtium, dein autem initio per regulas negativas, mox etiam per affirmativas hæc reſtringi cœpiſſet §. 57. 60. 63. *c. 2.* partim civili, partim canonum jure.

Quid ſtatuendum de teſtimonio denunciantis.

§. 2. Nominatim quæſtio oritur, an denuncians * ſpectet ad teſtes idoneos? Nos ſpectare credimus, ſi quis alienum plane negotium denunciavit, nec aliud adſit, quam ſola denunciatio, quod ejus fidei obſtet. vid. SCHILT. *in addition. ad Exercit.* 49. *pag.* 113. CARPZ. 1.16.66. & in uſum defenſorum inquiſitorum THOMAS. *part.* I. *p.* 111.112. *ſequ.* der Juriſt. Händel. Præcipue quoque judex æſtimabit, annon denuncians ſit delicti ſocius. Hic enim denunciaſſe cenſetur animo ſocium præveniendi, & delictum commune in ipſum ſolum transſcribendi, quaſi ſcilicet denuncians tantummodo ſpectator fuiſſet delicti, non autem ſocius, promotor, vel forte plane auctor. Quo caſu prudens judex nunquam inter teſtes recipiet denunciantem.

*De

* De teſtimonio denunciantis, quoad jus & prudentiam, jam ſupra ad *Art. XVII. §. 2.* & in notis dictum. De malitia quorundam denunciantium agit THOMAS *c. 1.* De jure can. addendus eſt WIESTNER *n. 37. ſequ. tit. de teſt.* qui diſtinguit inter denunciationem evangelicam & judicialem in illa, quia ex amore fit, teſtimonium denunciantis admittit, in hac, quia videtur fieri animo accuſandi, illud non admittit. Conſentit GONZALEZ *ad c. 4. tit. de teſt.* Forum inhæret dictis in paragrapho, quia ratione nituntur. Interim vix ſolius unius denunciantis teſtimonium ſufficit in ſpecie, quam tractat. XXX. ſupr.

ARTIC. *LXVII.*
Vom gnugſamen Gezeugniß.

WO eine Miſſethat zum wenigſten mit zweyen oder dreyen glaubhafftigen guten Zeugen, die von einem wahren Wiſſen ſagen, bewieſen wird, darauf ſoll nach Geſtalt der Verhandlung mit peinlichen Rechten vollnfahren und geurtheilet werden.

ARTIC. *LXVIII.*
Von falſchen Zeugen.

WO Zeugen erfunden oder überwunden werden, die durch falſche boshaftige Zeugſchafft jemand zu peinlicher Straff unſchuldiglichen bringen, oder zu bringen unterſtünden, die haben die Straffe verwirkt, in welche ſie den Unſchuldigen, als obſtehet, haben bezeugen wollen.

ARTIC. *LXIX.*
So der Beklagte nach der Beweiſung nicht bekennen wolte.

WO der Beklagte nach gnugſamer Beweiſung noch nicht bekennen wolte, ſoll ihm angezeigt werden,

daß

daß er der Miſſethat bewieſen ſey, ob man dadurch ſein Bekäntniß deſto eher auch erlangen könte, ob er aber dennoch darüber nachmals nicht bekennen wolte, daß er doch, als obſtehet, genugſam bewieſen wäre, ſo ſoll er nichts deſto weniger der beweiſten Miſſethat nach, ohn einige peinliche Frage veurtheilet werden.

ARTIC. *LXVII. LXVIII. LXIX.*

CONcordat cum projectis, ſed Artic. LXIX. in proj. Anno 1521. non habetur, interim extat in proj. 1529.

NOTAE AD ARTIC. *LXVII.*

Repetit Articulus regulam juris gentium, quod ad condemnationem inquiſiti tunc demum judex progredi queat, ſi ad minimum duo *1 vel tres idonei teſtes, inquiſitum delictum commiſiſſe, affirment, et ex ſua propria ſcientia *2 atteſtentur. Probato autem delicto non amplius quærendum de rei confeſſione aut diffeſſione, cum ad condemnationem alterutrum ſufficiat, aut probatio, aut confeſſio *ſupr.* Artic XXII. & Art. ſequent. LXIX.

An princeps ob delictum, quod ipſe unus ſolus vidit, ad mortem damnare poſſit hominem.

*1 Quærunt hic de principe, an ipſius unius teſtimonium ſufficiat? Negant plures: ZIERIZ, STEPHANI, & quem uterq;, citat BODINVS *libr. VI. de republ. c. 6.* CRAVETT *Conſil. 48. n. 1.* Sed affirmant CLARVS *§. fin. 53. n. 21,* & FARINACIVS *L. II. de oppoſit. contra teſt. tit. VI. qu. 63. n. 177.* Quod ratione juſti, ſi princeps e propria ſenſuum certitudine aliquem condemnet, nil opponi queat, facile concedimus, ſed annon ejusmodi proceſſus, imprimis, ſi aliquoties repetatur, tyrannidis præſumtionem contra principem apud cives ſuos excitet, alia omnino quæſtio eſt. Excipit ZIERIZ quoque a regula de duobus teſtibus caſum, ſi quis per unum teſtem de attentato execrabili contra principem ſuſcepto deferatur, quaſi tunc ſat probationis ſubeſſet, licet duo teſtes non adeſſent. Enim vero cuſtodiam,

vel

Digitized by Google

vel capturam ejusmodi hominis delati, favor principis, & regulæ ſalutis publicæ facile excuſabunt quidem, ſed an & ultimum ſupplicium ad unius teſtimonium a miſero ſumtum juſtificari poſſit, merito ſubſiſtimus. Periculoſa quoque eſt regula, quam idem ZIERIZ adducit, quaſi in iis, quæ ad ſtatum ſpectent, ſufficiant conjecturæ ad condemnandum. Unde hoc obſervatum optimo jure ad apertas & evidentes præſumtiones etiam in ipſo crimine læſæ Majeſtatis reſtringit MASCARD *Concl. 461. n. 2.*

ZIERIZII periculoſa philoſophia in probatione criminis læſæ majeſtatis.

*2 Teſtis enim ex ſenſu aliorum, ſeu de auditu deponens, licet velit vera dicere, certo tamen non poteſt. Interim tale teſtimonium non ubique penitus reijciendum eſt; ſed videndum, annon aliunde adminiculum illi accedat. Sic An. MDCCXVIII. ſartor agricolam, cum ſolus cum ſolo in agro eſſet, uno ictu proſtraverat, provocabat autem ad moderamen inculpatæ tutelæ, dicendo, ſe tantum ex agricola, debitore quippe ſuo, quæſiviſſe, annon aliquando agrum ſuum, ut promiſiſſet, arare vellet, agricolam vero mox ſe plagas ſartori inflixurum eſſe reſpondiſſe, nec mora, cum ſartor replicaſſet, ut percuſſionis initium faceret, ſi vir eſſet, mox geminata vice magno baculo ſartorem percuſſiſſe, ſed tertia vice percuſſurum, uno ſartoris defenſorio ictu impeditum fuiſſe. Suſpecta videbatur hæc relatio & non ſatis vero ſimile, quod agricola ad innocentem quæſtionem mox per comminationem plagarum reſpondiſſet. Igitur in pronunciando recurrebatur ad articulos & teſtium defenſionalium depoſitiones, deprehendebaturq; ibi teſtis quidam, qui ad Artic. XIV. *annon occiſus jam antea occiſori plagas minatus eſſet*, atteſtabatur, ſe ex filio occiſi audiviſſe, quod jam diu occiſor in illius præſentia *maximas injurias* contra parentem occiſum ſparſiſſet, ad quas cum filius parenti illas retuliſſet, hic plagarum mentionem domi, non in agro feciſſet. Unde cum & alia contra moderamen inculpatæ tutelæ indicia v.c. quod in libero campo facile ſartor conflictum declinare, cædemque evitare potuiſſet, modo voluiſſet: item ejusdem ſartoris, quippe qui jam puerum leviſſima

De fide teſtimonii de auditu *5 ad §. 1. ad A. LXII.

de cauſa miſere plagis multaverat, vita ante acta, quodque ſartor primis injuriarum auctor habendus, concurrerent: teſtimonium hoc de auditu utpote oppido veroſimile omnino magni momenti, contra relationem occiſoris habebatur in ſententia, pœnam extraordinariam decernente.

Conjunctio articulorum. §. 1. Huic Articulo jungendus eſt Articulus CVII. infra, cum uterque de falſo teſtimonio illiusque pœna præcipiat.

Pœna teſtis falſa dicentis. §. 2. Habentur autem in præſenti Articulo duæ propoſitiones: 1) Teſtis, qui per falſum malitioſumque ſuum teſtimonium, inquiſito malum attrahit, eodem malo jure talionis mulctandus eſt. 2) Teſtis, qui, quantum in ipſo eſt, tale quid, licet effectus contra ipſius intentionem non ſecutus ſit, attrahere molitus eſt, eidem legis rigori ſubjacet.

Quotuplices teſtes falſi. §. 3. Triplicem claſſem falſorum teſtium hic recenſent Doctores. Primo illorum, qui dolo malo dixerunt falſa, dein, qui quædam vera doloſe ſubticuerunt, tandem, qui pecuniam acceperunt, ne teſtimonium ferrent.

De pœnâ forenſi falſi teſtimonii tam cum, quam ſine effectu dicti. §. 4. Quod ad pœnam practicam ſpectat, ſi dolus & effectus concurrunt, pœna articuli hodienum obtinet, quod ſi vero effectus non ſecutus, arbitraria infligitur cum reſtitutione ſumtuum CARPZ. *qu.* 93. BRUNNEMANN *ad l.* 16. *de teſt.* Pœnitentiam eccleſiaſticam & infamiæ notam inſuper ex jure canonico teſtem perjurum ſequi conſtat. *vid.* DECIAN *L. VI. cap.* 13. *n.* 17.

NOTÆ AD ARTIC. *LXIX.*

De reo convicto non quærendo. Quod ſi delinquens ordinaria probatione de crimine commiſſo ſit convictus, non opus eſt, per extraordinarium dubiumque torturæ remedium ulterius eruere verita-

ritatem ſemel probatam. Interim ad indicandos complices, cum proteſtatione, * quod hoc crimini probato præjudicare non debeat, torqveri poteſt.

*1 Ita ANTON FABER *in Cod. L. IX. tit. 24. def. 6.* & poſt eum ZIERIZ: MANZ. *ad h. artic.* Sed cum ex ipſis interrogatoriis, quæ inquiſito de complicibus ſuis indicandis proponuntur, pateat, quod ad ipſum inquiſiti crimen non pertineant, verum ad ſolam indagationem ſociorum ſpectent; non adeo opus videtur ejusmodi proteſtatione. nisi ad ſocios indicandos, ſi conſtet: eum ſocios habuiſſe.

ARTIC. *LXX.*

Von Stellung und Verhörung der Zeugen.

Nachdem aber Noth iſt, daß die Zeugſchafft, darauf jemand zu peinlicher Straffe ſoll verurtheilet werden, gar lauter und rechtfertig ſey: So wollen wir, wo eines Beklagten Miſſethat verborgen wäre, und er denſelben auf Frage, wie vorſtehet, nicht bekänntlich ſeyn, und doch der Ankläger die geklagte vermeinte Miſſethat beweiſen wolte, und damit zugelaſſen würde, daß er der Ankläger ſeine Articul, die er beweiſen will, ordentlich aufzeichnen laſſe, und dem Richter in Schrifft überantwortete, mit Meldung, wie die Zeugen heiſſen, und wo ſie wohnen, damit alsdann darauf durch etliche aus den Urtheilern, oder aber andere verordnete Commiſſarien, wie unterſchiedlich hernach davon geſchrieben ſtehet, Kundſchafft nothdürfftiger und gebührlicher Weiß verhöret werde.

ARTIC. *LXX.*

IN projecto Norico poſt verba: rechtfertig ſey, ſequitur: in ſolche Verhörung aber ſich der gemeine Mann, ſo peinliche Gericht beſitzt, nicht wol ordentlich ſchicken kan, hierum damit in ſelbigem Fall Unwiſſen-

heit

heit halb der Verhör deſtoweniger Verkürtzung geſchehe; ſo wollen wir u. ſ. w. Verba autem: damit alsdenn, usque ad finem articuli ita in projecto fluunt: Solcher Weiſung Articul ſoll ferner der Richter ſammt vier Gerichts-Schöpfen der Obrigkeit zu ſchicken, und darbey Gelegenheit und Geſtalt der Sachen, ſo viel ſie der Bericht hätten, ſchlieſſen.

NOTÆ AD ARTIC. *LXX.*

Contenta Articuli.

§. 1. In hoc articulo Cæſar docere voluit judices imperitos directionem prudentem probationum criminum, ex cauſa, quod partim multi ſcabini, quomodo probatio per teſtes ſit inſtituenda, ignorent (*vid. project. ad marginem h.*) partim quod in tam arduo negotio, ubi de hominis vita quæritur, probatio exactiſſime & cautiſſime regenda & tractanda ſit. Ceterum verba: AUF FRAGE, non intelligerem: von peinlicher Frage, ſed de reliquis interrogationibus quæſtionem præcedentibus. Nam probatio ordinaria præcedere debet quæſtionem, quippe quæ remedium ſubſidiarium & extraordinarium tantum eſt, nec obtinet niſi in illa ſpecie, ubi probatio ordinaria deeſt. Itaque ante de probatione diſpiciendum, quam ad torturam procedatur.

Officium judicis & accuſatoris circa probationem.

§. 2. In proceſſu accuſatorio accuſator crimen probaturus 1) probanda in certos articulos redigere, 2) judici hos articulos cum nominibus teſtium locisque, ubi habitant, offerre debet. Moribus inſuper 3) directorium, in quo ſupra quibusnam articulis ſinguli teſtes examinandi ſint, deſignatur: *1 addendum 4) articuli accuſato ad formanda interrogatoria *2 communicandi 5) illeque ad videndum jurare teſtes citandus eſt. *3.

Cur opus teſtium directorio.

*1 Quo rotulus brevior rotundiorque fiat, ſæpe enim non omnes

omnes teſtes omnia viderunt & audiverunt, ut non opus ſit horum variis depoſitionibus rotulum augere.

*2 Hæc omnino a judice reo concedenda ſunt. Nam ſæpe teſtes ad articulos captioſos, vel certe generales aliquid adfirmant, cujus dein ad ſpeciales circumſtantias quæſiti ſcientiæ rationem reddere non poſſunt. Nec aliter itaque ſervandum in proceſſu inquiſitorio, ni lex provincialis (ut in Saxonia) obſtet, cum & hic idem defenſionis favor ſubſit, nec in articulis defenſionalibus, ut quidem Saxonibus viſum, commode interrogatoriorum defectus ſuppleri poſſit. *vid.* OLDEKOP, MEVIUS, ZANGERUS, BERLICHIUS, quos allegat MARTIN. *ad tit. XX. §. 1. n. 485.* HONDED. *Vol. I. conſil. 161. n. 37.* BRUNNEM. *c. VIII. m. 2. n. 52. proc. inqu.* Conſentit etiam quoad jus commune CARPZ. *qu. 118. n. 18.* imo etiam *Ordin.* PROC. MOLHUS. a Cæſarea commiſſione a. 1730. confirmata *p. II. t. VI. §. 3. ſi ſo inquiſitus admiſſionem interrogat. rogat.* ſecus, ſi non rogat.

Cur interrogatoria reo concedenda.

*3 Jure *Novell. XC. Cap. 9. & Cap. 2. X. de teſt.* opus eſt, ut pars, contra quam teſtes recipiuntur, vel ipſa, vel ejus defenſor citetur, & quidem non tantum ad videndum jurare, ſed ad audiendas ipſas *atteſtationes*. Quo omiſſo nullam teſtimonii recepti rationem habendam eſſe, *vid.* GONZAL. *n. 3. ad d. c.* Apud nos quidem deſiit examen teſtium coram partibus ex male intellecta *l. nullum C. de teſt.* remanſit tamen, ut pars certe citetur ad videndum jurare teſtes, ita OLDEKOP. *decad. 1. qu. 4.* BRUNNEM. *c. VIII. membr. 2. num. 41.* BLUMLACH. *ad Artic. XLVII. h.* THOENNIK. *p. 136. advoc. prud. crim.* Diſſentit CARPZOV. *qu. 114. num. 65.* MEVIUS. *VI 292.* ille ad uſum forenſem provocat, hic autem exiſtimat, dicta in *Nov.* XC. & in *Decretal. Dict. L.* pertinere tantum ad proceſſum accuſatorium ordinarium, in inquiſitorio autem citationem partis rem arbitrariam eſſe. Certe lectio novellæ, quam etiam Papa d. l. ſuam fecit, non loqui de proceſſu inquiſitorio, de quo proceſſu B. THOMAS. *diſſ. ſing.* quemvis facile docere poteſt, quod MEVII ſententiæ ſua conſtet auctoritas:

De citatione rei ad videndum jurare teſtes, & DD ſententia hic tutior.

Dd Imo

Quando non opus citatione rei hic.

Imo diſſentientes quoque concedunt regulam ſuam limitari v. c. ſi pars citata contumax GONZAL. *ad d. c.* 2. Eadem dicenda, ſi pars teſtes antea productos corrumpere tentavit, metusque ſit, ne idem circa noviter producendos tentet. Imo ubi judicium dirigitur ab ipſo Principe, ipſius erit arbitrari, quousque regulæ, de qua ne quidem ipſi Doctores conveniunt, locum eſſe velit. Inferior tamen Judex cautius agit, ſi communem uſum forenſem obſervat. Olim, ut conſtat ex *ſcript. Brunſvic. contra* OLDEKOP. JCti Helmſtadienſes ann. 1661. fecerunt cum MEVIO in hac quæſtione. Re integra facerem cum BRUNNEMANNO v. l. propter analogiam juris communis in proceſſu civili adverſarii præſentiam ad videndum jurare deſiderantem.

ARTIC. *LXXI.*

Von den Kundſchafft-Verhörern im Gericht.

So nun daſſelbige peinliche Gericht mit Perſonen, die ſolche Kundſchafft rechtmäßiger Weiß zu verhören geſchickt und verſtändig ſind, beſetzt iſt, ſo ſoll der Richter, ſammt zween aus denſelben darzu tüglich, und dem Gericht-Schreiber, gemeldte Kundſchafft, wie ſich in Recht gebührt, mit Fleiß verhören, und ſonderlich eigentlich aufmercken, ob der Zeug in ſeiner Sag würde wanckelmüthig und unbeſtändig erfunden, ſolche Umſtände, und wie er den Zeugen in euſſerlichen Gebehrden vermerckt, zu dem Handel auffſchreiben.

ARTIC. *LXXI.*

IN project. Norico rubrum habet: Wie die Obrigkeit der Kundſchafft ſoll erſucht werden. Ipſe Articulus ſic conceptus legitur: Item ſo ſoll derienige, der Kundſchafft führen will, durch ſich oder ſeinen Anwald, die Obrigkeit erſuchen, einen oder mehr Kundſchafft-Verhörer zu verordnen, auch ob es Noth thäte, Compulſorial-

ſorial oder Compaſſ-Briefe zu gehen, bitten, dadurch die Zeugen zu der Sage bracht werden mögen, daſs auch der Kundſchaft führt durch die Richter klärlich unterrichtet werden ſoll, damit er ſich darnach weiſs zu halten.

ARTIC. *LXXII.*

Von Kundſchafft-Verhörern auſſerhalb des Gerichts.

WO aber ein peinlich Gericht, wie dann im Reich an vielen Orten befunden, mit ſolchen obgemeldeten darzu verſtändigen Perſonen nicht beſetzt wäre: wiewol dann ſonſt nach Vermöge gemeinen Rechten, in peinlichen Sachen, auſſerhalb derſelben Gerichts-Perſonen, nicht Kundſchafft-Verhörer oder Commiſſarien gegeben werden ſollen: Dieweil aber an verſtändigen Kundſchaft-Verhörern viel gelegen iſt: Damit dann aus Unverſtand dieſer Kundſchafft-Verhörer keine Verkürtzung geſchehe: ſo ordnen und wollen wir, wo gemeldeter Mangel erſcheinet, daß diſſfals die obgedachten verzeichneten Weiſung-Artickul durch den Richter u. vier Schöpfen, doch ohne Nachtheil oder Koſten der Partheyen, der vorgemeldten nechſten Obrigkeit zugeſchickt, und darbey Gelegenheit und Geſtalt der Sachen, ſo viel ſie der Bericht empfangen, angezeigt werde, darauf dann dieſelbe Obrigkeit verſtändige Kundſchafft-Verhörer, ungeachtet, ob ſie nicht des Gerichts wären, auf Anſuchung des, der Kundſchafft führen will, verordnen, und ob es die Nothdurft erfordert, und begehret würde, Compulſorial- und Compaſſ-Brieff geben ſoll, dadurch die Zeugen zu gebührlicher Sage zu bringen ſind. Und ſoll demnach gemeldte Obrigkeit, ſo viel an ihr iſt, allen Fleiß thun, und wes ſie ſich ſelbſt nicht verſtünde, bey Rechts-

Verſtändigen Raths pflegen, damit ſolche Kundſchafft den Rechten gemäß verhöret werde, doch auch ohne der Parthcyen Koſten und Nachtheil.

ARTIC. LXXII.

IN Norico ita extat: Von Kundſchafft-Verhörern, ſo die Obrigkeit geben mag: Item, alsdenn mag der Richter ſammt etlichen Urtheilern, daſelbſt befehlen die Kundſchafft ordentlicher Weiſs, mit gebührlicher Erkundigung, dem Vorwenden der Sachen, (quod fateor me non ſatis intelligere) zu Verhör, oder aber nach Geſtalt und Gelegenheit der Sachen andere verſtändige Commiſſarien darzu verordnen. Zudem ſoll die Obrigkeit, ſo viel an ihr iſt, auch allen Fleiſs thun, damit Kundſchafft und Weiſung, den Rechten gemäſs, gethan werde.

NOTÆ AD ARTIC. *LXXI. LXXII.*

Cur ipſe judex debeat examinare teſtes.

§. I. Cum præcipuum cauſarum criminalium momentum ab examine teſtium dependeat, hinc prudens judex lubenter ipſe teſtes examinabit. Nam tunc demum ſolide ſuper probatione ſtatuere poteſt, ſi non teſtimoniis ab aliis in chartam conjectis credit, ſed ipſos teſtes præſentes vidit, viſos ipſe quæſivit, illorumque perſonas, habitum, geſtus, vultum perſcrutatus eſt, ut exacte, quis dixerit, quomodo dixerit, & quid dixerit, eidem conſtet. *

Lex Hadriani in hanc rem.

* Eſt hæc doctrina Imperatoris HADRIANI, qui *teſtibus*, non *teſtimoniis* credere, & ipſe teſtes interrogare conſueverat. Ideo, quod alia auctoritas teſtium præſentium, alia teſtimoniorum, quæ recitari ſolent, eſſe debeat *v. l. 3. ſ. 3. ſeqq. ff. de teſt.* Sane, ſi teſtimonia jam conſcripta exhibentur, dubitari poteſt, an teſtes fideliter interrogati, an cordate reſponderint, an recte & diligenter omnia annotata.

§. 2.

Quid examinanti attendendum in perſona teſtis.

§. 2. Quod modum teſtimonii dicti attinet, non tantum videndum, an teſtis vacillet, titubet, ſed quoque, an vehementer & animoſe reſpondeat, quod odii affectum *1 arguit, item an ratiocinetur. *2 Nam hæc attenduntur in judicio civili, adeoque multo magis in cauſa criminali.

*1 Quod etiam e geſtibus vultuque colligi poteſt conf. HERT. *in paræm.* Das Geſichte verräth ihn *p. 471. Vol. II. tom. 3.*

Cur teſtis non ſit, ratiocinari.

*2 Nam teſtis debet teſtari de viſu & auditu ſuo *per Artic. 65.* non vero divinitationes & conjecturas ſuas adferre. ſed judicium judicio relinquere.

Cur jus civile in teſtium examine non admittat mandatorium.

§. 3. Exinde quoque factum eſſe videtur, quod de jure civili teſtium examen non aliis committere liceret, niſi magna cauſa ſubeſſet. Ut ex textibus, quos commentatores hic allegant, patet.

Conſenſus Carolinæ & U. M. per diſtinctionem juriſdictionum.

§. 4. Eadem mens Imperatoris noſtri articulis LXX. LXXII, LXXIII. adeo, ut non niſi in caſu neceſſitatis & in ſubſidium, ſi nempe judex loci propter imperitiam utiliter examine defungi nequeat, ad ſuperiorem judicem eundum ſit. Verum in praxi hodie aliter dicendum. Secundum hanc enim tota patrimonialis juris dictio vendi, locari, ergo et delegari poteſt *1 prout ad Artic. II. vidimus. Licet officialium alia videatur ratio, ut his ſine conſenſu illius, qui ipſos conſtituit, illorumque diligentiam reſpexit, *2 aliis ſuas vices integras committere non permittatur.

*1 Requirit quidem Artic II. ſupr. ut ſuperior conſentiat in delegationem, ſed hoc praxis non agnoſcit.

*2 Accedit, quod Artic. II. tantum illis, qui jure prædiorum jurisdictionem habent, delegationem concedat. *vid.* STRYK. *U. M. de Offic. ej. cuj. mand. jurisd. §. 3. circa. fin.*

quoad delegationem certi actus inter juriſdi-

§. 5. Unde multo magis Dominis jurisdictionis fas quoque erit, hujus jurisdictionis partem, videlicet te-

Digitized by Google

Actionem patrimonialem & officialem non diſtinguitur.

ſtium examen, aliis commendare. Neque vero hic *Doctores* diſtinguunt * 1 ut quidem circa delegationem totius jurisdictionis, an officii ratione, an patrimonii jure habeatur. Modo commendatio fiat perito, & actuarius juratus teſtium elogia conſcribat. Vel in Notarium cum ſcabino dirigatur commiſſio. * 3

* 1 Simpliciter enim delegationem concedunt STEPHANI *ad artic.* 70. BULLÆUS *ad eundem* ZIERIZ *ad artic.* 71. Interim recte monet BRUNNEMANN *c.* 8. *n.* 59. quod judex hac tamen delegandi licentia non per ignaviam debeat uti ſine cauſa. Quod ſi vero perſonæ judiciali, ex eo ipſo judicio, judex examen relinquit, nullo caſu opus erit argumento *artic.* LXXII. verb. *auſſerhalb derſelben u. ſ. w.* uti.

An Notarius in criminalibus examinare poſſit teſtes.

* 2 Nam Notarii ſine judicis loci juſſu, hinc inde teſtis jurato examinare plane prohibentur MARTINI *ad tit.* XX. *§.* 3. excipe defenſionales *§.* 7. *infr.*

Quid reo agendum, ſi judex imperitus.

§. 6. Propter imperitiam tamen propriam, de qua in textu noſtro, judex modernus vix deſiderabit vicarium. Imo hic accuſatus potius ipſe contra judicem inhabilem excipiet, & a ſuperiori * commiſſarium petet. Nam Notarii adjunctionem tantum rogaſſe, merito minus tutum adverſus faſtuoſe impetum judicem remedium habetur.

* Confer, de cura Advocati circa examen teſtium THONNICK *c.* X. *per tot.*

Duæ regulæ ex Art. LXI. LXII. notandæ.

§. 7. Ceterum illud monitum, 1) quod examinator varietatem, inconſtantiam * 1 imo geſtus plane reliquos teſtium, qui fidem iſtorum minuere poſſint attendere & ut annotentur curare debeat, & perpetuo obſervanda pertinet. Uti nec illud 2) prætereundum, quod judices quotiescunque ad functiones, quibus ipſi pares eſſe debebant, aliorum auxilio utuntur, nullos ea propter ſumtus partibus * 2 imputare poſſint. Unde ut hodie circa expen-

Digitized by Google

expenſas pro informatis, vel reſponſis, ut loquuntur, ſolvendas mitius cum noſtris iudicibus agatur, illisque inquiſiti ſumtibus in iuris ſcientia proficere liceat.

*1 Vid. Artic. LXXI.

*2 Artic. LXXII. verbis: Doch ohne Nachtheil oder Koſten u. ſ. w.

§. 8. Propter favorem autem defenſionis Notarii quoque, licet iudex ordinarius ipſis non commiſerit, teſtes defenſionales etiam in locis, ubi alias Notariorum examina teſtium non admittuntur, examinare poſſunt. * *Quis præter judicem examinare poteſt teſtes defenſionales.*

* Confer MARTIN. *ad tit. XX. §. 6. n. 23. proc. Saxo.*

ARTIC. *LXXIII.*

Von Oeffnung der Kundſchafft.

§. 1. So dann ſolche Kundſchafft verhöret iſt, ſoll es mit Eröffnung derſelben alſo gehalten werden: Nemlich, würde Kundſchafft vor etlichen eins peinlichen Gerichts-Perſonen, die dieſer Sachen verſtändig, gehört, ſo ſoll der Richter zu Eröffnung derſelben Kundſchafft Tag anſetzen, und ſchrifftliche Einrede und Schutz-Rede zulaſſen, auf Form und Maß, wie hernach folget.

§. 2. Wo aber aus Mangel verſtändiger Perſonen des peinlichen Gerichts, durch Commiſſarien auſſerhalb des Gerichts, wie oben davon geſchrieben ſtehet, Kundſchafft verhöret würde, oder die Schöppen deſſelben peinlichen Gerichts nicht bey einander geſeſſen wären, alſo, daß auf ihr Zuſammenbringen übriger Unkoſt und Verzug gehen würde: Dieweil dann ihre Verſammlung zu einer jeden ſolchen Handlung nicht fürträglich noch vonnöthen iſt und der halbe Unkoſt und Verzug des Rechten verhütet würde, ordnen und wollen wir, daß in dieſem

ſem Fall die Commiſſarii und Kundſchafft-Verhörer der-halben nachfolgender Maſſen handeln ſollen.

§. 3. Anfänglich ſollen die gemeldten Commiſſarii und Kundſchafft-Verhörer, den Partheyen zu Oefnung der Kundſchafft Tag anſetzen, und auf ſolchen beſtimmten Tag beyden Theilen Abſchrifft, auf leidliche Belohnung, darvon geben, und eine ziemliche Zeit, die ſie nach Gelegenheit der Sach für Noth anſehen und erkennen, geben, damit ſolches an die Sachwalter, und ſonderlich an die Gefangenen bracht, und ſollen des Gefangenen Beyſtänder disfalls zu ihm gelaſſen * werden, und was dann jeder Theil zu, oder in ſolchen Kundſchafften reden will, das ſoll er vorgedachten Kundſchafft-Verhörern in Schriften gezwyfacht, auf einen nahmhafften Tag, den ihm die Kundſchafft-Verhörer deshalben, nach Gelegenheit der Sachen, in ziemlicher Zeit anſetzen ſollen, fürbringen, und fürter die eine Schrifft bey dem Kundſchafft-Verhörern behalten, und die andere den Widertheil behändiget werden, ſeine Gegenſchrifft, ob er will, darauf zu thun.

* *Confer. ſupr. not. ad Artic. 47. §. XI. * & Art. XIV.*

So aber die Partheyen derohalben weiter ſchreiben wollen, das alles ſoll in Schrifften geduplirt, und in Zeit, ſo die Kundſchafft-Verhörer darzu beſtimmen, beſchehen, und doch kein Theil einer Kundſchafft halb, über zwo Schrifften zu thun (darinn ſie alle ihre Behelff und Nothdurfft fürbringen, und damit beſchlieſſen ſollen,) nicht zugelaſſen werden: es wäre denn Sach, daß der Verhörer aus mercklichen trefflichen und bewegenden Urſachen befinden würde, daß ers gar nicht umgehen könte, ſo ſoll er jeglichem Theil noch eine Schrifft, und nicht mehr, auch in ziemlicher förderlicher Zeit zulaſſen. So dann

Digitized by Google

dann nun alſo die Kundſchafft verhört, eröffnet, und von Theilen, ihr ein und zu reden einbracht, und beſchloſſen worden, ſoll der Kundſchafft-Verhörer oder Commiſſarius ſolches alles der Obrigkeit, die ihn zu ſolcher Verhörung verordnet, zum förderlichſten überſenden, welche Obrigkeit alsdann ihren Rathſchlag dem Richter, vor dem ſolche Rechtfertigung hanget, was in ſolcher Sachen zu erkennen ſey, ſoll zuſchicken.

ARTIC. *LXXIII.*

RUbrum concordat. Nigrum in Norico ſequens eſt. Item, ſo die Kundſchafft verhört iſt, ſoll der Verhörer ſolcher Kundſchafft beyden Partheyen zu Oeffnung derſelben einen Tag anſetzen und nothdürfftig mündliche oder ſchrifftliche Einrede zugelaſſen werden. Die der Gefangene und Beklagte, durch ſich, ſeinen Anwald, geſipte Freunde oder Oheim thun oder thun laſſen mag, und ſoll den Gefangenen auf ſein Begehren durch den Richter von Amtswegen ein Redner oder Anwald zugeordnet werden. Et porro: von Antwortung verhörter Kundſchafft, item was obgemeldeter maſſen für die Kundſchafft Verhör bracht würde, ſoll alles eigentlich aufgeſchrieben und demnach der Obrigkeit überantwortet werden. Bey der die Theil ſo ſolche zu genieſſen verhoffen ſolche Kundſchafft und Handlung holen, und für dem Richter um weiter rechtlicher Handlung willen antworten ſollen. Und mag die Obrigkeit, wo ſie des Noth bedüncket, zu Nothdurfft und Förderung der Sachen ihren Anſchlag, was mit der geſtellten Kundſchafft rechtlich bewieſen und darauf zu erkennen ſey, verſchloſſen mitſchicken.

NOTÆ AD ARTIC. *LXXIII.*

§. I. In articuli §. I. traditur regula I. ut ſi judex ipſe teſtes Regula §. 1. Artic.

teſtes examinaverit in præſentia ſcabinorum ſuorum, ad publicationem rotuli ab actuario conſcripti ipſe partes citet.

Regula §. 2. Artic.

§. 2. Si teſtes ob defectum peritorum ſcabinorum: coram commiſſariis auditi, pro rotulo publicando non opus eſt moleſta & ſumtuoſa ſcabinorum convocatione, ſed ſufficit, publicationem fieri a ſolis commiſſariis examinatoribus.

Regula §. 3. de modo a Commiſſariis in publicatione ſervando.

§. 3. In Proceſſu accuſatorio publicatio atteſtatorum coram commiſſariis redditorum ita fieri debet, ut 1) Commiſſarii terminum publicationis accuſatori & accuſato præfigant, 2) in illo termino accuſatori & accuſati procuratori æquo pretio rotuli exempla communicent, 3) ut defenſori cum accuſato in carcere detento colloquendi poteſtas fiat, 4) ut partes binis ſcriptis utrinque in duplo exhibendis ſuper atteſtatorum valore diſputent, vel certe tribus, ſi negotii perplexitas non aliter ſuadet, ut his 5) omnibus peractis rotulus una cum diſputationibus ad committentem & tandem 6) ab hoc ad judicem ordinarium transmittatur.

Stylus curiæ rotulum publicandi hodiernus ſpeciatim in proceſſu inquiſitionis.

§. 4. Aſt moribus examinator rotulum obſignatum ſtatim ad judicem ordinarium mittit, qui facta publicatione partes ad reliqua ſcripta diſputatoria admittit, negotioque confecto acta ad Collegium juridicum transmittit.

§. 5. Imo in proceſſu inquiſitorio, publicatio atteſtatorum probatorialium ſola rotuli communicatione, ut illum vel in loco judicii defenſor perluſtret & excerpat, vel inquiſiti ſumtibus deſcriptum domi examinet, refuteтque peragitur. Unde in proceſſu inquiſitorio, quot ſcriptis diſputationes de probatione abſolvi debeant, quærere non opus eſt, cum inquiſitus neminem habeat, qui ipſius defenſionem refutet.

§. 6.

§. 6. Ubi vero Fiſcalis habetur ut v. c. in HOLSATIA, POMERANIA, Comitatu OLDENBVRGENSI tractu EICHSFELDIANO alibique, ibi diſputatio inſtituitur, ut in proceſſu accuſatorio, ut tamen poſitio finalis pertineat ad accuſatum. Alias regulariter poſtquam inquiſitus ſuam probationem deduxit, nil amplius ad acta jungendum, ne proceſſus criminalis inquiſitorum, ſubditorumque excubias agentium moleſtia nimis protrahatur, *vid. Ordin. Crimin. in March. Electoral. Reg. Maj. Boruſſ. c. VI.* §. 14. Quod ſi tamen plures ſint inquiſiti, ac alter in alterum crimen rejicere allaboret, ſcripta defenſionalia omnino communicari debent. Imo etſi & alia gravis cauſa ſubſit, ut ſi corruptiones, crimina falſi &c. circa probationem inquiſiti haud vane præſumantur, re ad principem delata, de conſtituendo refutatore ſtatui poteſt: adde THOENNICK. *c. XVII.*

De diſputationibus in proceſſu accuſatorio.

An admiſſo ab acta defenſionis ſcripto admittatur ejus refutatio & quando.

ARTIC. *LXXIV.*

Von Kundſchafft des Beklagten, zu ſeiner Entſchuldigung.

So ein Beklagter Kundſchafft und Weiſung führen wolte, die ihn von ſeiner verklagten Miſſethat entſchuldigen ſolte, ſo dann der Richter ſolche erbotene Weiſung für dienſtlich acht, ſo ſoll es mit Vollnführung derſelben, auch vorgemeldter maſſen, und darzu, wie von ſolcher Ausführung der Unſchuld hernach in dem 15. Artikul, anfahend: Item, ſo jemand einer That bekäntlich iſt, ꝛc. und in etlichen Artickuln darnach, klärlicher, mehr und weiter gefunden wird, gehalten werden.

ARTIC. *LXXIV.*

NOn differunt projecta ab impreſſis. Additur tantum: von Weiſung redlichen Verdachts. Item, aber

einen redlichen Verdacht und Argwohn fürzubringen, oder zu beweiſen, ſo ſoll es damit gehalten werden, wie vor in dem Articul (ſine dubio LXXIV.) davon geſetzet.

NOTÆ AD ARTIC. *LXXIV.*

De probatione exceptionum rei & hujus favore.

Agitur hic in ſpecie de probatione exceptionum inquiſiti, & quidem remittendo ad *artic. CLI infra.* Sed hæc in proceſſu accuſatorio peragitur, ut probatio accuſatoris de qua *ad Artic. LXV.* §. 1. ut tamen termini elapſi non adeo præciſe habeatur * 1 ratio. Cum nimis crudele foret ob neglectam ſolemnitatem hominem, cui innocentiam defendendi ratio non deeſſet, ad eculeum, aut ſupplicium rapere velle. Accedit, quod reus plane a judice ex officio monendus ſit, ut vel nolens innocentiam probet *Artic. CLXXXIV. infra*: Leviores quoque probationes pro reo hic ſufficere tantum non omnes fatentur. Nec, licet in *Articulo CLII.* extet, articuli rei, ut irrelevantes ante examen teſtium ſine gravi cauſa rejiciuntur. * 2

De levioribus defenſionis probationibus §. 2. ſupra ad Artic. XXIX. & ad Artic. §. 7. LXXII.

* 1 Vid CARPZOV. *quæſt. C. VI. n. 38. & ſ. 7. ad. Artic. LXXI. ſupr.*

An poſt concluſ. judex nova addere poſſit.

* 2 Communiter ſolet dici 1) poſt defenſionis ſcriptum exhibitum 2) poſt publicata rei atteſtata 3) poſt cauſæ concluſionem judici inquiſitori nefas eſſe nova addere, ulterius cognoſcere in cauſſa, reprobationem inſtituere ſed vid. reſponſ. infr. *ad Calc. comment.* AUCTARIO.

ARTIC. *LXXV.*

Von Verzehrung der Zeugen.

Wer in peinlichen Sachen Kundſchafft führet, der ſoll einem jeglichen Zeugen von gemeinen Leuten und Fußgängern, für ſeinen Koſten, einen jeden

den Tag, dieweil er in ſolcher Zeugſchafft iſt, acht Creu- tzer, oder ſo viel Werths nach eines jeden Lands-Müntz Gelegenheit, geben. Aber mit andern, und mehrern Perſonen ſoll es derhalben, nach Erkändtniß der Kund- ſchafft-Verhörer gehalten werden.

ARTIC. *LXXV.*

INſcribitur in Norico: von Verlegung der Zeugen, Verba von gemeinen Leuten und Fuſsgängern: item nach eines jeden Landsmünze omittuntur.

NOTÆ AD ARTIC. *LXXV.*

De ſumtibus teſtium pro illorum ſtatu diverſo.

Teſtibus ſumtus itineris ſuppeditandos eſſe ſtatuit Cæſar hoc articulo, definitque illos ſimul ſat modice, ut parum duos groſſos miſnicos quotidie excedant. Additur tamen, quod hoc tantum capiendum de communi turba, quæ per pedes iter fecit. Ceterum quoad reliquos, res ſecundum cujuslibet ſtatum & neceſſitatem dijudicatur. Ita nihilominus, ut egenis non tantum alimenta ſolvantur, ſed merces quoque ab illis quotidie pro operis percipi ſolita. Reliquis vero ſoli ſumtus viales non autem lucrum, quod ipſis obiter carendum eſt, reſtituitur.

ARTIC. *LXXVI.*

Kein Zeugen für Gericht zu vergleiten.

ES ſoll keine Parthey noch Zeuge vor den Richtern oder Commiſſarien vor peinlicher Rechtfertigung vergleitet werden, aber für ſeine Gewalt mögen die Par- theyen und Zeugen für Gericht vergleitet werden.

ARTIC. *LXXVI.*

IDem plane eſt in projectis, qui impreſſis.

NOTÆ AD ARTIC. *LXXVI.*

Quid in Carolina.

§. 1. Neutra partium nulluſque teſtium coram judicibus aut Commiſſariis adverſus publicum judicium ſalvum conductum obtineat. Aſt ne qua vis eis fiat, poterunt & partes & teſtes ad judicium conduci. Ita textum vertit Gobler.

Notet: ſalvus conductus,

§. 2. Pertinet huc quoque articulus CLVI. infra, ubi dicitur, quod reo ſeu accuſato *1 contra vim & violentiam *2 injuſtam, non autem ultra ſalvus conductus concedendus ſit.

De ſalvo conductu cum extrajudiciali tum judiciali olim.

*1 Olim temporibus turbidis peregrinantes potiſſimum ſalvum conductum petebant a territoriorum dominis, adverſus latrones & prædones. Licet ſucceſſu temporis potentiores conductum ſuum in quæſtum verterent, atque etiam invitis obtruderent & in vicinorum minus potentum terras extenderent. *Conſ.* DATT. *L. 1. c. XIX.* Erat dein quoque ſalvus conductus judicialis in gratiam potiſſimum reorum ſive accuſatorum. Ita v. c. de Weſtphalicis judiciis e vetuſtis ſchedis DATT. *L. IV. c. 2. n. 30.* refert, quod reos ad hæc judicia conduxiſſe, ſolius quondam imperatoris fuerit reſervatum.

Cur ſalvus conductus contra jus olim non datus & quo ſenſu hodie detur.

*2 Commiſſarii & judices conductum ſuum tantum impertire ergo debent contra viam facti, non contra viam juris. Nam ſi & adverſus hanc conducerent, tollerent eo ipſo proceſſum criminalem, & accuſatis ſive reis, teſtibusque de criminibus ſuſpectis gratiam facerent. Interim moribus noſtris non tantum contra violentiam facti & vim extra judicium, ſed quoque contra arreſtum, ſeu capturam à judice ad tempus: biſs etwas peinliches erkannt, ſalvus conductus conceditur.

Cautela practica impetrantium.

§. 3. Petitur ſalvus conductus quidem a judice competente, quod ſi vero difficiliorem ſe gerat, ſuperior adiri ſolet. Imo in genere, ut ſecuritas ab ipſo principe impetretur melius & tutius *1 eſt. Cautela eſt, ut in pleniſſima forma ſine reſtrictione ad tempus *2 vel

certum delictum, aut locum judicii petatur. Interim reſpectu petentis opus quoque eſt oblatione cautionis: *3

*1 COLER. *P. IV. c. I. proc. exec. in fin.* CARPZOV. *n. 56. qu. 112.*

*2 *Vid.* THOENNICK. *c. VIII.* præcipue *n. 18. ad fin.* ubi de his ſingulis. Inſuper e quorundam conſilio, poſt verba: etwas peinliches erkannt, petendum eſt, ut addatur: und er ſolches abzulehnen nicht vermag. Alias CARPZ. *qu. CXII. n. 65.* quoad incarcerandi licentiam ita diſtinguit, ut in proceſſu inquiſitorio poſt ſententiam (peinlich Urthel) ſtatim comprehenſionem inquiſiti concedat, in accuſatorio autem lapſum decendii expectandum eſſe dicat. Formula: biſs etwas peinliches erkannt, videtur in hoc ipſo articulo contineri verbis: vor peinliche Rechtfertigung. Ceterum non tantum ejusmodi ſententia, ſed etiam: wenn ſich der Vergleitete, nicht gleitlich hält, und ſtraffbahre unruhige Händel anſtifft S. C. finitur. Minime vero propter rixam ex improviſo cum aliis ſupervenientem. *vid.* THEODORIC. *p. 1473.* Ne detur malevolis occaſio rei ſalvo conductui inſidias ſtruendi.

Monita practica circa formulam petendi.

*3 Nam ſine præſtita cautione ſalvus conductus ſpecialis non conceditur. Quæ cautio tunc demum committitur, ſi delinquens rite citatus in ultimo termino ſe non ſiſtat BRUNNEMANN. *c. VIII. membr. 6. n. 23. proceſſ. inquiſit.* Quid ſportularum nomine impetranti in Saxonia, & ducatu Magdeburgico ſolvendum, *vid.* BEIER. *c. IV. ſ. 7. de expenſ. criminal.*

De cautione pro impetrando ſalvo conductu & ejus amiſſione.

§. 4. Finiri autem dicitur ſalvus conductus non tantum novo delicto, de quo iam dictum, ſed quoque tempore elapſo, contumacia non comparentis, item ſi dolo impetratus, ſi dolus detegatur, *1 item, wenn was peinlichs erkannt worden. Item confeſſione delicti. *2

Quomodo ſalvus conductus finiatur.

*1 Adde quos citat HEIL. *p. 54. ſ. 21.* GRANZ. *p. 697.* Cautelas pro reo impetrante *vid.* OLDEKOP. *tit. III. obſ. 28.*

Cur finiatur confeſſione.

*2 Cum in delinquentem confeſſum nullæ aliæ ſunt judicis

partes

partes, quam ut condemnet, & ita practicatur in toto mundo. CLARUS ſ. fin. qu. 65. Conſentiunt Scabini Lipſ. lib. II. ſen. 1. infir. MOLLER.

ARTIC. *LXXVII.*

Das Recht förderlich ergehen zu laſſen.

Unkoſten zu vermeiden, ſetzen und ordnen wir, daß in allen peinlichen Sachen dem Rechten ſchleunigſich nachgegangen, verholffen, und gefährlich nicht verzogen werde.

ARTIC. *LXXVIII.*

Von Benennung endlichs Recht-Tages.

Wo der Kläger auf des Beklagten eigen Bekennen, oder einbrachte und vollnführte Kundſchafft und Beſchluß, wie obſtehet, um einen endlichen Recht-Tag bittet, der ſoll ihm förderlich ernennet werden. Wo aber der Ankläger um den endlichen Recht-Tag nicht bitten wolt, ſo ſoll derſelbe endliche Recht-Tag auf des Beklagten Bitt auch ernennet werden.

ARTIC. *LXXVII. LXXVIII.*

Non differunt ab impreſſis.

NOTÆ AD ARTIC. *LXXVII.*

Proceſſus criminalis, quo ſenſu citius expediatur.

Commendatur hic judici ſolertia, ut quoad ejus fieri poteſt, cauſas criminales cito expediat. Unde 1) in praxi ordo in judiciis eſt, ut cauſæ criminales prius cognoſcantur, quam civiles, ut nec 2) feriarum adeo, ac in civilibus ratio habeatur, ut 3) non admittantur interrogatoria contra articulos defenſionales, nec 4) reprobatio, * nec 5) defenſionis refutatio, nec 6) contra favorabilem ſententiam, mitioremque Appellatio, Leutera-

teratio, vel ab actis remotio ejuſdem. Cum autem in favorem defenſionis fatalia non rigoroſe curentur, facilius dilationes, novæque defenſiones inquiſitis conceduntur, eo ipſo judex, ne promtam criminalium cauſarum expeditionem, cum parum prudenti præcipitantia confundat, ſatis admonetur.

* Imo *arg. Art. 74. Art. 143. c. fin. verſ.* jedoch ohn abgeſchnitten & huc remittit. *Art. 74. add. reſponſ. infr. Auct. I.* Nec interrogatoria in univerſum vel articuli defenſionales ſalva ſana ratione excluduntur. Uti enim interrogatoria conceduntur inquiſito, ne ipſi injuria fiat captioſis, aut certe obſcuris, inconditis articulis: ita nec fiſco, nec judici inquiſitori interrogandi poteſtas adimenda, ne ægre fiat ſaluti publicæ & malos puniendi neceſſitati. Ratio ſequenda eſt, non turba practicorum.

NOTAE AD ARTIC. *LXXVIII.*

Agitur hic de præfigendo termino ad publicandam ſententiam. In proceſſu accuſatorio, tam ab accuſatore, quam accuſato prout alteruter eorum de ſuæ cauſæ juſtitia bene ſperat, terminus ad publicationem ſententiæ, peti poteſt. In Proceſſu inquiſitorio reverſis actis, ut plurimum judex inquiſito id intimat. * Imo & in accuſatorio, ſi neuter litigantium publicationem deſideret, diem ad audiendam ſententiam præfigere ad judicis officium ſpectat. **De termin. publicand. ſenteat.**

* Si carcere incluſus detinetur, hoc fieri poteſt, alias ſi inculpatus nondum incarceratus ſed v. c. ſalvo conductu impetrato incertus itque reditque inter ſpem & metum futuræ ſententiæ, prudentia ſuadet, ut judex coram collegis ſuis ſolis acta aperiat & quid agendum ſit deliberet. vid. THOENNICK. *pag. 281.* in delicto levi ſententia publicatur eodem modo, ut alias in judicio civili. **Quando judex ſolus cum ſcabinis acta reverſa aperit.**

ARTIC. *LXXIX.*

Dem Beklagten den Recht-Tag zu verkündigen.

DEm, ſo man auf Bitt des Anklägers mit endlicher peinlicher Rechtfertigung ſtraffen will, ſoll das zuvor drey Tage angeſagt werden, damit er zu rechter Zeit ſeine Sünde bedencken, beklagen und beichten möge, und ſo er das heil. Sacrament zu empfangen begehrt, daß ſoll man ihm ohne Weigerung zu reichen ſchuldig ſeyn. Man ſoll auch nach ſolcher Beicht pfleglich ſolche Perſonen zu dem Verklagten in die Gefängniß verordnen, die ihm zu guten ſeeligen Dingen vermahnen: und ihm in dem Ausführen, und ſonſt, nicht zu viel zu trincken geben, dadurch ſeine Vernunfft gemindert werde.

ARTIC. *LXXIX.*

VErba Beichten u. ſ. w. in Norico leguntur: Beichten und das heil. Abendmahl empfangen möge. Verba: das ſoll man ſchuldig ſeyn omittuntur.

NOTÆ AD ARTIC. *LXXIX.*

De intimatione ſententiæ & poſt hanc agendis.

Executio ſupplicii reo 1) triduum * antequam fiat intimanda 2) ſacra cœna ipſi exhibenda 3) perſonæ, quæ ad beatum ex hac vita exitum eum præparent, admittendæ, 4) denique ad ſupplicii locum educendo vinum moderate propinandum.

Cur mature ſententia capitalis reo intimanda.

* Finis hic tantum adducitur Theologicus, præparatio ſcilicet ad ſacramentum eccleſiæ, ſunt autem plures alii, ſcilicet, ut etiam res ſuas domi componat, rationes, ſi adminiſtrator fuit, reddat. Ut proinde triduum interdum ampliandum *vid.* FROELICH. *II. 303. ſequ.* SIMON. *peccul. diſſert. Part. II. Præſid. Academ. p. 241.* An & genus pœnæ miſero ſcire deſideranti annunciandum, recte affirmative decidit *idem p. 216.* per *Artic. 94. h.* Plura, quæ hoc triduo pen-

An genus mortis reo indicandum, & de diebus vi-

den-

dente cum inquiſito agantur, ratione cibi, potus, conclavis; recitat DOEPLER *dict. l.* addendo: quod alicubi inquiſitus edat ſocio carnifice, quo ipſi adſueſcat; quod tantum non ridiculum. Nec enim inter carnificem & miſerum de perpetuo conjugio incundo quæſtio, ubi aſſuetudine opus. Magis nobis probantur mores, ubi omnia ita diriguntur, ut carnifex nunquam veniat in miſeri conſpectum, etiam dum officium exequitur. *te rei ultimis.*

ARTIC. LXXX.

Zum Gericht ſoll verkündiget werden, wie an jedem Orten mit guter Gewohnheit Herkommen iſt.

ARTIC. LXXXI.

Unterredung der Urtheiler vor dem Recht-Tage.

Es ſollen auch etliche Richter und Urtheiler vor dem Rechts-Tag alles Einbringen hören leſen, daß alles, wie hernach in dem 181. Artickul angezeiget wird, ordentlich beſchrieben, und für Richter und Urtheiler bracht werden: Darauf ſich Richter und Urtheiler mit einander unterreden und beſchlieſſen, was ſie zu Recht ſprechen wollen: und wo ſie zweiflich ſeyn, ſo ſollen ſie weiter Raths pflegen bey den Rechts-Verſtändigen, und an Enden und Orthen, wie zu End dieſer unſer Ordnung angezeigt, und alsdann die beſchloſſen Urtheil zu dem andern Gerichtshandel auch aufſchreiben laſſen, nach der Form, wie hernach in dem 190. Art. anfahend, It. ſo nach laut dieſer unſer und des Reichs-Ordnung, &c. funden wird, damit ſolche nachmahls auf den endlichen Recht-Tag, wie hernach von Oeffnung ſolcher Urtheil geſchrieben ſtehet, unſäumlich alſo geöffnet werden.

 Art.

ARTIC. *LXXXII.*

Von Beſitzung und Beleutung des endlichen Gerichts.

An dem Gerichts-Tag, ſo die gewöhnliche Tag-Zeit erſcheinet, mag man das peinliche Gericht mit der gewöhnlicheu Glocken beleuten, und ſollen ſich Richter und Urtheiler an die Gerichtsſtatt fügen, da man das Gericht nach guter Gewohnheit pflegt zu beſitzen, und ſoll der Richter die Urtheiler heiſſen niederſitzen, und er ſoll ſich auch ſetzen, ſeinen Stab oder bloß Schwerdt nach Ländlichen Herkommen eines jeden Orts in den Händen haben und ehrſamlich ſitzen bleiben bis zu Ende der Sachen.

NOTÆ AD ARTIC. *LXXX. LXXXI. LXXXII.*

De ſigno campanæ die executionis dando.

§. 1. Circa ſignum, quod die executionis ad convocandum populum datur, nihil ab Imperatore definitur, ſed hoc quicquid eſt cujuslibet loci conſuetudini relinquitur. Ut plurimum convocatio campanæ * pulſu peragitur. Ipſi aſſeſſores a præſide per apparitores adeſſe jubentur.

* Ita *in Artic. LXXXII. & apud* DOEPLER *I. p. 452. p.*

De conceptione ſententiæ hodie.

§. 2. Quod colloquium judicis & ſcabinorum de concipienda ſententia *in Artic. LXXXI.* attinet, illud hodie ceſſat, * actaque vel uni e Collegio quod jurisdictionem criminalem in reum habet, ad relationem committuntur, vel ut in municipiis, præfecturisque moris & juris eſt, ad Scabinatum, aut Facultatem aliquam juridicam transmittuntur. *

* Obſervatur tamen adhuc in Comitatu *Tyrolenſi I. 297.* FROELICH. modus formæ in Artic. noſtro LXXXI. ſententiam conſcribendi non abſimilis.

Cur judex ſe-

§. 3. Quod Scabini cum judice conſidere, hic autem bacu-

baculum, vel gladium usque dum ſententia pronunciata, Artic. LXXXII. tenere debeat, nulla alia ratio ſubeſt, quam decori juridici. det cum gladio, baculo?

* In Judicio Weſtphalico quondam ita practicabatur: de fry Greven ſive Scheppen und de Frohnen ſollen noch Hoet noch Kappen, noch Mäntel noch Hanſchen of noch annen hebben ſunder wapen ſollen ſee ſyn, ordelen ſollen ſee wyſen faſtende und ſittende ita MSCt. Dicebantur etiam olim: die Schöppen: die Churgenoſſen. Nam ita in formula *p. 290.* apud MEINDERS, ick bitte juw ehme to richten, alſe de CHORNOTEN delet i. e. ut ſcabini dicunt. Mos vetus judiciorum Weſtphaliæ.

ARTIC. LXXXII.

Dieſe Caroli V. und des Heil. Reichs-Ordnung gegenwärtig haben, auch der Partheien, darinn ihre Nothdurft nicht zu verbergen.

In allen peinlichen gerichtlichen Händeln ſollen Richter und Schöpffen dieſe unſere Ordnung und Satzung gegenwärtig haben und darnach handeln und den Partheyen, ſo viel an ihnen zu ihren Sachen noth iſt, auf ihr Begehren, dieſer unſer Ordnung Unterrichtung geben, ſich darnach wiſſen zu halten: alſo, damit ſie durch Unwiſſenheit derſelbigen nicht verkürtzt oder gefährt werden. Man ſoll auch den Partheyen die Articul, ſo ſie aus dieſer unſer Ordnung nothdürfftig ſeyn, auf ihr Begehren und leidliche Belohnung Abſchrifft geben.

S ARTIC. LXXX. LXXXI. LXXXII. LXXXIII. Unt plane eodem modo concepti, ut in impreſſis.

ARTIC. LXXXIV.

Von der Frag des Richters, ob das Gericht recht beſetzt iſt.

So das Gericht alſo geſeſſen iſt, ſo mag der Richter

 einen

einen jeden Schöpfen beſonder alſo fragen: N. ich frage dich, ob das endliche Gericht zu peinlicher Handlung wol beſetzt ſey. Wo dann daſſelbige Gericht nicht unter ſieben oder acht Schöpffen beſetzt iſt, ſoll ein jeder Schöpff alſo antworten: Herr Richter, das peinlich endlich Gericht iſt, nach laut Kayſer Carls des Fünfften und des Heil. Reichs Ordnung, wol beſetzt.

ARTIC. LXXXIV.

VErba: nicht unter ſieben oder acht Schöpfen in projecto Norico leguntur: nicht unter neun Schöpfen, mit ſammt den, die bey der peinlichen Frage geweſt wären, beſetzt. Sed projectum de anno 1529 convenit cum impreſſo.

NOTÆ AD ARTIC. LXXXIII. LXXXIV.

De uſu Der P. H. G. O. in conſeſſibus judicialibus.

§. I. Norma actuum in judiciis criminalibus expediendorum ubique debet eſſe noſtra conſtitutio criminalis, adeo, ut ejus exemplum integrum vel certe excerptum articulorum, qui præſentem accuſationem, aut inquiſitionem tangunt, ſemper in medio judiciali conſeſſu ad manum eſſe debeat Artic. LXXXIII. Sed cum praxi noſtra acta criminalia in ſcriptis referenti exhibeantur, illique ante relationem collatio facti cum jure incumbat: non opus eſt, *ut ordin. criminalem* ſecum in conſeſſum ferat, niſi a collegis in caſu ſingulari dubia ſibi motum iri prævideat. Interim dicta hæc de norma Carolinæ capienda ſunt, ut ſupra in *præfat. in fin. verſicul.* Doch wollen wir u. ſ. w.

De quæſtionibus bey Hegung des peinlichen Gerichts. Ubi de praxi videndum.

§. I. Quæſtione judicis, quas ad Scabinos de judicio rite conſtituendo præmittere debeat, diſcendæ ſunt ex cujuslibet loci conſuetudinibus *

*De Electoratu Saxonico Ducatibus Saxonicis & principatibus Schwarzburgicis *vid.* POEPLER *P. I. p. 159. ſequ.* Veterem mo-

modum in Weſtphalia tradit MEINDERSEN *p. 291. ſeqq. de judic. Centen.* de ducatu Bremenſi & von alten Lande *vid. in fin. infra.* De Epiſcopatu Würtzburgico *vid.* KIRCHGESNER. *P. IV. c. 10.* Multis in locis ceſſat: die Hegung des peinlichen Gerichts v. c. in Comitatu Tyrolenſi *vid.* FROLICH. *II. 305.* Pomerania & vicina Marchia. Nec ejusmodi ſolemnia Viennæ obſervavi, ubi dies executionis rubro panno foras e curia ſuſpenſo ſignificatur, inquiſito autem ſententia in ipſa curia judice evaginato gladio aſſidente prælegitur. Dein currui publico condemnatus impoſitus aſſidentibus duobus Jeſuitis, vel etiam Capucinis ad locum ſupplicii ab aurigis (die es die Reihe herum umſonſt thun müſſen) vehitur, ibique ſi decollatus eſt e præcipuæ dignitatis hominibus habitu ignoto vilique indutis, non ſine magna boni operis opinione in loculum ponitur, terræque mandatur.

§. 3. Definitur a Cæſare in Artic. LXXXIV. ſimul numerus ſcabinorum, ut iudicio capitali vel ſeptem vel octo plane interſint. Quondam maiorem Scabinorum numerum non raro exercitio iuſtitiæ impedimento fuiſſe * jam alibi obſervavimus. *De numero ſcabinorum judiciorum criminalium.*

* De Scabinis & Scabinatibus *vid.* quæ diximus *in diſſertat. de rat. decid. cap. 10. ad 20.* item in tract. von Archid. oder Send-Gerichten in indice. Ubi etiam *p. 19.* ex WINDECKIO defectum hujus inſtituti indicavimus. *De ſcabinis remiſſive.*

§. 4. Diſputatum noſtra ætate ab otioſis, an ferri debeant: die Hegung der peinlichen Gerichte, und die dabey gebrauchte Solennitæten, annon potius abrogari? Qui abrogationem malebant, adducebant 1) miſerum crimen iam ſatis in quæſtione & extra eandem faſſum, ad mortem quoque immutabiliter condemnatum. Unde 2) omnem reliquam terribilem pompam, una cum clamore Zetterico non tantummodo prorſus inanem eſſe, ſed miſerum plane in piis ſuis meditationibus ultimis turbare *Diſputatio recens de uſu: der Hegung der peinlichen Gerichten.*

bare

bare. E contra qui pro conſervatione: Der ſolennen Hegung der peinlichen Gerichte verba faciebant, provocabant 1) ad Carolinam noſtram Artic. LXXXII. ſequ. 2) putabant his ceremoniis, accuſatione, miſeri reſponſione, in compendio ſiſti, & ſuppleri ea capita, quæ in proceſſu inquiſitionis hodie uſitato omittuntur. 3) Atroci hac pompa, clamore tragico, accuſatione & criminum commiſſorum coram adſtantibus tot millibus facta recitatione, ſententiæ feralis publicatione, horrorem & tumorem incuti pluribus, alias ad ſcelera pronis, conf. das in den Ambte Ermsleben gehägte und künfftig hin zu hägende Hals-Gerichte Anno 1715. Ceterum ex his colligimus, quam facili opera in quæſtionibus de decoro & ceremoniis, rationes in utramque partem excogitentur. Imo quam vanus ſit labor, res per ſe indifferentes ad claſſem prohibitorum, aut præceptorum transferre velle. Quodque in his optimum ſit, conſilium Cæſaris Artic. LXXX. ſequi.

ARTIC. LXXXV.

Wann der Beklagte öffentlich in den Stock, Pranger oder Hals-Eiſen geſtellt werden ſoll.

So wider den Beklagten die Urtheil zu peinlicher Straff endlich beſchloſſen wird, wo dann herkommen iſt, den Uebelthäter, davor oder nach, am Marckt, oder Platz, etlich Zeit öffentlich im Stock, Pranger, oder Hals-Eiſen zu ſtellen, dieſelbige Gewohnheit ſoll auch gehalten werden.

ARTIC. LXXXV.

IN project. Norico verba: davon oder darnach, non alternative leguntur, ſed tantum: davor. Ut proinde

inde inquiſitus non poſt ſententiam, ſed ante hanc, ſecundum projectum, ad numellas ſiſtendus ſit.

NOTAE AD ARTIC. *LXXXV.*

In hoc articulo nil novi ſancitur, ſed tantum mos, ſi alicubi viget, * ut ad mortem condemnatus ad numellas vinctus, publico conſpectui exhibeatur, confirmatur. **Contenta articuli.**

* De praxi hujus moris nullus commentatorum teſtatur, potius eum non ſervari ZIERIZ, STEPHANI, CLASEN, BEYER & alii aſſeverant. Fuſtigandi autem hodienum hinc inde ad numellas ponuntur, item illi relegandi, qui fuſtigationem ſecundum rigorem juris meriti quidem ſunt, ſed tamen ex cauſa ipſius ictus fuſtium remiſſionem conſequuntur. In qua ſpecie formula pronunciandi eſſe ſolet in facultate noſtra; Daſs Inquiſit mit angehengten Ruthen öffentlich an den Pranger zu ſtellen, und hernach des Lands ewig zu verweiſen, u. ſ. w. Jungit quoque DOEPLER. *p. 838. P. I.* numellas cum exciſſione linguæ, vel abſciſſione aurium pœna *adde inſr. artic. 191.* itaque hic judex conſulat mores. **An articulus hic uſu ſervetur.**

ARTIC. LXXXVI.

Den Beklagten für Gericht zu führen.

Hernach ſoll der Richter befehlen, daß der Beklagte durch den Nachrichter und Gerichts-Knecht, wol verwahret, für das Gericht gebracht werde.

ARTIC. LXXXVII.

Von Beſchreyen des Beklagten.

Mit dem Beſchreyen der Ubelthäter ſoll es im ſelben Stück auf Gegenwärtigkeit und Begehr des Anklägers, nach jedes Gerichts guter Gewohnheit gehalten werden: Wo aber der Beklagte unſchuldig erfunden wird, alſo daß der Ankläger dem Rechten nicht nachkommen wolte, und nicht deſtoweniger der Be-

Klagte Rechts begehret, ſo wäre ſolches Beſchreyens nicht noth.

ARTIC. *LXXXVI. LXXXVII.*

Quomodo reus coram judicio (vor gehegten Gericht) ſiſtendus.

Concordat cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *LXXXVI.*

Admonetur hic judex, ut delinquentem bene * vinctum & ſatellitibus cinctum ad judic. ducendum curet.

An vincula rei relaxanda in examine.

* Monet hic ZIERIZ, quod tamen moris ſit vincula relaxari, certe quando delinquenti ad articulos reſpondendum eſt. Ut confeſſio ſit libera: Frey und losgeſchloſſen von den Banden.

NOTÆ AD ARTIC. *LXXXVII.*

De vario clamore in judicio criminali.

Dicitur in textu, quod clamor *1 contra delinquentem, ſi præſens accuſator, ut fiat petit, fieri debeat, ſecundum cujuslibet loci conſuetudinem. Ceterum de ſenſu articuli *2 non convenit.

De affinitate vocum: Waffen, Wapen, Zetter, und

*1 Francones clamant: Waffen über N. Saxones inferiores, Wapen, Wapen, Wapen, über N. Saxo ſuperior: Zetter über N. Bremenſis autem: Tho jodute aver N. vel: Tho jodute mit bloder Wehre aver N. Quæ omnia nobis eundem ſenſum continere videntur. Nam 1) quod Waffen, Wapen unum & idem ſint, ridiculum foret, probare velle. 2) Haiſterhanni, Ziſterhanni, ZITTERhanni, ut olim promiſcue efferebatur, notat: *armatam* manum. vid. du FRESNE verbo: Haiſterahand. LINDEBROG. *verb. eod.* Et licet: Haiſterhanni & reliqua, a quibusdam *vid. 2. F. 27.* reddatur: *calida manus;* nihilominus res ad idem recidit, ſive dicas: mit erhitzter Fauſt, mit bewehrter Hand. Unde Ziſter, Zitter, Zetter ruffen non diſtat von: Wapen, vel Waffen ruffen. 3) Circa: Jodut, vel ut aliquando Joduyt, interpretem habemus BUSCHIUM *p. 896. de reformat. monaſt.* Joduyt inquit, i. e. Wapen. Nec hæc interpretatio divinationem continet. Nam; töden, effertur hodienum vulgo apud Variſcos: tüden, vnde notam

Jodut & explicatio hujus vocis.

avieu-

aviculam, quæ ſingulis diebus novem inſecta necare creditur, appellant: den Neuntüder. Ergo ene düte ſubſtantivum eſt inſtrumentum, quo necamus & jodute, idem quod telum, quo omnino (JO idem enim, quod latinis: certo) necamus. Nec obſtat, quod jungantur: to jodute mit bloder Wehre, quaſi aliud: jodute, aliud: Wehre ſeu arma. Nam ſæpe hodienum, ut ſynonyma junguntur: Wehre und Waffen, in ſermone concitatiori. Obſervat cetera MATTHÆI *p. 514.* olim bis clamatum fuiſſe, 1) ante accuſationem homicidæ, 2) circa ſepulturam occiſi. Ibi clamatum: Wapen: hic autem: Wracke ſive ut VARISCI mei: Rache vel Straffe. Quondam in Saxonia omnis accuſatio delicti manifeſti (Handhaffter that) fiebat: mit Geſchrey und Gerüffte. Loca legum citat STRUV. *p. 202. 203. Hiſtor. jur.* Tu vide *LIII. art. ſpecul. Sax. imo Regiſter. ad* Sächſ. LdR. ſub verbo: gerufft, quod plenius inſtruit. In compendio vid. *L. II. ſpec. Sax. Art. 64.*

De quo clamore in articulo ſermo ſecundum commentatores &

*2 GOBLERUS vocabulum: beſchreyen, exponit de ipſa accuſatione accuſatoris, ut ſenſus ſit: *In publicatione accuſationis malefactoris is ſervetur ordo, præſente & poſtulante accuſatore, qui receptus* REMUS *in Paraphraſi* obſcura vertit: *in diffamatione inſtituenda* & a. ZIERIZ *in not.* hic intelligit *clamorem carnificis,* quo alicubi (Bey Hegung des peinlich. Gerichts) in ipſa delinquentis deductione coram banco juris in ſua accuſatione utitur. Idem ſentiunt STEPHANI & BULLÆUS aliique MANZ. autem explicat de clamore, *qui fit coram banco publico in favorem delinquentis, an nemo adſit ex corona, qui miſerum defendere velit.* BEYERUS textum capit: vom Zeter-Geſchrey. Tandem Dn. LUDOVICI *in notis h.* ſibi quid intelligatur, non liquere ait, & tam contra proclamationem carnificis in die executionis quam contra clamorem, qui dicitur das Zeter-Geſcrey dubia movet. CLASENIUS noſter diſputationes has non tantas putat, ut quis circa illas diſcutiendas diu occupetur. Scilicet Imperator hic non regulam generalem de clamore præſcribit, ſed ſe refert ad conſuetudines locorum ſpeciales,

Digitized by Google

Secundum noſtram ſententiam.

quas licet diverſæ hinc inde ſint, ſervandas eſſe jubet. Itaque in articulo noſtro intelligi poteſt v. c. tam clamor Zettericus, qui apud Saxones in judicio banni, de quo DOEPLER I. *p. 42.* ſi reus in flagranti crimine deprehenditur, uſitatus eſt *vid.* COLER *P. I. deciſ. 180. n. 10. 11. 12.* quam clamor qui v. c. in Epiſcopatu Würtzburgenſi fit, non ante cauſæ cognitionem, ſed in ipſo actu executionis, de quo KIRCHGESNER. p. 204. 205. Additur tamen ab Imperatore in fine textus, quod accuſatore clamorem non urgente tergiverſanteque in accuſatione, reus ignominioſe non ſit proclamandus. In Saxonia quoque ad poteſtationem defenſoris regulariter omittitur clamor, ut KAYSER *p. 58. 59. 93. in Achts-Proceſſ.* annotat.

ARTIC. *LXXXVIII.*
Von Fürſprechern.

Klägern und Antwortern, ſoll jedem Theil auf ſein Begehren, ein Fürſprech aus dem Gericht erlaubt werden, dieſelben ſollen bey ihren Eyden die Gerechtigkeit und Wahrheit auch die Ordnung dieſer unſer Satzung fürdern, und durch keinerley Gefährlichkeit mit Wiſſen und Willen verhindern, oder verkehren: daß ſoll ihnen alſo durch den Richter bey ihren Pflichten befohlen werden: doch daß derſelbige Schöpff, der alſo des Anklägers Fürſprech geweſt, ſich hinfürter beſchlieſſens der Urtheil enthalten, und die andern Richter und Schöpffen nichts deſto minder vollnfahren ſollen: doch ſoll in der Kläger und Antworter Willen ſtehen, ihren Redner aus den Schöpfen oder ſonſt zu nehmen, oder ihn ſelbſt zu reden. Welcher aber einen Redner auſſerhalb den geſchwornen Gerichts-Schöpffen nimmt, derſelb Redner ſoll zuvor dem Richter ſchweren, ſich mit ſolchen ſeinen Reden zu verhalten, wie oben in dieſem Artickul der Fürſprechen halb, ſo aus den Schöpffen genommen werden, geſetzt iſt.

Item,

Item, in dem nächſt nachgeſetzten Artickul, der Klag, ſoll der Fürſprech, wo erſtlich ein A ſtehet, des Kläger Nahmen, und bey dem B des Beklagten Nahmen melden: fürter bey dem C ſoll er die Ubelthat, als Mord, Rauberey, Dieberey, Brand, oder andere, wie jede That den Nahmen hat, auf das kürtzeſte anzeigen. Und iſt nemlich zu mercken, ſo die Klag von Amtswegen geſchehen, daß allwegen in einer jeden ſolchen Klag, zuſammt den Nahmen des Anklägers, ſoll alſo geſetzt werden: Klag von der Obrigkeit und Amtswegen.

ARTIC. LXXXVIII.

VErba: doch daſs derſelbige Schöpff der alſo, usque ad verba: verfahren ſollen, non habentur in projecto Vinarienſi anno 1529.

NOTÆ AD ARTIC. LXXXVIII.

§. 1. Novum & a jure alienum quid *1 Carolus hic conſtituit, ut ſcilicet tam accuſatori, quam accuſato ſi quidem ita velint petantque, procurator concedatur *2 vel e ſcabinis *3 vel ex aliis perſonis *4 prout peritum. — *An carolina hic recedat.*

*1 Textus adducuntur *l. 13. §. 1. de publ. judic. c. ſi. quando C. 11. quæſt. 6.* Quamvis ſi forte rectius dicas: non eſſe differentiam inter jus civile & Carolinum. Fürſprecher enim non notare mandatarium, procuratorem, ſed defenſorem advocatum, oratorem, quos etiam Latium in judiciis publicis & criminalibus ob omni ævo admiſit. — *a jure civili Romano.*

*2 Excipitur tamen litis conteſtatio. Nam ad capita accuſationis, Articuloſque inquiſitionales reus ipſe reſpondere, non vicaria opera uti debet. — *Quando reus præciſe ipſe reſpondere teneatur?*

*3 Rarius hodie continget, ut ex ſcabinis procurator petatur, cum ſcabini ut plurimum ſint homines, qui tantum ad ſolemnitatem adhibentur. Quod ſi vero delinquens v. c. in academiis, ut uni ex Profeſſoribus juris, vel in magnis — *De advocato ex Collegio,*

municipiis, ut uni ex ſenatoribus eruditis ſua defenſio committatur, peteret, petiti compos hodienum fieret, modo tamen in hoc articulo præſcripto, ut ſcilicet poſtulaturus e Collegio in hac cauſa judicis perſonam exuat. Interim in bene conſtituta Republica, ut ipſi aſſeſſores, conſiliariique, prout alicubi practicari novimus, poſtulationibus partim ſe ingerant, vix admittitur.

Unde olim apud nos advocatus deſumendus.

*4 Antiquis temporibus procuratoris aſſumtio non permittebatur promiſcue, inter principes præcipue. Unde cum Henricus Bavariæ Dux Ludovicum agnatum in concilio Conſtantienſi internecino vulnere afflixiſſet, Ludovici procurator erat Burggravius Noricus, Henrici autem Güntherus Schwarzburgicus. Denn *vid.* WINDEG *hiſt. MSCt.* wer da zum Hoff-Gerichte ſtehet, und erfordert wird zu einen Fürſprecher, der denn ſein *Genoſs* iſt, der muſs ihm ſein Wort ſprechen.

Quis advocatus defenſor hodie jurat, aut non jurat.

§. 2. Qui pro aliis in criminalibus poſtulat, ſi quidem e numero aſſeſſorum juratorum ſit, juramento non oneratur. Si vero aliunde aſſumitur, jurisjurandi religionem non declinabit. Illis æquiparantur advocati ordinarii, item gradum academicum adepti, hi enim omnes de bene recteque gerendo officio ſuo jam jurarunt. Quamvis hodie multis in locis invaleſcentibus legibus de advocatis ordinariis certoque illorum numero, aliter obſervetur & juramentum ab advocatis indiſtincte exigatur.

De legitimatione advocatorum procuratorum in criminalibus.

§. 3. In fine articuli procuratori accuſatoris formula præſcribitur, ut accuſatoris, accuſati, criminisque nomen exprimat. Si vero publico nomine a magiſtratu conſtitutus ſit in certa cauſa accuſator, ipſius erit, ut hanc conſtitutionem ſuam in ſcriptis ſuis indicet & ad illam provocet, cum boni ordinis cauſa, tum ne accuſatus excipere poſſit, quaſi calumnioſe & temere accuſatio inſtituta, & accuſator perperam ad accuſandum prodiiſſet.

Digitized by Google

liſſet. Alias, ſi quis non in ſpecie ad aliquam certam cauſam ex officio ſit conſtitutus accuſator, ſed in genere Fiſcalis ordinarii munere fungatur, accuſato fas eſt tantùm ceteris paribus, de calumnia & temeritate decenter excipere. Cui exceptioni & tunc locus eſt, ſi fiſcali ipſa cauſæ cognitio demandatur, * modo fundata ſit. Nam alias a Fiſcali veterano, a fiſcali juvene audacter quaſi minus recte proceſſum inquiſitionis contra judæum aliquem direxiſſet accuſato, in exceptionibus, quod diu artem proceſſus dirigendi ſciviſſet, & quidem antequam Fiſcalis ille novitius, vocabulum proceſſus in ſcholis declinare didiciſſet, aculeate reſponſum fuiſſe recordamur. De exceptionibus contra fiſcalem.

* Ut obſervat vicinus ducatus Magdeburgicus, ubi denunciatione exceſſuum, delictique apud Fiſcalem facta, idem ipſe format: einen Denunciations-Proceſs, Denunciations-Acta. Fiſcalis alicubi inquiſitor.

ARTIC. LXXXIX.

Bitt des Fürſprechen, der von Amtswegen oder ſonſt klagt.

Herr Richter, A, der Ankläger, klagt zu B, dem Uebelthäter, ſo gegenwärtig vor Gericht ſtehet, der Miſſethat halb, ſo er mit C geübt, wie ſolche Klag vormals vor euch fürbracht iſt: und bittet, daß ihr derſelben Klag halb, alle einbrachte Handlung und Aufſchreiben, wie das alles nach löblicher, rechtmäßiger Kayſer Carls des Fünfften und des Heil. Reichs peinlichen Gerichts-Ordnung vormals gnugſamlich geſchehen, fleißig ermeſſen wollet, und daß darauf der Beklagte um die überwundene Uebelthat, mit endlicher Urtheil und Recht, peinlich geſtrafft werde, wie ſich nach Ordnung, gemeldter Gericht, gebührt und recht iſt.

Item,

Item, wo der Fürſprech die obgemeldte Klag und Bitt mündlich nicht reden könte, ſo mag er die ſchrifftlich in das Gericht legen, und alſo ſagen, Herr Richter, ich bitte euch, ihr wollet euren Schreiber des Anklägers Klag und Bitt aus dem eingelegten Zettul öffentlich verleſen laſſen.

ARTIC. XC.

Was und wie der Beklagte durch ſeine Fürſprecher bitten laſſen mag.

WO dann der Beklagte der Miſſethat darvor beſtändiger Weiſe bekäntlich geweſt, oder des gnugſam überwieſen worden wäre, wie zuvor von gnugſamer Beweiſung und ſolchem beſtändigen Bekennen klärlich geſetzt iſt: So mag er nichts anders, dann um Gnade bitten, oder bitten laſſen: Hätte er aber die Miſſethat alſo nicht bekennet, oder, wo er der angezogenen That bekannt, und derhalben ſolche Urſachen fürbracht hätte, dadurch er verhofft von peinlicher Straff entſchuldigt zu werden, ſo mag er durch ſeinen Fürſprecher bitten laſſen, wie hernach folgt.

Item, wo im nechſten nachfolgenden Artickuln ein B ſtehet, ſoll der Beklagte, bey dem A der Kläger, und bey dem C die beklagte Ubelthat kurtz gemeldt und verſtanden werden.

Herr Richter, B der Beklagte antwortet zu der Beklagten Miſſethat, ſo durch A als Kläger, wider ihn geſchehen iſt, die er mit C geübt haben ſoll, in aller Maſſen, wie er vormals geantwortet hat, und gnugſam fürbracht iſt; Und bittet, daß ihr derſelben beſchehenen Klag und Antwort halb, alle Handlung und aufſchreiben, wie das alles nach löblicher rechtmäßiger Kayſer Carls

Carls des Fünfften und des Heil. Reichs peinlicher Gerichts-Ordnung vormals gnugſamlich für u. einbracht, fleißig wolt ermeſſen: und daß er auf ſein erfundene Unſchuld mit endlicher Urtheil und Recht ſammt Erſtattung der aufgegangenen Gerichtskoſten und Schaden ledig erkennet werde: und der Ankläger Straff und Abtrag halb, nach laut dieſer peinlichen Kayſerlichen Gerichts-Ordnung, zu endlichen Austrag vor dem Gericht, als obangezeigt, verpflicht werde.

Item, wo der erlangte Fürſprech dieſe obgemeldte Antwort und Bitt mündlich nicht reden könte, mag er die ſchrifftlich für den Richter legen: Herr Richter, ich bitte euch, laſſet des Beklagten Antwort und Bitt, aus dieſen eingelegten Zettul, euren Schreiber öffentlich verleſen. Auf ſolche Bitt ſoll der Richter dem Gerichtſchreiber befehlen, die gemeldten eingelegten Zettul zu verleſen.

ARTIC. *LXXXIX. XC.*

Concordant cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *LXXXIX. XC.*

Uſus formulæ articuli noſtri.

§. 1. Formulam tradit Cæſar in uſum procuratoris accuſatoris generalem, non, ut inſtar regulæ perpetuæ ſat, ſed ut tanquam exemplum * rudioribus inſerviat, ne præcipua plane capita negligant. Idem dicendum de formula articuli XC.

De elegantia formularum hodiernarum.

* Unde de praxi noſtra hodierna, formulisque noſtris emendatis, appoſite ZIERIZ. *h. Ecquis niſi forenſium cauſarum plane ignarus, neſcit multo politius ab advocatis cauſarum formas proponi.*

Formulæ utriusq; articuli pertinent zur Hegung des peinlichen Gerichts.

§. 2. Cæterum hæ formulæ, non initio proceſſus criminalis proponuntur, ſed ſunt ſaltem repetitiones ſummariæ, in die judicii, ſeu in die pronunciandæ ſententiæ. Cum tantum petitiones mutuas contineant, ut ju-

Hh dex

Digitized by Google

dex jam ſecundum merita actorum actitatorumque velit judicare. Praxis locorum eſt diverſa, imo ipſius articuli rara. Nam in proceſſu accuſatorio petitiones annecti ſolent ſingulis partium ſcriptis, libello, exceptioni aliisque. In proceſſu inquiſitionis autem, ſolus inquiſitus ad calcem defenſionis, vel abſolutionem, vel mitiorem pœnam petit. Interim dici nequit, quod articulus plane * nullibi obſervetur.

Ubi in obſervantia ſint? * Vide enim formulas in hunc ſenſum circa executionem criminalem in præſulatu Würtzburgenſi uſitatas apud KIRCHGESNER. *p. 205. ſeqq.*

Quinam apud nos ſtyli curiæ formularumque notitia inſtruant. §. 3. Hodie in criminalibus in ſcriptis proceditur. Formulam libelli, exceptionum, & reliqua in proceſſu accuſatorio, *vid. apud* KAYSER: Stylum curiæ inquiſitionalis repete ex eodem, ut & e LUDOVICI *Inquiſit. Proceſs.* & qua formulas defenſionum conf. THOENNICKER, GRANTZ, HEIL.

ARTIC. *XCI.*

Von Verneinung der Miſſethat, die vormahls bekennt worden iſt.

Würde der Beklagte auf den endlichen Rechts-Tag der Miſſethat läugnen, die er doch vormahls ordentlicher, beſtändiger Weiß bekannt, der Richter, auch aus ſolchem Bekänntniß in Erfahrung allerhand Umſtände ſo viel befunden hätte, daß ſolch Läugnen von dem Beklagten allein, zu Verhinderung des Rechten, wird fürgenommen, wie hievor im 56. Artickul, und in etlichen Artickuln hernach, biß auf 62. Artickul von beſtändiger Erkänntniß funden wird; So ſoll der Richter die zween geordneten Schöpffen, ſo mit ihm ſolche verleſene Urgicht und Bekänntniß gehöret haben, auf ihre Ende fragen, und ſo ſie Ja darzu ſagen, ſo ſoll der Richter in

in allwegen bey den Rechtverſtändigen, oder ſonſt an Orten und Enden, als hernachmahls angezeigt, Raths pflegen: und nachdem ſolche zween Schöpffen in dieſem Fall nicht als Zeugen, ſondern als Mitrichter handlen, ſollen ſie derhalben vor Gericht oder Urtheil nicht ausgeſchloſſen werden.

ARTIC. *XCI.*

Loco verborum: ſo ſoll der Richter in alle Wege bey den Rechts-Verſtändigen, oder ſonſt an Orten und Enden, als hernachmals, angezeiget, Raths pflegen, non habentur in projecto Norico, ſed breviter ac rotunde: ſo hat des Beklagten Verneinen nicht Statt. Ut nulla transmiſſione nova opus.

NOTÆ AD ARTIC. *XCI.*

§. I. Reo in die executionis crimen confeſſum negante, ſub jurisjurandi religione judex duos ſcabinos interrogare tenetur, an non audierint rei confeſſionem talem, qualis jam in executionis conſeſſu publice recitata eſt. Quibus deinde affirmative reſpondentibus, acta denuo transmittere debet. Interrogatio ſcabinorum * vix eſt in uſu, ſed regulariter acta tantum transmittuntur, ut Juris conſulti examinent, an nec in cauſæ meritis, nec in modo procedendi aberratum, & deſuper ſententiam juri factoque conformem ferant. **Quid ſi reus confeſſionem die judicii habendi revocat.** **De interrogatione ſcabinorum.**

* Fides enim totius executionis torturæ, & quid ibi geſtum, dependet apud nos a protocollis magis, quam ex ejusmodi ſcabinorum quæſito teſtimonio. *vid.* CARPZ. *qu. 24. n. 64. ſeqq.* Interim, ſi protocollum caſu amiſſum, omnino ad ſcabinorum dicta, jure jurando corroborata, caſu veluti, res cecidit. Carnificis autem, teſtimonium minus plene probat. *id. n. 68. d. l.* Interim, ſi judex ſcabinos hodienum interrogare velit, non prohibetur. vid. formulam apud KAYSER. *p. 775. ſequ.* Præcipue hoc fieri poteſt, ſi condemnatus coram adſtantibus die executionis judicem & ſcabinos accuſet injuſtitiæ. **De uſu interrogationis hujus hodierno.**

De fide confeſſionis rei in inſtrumentum redactæ.

§. 2. Quæritur ab interpretibus, an non inſtrumentum *1 de urgichta & ratificatione confectum, revocandi licentiam excludat, & executionem acceleret ita, ut non opus nova juriſperitorum conſultatione. Sunt qui affirmant, ſunt qui negant, *2 quorum ſententia receptior.

De cautionibus judicum contra revocationes reorum.

*1 Quondam ſcabini Lipſienſes, contra temerarias inquiſitorum coram banco executionis metuendas revocationes, hac cautela de conſcribendo de confeſſione inſtrumento utebantur CARPZ. *qu.126. n.67.* DOEPLER. *l.c.pag.388.* MATTH. COLER. *P.I. dec.183. n.4.* Imo iidem inſuper putabunt, quod ſtandum ſit ſoli juratæ ſcabinorum aſſertioni, idem CARPZ. *n.65.* Aſt contra textum, qui novam peritiorum conſultationem cum aſſertione ſcabinorum jungit. Imo moribus fruſtra de his diſputatur, cum ſcabini regulariter amplius non ſoleant interrogari; ZIERIZ, BULLÆUS *h.* Si pluries reus quæſitus, pluriesque revocavit, notarium cum teſtibus circa tertiam ratificationem adhibitum, nec dein revocationem attentam fuiſſe notat KAYSER. *p.769. adde 773.* ubi caſus.

Alia cautio in hunc uſum.

*2 Scilicet plerique interpretum hic indiſtincte novam actorum tranſmiſſionem commendant, quod etiam magis convenit verbis articuli noſtri. *vid.plurib.* OLDECOP. *tractat. II.contr.* CARPZ. *decad.2.quæſt.5.* Quod ſi tamen collegia juridica expreſſe interrogantur, an, ſi delinquens denuo revocet, nihilominus capite plectendus ſit, illaque affirmative pronunciant: revocatio nullam amplius dilationem parit *vid. Jenenſ. d.p.769.* KAYSER. *Lipſienſ.n.66.* CARPZ. *d.l.* BERGER. *œcon. jur. p.1206.* Quænam vero ipſis collegiis juridicis in reſponſis ſuis his caſibus attendenda, expoſuimus ad Articulum LX. in *not.* Ad duo res redit: 1) an hactenus judex proceſſerit in actis ſecundum leges. 2) an revocans allegare poſſit revocationis juſtam cauſam, adeoque novam defenſionem. Nam ſi judicium juſte habitum, ſi nulla nova juſta allegatio, quare revocatum ſententia prior confirmatur, nec revocans amplius auditur. Illuſtra-

Cur acta denuo ad collegia juridica mittantur & ad quid collegiis reſpiciendum, add. Br. c. X. n 22. proc. inquiſ.

Digitized by Google

luſtrationis cauſa addi poteſt reſcriptum principis Cothonavienſis *Part. IV. pag. 75. Ederizz. Mord.* Conſentiunt alias nobiscum *CZ. qu. 126. n. 65.* LYNCK. *deciſ. CLV.* GVAZZIN. *cap. 13. de def. reorum n. 7.* & præcipue *Artic. 17.* vers: Es wäre denn. Ex quibus colligendum, ubi nulla revocationis cauſa: ibi nullus ejusdem effectus.

§. 3. Novam quæſtionem movet KAYSER, *1 quid agendum, ſi delinquens ipſos judices in die executionis de injuria ſibi facta incuſet. Suadet autem in hac ſpecie, ut ſcabinos coram omni adſtante multitudine ſub jurisjurandi religione interroget, *2 an non rite omnia geſta & reus quondam clare confeſſus ſit, eisque affirmantibus coram populo proteſtetur, quod delinquens tantum de juſtitia proceſſus diſputet & crimine neget, ut moras nectat: itaque ſe actis ſuis confiſum, bonaque conſcientia innixum, reducto ad cuſtodiam refractario, denuo acta transmiſſorum eſſe. Ceterum quo ad cautionem, quam Imperator hic de novo quærendo peritorum conſilio, tradit, non videtur diſtinguendum, an in conſtitutione judicii (bey Hegung des Gerichts) an alias revocet delinquens.

Quid ſi reus die judicii habendi judicem & aſſeſſores accuſet.

*1 *P. 775. 776. pract. crim.*

*2 Itaque hoc in caſu extraordinario interrogationes ſcabinorum hodienum prodeſſe poſſunt, ubi habentur.

§. 4. Dicitur in fine articuli, quod ſcabini eo ipſo, quo de geſtis coram judicio reique confeſſione teſtantur, perſonam teſtium* non induant, quia nemo de SVO facto exacte loquendo teſtis eſt, ſed de alieno: unde ſcabini ſuorum factorum judicialium, aſſertores veri & proprie dicti teſtes non ſunt, nec in hac ſpecie munus judicum exuunt.

Scabini de actu judiciali in judicio geſto teſtantes proprie teſtes non ſunt, aliud, ſi de actu extra judiciali.

* Nam hoc tum demum fit, ſi de actu extra confeſſum judicii geſto, teſtimonium perhibere velint *vid.* COLER. *P. II. dec. 241. n. 30.* VIGEL. *cap. 2. qu. 4. regul. 5. p. 42. & 43. in Method. Conſtit. Carolin.*

ARTIC. *XCII.*

Wie die Richter und Schöpffen, oder Urtheiler, nach beeder Theil und allen Fürbringen, auch endlichem Beſchluß die Urtheil faſſen, und wie auch nachmahls die Schöpffen oder Urtheiler durch den Richter gefragt werden ſollen.

NAch beyder Theil und allem Fürtrag, auch endlichem Beſchluß der Sachen, ſollen der Richter, Schöpffen und Urtheiler alle gerichtliche Fürtrag und Handlung für ſich nehmen, mit Fleiß beſichtigen und erwegen, und darauf nach ihrem beſten Verſtändniß dieſer unſer peinlichen Gerichts-Ordnung, nach Gelegenheit eines jeglichen Falls, am allergleichſten und gemäßigſten Urtheil in Schrifft faſſen laſſen, und ſo die Urtheil alſo verfaſt, ſoll darauf der Richter fragen: N. ich frage dich des Rechtens.

ARTIC. *XCII.*

IN projecto anno 1521. conciſius habetur. Wie der Richter die Schöpffen fragen ſoll: Item, auf das beſchehene Erſuchen, ſo die Partheyen beede, oder ein Theil (als vorſtehet) gethan haben, ſoll der Richter die Schöpffen und jeden inſonderheit fragen und ſagen, N. ich frage dich des Rechtens.

NOTÆ AD ARTIC. *XCII.*

Officium judicum & ſcabinorum in concipienda ſententia.

§. I. Traditur hic ſummatim officium judicum & ſcabinorum circa concipiendam ſententiam, quod binis partibus abſolvitur, prima eſt * omnium geſtorum in judicio: ſedula diſcuſſio; ſecunda autem horum cum jure criminali ſcripto exacta collatio & hujus ad illa applicatio. Vel ut alii dicunt: in examine jurisque & utriusque comparatione.

De neceſſaria cognitione FACTI.

* Diſcuſſionem facti ipſe Imperator primo loco poſuit, deinde ad jus perrexit, inclinant huc etiam jus civile *l. 82. ʃ. 2. ad*

2. ad L. Aquil. jus canonicum & Receſſus Imperii. *vid. pluribus Diſſertat. de rat. decid. c. V. §. 6. 7.* Novi doctorem, qui dicere ſolebat: alii laudent Doctorem IVRIS: ego laudo Doctorem FACTI. Quod CUIACIUS *in præfat. recitat. ad Scævol.* reddidit: *Il faut s'etudier à cela d'eſtre maitre de fait, jus eſt facillimum.*

Solemnitates concipiendæ ſententiæ.

§. 2. Solemnitates *1 ſententiæ in articulo præſcribuntur 1) quod concipi debeat *2 in conſeſſu 2) auditis a præſide collegarum aſſidentium votis, & 3) quod conjicienda ſit in chartam.

Quibus opus zur Einholung eines Urthels? 1. 2. 3. 4.

*1 Plura deſiderant Practici adhuc ad ſententiam a collegio Juridico petendam, vulgo: zur Einholung des Urthels; 1) ut citatio fiat ad videndum inrotulari 2) ut acta numerentur, protocollum deſuper conſcribatur 3) ut examinetur, an non acceſſerit ſcriptum non communicatum 4) ut delinquenti exhibeatur die Urthels-Frage *c. XV. XVI.* THOENNICK.

Quando hodie defenſor urgere poteſt, quod ſententia non concepta ſec. Artic. XCII.

*2 Cum hodie ut plurimum in collegiis Juridicis ſententiæ conficiantur, non opus eſt, ſcabinis loci delicti talia inculcare. Quod ſi vero coram ſenatu aliquo v. c. regimine; academia, magiſtratu oppidano, negotium peragi, ſententiamque definiri ex aliqua locorum obſervantia, contingeret, forte advocatus contra neglectum horum requiſitorum excipere poſſet, modo ejusmodi advocatus excipiens, artes & molimina veluti interiora collegii, quod ſententiam dictitavit, percipere, imo non ſufficit: PROBARE ubique poſſet. Quod niſi collegæ ipſi ſibi imprudenter inimici ſint, & ſecreta collegii pandant, in contraria ſtudia ſcindantur, vix obtinendum.

ARTIC. *XCIII.*

Wie Schöpffen und Urtheil-Sprecher ungefährlich antworten.

HErr Richter, ich ſprich, es geſchicht billig auf alles gerichtlich Einbringen und Handlung, was nach des Gerichts Ordnung recht, und auf gnugſame alles Fürtrags Beſichtigung in Schrifften zu Urtheil verfaſſet iſt.

Artic.

Digitized by Google

ARTIC. *XCIII.*

IN eodem projecto Norico anno 1521. rubrum habet: Antwort der Schöpffen: Herr Richter, ich ſprich, es geſchicht billig auf alles gerichtlich Einbringen und Handlung, was nach dieſes Gerichts Ordnung recht und beſchloſſen iſt.

ARTIC. *XCIV.*

Wie der Richter die Urtheil öffnen ſoll.

AUf obgemeldten Beſchluß der Schöpffen und Urtheiler, ſoll der Richter die endliche Urtheil, ſo alſo in Schrifften verfaſt iſt, durch den geſchwornen Gerichtſchreiber, in Beyſeyn beyder Partheyen, öffentlich verleſen laſſen, und wo peinliche Straff erkannt wird, ſo ſoll ordentlich gemeldet werden, wie und welcher maſſen die an Leib, oder Leben geſchehen ſoll, wie dann peinlicher Straff halb hernach im 104. Artickul, und etlichen Blättern hernach, funden und angezeigt wird. Und wie der Schreiber ſolche Urtheil, die ſich obgemeldter maſſen zu öffnen und zu leſen gebühret, formen und ſchreiben ſoll, wird hernach im 190. Artickul funden.

ARTIC. *XCIV.*

INitium Articuli in projecto anno 1521. ſic conſcriptum legitur: Item, auf obgemeldete Bitt der Partheyen und ergangene Urtheil, ſoll der Richter die endliche Urtheil, die ſich die Schöpffen auf alle nothdürfftig fürbrachte Handlung, dieſer unſer Ordnung gemäſs vereinigt, oder zu Recht funden und auffſchreiben laſſen haben, durch den geſchwornen Gerichtſchreiber öffentlich verleſen laſſen und wo peinlich u. ſ. w.

NOTÆ AD ARTIC. *XCIII. XCIV.*

De modo ſententiam publicandi.

§. I. Dicta Articuli XCIII. ad ceremoniarum inania per-

pertinent. In ſequenti autem XCIV. duo ratione publicationis *1 ſententiæ obſervari jubentur 1) ut prælegatur per actuarium judicii 2) ut delinquenti publicetur genus *2 mortis, quo ipſi pereundum. Quod vero 3) requiratur utriusque partis præſentia ad proceſſum accuſatorium pertinet, in inquiſitorio ſolus adſtat inquiſitus. *3

*1 An reverſis actis reſignatio in præſentia delinquentis facienda? Ita ſuadent OLDEKOP & BRUNNEMANN. *c. VIII. membr. 4. inſ. proceſ. inquiſ.* Interim iidem praxin contrariam reprehendunt quidem, attamen eandem non diffitentur. Dependebit res ab arbitrio judicis prudenti. — Acta reverſa quomodo aperienda.

*2 Sed cur genus mortis indicandum? Reſp. Ut tentare poſſit, annon nova defenſione conſcripta, mutationem in minus acerbum impetrare poſſit. Ergo judex inferior merito attendere debet decretum articuli noſtri. Imo idem dicerem de curiis ſuperioribus, niſi ipſi principi ex cauſa viſum, exceptionem facere a regula Carolina. — Cur genus mortis ſententiæ inſerendum.

*3 GOBLERUS hic cauſam mortis ſimul immiſcet, & illius quoque expoſitionem deſiderat *vid.* dicta *ſ. 1. c. V. de rat. decid.* A collegiis certe juridicis cauſæ ſive rationes adjiciuntur, ſi petuntur. Imo & non petitæ breviſſimis inſeruntur ipſi ſententiæ, ſi ex facto ipſo per ſe non ſatis eluceſcant. Minimum additur: propter v. c. *furtum confeſſum vel convictum.* Ceterum pro facilitanda ulteriori defenſione, defenſor bene agit, ſi rationes ſententiæ expetit in transmiſſione. — De rationibus decidendi confer. dict. ad Art. 47. §. XI. not. *

§. 2. Sedes rationum decidendi quæritur *in l.* 59. & *cap.* 16. *de re jud.* quaſi utroque jure non opus ſit: rationes decreti reddere *vid. cap. V. de rat. decid.* §. 1. Quod ſane de judicio civili defendi poteſt. Nec aliter fere de judicio criminali exiſtimat THEODORICUS *p.* 1288. *in Colleg. crimin.* — De editione ratione decid. ſedes argumenti.

§. 3. Enim vero aliud omnino circa judicium criminale ſtatuendum. Ubi favor defenſionis & negotii gravitas, — Quid ſpeciatim tenendum in judicio criminali

de rationum edit. vitas, omnino judici ſuadent, ut rationes edat, argum. *l.* 2. §. 2. *verſ. ſemper enim ff. de his, qui not. infam.* * *l.* 16. *Cod. eod.* Accedit mos Romanorum, qui flagitium, propter quod condemnatus ultimum ſupplicium ſubierat, cruci inſcribebant, aut per præconem publicabant. Quare ordo noſter M. Mart. 1724. non attenta conſuetudine, quæ allegabatur in loco, defenſori rationes decidendi communicandas eſſe reſpondit.

Quæ mens gloſſæ. * Ad quam l. Gloſſa adjecit, quod judex ſecus faciendo *perperam,* non autem: *nulliter* agat. Nobis ſufficit, quod Gloſſa editionem rationum ad judicis officium referat. Nec enim judex tantum evitare debet in proceſſu: NVLLITATES, ſed etiam cavere, ne male ſive *perperam* agat.

Quid in Rec. imp. noviſſ. de ratione decidendi. §. 4. In *Rec. Imp. nov.* §. 61. injungitur nominatim collegiis Juridicis, ne judicis domeſtici rationes exigentis deſiderio ullo modo deſint. Vt vero a judice deinde parti edantur, non additur. Videatur tamen haud obſcure inde colligendum: cum res circa rationes magis tangat cauſam partis, quam judicantis.

ARTIC. *XCV.*

Wo mehr dann ein Kläger, oder ein Antworter in Rechten ſtünden, daß alsdann dieſelben Wörter, wie ſich von mehr Perſohnen zu reden geziemt, gebraucht werden ſollen.

DJe vorgeſetzte Rede, ſo vor Gericht beſchehen ſollen, lauten als auf einen Kläger und auf einen Antworter. Aber es iſt nemlich zu mercken, wo mehr denn ein Kläger oder ein Antworter in Rechten ſtünden, daß alsdann dieſelb Wörter, wie ſich von mehr Perſohnen zu reden geziemt, gebraucht werden ſollen.

ARTIC. *XCV.*

POſt Articulum hunc in eodem projecto inſcripto: Wie

Wie der Richter nach Verleſung der Urtheiler die Schöpffen fragen ſoll. Item, nach Verleſung der endlichen Urtheil, ſoll der Richter jeden Schöpffen beſonder fragen und alſo ſagen: N. ich frage dich, ob die Urtheil alſo beſchloſſen ſey, wie die verleſen worden iſt.

Antwort der Schöpffen: Herr Richter, wie die Urtheil iſt geleſen worden, alſo iſt ſie ſchloſſen.

Item, was den Schöpffen im Gericht auf Frage des Richters zu antworten gebühret, ſo denn einer oder mehr Schöpffen, dieſelbe Antwort (wie oben geſchrieben ſtehet) gegeben haben, mögen die andern um Kürtze willen alſo ſagen.

Modus reſpondendi brevis in judiciis criminalibus olim, uſum habet hodie in collegarum votis.

Wie N. geſprochen, ſo ſprech ich auch. Quæ monita ratione non carent. Nam in collegiis aliquando unus aut alter, qui ſibi ſapere videtur, concluſa collegiorum pro lubitu format, atque in publicum edit, non, ut collegis, ſed ut ſibi ſoli viſum. Deinde in collegiis amplioribus, quo aliquid novi ſequens dixiſſe videatur, nunquam vult collega ambitioſus præcedentis ſententiam repetere, ut tamen hic in projecto quondam commendatum.

ARTIC. *XCVI.*

Wann der Richter ſeinen Stab zerbrechen mag.

WAnn der Beklagte endlich zu peinlicher Straff geurtheilt wird, ſoll der Richter an den Orten, da es Gewohnheit, ſeinen Stab zerbrechen, und den Armen dem Nachrichter befehlen, und bey ſeinem Eyd gebieten, die gegeben Urtheil getreulich zu vollnziehen, damit vom Gericht aufſtehen, und darob halten, damit der Nachrichter die geſprochenen Urtheil, mit guter Gewahrſam und Sicherheit vollnziehen möge.

ARTIC. *XCVII.*

Des Nachrichters Fried auszuruffen.

SO der Richter nach der Endurtheil ſein Stab gebrochen hat, deßgleichen auch ſo der Nachrichter den Armen auf die Richterſtatt bringet, ſoll der Richter öffentlich ausruffen oder verkünden laſſen, und von der Obrigkeit wegen bey Leib und Gut gebieten, den Nachrichter keinerley Verhinderung zu thun, auch ob ihm mißlüng, nicht Hand anzulegen.

ARTIC. *XCVIII.*

Frag und Antwort nach Vollnziehung der Urtheil.

WAnn dann der Nachrichter fragt, ob er recht gericht hab, ſo ſoll derſelbig Richter ungefährlich auf die Meinung antworten: So du gericht haſt wie Urtheil und Recht geben hat, ſo laß ich es dabey bleiben.

ARTIC. *XCIX.*

So der Beklagte mit Recht ledig erkannt würde.

WUrd aber der Beklagt mit Urtheil und Recht ledig erkennt, mit was Maaß das geſchehe, und die Urtheil anzeigen würde, dem ſoll, wie ſich gebührt, auch gefolgt und nachgegangen werden. Aber des Abtrags halb, ſo der ledig erkannt, als Kläger begehren wird, ſollen die Theil alsdann zu endlichen bürgerlichen Rechten für das Gericht, wie hiervor darvon angezeigt und gemeldt iſt, gehalten werden.

Artic.

ARTIC. *C.*

Von unnothdürfftigen, unnützen, gefährlichen Fragen, ſo vor Gericht geſchehen.

NAchdem auch uns angelangt iſt, daß bißher an etlichen peinlichen Gerichten viel überflüßige Frag und Andingung gebraucht, die zu keiner Erfahrung der Wahrheit oder Gerechtigkeit Noth ſeyn, ſondern allein das Recht verlängern und verhindern, ſolche und andere unziemliche Mißbräuch, ſo das Recht ohn Noth verziehen oder verhindern, oder die Leut gefehrn, wollen wir hiemit aufgehaben und abgethan haben. Und wo an die Obrigkeit gelangt, daß darwider gehandelt wird, ſoll ſie das ernſtlich abſchaffen und ſtraffen, ſo offt das zu Schulden kommt.

ARTIC. *XCVI. XCVII. XCVIII. XCIX.*
COncordant cum impreſſis, ut & Articulus C.

NOTÆ AD ARTIC. *XCVI. XCVII. XCVIII.*

§. I. Deſcribitur ſeries actuum, qui feralem ſententiam ſemel pronunciatam ſequuntur. Fractio baculi * de qua Artic. XCVI. antiqua & extra Germaniam uſitata eſſe dicitur. *De fractione baculi ejus uſu,*

* Queritur de interpretibus BEYER *hic*, quod antiquitatem uſumque magis jactarint, quam probarint. Verum mihi ſufficere videtur in re non adeo magni momenti & ad ritus tantum pertinenti, ex communi traditione ſcire, tam quod jam antiquitus cœperit, quam quod ſententiæ feralis immutabilisque ſignum ſit. Neque vero crediderim majores noſtros præter hunc uſum ſymbolicum, alia myſteria in hac fractione quæſiviſſe, ſed eam, ut alia ſigna externa v. c. in promiſſis, traditionibus &c. uſitata, pro rei geſtæ ſententiæque dictæ firmitate declaranda, adhibuiſſe *Significatione &*

Antiquitate.

buiſſe. Apud FLETÆ auctorem, ſcriptorem ſeculi XIII. „*L. 1. c. 38. §. 16.* ita habetur: *Utlagati autem & illi, qui re-„gnum abjuraverint, & de felonia convicti, ab omni appello „& libera voce ſint interdicti, eo quod judicia ſua ſecum de-„ferunt, ſicut ſententialiter condemnati, & igitur talium* FRANGITUR BACULUS. *Baculus eſt ſymbolum judicii: Fractio ergo ſignum judicii finiti.*

Periculum carnificum unde.

§. 2. Articulus XCVII. carnificis forte minus exacte munere ſuo defungentis ſecuritati *1 proſpicit. Tota diſpoſitio ſapit priſtinam gentis noſtræ feritatem. *2

Exempla carnificum male habitorum.

*GOBLERUS notat, quod Eſchwegæ quondam vidiſſet judicem, carnificem, non ſatis ſcite inquiſiti caput amputantem contra inſultus plebis, ope baculi nondum fracti, defendentem. Imo ſua ætate anno 1641. Ratisbonæ, cum ibi Imperator & ordines imperii comitiorum cauſa præſentes eſſent, & executionem capitalis ſententiæ, ipſi ſpectarent, carnificem ab ictu miſeri aberrantem, una cum filio lapidibus teliſque obrutum fuiſſe refert MANZ. *h.*

Proclamatio ſecuritatis carnificum.

Modum publice proclamandi ſalvum conductum carnificis tradit DOEPLER *P. I. c. 1. p. 169. & c. II. p. 458.* Sub pœna fractæ pacis publicæ a violentia hic abſtinendum, & carnifici auctoritate publica munus ſuum, licet forte infeliciter, exercenti parcendum eſſe tradit ZIERIZ *h.* Vernacula publice voce præconis, edici ſolet alicubi: Daſs ſich niemand an ihm vergreiſſe bey Leib und Lebens Straffe. Pœna autem carnificis imperite decollantis arbitraria eſt, pro imperitiæ gradu, aliquando tamen relegatio. CARPZ. *q. 137. n. 67.* Idem dicendum, ſi vel doloſe, vel per ebrietatem non recte ſuſpenderit reum, *vid.* quos citat DOPLER. *p. 592. d. l.* ubi etiam de executione v. c. ſi decollandus corpus ſuum induravit, ut caput præſcindi nequeat.

Conjecturæ de vera odii in carnifices cauſa, & hiſtoria functi-

*2 Olim agnatos agnati inique, vel *immaniter* occiſi necem vindicaſſe, indeque nec carnificem inepte vel crudeliter delinquentem condemnatum occidentem, illorum iram effugiſſe, niſi publica ſecuritate impetrata, ſunt qui tradunt. Sed

Sed licet praxin vindictæ agnatorum non negemus, ob tot compoſitionum (quæ nunc: Söhne nunc: eine ewige Söhne nunc Freede u. ſ. w. dicebantur, & ſoluto Werigildo peragebantur) formulas, quarum prolixam & inſignem affert MEINDERSEN *p. 152. ſq. de judic. Centen.* Conf. SCHANNAT. *tom. I. ſammt verſchiedener Schrifft.* attamen mos ſalvum conductum proclamandi nobis videtur cœpiſſe, poſtquam omnis executio ad ſolos carnifices rediit, & peculiare officium odioſumque munus in republica eſſe cœpit. Nam olim nunc actor ipſe *vid.* WEHNER. verbo: beſiebenen, nunc agnatus: der nähiſte Schwerdmagen, *vid.* notabilem caſum *in Annal. Saxon.* MULLERI, qui anno 1470. Budſtadii contigit, nunc ſodales ſociique, *vid.* exemplum in executione ſive ſupplicio comitis de Wernigenrode DATT. *p. 80. n. 47.* nunc ipſe judex cum collegis ſuis, ut in judicio Vehmico, ſic enim in *MSCto* habetur: ghi (nehmlich der Freygrave) ſollet by und to röpen und eſchen, de fryen Schœppen, dat ſe darto (nemlich zum aufhengen) Hülpe doen. Nunc aliquando collegæ juniores in eodem judicio Vehmico, ſi fides habenda eſt Papæ PIO II, *p. 297. hiſtor. Europ.* & qui hunc exſcripſit, FELICI FABRO monacho Ulmenſi *p. 60. hiſtor. Suev.* ſententiarum capitalium executores fuerunt. Licet in ipſis Imperatorum curiis in Germania noſtra CARNIFICUM uſus ſat mature cœperit, ut ex decollatione comitis GERONIS juſſu Ottonis II. factæ apud DITMAR. *p. 343. tom. I. Rer. Brunſvic.* CHRONOGRAPH. SAXON. *p. 190.* conſtat. In *vita* HEIMERADI *§. VII.* fit mentio *exactoris*, ſive *præpoſiti* CARNIFICUM, cui ab Abbate Herfeldenſi traditus dicitur HEIMERADUS *verberibus macerandus.* Honeſtiores olim, v. c. præpoſitus Trevirenſis a. 1066. militibus tradebantur enecandi. *Herm.* CONTRACTUS *p. 276.* C. Aſt hic per CARNIFICES, *lictores* & *apparitores*, non capitalis ſententiæ *executores* indicari videntur. Dein ex loco *Chron. MS. ad Ann. 1192. p. 59.* quondam carnificis noſtri munus partem artis medicæ complexam fuiſſe, atque carnificem corpora magnatum cultro anatomico

onis carnificum per homines plane diverſos.

Carnifices olim cadavera ſale condiunt.

co ſubjeciſſe videri poſſet. Ita enim de Archiepiſcopo Magdeburgenſi Wichmanno *ibid.* refertur: *mortuo eo quidam hiſtrio* CARNIFICIS *officio functus eſt, ventremque ejus cultro aperuit, & inteſtina ejecit. Corpus autem ſale infuſum ne æſtu corrumperetur, Magdeburg adductum eſt.* Aliud exemplum Henrici V. *de ann. 1126. v. p. 621. tom. I.* PISTOR. Enim vero cum apud ſcriptores medii ævi carnifex etiam lanionem notet. *vid.* ALBERT. ARGENTIN. *p. 140. n. 10.* laniones autem ſalibus pro carnium aſſervatione utantur, nec aliud condimentum balſamicum, circa principum cadavera contra cariem & putrefactionem tuenda, quam ſal olim *vid.* SIGEBERT. ad Ann. 1126. *contin.* ROBERTI de MONT. *p. 621.* & ALBERIC. *ad Ann. 1125. p. 249. in fin.* de funere Henrici V. uſitatum fuerit; apud auctorem *Chron. MS. d. l.* imo forte etiam apud DITMAR. lanio ſub carnifice latere videtur.

De juribus & emolumentis carnificum.

In *Specul. Suevic. c. 25.* dicitur carnifex: der Gebüttel, der Richter der jemand den Leib nimmt. Addito: er ſoll haben den Zehenden von den abgethanen. Schwäbiſch Ldr. *Art. 173. pag. 267.* als der Frohnbote einen nuven Menſchen den Leib nimbt, ſo iſt der zehende Menſch ſein, den los man von im, als man ſtat an im findet. Olim Coloniæ poſtulabat carnifex des Miſſethäters Kleider *pag. 162. apol. elect. colon. in adj.* Clarius munus ipſius deſcribitur *c. 35. ibid.* Niemand ſoll die Leute tödten, denn der Frohnbote, und er ſoll dazu belehnet ſeyn zum wenigſten mit einer halben Huffe.

Mauritii & noſtra de contemtu carnificis conjectura.

Ceterum odium & contemtum carnificis MAURIT. *conſil. Tubing. VIII. p. 730.* e principiis papatus derivat. Ego & juris civilis introductionem adderem, nam viliſſimis hominibus Romani carnifices accenſebant.

De dialogo inter judicem & carnificem, non

§. 2. Articulus XCVIII. exponit interrogationem carnificis & reſponſionem judicis poſt executionem peractam. Formulæ ubique non ſunt eædem. BAVARI, & FRANCONES rhythmis utuntur; SAXONES autem ſoluta oratione, qualis & in textu noſtro extat. *

* *Vid.* DOPLER. *457. ſq.* Quod ſi minus perite caput abſcindit, judex

judex carnifici reſpondet aliquando, ut BEYER *h.* refert: Du haſt das Urtheil exequirt, doch nicht gericht wie ſichs gebührt. Ceterum recte monet ZIERITZ *h.* quod hæ minutiæ non debeant ſperni cum faſtidientis animi ſit USU BONO RECEPTA vilipendere. Ubique eadem.

§. 3. Hac occaſione quærere licebit, quiſnam ſit effectus ſententiæ condemnatoriæ executioni datæ? Sane cum dicere ſoleamus: der arme Sünder habe ſein Recht ausgeſtanden, ſey juſtificiret, habe gebüſſet, ſatis indicamus, quod reatus ſit ſublatus, nec cadaver habendum pro infami. vid. THEODORICUM *pag.* 1401. Imo apud Romanos pannicularia condemnatorum (was der Verurtheilete an und um ſich hatte) donabantur a præſide militibus *l. Hadrianus de bon. damnat.* unde macula nulla his adhærere credebatur. Circa ſepulturam tamen damnatorum, & apud nos, ſuſpenſorum uti quondam apud Romanos, ſuperior adeundus eſt. Quare coriarii, qui cutem damnatorum præparant, recte apud alios opifices excuſantur ex dictis, quod circa nihil infame occupentur. Accedit regula: mit dem Hals bezahlet man alles. De cadaveribus rotæ impoſitis & ſuſpenſorum plura notabilia congeſſit DOPLER part. II. c. VI. VII. XIX. De dicto: ein Gehenckter iſt verflucht bey GOtt. Prolixe VITRINGA. *tom. I.* 441. *ſeq. obſervat.* Quis effectus executionis ultimi ſupplicii.

§. 4. Tandem locus executionis ſupplicii de jure communi eſt locus delicti, ut ubi ſcandalum eſt datum, ibi emendetur *v. l.* 3. *pr. de remiſſ.* Ita etiam definitum in provinciis auguſtæ domus B. L. daſs die Brüche wo ſie geſchehen gewroget werden ſollen. Unde eatenus remiſſiones delinquentium reciprocæ in his terris neceſſariæ ſunt in hac ſpecie.

NOTÆ AD ARTIC. *XCIX.*

§. 1. Quod ſi reus abſolvitur, inſpicienda ſententia abſolutoria, an plane ſcilicet abſolvatur, an arbitraria De effectu ſententiæ abſolutoriæ ju-

 pœna

Digitized by Google

dicandum ex formulæ diverſitate,

pœna annexa ſit, vel certe reſtitutio expenſarum, an tantum ab inſtantia *1 defectu ſcilicet indiciorum ſufficientium. Si plane abſolvitur interdum regreſſus ipſi contra accuſatorem reſervatur, interdum autem hæc reſervatio omittitur. Quamvis in utraque hac ſpecie, ſi reus calumniam accuſatoris, vel judicis ſe probare poſſe putet, actionem pro ſua ſatisfactione intendere queat. *2

exempla.

*1 Ut ſi pronunciatur: Daſs in Ermangelung hinlänglichen Verdachts, vel mehrern und ſtärckern Indicien wider N. noch zur Zeit weiter nichts vorzunehmen. Interdum additur, quod acta nihilominus in uſum futurum ſint probe aſſervanda, ſi ſpes ſcilicet ſit, mox plura contra inquiſitum valde ſuſpectum & præfracte omnia negantem detectum iri.

Forum abſoluti ad ſatisfactionem agentis.

§. 2. In textu noſtro diſponitur tantum de foro * accuſatoris, quod hic reconveniri queat, in judicio ubi accuſavit, cum ibi acta in promtu ſint, pro faciliori novæ controverſiæ dijudicatione, ſi vero contra judicem agendum foret, hoc ſine dubio fieri deberet coram illius ſuperiore, vel commiſſario in hunc finem rogato.

* Quæſtio hæc de foro jam adfuit *ſupr. Artic. XII.* ubi electio reo relinquebatur, an in domicilii, an in accuſationis inſtitutæ foro agere vellet.

An judici aut accuſatori contra ſententiam detur remedium ſuſpenſivum.

§. 3. Inſuper quæritur, an contra ſententiam abſolutoriam accuſatori *1 vel judici competat remedium ſuſpenſivum v. c. ut judex ſeparata rei abſolutoria ab actis, acta ad aliud Collegium transmittat. *2

An ſpeciatim in criminal. appelletur hic & infr. artic. ult. a §. V. ad XVI.

*1 Appellationes (*adde infr. §. 5. 6. Artic. ult. ibique not.*) in criminalibus rejiciuntur communi conſuetudine in Germania, quam quoad cameram ſequuntur jura imperii in *R. J. 1530. §. 95. & in Ordin. Camer. P. II. tit. 28. §. 5.* LYNCK. *Reſp. LV. per tot.* & DATT. *436.* Ubi tantum accuſato de nullitate licet ad ſuperiorem provocare, de accu-

ſatore

Digitized by Google

ſatore vero nihil habetur, nec apud CARPZ. *P. III. quæſt. 129. n. 31. ſq.* WVRMSERVM *L. I. tit. 24. Obſerv. 18. V. M.* STRYK. *§. 6. de appellat.* aliosque, quos citat BVLLÆVS ad *h. artic.* Unde & majores noſtri *Anno 1674. d. 4. Maj.* appellationem defenſoris prolixe refutarunt in *Reſp.* verſus: Saltzwedel. In eo tamen inter praxin Cameræ & judiciorum ſtatuum in ſuis provinciis, nonnulli diſtinguunt, quod ad cameram ſine diſcrimine proceſſus accuſatorii & inquiſitorii plane appellari nequeat, in judiciis provincialibus autem v. c. in Saxonia diſcrimen cauſæ attendatur, & tantum in ultima proceſſus ſpecie appellatio prohibeatur. Imo in judiciis extra Saxoniam præter BERLICHIVM & OLDECOPIVM etiam in proceſſu inquiſitionis, ni alicubi conſuetudo aliud introduxerit, appellationi (quoad effectum ſuſpenſivum, ut judex ſuperioris mandatum vel reſcriptum expectare teneatur, licet non quoad effectum devolutivum, nec enim acta in judicio ſuperiori manent, nec cauſa ibi veluti in ſecunda inſtantia tractatur, ſed una cum mandato de modo procedendi ad judicem inferiorem remittitur) locum eſſe BRVNNEMANN. *c. XI. proc. Inquiſ. n. 19.* docet. Cum quo hodierni Doctores Saxonici etiam de Saxonia conſentiunt, *vid.* THOENNICKER, GRANZ, HEIL. *p. 500.* Rex tamen BORVSSORVM *cap. X. §. 5. Ordin. Crim. Marchic.* in proceſſu inquiſitionis appellationem auctoritate legiſlatoria, denuo excluſit, ac inquiſito novam defenſionem clementiſſime conceſſit. Ceterum, ubi proceſſus accuſatorius inſtitutus, procuratori fiſci tam decreto, de non torquendo, quam a definitiva abſolutoria appellare licere ex FARINACIO annotat idem BRVNNEMANN *cap. VIII. membr. V. n. 49. d. l.* Idem dicendum videtur de agnatis, necem agnati per accuſationem vindicantibus. Nam in ejusmodi accuſatoribus omnibus, quædam officii ſpecies concurrit, quam omittendo appellationem negligere non debent, ut proinde ſententia, de non torquendo, aut abſolutoria ſuo modo gravati videri queant. Quod vero privatum accuſatorem attinet,

Berlichii Oldecopii opinio.

Reg. Boruſſ. lex nov.

De appellat. necem defuncti vindicantium.

 non

non video, quomodo per abſolutoriam a pœna, aut tortura, ſe gravatum dicere poſſit, niſi inſimul v. c. ratione expenſarum iniquius contra ipſum pronunciatum *vid.* SCACC. *de appellation. qu. XVII. Limit. XLVIII.* Dicit quidem MATTH. *p. 744. de crim.* quod jure civili utrique tam accuſatori appellare licuiſſet, ſed textus, quos inſpexi de accuſato loquetur. Unde quoque *in tit. ad Sct. Turpil.* accuſator, qui accuſato appellante accuſationem non perſequitur, in pœnam SCti incidere dicitur, non autem additur, quod etiam ipſe accuſator ſub pœna SCti debeat aut poſſit appellare. Interim, ut accuſator conſcriptis literis ſupplicibus ſtatum cauſæ ſuperiori exponat & ſententiam juſto indulgentiorem ſimul transmittat, non repugno. Quamvis hodie in præfecturis ipſis judicibus incumbat, ut acta a Collegio juridico reverſa una cum ſententia ad principem mittant & de executione reſcriptum expectent.

An accuſator de jure civili appellet.

De relatione ſententiæ intempeſtive miſericorde ad principem.

Ad principem.

*2 In proceſſu inquiſitionis, cum judex proprie non conſtituat perſonam partis inquiſito adverſæ, illius quoque non eſt a ſententia lata appellare, multo minus clanculum, ſi ipſi intempeſtive miſericors videatur, eam ab actis ſeparare & ad habendam magis rigoroſam acta denuo inſcio inquiſito alioſum ablegare. Ut ſatis probavit Dn. THOMAS. *diſſert. de jud. ſent. ab act. remov.* Attamen illud officii ratio exigit, ut inepta ſententia allata relationem ad principem perſcribat judex, & quomodo ulterius in cauſa procedendum ſit, mandatum inſtructorium petat.

NOTÆ AD ARTIC. C.

Quæ hic dicuntur quæſtiones & conteſtationes inutiles.

Inutiles quæſtiones & proteſtationes *1 hoc articulo a judicio criminali proſcribuntur. Definiuntur *2 autem quod ſint negotia, quæ ad veritatem facti, vel juſtitiam cauſæ nihil faciunt, ſed tantum proceſſum criminalem protrahunt & delinquentes confundunt.

Illuſtratio e jure & Oſnabr. & Colonienſ.

*1 Nam in textu fit mentio: der Fragen und Andingungen Pleræque verſiones: ut etiam REMI paraphraſis utrumque genus

genus uno verbo reddunt; QVÆSTIONES. Sed GOBLERVS rectius duo diverſa hic ab Imperatore notari ſuſpicatus, reddidit: QVÆSTIONES & PROTESTATIONES quaſi reſpectu quæſtionum judices, ratione proteſtationum inutilium autem cauſidici reprehenderentur. Enim vero cum cauſidicorum tunc parcior ſeges exiſteret, magis eſt, ut ſub quæſtionum & proteſtationum vel conteſtationum vocabulis: tum illum inanem ſermocinationum, tam judicum & Scabinorum, quam partium, procuratorum & omnium, qui judiciis intererant quondam, apparatum intelligamus. Imo non tantum in judiciis interrogator, qui de bene ordinando judicio ſollicitus erat, & alicubi dicebatur: ein Anwald, ut Osnabrugæ *vid. tract. de Archidiac. II.* p. 149. alicubi: ein Andinge; ſed quoque in aliis negotiis, v. c. in creatione novi magiſtratus, conſtituebatur: ein Andinge, qui de qualitate & officio candidati diſquirebat. Sic Coloniæ cum olim de novo ſcabino introducendo ageretur, der Graff Commiſſarios electoris nomine monebat: umb die Inſetzung des Schöppen zu vollziehen, nach alten Gebrauch einen *Andingen* zu nennen und zu ſezzen. Hic vero poſt nominationem mox quærebat: ob nicht das, was er andingen werde, Möge und Macht haben ſolte? Et dein nominatim: welche dann einen Schöppen kieſen ſolten? Ubi mihi conſtat e formula MSta. Ut proin: andingen, dingen, ſtipulando quærere unum ac idem ſint.

*2 Quæ nominatim quæſtiones aut proteſtationes hic indicentur, ſe nec divinando aſſequi poſſe ait ZIERIZ. Interim monachos capitalia judicia ſuis ineptiis, quondam contaminaſſe&perplexas argutias in illa introduxiſſe putat. Aſt hoc non placet zelotæ MANZIO, qui monachorum cauſam agit, eosque corruptionis capitalium judiciorum, quibus ne quidem ſine irregularitate contrahenda intereſſe poſſunt, nullo modo accuſandos eſſe, contendit. Diſtinctior notitia horum inanium e vetuſtis conſtitutionum (der Hegungen) criminalium judiciorum regeſtis paranda eſt. Quæ ſententia Zierizii, Manzii.

 Habent

Digitized by Google

Beyer hic de neceſſitate articulorum inquiſitionalium.

Habent quædam DATTÆUS, MEINDERSEN, DOPLER & alii. Plane huc etiam refert BEYER articulos inquiſitionales, in ea ſpecie, ubi inquiſitus crimen ſat diſtincte jam in examine ſummario confeſſus eſt, & collegia Juridica nihilominus inſuper reſponſionem ad inquiſitionales dictitant in ſpeciem ſaltim & in complementum jurisprudentiæ formulariæ. Interim ita practicatur *vid.* KEYSER *p. 233. §. XI. de tract.* HEIL. *p. 81.* ſunt enim articuli inquiſitionales de ſubſtantia, ut CARPZ. *qu. CXIII. n. 6.* pro imperio definit. Aliud tamen dicendum de criminibus, quo arbitrarie coercentur, quæque forte ad unam, aut duas quæſtiones redigi poſſunt. Quo caſu articuli ſuperflui.

ARTIC. *CI.*

Von Leib-Straffen, die nicht zum Tod, oder zu ewiger Gefängnüß geſprochen werden, und von Amtswegen beſchehen.

Die Straff am Leib oder Gliedern, die nicht zum Tod oder ewiger Gefängnüß ſeyn, und öffentlicher That halb von Amtswegen geſchehen, durch den Richter erkannt mögen werden, davon wird die Form des Urtheils hernach in dem 96. Artickul funden, anfahend, Item, ſo ein Perſon ꝛc.

ARTIC. *CI.*

POſt Articulum CI. in Norico & Vinarienſi adhuc ſequentia reperiuntur: Verurſächung der Satzung, wie auf dem endlichen Rechts-Tag gehandelt werden ſoll, und wie kein Theil dieſer Ordnung ungemäſs fürbringen möge.

Item es möcht jemand, ſo der Urſach nicht weiſs, gedencken, daſs die vorgemeldt gerichdliche Handlung auf dem endlichen Recht-Tag zu gebrauchen verordnet unförmelich, und den gemeinen Rechten nicht gleich

gleich wär, ſonderlich in dem (daſs auf ſolchem endlichen Recht-Tag, Klag, Antwort und Bitt der Partheyen, auch Frage, Erkänntniſs und Handlung der Richter und Urtheiler in dieſer unſer Ordnung vorgeſetzt und beſchrieben ſeynd) der Meynung, daſs billig nach Geſtalt jeder Sachen anderſt und anderſt geklagt und geantwort, gebeten, gefragt, und erkannt werde u. ſ. w. zu Ablehnung ſolches Verdachts, melden wir deſshalb dieſe Urſach und Nothdurfft, nach Gebrauch jeden Landes mögen die Halsgericht nicht anders, dann mit gemeinen Leuten, die die Recht nothdürfftiglich nicht gelernet oder geübet haben, beſetzt werden, deſshalb in dieſer Ordnung vor und nach gar klärlich funden wird, mit was groſſem nothdürfftigen Fleiſs alle gerichtliche Sachen vor dem endhafften Recht-Tag gehandelt, erfahren und aufgeſchrieben, auch die Urtheil, wo es Noth thut, nach Rath der Rechtverſtändigen gemachet werden ſollen. Darum auf dem endhafften Recht-Tag niemand nachtheilig, daſs daſelbſt ſo kurtzer gemeiner Weiſe (als vorſtehet) die Klag, Antwort und Bitt der Partheyen gemeldt, auch alſo darauf (wie geſetzt iſt) durch Richter und Urtheiler gefragt, geantwort, erkennt und gehandelt wird. Dann ſolt den Theilen zugelaſſen ſeyn, daſs ſie auf dem endlichen Recht-Tag ihres Gefallens fürbringen möchten, ſo würden ſolche Richter und Urtheiler leichtlich dermaſſen irr gemacht, damit die Rechtfertigung ihr Endung auf denſelben endhafftigen Recht-Tagen nicht erreichen könten, das wär eine ſchädliche Verhinderung an Straffung des Ubels und wider gemeinen Nutz, es kämen auch dadurch die Partheyen zu groſſem Nachtheil und Unkoſten. Aber nemlich iſt zu mercken, daſs alle nothdürfftige Handlung obgemeldter maſſen und

nach

nach Laut dieſer unſer Ordnung vor dem endlichen Recht-Tag mit dem Höchſten Fleiſs geſchehen, wie dann Richter und Urtheiler und Gericht-Schreiber deſshalb verpflicht und ſchuldig ſeynd, damit niemand im Rechten verkürtzt wird, und ſoll doch nichts deſto weniger auf den endhafften Recht-Tag, um des gemeinen Volcks und alter Gewohnheit willen, die öffentlich gerichtliche Handlung, wie vor davon aufgeſchrieben iſt, aus guter Meynung auch nicht unterwegen bleiben, wolte aber auf dem endhafften Recht-Tag ein Theil dieſer unſer Ordnung ungemäſs fürbringen und handlen, dadurch das Recht oder Vollziehung deſſelben geirret und verhindert werden möchten, damit ſoll er nicht zugelaſſen oder gehört, ſondern auf des gehorſamen Theils Bitt und Begehren nach Laut dieſer unſer Ordnung mit dem Rechten endlich fürgangen werden, dann ein jeder Verſtändiger kan hieraus und bey ihm ſelbſt wohl betrachten, daſs vor ſolchen Richtern und Urtheilen ein ander Proceſs im Rechten zu halten noth iſt, dann ſo der rechtlich Krieg vor den Rechtsgelernten wäre.

ARTIC. *CII.*

Von Beichten und Vermahnung nach der Verurtheilung.

Nach der Verurtheilung des Armen zum Todt, ſoll man ihm anderwerts beichten laſſen, auch zum wenigſten ein Prieſter oder zween am Ausführen, oder Ausſchleiffen bey ihm ſeyn, die ihn zu der Liebe GOttes, rechtem Glauben und Vertrauen zu GOTT, und dem Verdienſt Chriſti unſers Seligmachers auch zu Bereuung ſeiner Sünde vermahnen. Man mag ihm auch

auch in dem Führen für Gericht, und Ausführung zum Tod, ſtätigs ein Crucifix tragen.

ARTIC. *CII.*

Loco verborum: zur Liebe GOttes, legitur: die ihn zum Guten in projecto Norico.

NOTAE AD ARTIC. *CI. CII.*

Art. CI. eſt otioſus & ſimplicem remiſſionem continet ad inferiora. Centeſimus ſecundus autem pertinet ad munus paſtorale *1 circa conſolationem & admonitionem ad mortem damnati. In fine ſignum crucis præferri permittitur, non autem, ut neceſſario fiat, jubetur. *2 Contenta utriusque articuli.

*1 Quid diſponatur in der Nieder-Sächſiſchen Kirch-Ordnung *vid. vol. I. P. II. p. 791.* DEDEK. *adde p. 799. it.* SCHRADERI, BIDENBACHII huc pertinentia ſcripta. De ſacramentis eccleſiæ apud catholicos, v. c. de cœna ad mortem damnatis porrigenda, de extrema unctione ipſis applicanda vid. CLARVM *p. 902.* De officio paſtorali reſpectu damnatorum ad mortem remiſſive.

*2 Apud Catholicos geminum uſum commemorat MANZIUS hic 1) ut ad pias meditationes inquiſitus excitetur 2) Diabolus fugetur. Apud noſtrates refertur ad adiaphora, quæ bonum uſum, nunc adhiberi, nunc omitti poſſunt. Ceterum illud in imperio obtinet, ut condemnati religionis particeps ſacerdos eligatur. Exceptis Judæis, quibus non permittitur Rabbi, permitti tamen ſine conſcientiæ ſcrupulo poſſet, ſi princeps vellet. De uſu crucis apud catholicos. An judæus petere poſſit Rabbi.

ARTIC. *CIII.*

Daß die Beicht-Väter die Armen bekannter Wahrheit zu läugnen, nicht weiſen ſollen.

Die Beichtväter der Ubelthäter ſollen ſie nicht weiſen, was ſie mit Wahrheit, auf ſich ſelbſt, oder andere Perſohnen, bekannt haben, wieder zu läug-

nen: wann niemand geziemt den Ubelthätern ihre Boßheit, wieder gemeinen Nutz, und frommen Leuten zum Nachtheil, mit Unwahrheit bedecken, und weiter Ubel ſtärcken zu helffen, wie im 31. Articul, anfahend: Item, ſo ein überwundener Mißethäter ꝛc. Meldung geſchicht.

ARTIC. *CIII.*

IN Norico ſimpliciter in fine habetur: mit bedecken zu helffen, reliqua omittuntur.

NOTÆ AD ARTIC. *CIII.*

De officio ſacerdotum, & ejus concordia cum juſtitia ſeculari.

Cum regnum & ſacerdotium ſibi non debeant opponi, nec illius ſalus per hujus machinationes interverti, merito hic ſtatutum articuli XXX. * denuo repetitur, & confeſſariis, ne in perniciem reipublicæ, ad retractanda confeſſa delinquentes inſtruant, iterata vice interdicitur. Imo confeſſariorum, ſi boni cives eſſe volunt, potius eſt delinquentes admonere, ut ſi quæ vel de ſe vel aliis hactenus tacuerunt, adhuc amore reipublicæ confiteantur, quam ut ullam veritatem occultandi anſam ipſis ſuppeditent.

Damhouderi diſtinctio.

* Adducit hunc articulum DAMHOUDER, qui ipſe Carolo Vto a conſiliis fuit in *prax. crim. c. CLII. §. 6. ſeqq.* Facile autem veniam indulget confeſſariis in caſibus, ubi leve delictum revocantis ſubeſt, non autem, ubi grave & magis reipublicæ noxium. Apud nos proteſtantes his diſtinctionibus nullo negotio caremus, quia noſtri clerici de uſu atque neceſſitate judiciorum capitalium, etiam mediante ſanguinis effuſione exercendorum, meliora edocti ſunt. Quare in der Nieder-Sächſiſchen Kirchen-Ordnung *Volum. 1. ap.* DEDEKENN. *P. II. pag. 791.* jubentur paſtores noſtri, ut quoad ejus fieri poteſt, miſeros adhortentur, ut delicta ſua confiteantur. Alias ipſum jus Canonicum *C. XXIII. qu. v. can. 18.* omnino probat neceſſitatem judicum, carnificum & ſuppliciorum. Interim error cleri pontificii vul-

Noſtratium ſententia.

Juris Canonici doctrina.

vulgaris ſat antiquus eſt. Sane JUSTINIANI ævo vid. *l. addictos 6. Cod. de epiſc. audientia* plane per vim, ad ſupplicium ducendi, a Clericis & monachis eximebantur adeo, ut opus eſſet interceſſione auctoritatis imperialis, quæ prælatis ſerio præcipiebat, ut monachos & clericos ſuos in viam reducerent, ceteroquin nec ipſos extra cenſuram imperialem fore.

Cleri catholici vetus error & abuſus.

ARTIC. *CIV.*

Ein Vorred, wie man Miſſethat peinlich ſtraffen ſoll.

WAnn jemand, unſern gemeinen geſchrieben Rechten nach, durch eine Verhandlung das Leben verwirckt hat, ſoll man nach guter Gewohnheit, oder nach Ordnung eines rechtverſtändigen Richters, ſo Gelegenheit und Aergerniß der Ubelthat ermeſſen kan, die Form und Weiß derſelben Tödtung halten und urtheilen. Aber in Fällen, darum (oder derſelben gleichen) unſer Kayſerlich Recht nicht ſetzen oder zulaſſen, jemand zum Tod zu ſtraffen, haben wir in dieſer unſer und des Reichs Ordnung auch keinerley Tod-Straff geſetzt: aber in etlichen Miſſethaten laſſen die Recht peinliche Straff am Leib oder Gliedern zu, damit dennoch die Geſtrafften bey dem Leben bleiben. Dieſelben Straff mag man auch erkennen und gebrauchen, nach guter Gewohnheit eines jeden Lands, oder aber nach Ermeßigung eines jeden guten verſtändigen Richters, als oben von Tödten geſchrieben ſtehet. Wann unſer Kayſerlich Recht etlich peinliche Straff ſetzen, die nach Gelegenheit dieſer Zeit und Lande unbequem, und eines Theils nach dem Buchſtaben nicht wohl möglich zu gebrauchen wären, darzu auch dieſelben Recht die Form und Maß einer jeglichen peinlichen Straff nicht anzeigen, ſondern auch guter Gewohnheit, oder Erkäntniß verſtändiger Richter befehlen,

und in derſelben Willkühr ſetzen, die Straff nach Gelegenheit und Aergerniß der Ubelthat, aus Lieb der Gerechtigkeit, und um gemeines Nutz willen, zu ordnen und zu machen. Aber ſonderlich iſt zu mercken, in was Sachen, oder derſelben gleichen, unſer Kayſerl. Recht, keinerley peinliche Straff am Leben, Ehren, Leib, oder Gliedern ſetzen, oder verhengen, daß Richter und Urtheiler, dawieder auch niemand zum Tod, oder ſonſt peinlich ſtraffen. Und damit Richter und Urtheiler, die ſolcher Rechten nicht gelehrt ſind, mit Erkäntniß ſolcher Straff, deſtoweniger wieder die gemeldten Rechten, oder gute zuläßige Gewohnheiten handlen, ſo wird hernach von etlichen peinlichen Straffen, wann, und wie die gedachter Recht, guter Gewohnheit und Vernunfft nach geſchehen ſollen, geſetzt.

ARTIC. *CIV.*

Verba: unſer Käyſerl. Recht, ita expreſſa ſunt in Norico: unſer Vorfahren und unſer Käyſerlich Recht.

NOTAE AD ARTIC. *CIV.*

Quamnam artic. contineat obſervationes. §. 1. Antequam ſingulorum delictorum pœnæ recenſentur, præmittit Imperator quasdam obſervationes generales, ad officium judicis criminalis in doctrina de pœnis pertinentes.

Obſervatio I. de regula execut. crimin. §. 2. Prima obſervatio eſt, ut in delictis, pœnam capitalem ſecundum jura communia ſcripta merentibus, forma & modus * exequendi ſupplicium, vel ſecundum leges ſpeciales & conſuetudinem loci, vel his deficientibus, ſecundum præſcriptum judicis boni prudentisque dirigatur.

tam reſpectu rituum. * Quod non tantum de cæremoniis in judicii conſtitutione, (Beſetzung, Hegung des Gerichts) inquiſiti eductione, & executione v. c. Was vor Leute zur execution aufgebothen

bothen werden, ob auf dem Marckte, oder Raben-Stein die Hinrichtung üblich u. ſ. w. Sed quoque de mortis genere intelligendum v. c. infanticidium ſine dubio capitale eſt, alicubi tamen gladio punitur, alicubi, ut de Comitatu Ditmarſiæ memini, infanticida in foveam dejicitur & corpus illius palo transfigitur. Licet hodie ibi a collegiis juridicis peti ſoleat: eine Urthel nach der P. H. G. O. nec amplius ſtatuto inhæreri. Ita homicidium a ſobrio commiſſum gladio, ab ebrio ſuſpendio, ſecundum novum Regis Boruſſorum edictum, coërcetur. quam pœnæ generis.

§. 3. Secundo loco dicit Imperator, quod in nullum crimen, mortis ſupplicium noviter in hac conſtitutione ſanxiſſet, ſed tantum ea, quæ jus Cæſareum olim capitalia eſſe voluit, pariter capitalia eſſe *juſſerit. Obſervat. II. & an

* Hoc non ubique ita ſe habere ſequentes articuli de furtis, de ſacrilegio, de pœna fractæ urphedæ & reliqua docebunt. Quod furtum ſpeciatim attinet, ſuſpendii pœnam CLASEN derivare vult e jure feudali *II. F. 27. §. fin.* ſed textu inſpecto patet, quod ibi non de furibus ſimpliciter, verum, de graſſatoribus raptoribusque violentis ſermo ſit. Evidentior quoad jura Germaniæ locus extat in Speculo Saxon. *L. II. Art. 13.* ubi diſerte: Den Dieb ſoll man hencken. Eadem lex olim erat Friſonum *p. 102. Chron. Holſat.* Nec aliter obtinuit jam ſub Ottone III. *vid.* DITMARUM *apud* LEIBNIT. *p. 363.* Ut proinde ſuſpendium furum ad jura patria communia antiqua referri queat. Minimum exinde concludendum eſt, quod inde præſumendum ſit Carolum Vtum jure civili ſeverius in facinoroſos animadvertere noluiſſe. Carolina non alicubi jure civili ſeverior.

§. 4. Tertio pœnæ reliquæ corporis afflictivæ, ſed non capitales, pariter ratione modi infligandæ ſunt, ſecundum conſuetudines locorum, aut prudentis judicis arbitrium. * Obſ. 3. de pœn. non capit.

* Sic v. c. alicubi fuſtigandi ante ictus fuſtium ad numellas ponuntur, alicubi non ponuntur, alicubi obtinet pœna tratto Oſtenſio per exemplum fuſtigat.

tratto di corda, vulgo: das Wippen, alicubi non. confer. DOEPLER *integra part. I.*

§. 5. Quarto ſubjungitur, quod in caſibus,* ubi jus commune & conſtitutio criminalis, nec mortis nec corporis afflictivam, nec infamiæ pœnam in delinquentes ſtatuerunt, ibi nec judici ejusmodi pœnas irrogare fas ſit.

Obſervat. IV. * Videtur Imperator loqui de criminibus, quorum jus commune & conſtitutio criminalis diſerte mentionem faciunt, illorumque aliam, quam infamiæ, aut corporis afflictivam, aut mortis pœnam expreſſerunt, licet interdum paulo latius v. c. per verba, nach Geſtalt der Sachen *vid.* Artic. XXXII. CXXXIV. CXXXVI. In his itaque judex durior lege foret, ſi infamia, fuſte, vel gladio animadverteret, prout ipſe Imperator hic definit. Nam de plane omiſſis eſt in artic. ſequ. CV. Interim Cæſar addit: und derſelben gleichen. Unde colligit STRYK. in V. M. *tit. de extraordin. crim.* præter nominata in Carolina delicta, & alia ex cauſa, capitalia eſſe poſſe. Ego in genere hic reſpondere non audeo, ſed tunc demum, ſi mihi ſpecies offertur.

ARTIC. *CV.*

Von unbekannten peinlichen Fällen und Straffen.

Ferner iſt zu mercken, in was peinlichen Fällen, oder Verklagungen, die peinlichen Straffen in dieſen nachfolgenden Articuln nicht geſetzt, oder gnugſam erkläret, oder verſtändigt wären, ſollen Richter und Urtheiler (ſo es zu Schulden kommt) Raths pflegen, wie in ſolchen zufälligen, oder unverſtändlichen Fällen, unſern Kayſerlichen Rechten und dieſer unſer Ordnung am gemäßigſten gehandelt und geurtheilt werden ſoll, und alsdann ihre Erkänntniß darnach thun: wann nicht alle zufällige Erkänntniß und Straff in dieſer unſer Ordnung gnugſam mögen bedacht und beſchrieben werden.

Art.

ARTIC. *CV.*

Non differt impreſſum a projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *CV.*

Quod ſi crimen in Carolina 1) vel plane non occurrat *1 vel 2) illius pœna non ſatis certo determinata *2 aut explicita ſit, judex refugere debet ad collegii juridici arbitrium, non laxum vagumque, ſed ex *3 analogia hujus conſtitutionis criminalis, & jure civili dimetiendum ac temperandum. **Quando & ad quod arbitrium ac conſilium juris ſapientum recurrendum.**

*1 v. c. Crimen fractæ pacis domeſticæ. In ejusmodi delictis videtur judex pœnam corporis afflictivam, aut infamiæ decernere poſſe, pro circumſtantiarum gravitate. Nam cum de illis jure ſcripto ratione pœnæ, nec in genere nec in ſpecie aliquid definitum ſit, judex aliquando pro re nata gravius animadvertendo, non poteſt lege acerbior dici: cum nulla lex extet. **Exemplum criminis in Carolina plane omiſſi.**

*2 Exempla plura occurrent in ſequentibus articulis v. c. in Art. 107.

*3 Ad quam analogiam, in ſecunda ſcilicet ſpecie, ſi nempe pœna non ſatis clare in jure ſcripto expoſita, pertinent etiam regulæ in præcedenti articulo contentæ, de quibus §. 3. 5. *ibid.* diximus. Ceterum, cum leges provinciales, ſtatuta, conſuetudines, res ſæpius ita in aliquo loco judicatæ, in decidendis cauſis criminalibus, pariter normam ſuo modo conſtituant, facile inde colligitur, quod inquiſitus non mox duriorem pœnam declinare poſſit, ſi regulam quandam *e §§. 3. 4. 5. art. præced.* allegat. Nam licet hic deficiant jura communia, civile & Carolinum, adſunt tamen jura ſpecialia locorum, quod ſufficit. Imo ſi in aliquo delicti genere pœna gravior expreſſa, licet quoque eandem applicare ad ſpeciem non expreſſam, propter analogiam juris in hoc noſtro artic. CV. commendatam. Modo non poſſit differentia quædam alicujus momenti oſten- **Unde analogia juris criminalis diſcenda, exemplum.**

An pœna arbitraria poſſit extendi ad mortem.

oſtendi v. c. fur, qui armis utitur, capite punitur, quidni etiam fur, qui pro commodius atque ſecurius exercendo furto, ignem tuguriolo ſubjicit. Quæri alias ſolet, an pœna arbitraria non poſſit extendi ad mortem? dicimus autem arbitrariam per hactenus dicta, ubi jus ſcriptum & non ſcriptum commune & ſpeciale deficiunt, nec palpabilis analogia ſubeſt, ſed pœna generatim prudenti judicis arbitrio in textu aliquo relicta; quo ſenſu ſuppoſito, quæſtionem negamus, argumento ex collatione articuli noſtri CV. cum præcedente ducto. ZIERIZ, BULLÆUS, BLUMLACHER *h.* Affirmat alias eandem BERGER allegans *l. 13. de pæn. l. 9. de extraord. crim.* Verum poſterior ſupponit pro ultimo ſupplicio morem regionis & atrocitatem facti, prior nil habet de ultimo ſupplicio.

ARTIC. *CVI.*

Wie Gottsſchwerer, und Gottsläſterung geſtrafft werden ſoll.

So einer GOtt zumißt, das GOtt nicht bequem iſt, oder mit ſeinen Worten GOtt, das ihm zuſtehet, abſchneidet, der Allmächtigkeit GOttes ſeine heilige Mutter, die Jungfrau Maria, ſchändet, ſollen durch die Amtleut, oder Richter, von Amtswegen angenommen, eingelegt, und darnach am Leib, Leben, oder Gliedern, nach Gelegenheit und Geſtalt der Perſon, und Läſterung, geſtrafft werden. Doch, ſo ein ſolcher Läſterer angenommen und eingelegt iſt, das ſoll an die Obrigkeit mit nothdürfftiger Unterrichtung aller Umſtände gelangen, die darauf Richtern und Urtheilern Beſcheid geben, wie ſolche Läſterung den gemeinen unſern Kayſerlichen Rechten gemäß, und ſonderlich nach Innhalt beſonderer Articul unſers Reichs-Ordnung, geſtrafft werden ſoll.

Art.

ARTIC. *CVI.*

VErba: der Allmächtigkeit GOttes u. ſ. w. in Norico ita fluunt: Der Allmächtigkeit GOttes wiederſpricht oder ſonſt entheiliget, oder andere Läſter-Wort bey der Jungfrauen Marien und der hochheiligen Geburth thut, derſelbige Thäter, auch die ihm ſo zuhören, das nicht wiederreden, ſtraffen und der Obrigkeit verſchweigen, ſollen durch die Amtsleut u. ſ. w. Deinde in fine: Reichs-Ordnung in Norico ita deſcribitur: unſer Kayſerl. Ordnung und Policey, ſo auf dem Reichs-Tag allhier zu Worms in dem ein und zwantzigſten Jahre durch uns aufgerichtet iſt.

NOTÆ AD ARTIC. *CVI.*

§. 1. Inter crimina atrocitate reliqua ſuperat: *crimen læſæ* MAIESTATIS. Quæ vel DIVINA vel humana eſt, quod dubio caret. Divinæ majeſtatis autem non demum apud ſcriptores eccleſiaſticos, ſed etiam apud JCtos in pandectis mentio fit. Scil. MAIESTATEM DIVINAM & honorem ipſi debitum, nobis jam commemorat PAVLLVS *l.* 32. §. 4. *de recept. qui arbitr.* ubi dicitur: arbitrum poſt receptum arbitrium ſacerdotio potitum, ſe excuſare poſſe, idque non tantum honori perſonæ, ſed & MAIESTATI DEI indulgendum add. MATTH. 585.

Quod crimen atrocitate primum & quæ ſententia gentil. de DIVINA MAIESTATE.

§. 2. Unde inter criminum pœnas primo loco refertur pœna blaſphemiæ. Explicantur initio illius * variæ ſpecies. Ut 1) ſiquis ea de Deo prædicaſſet, quæ conceptui, quem de ipſius divina majeſtate habemus, repugnant. Vel 2) Deo eas eminentias competere negat, quæ ipſi competunt. 3) Speciatim divina attributa v. c. omnipotentiam, item 4) Matrem Chriſti Mariam contumelioſis verbis proſcindit.

Cur blaſphemiæ primus locus inter crimina. Ejusque ſpecies.

Monitum de Projecto hujus articuli a. 1521.

* In exemplari Norico anni 1521. inſuper additur; ſi quis contradiceret ſanctiſſimæ nativitati ſervatoris ex Beata virgine, & ad Receſſum Imperii hujus anni 1521. ſimul provocatur, verba ſunt: Auf unſern Kayſerlichen Ordnung und Policey, ſo auf dem Reichs-Tag zu Worms allhier in dem ein und zwantzigſten Jahr aufgerichtet iſt. Sed licet hoc anno plures leges imperii Wormatiæ ſint conditæ: die Ordnung des Regiments, die Cammer-Gerichts-Ordnung, Ordnung des Landfriedens, item Reichs-Abſchied, und Edict von Succeſſion Brüder-und Schweſter-Kinder, attamen nec ordinationem politicam hujus anni, nec locum ex illa indicatum invenire potui.

In quibus imperii receſſibus de blaſphemia agatür.

§. 3. Ratione pœnæ nihil hic definitur, ſed judices cum ad jus Romanum, tum ad receſſus imperii ablegantur. Sunt autem plures utpote R. I. 1495. *1 1500. *2 1512. *3 1530. *4 1548. *5 1577. *6 Quibus addi poteſt conſtitutio RICHARDI de Anno 1258. Soloduri *pag.* 14. *Continuat.* II. *ſpicileg. eccleſ.* LUNIG.

Quæ Max. I. a. 1495. hic definierit & deis.

*1 In hoc receſſu laudat Maximilianus I. prædeceſſoris ſui Cæſaris Juſtiniani ſanctiones, quæ in *novell. LXXVII.* continentur & non tantum legum, ſed concionum clericalium ſpeciem habent *vid.* RITTERSHUS. *p. 674. ad novell.* ut & hic ipſe *Rec. Imp. de An. 1495.* Blaſphemia dicitur in textu: Eitel oder Läſter-Worte und Schwühre, ſo einer bey GOtt, ſeiner heiligen Marter, Wunden, oder Gliedern, der Jungfrauen Mariæ und ſeinen Heiligen, thäte. Quod pœnam attinet, Maximilianus in ſcientes, volentes, blaſphemos nobiles, prima vice excluſione a dignitatibus, ſecunda vice pœna corporis afflictiva, in inferioris ſortis homines ultimo ſupplicio, in ebrios & ad iram concitatos vero multa marcæ auri puri, vel alia arbitraria animadvertit.

Ord. Cam. a. 1500.

*2 In hac ordinatione camerali Auguſtæ Vindelicorum promulgata *tit.* XXXI. judices, ut pœnas memoratas exequantur, monentur.

Item a. 1512.

*3 Hic diſtinguitur, ob einer freventlich, üppiglich, GOtt läſtert, der Mutter GOttes fluchet, die Heiligen verachtet, oder

oder ob es anderer Geſtalt beſchiehet. Ut ille, wenn die Läſterung unmittelbar an GOtt geſchehen, in corpore, hic in ære, 1. Marck Goldes, vel in ſubſidium pariter in corpore pœnam luat: Ultimi ſupplicii hic nulla mentio facta eſt, *vid. tit. III. ſ. 1. hujus Rec. Imp.* diſcrimen perſonarum autem in genere confirmatur. Ut IV. examinentur 1 was Stands die Perſon 2 wie offt 3 wie hoch 4 aus was Urſachen die Läſterung von ihm geſchehen.

*4 In reformatione politica hujus anni *vid. tit. I. ſ. 2. 5. ibid.* ſine diſcrimine ſtatus blaſphemi indiſtincte *ſ. 2. c. l.* verbis: Wieder GOtt ohne Mittel, item Sacramente, Mutter Chriſti u. ſ. w. prima vice carcere, pane & aqua per quatuordecim dies cibandi, altera vice vel morte, vel membri abſciſſione *vid. ſ. 2. ibid. & tit. II. ſ. 11.* coërcentur. Blaſphemi hic dicuntur: Die GOtt unſern Schöpffer, ſeine auserwehlte Mutter und alle GOttes Heiligen läſtern, oder bey ihren Nahmen fluchen oder ſchwehren. **Dicta de blaſphemia in reform. polit. a. 1530. & definitio blaſphemorum.**

*5 Anno 1548. *in reformat. Polit. tit. II.* carcere quoque puniuntur: de Schwehrer und Flucher *tit. V.* Militibus blaſphemis, vel execrantibus mulcta in uſum pauperum diſpenſanda dictatur, poſt Carolinam noſtram, a Carolo tamen noſtro. Ceterum repetitur hic diſtinctio: Ob die Blaſphemie unmittelbar wieder GOtt, die heiligen Sacramenta und die Menſchheit Chriſti geſchehen, oder nicht geſchehen, ibi pœna mors, hic: membrorum privatio. **Senſus reformationis de anno 1548.**

*6 Hic Rudolphus II. repetit pœnas der Schwerer und Flucher *Reform. Anno 1548.* dein videtur diſtingui in textu *vid. ſ. 1. tit. II. & ſ. 2. ibid.* Ut blaſphemia in ſanctos non ſit capitalis, in illos autem, qui immediate in Deum, Chriſtum & ejus humanam naturam (Menſchheit) aut ſacramenta, freventliche verächtliche Läſter-Worte ohne Mittel evomunt, pœna capitis animadvertatur, aut membri privatione. Reſpectu dignitatis additur: Es ſey was Würden oder Standes der wäre *ſ. 2. tit. I. item,* Es ſey der GOttes-Läſterer Geiſtlich oder Weltlich *tit. I. ſ. 3.* diſcrimen **Pœna a Rudolpho II. definita.**

 men

Digitized by Google

men tamen fori de quo *tit. III. §. 2. R. J. 1512.* non tollitur: Imo quoad reſpectum perſonæ ſubjungitur: Nach Gelegenheit der Perſohnen. An hoc capiendum de ætate, an de habitu blaſphemandi, & repetitione, an de diverſa dignitate diverſoque ſtatu clericali & eccleſiaſtico, ut priora: Es ſey wes Würden, item, er ſey Geiſtlich oder Weltlich, tantum ſint de pœna in genere, quod omnes puniendi, non autem de pœnæ ſpecie, quod omnes uno eodemque modo puniendi, intelligenda, prout an. 1512. declaratum? Ita putamus. Ceterum perſonas quoad pœnam mortis, uti quidem ſæpiſſime in jure Romano factum, ita diſtinguere iniquum videtur; cum vita omnibus ſit in æquali pretio, ſanguis humiliorum æque ſit ſanguis humanus, uti nobilium, bene autem, quoad reliquas pœnas arbitrarias, uti alias in jurisprudentia criminali. Diſcrimen tamen, quod reſpectu militum in *tit. V.* inter GOttes Läſtern und GOttes Schweren und Fluchen ſtatuitur, etiam reſpectu aliorum erit obſervandum, quod innuunt verba *dict. §. 2. tit. I.* nach Gelegenheit der Perſohnen und geübter Gottes-Läſterung.

Quæ proſopolepſia ferenda.

Summa R. R. imperii &

§. 3. Ex adductis Receſſibus patet, quod ſolo Receſſu de A. 1512. excepto, reliqui omnes in blaſphemias immediate in Deum commiſſas & atrociores *1 ultimum ſupplicium decernant. Ut tamen in edicto An. 1495. de humilioribus tantum dicatur: *ohnnachläſslich an ihren Leben.* Imo A. 1530. t. I. §. 2. & A. 1538. in Reform. polit. t. I. §. 2. non abſolute ultimum ſupplicium ſtatuitur, ſed alternative: *am Leben oder mit Benekmung etlicher Glieder.* Eodem modo de blaſphemis hiſce etiam in R. I. An. 1577. pœna ſumi jubetur. Reliquæ hujus criminis ſpecies arbitrariæ pœnæ ſubjacent, utut aliquando corporaliter *2 puniantur.

Uſus forenſis.

*1 Nec *Dd.* de alia praxi in Germania teſtantur, aut mitiori pœna, ſed gladium in hac ſpecie ubique commemorant CARPZ. *qu. 45. n. 25. ſequ.* BERLICH. *IV. Concl. I.*

GRANZ.

GRANZ. *853. ſeq. & Dd. ad hunc artic.* Difficulter tamen ad eam procedi dicit FROELICH. *II. p. 12.* apud Bavaros & Tyrolenſes.

* 2 Vix tamen amplius abſciſſione linguæ, ſed fuſtigatione, relegatione, carcere, DOEPLER. *l. p. 440.* blaſphemia puniri ſolet.

§. 4. Perſonarum diſtinctio reſpectu * dignitatis: *ob die Perſon von Adel oder nicht*, item, *Wes Standes oder Würde ſie ſey* in ſingulis textibus anno 1495. 1512. *tit. III.* §. 1. verb. *Auch ob die Perſon.* anno 1530. *tit. II.* §. 1. verbis: *Und in allen ſolchen*, anno 1548. *tit. I.* §. 2. anno 1577. *tit. I.* §. 2. inculcatur. Quæ perſonarum diſtinctio hic.

* An ſatis religioſe, videant alii.

§. 5. Corpus delicti conſtituunt hic verba blaſphema, dolo malo prolata. Nec enim ſine dolo malo ullum verum delictum committitur. Dolus præſupponit ſcientiam. Quare vere blaſphemus in judicio criminali non eſt, qui ſecundum principia infelicis ſui ſyſtematis, quod pro vero habet, ea dicit, quæ alia docentes vi ſuorum principiorum pro blaſphemis habent, v. c. Judæi, Ethnici, Turcæ. Sane ex eodem hoc fonte excuſat Judæos Chriſtus, cum plane eum in malam crucem tollerent. Neſciunt, inquit, quod in me peccent. De corpore delicti blaſphemiæ, qui in jure criminali blaſphemi non ſint.

§. 6. Præter diverſitatem ſtatus, pœnam minuit, 1) quod prima vice blaſphemia commiſſa, Edict. anno 1495. §. *Erfünde ſich* 2) ipſius blaſphemiæ atrocitas vel cauſa: *wie ſchwerlich und hoch die Gottes-Läſterung und aus was Urſachen* * 1 *ſie beſchehen* R. I. 1512. *tit. III.* §. 1. 3) blaſphemiæ indoles: *Ob. ſie ohne Mittel* * 2 *wieder GOtt oder nicht*, ibid. verſicul: *Wo es aber in andrer* 4) differentia illius ab exſecratione: *Ob es eine Gottes-Läſterung* * 3 *Fluchen und Schwehren* R. I. 1577. *tit. V.* 5) Status animi blaſphe- Quæ mitigantia in hoc crimine. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

mantis: *ob es aus Zorn*, * 4 *Trunckenheit oder andern dergleichen Zufällen unbedacht geſchehen* dict. Edict. de anno 1495. §. *Nemlich wo.* An etiam 6) conſuetudo, ſcilicet non blasphemantis, hæc enim delictum aggravat, ut clare ex Edicto, de anno 1495. §. *Es ſünde u. ſ. w.* diſcimus, ſed civitatis, univerſitatis, aut * 5 ſociorum? Item an etiam pœnitentia * 6 e veſtigio factum ſequens?

Gentilium blaſphemandi facilitas.

* 1 Quam leviſſima de cauſa quondam gentiles quævis athea & blasphema ſtatuerint, dixerintque, ſummatim ad PUFEND. *de habit. relig. p. 198. not.* *** dictum. Vel amantium minus ex voto ſuccedentes ſtultitiæ, ſat cauſæ erant ipſorum Deorum exiſtentiam in dubium vocandi:

Eſſe Deos (eſt apud NASONEM) *credamne? fidem jurata feſellit,*
Et manet, in ſolito qui fuit ore, decor.

Quæ cauſæ hic ſpeciem habeant.

Aſt ad pœnæ mitigationem pertinere videntur cauſæ magis ſpecioſæ & ferendæ, v. c. ſi quis tali religione a teneris imbutus, quæ a recepta nimium abit, & talia, quæ religioni dominanti blasphema videntur, docet, deeſt enim in ejusmodi blasphemo dolus malus, & proinde licet hæreticus ſit blasphemus, tamen non eſt blasphemus pro æreticus in foro judicioque pœnali. Eadem dicenda de ingeniis ſpeculativis, & melancholicis, quæ ſæpius ad infelicia præcipitia abripiuntur. *vid. p. 250. 252. 506. ibid.* ad PUFFENDORF.

De pœna immediate blaſphemantium.

* 2 In citato Receſſu Anno 1512 pœna tantum pecuniaria decernitur in eum, qui non immediate in ſummum Numen impie injurius fuit, cum e contra blaſphemo: Der ohne Mittel GOtt geläſtert, pœna corporis afflictiva immineat *tit. III. ʃ. 1. in Rec. I. anno 1530. tit. I. ʃ. 1.* Additur quidem etiam: ohne Mittel wieder die Mutter Chriſti, ſed comparatio hujus utriusque immediatæ blasphemiæ procedit tantum, quoad pœnam arbitrariam, non autem quoad ultimum ſupplicium, ut ex collatione *tit. I. ʃ. 2.* cum *tit. II. ʃ. 1. ibid.* patet. Apud proteſtantes certe in ſanctos injurii

De maledicis

Digitized by Google

jurii tantum carcere aut mulcta puniuntur, *vid.* BERLICH. *d. I.P. V. concl. 1.* niſi injuria in ſanctos talis ſit, ut ſimul evidenter cedat in contumeliam ipſius Dei, tunc enim ex analogia juris, geminum injuriarum ſacrilegarum crimen ſubeſſet *arg. l. 1. §. 3. & l. 5. de injur.* FROELICH. *P. II. p. 8. n. 6.* Uſum diſtinctionis inter blaſphemiam immediate & mediate in Deum commiſſam, exemplo practico illuſtrat THOENNICKER *p. 15. n. 14.* Fœmina ſcilicet, quæ alteri imprecata erat: daſs ihr das Abendmahl im Munde zur Kröte werden ſolte. Quæ blaſphemia non pro immediate in Deum commiſſa habita, adeoque extraordinariæ locus fuit. — in ſanctos apud nos. — Exemplum blaſphemiæ mediatæ ſingulare.

*3 In priori ſpecie dolus & propoſitum ſubeſt in delinquente, divinam majeſtatem deſpicatui habendi, Deoque illudendi; ut proinde impius ſermo quoque ad Deum veluti dirigatur, quod ſecus eſt in poſteriori, ubi regulariter animi levitas, ſtulta oſtentatio, iracundia & alia execrationum cauſæ ſunt. Nec ſtulta & execrabilis oratio ad Deum dirigitur, ſed vel proximo, vel ſub conditione ipſi execranti v. c. ſi quis, ut diabolus ipſum abripiat, execretur, malum aliquod imprecatur. — Cur mitius puniantur die Flucher.

*4 Per iram non ira erga Deum intelligitur, nec enim hæc excuſationem meretur, ſed ira ab hominibus nimium laceſſendo reum excitata, brevi veluti furori ſimilis, ſi ſui non compos in impia verba eruperit, adeoque non tam cauſa facti moralis (liceat hoc verbo pro cauſa cum intentione & deliberatione agente uti) quam phyſica videatur. Quo caſu rigor pœnæ non inique temperatur *vid.* TIRAQVEL. *de cauſ. pœn. mitig. 1. & 4.* MATTH. *p. 793.* Ebrietas hic in genere nominatur. Alias criminaliſtæ ſimul attendunt, an proprio vitio, an combibonum irritamento contracta, priorisque minorem rationem merito, quam poſterioris habent. MATTHÆI *p. 30. & 793.* FARINAC. *qu. 93.* Max. II. in der Reuter-Beſtallung de a. 1570. in omni crimine exceptione EBRIETATIS excluſa, plane in reum miſitem ex ebrietate delinquentem acer- — De blaſphemia ex ira.

Digitized by Google

cerbius animadverti jubet *ſ. L. LI. d. l.* conſentiunt die Fürſtl. Wolffenbüttl. Kriegs-Articul *p. 1141. Corp. jur. mil.* LUNIG. Regis Britonum *Duell. Edict. ſ. 1.* Porro Boruſſorum Regem ebrietatis excuſationem non tantum ſuſtuliſſe, ſed in crimina ab ebriis commiſſa graviorem pœnam ſanxiſſe, ex nupero edicto conſtat. Aliter & mitius jus civile *L. 6. ſ. 7. ff. de re milit.* cui in locis, ubi jus ſtatutarium deeſt, inhærendum. Ulterius a Maximiliano Imperatore omnis cauſa ſimilis, quæ animi propoſitum deliberationemque excludit, admittitur; exempla jam not. * 1 commemoravimus. Summus melancholiæ gradus, aut mania, vel delirium in febri ardenti, plane pœnam excludit, ut bene ordo juridicus Halenſis contra aliud collegium, quod blaſphemo deliro per imprudentiam fuſtigationem dictaverat, notavit. *vid. Dn.* THOMAS. ad Monzamban.

An conſuetudo, multitudo blaſphemantium mitigat pœnam?

*5 Imputatur hæc mitigandi cauſa CLARO quaſi *ſ. blaſphemia in fin.* ita docuiſſet, ſed inſpectio loci quemlibet docet, quod nullam hujus conſuetudinis rationem habuerit. Rejecit pariter in hoc argumento conſuetudinem TIRAQVELL. *Cauſ. 42. temperand. pœn. in f.* nec aliter papa *in Cap. fin. de Conſuetud.* nihilominus DECIANUS *in pract. crim. L. VI. c. 5. n. 4. in fin.* conſuetudinem, univerſalem nempe in loco, non ipſius blaſphemantis, licet non in foro poli, attamen in foro ſoli pœnam mitigare affirmat; quorſum etiam inclinat COVARRUVIAS *ad cap. quamvis. P. I. ſ. 7. n. 26.* Nec obſtat hiſce, quod creſcentibus delictis etiam exaſperandæ ſint pœnæ. Nam hoc tangit Legiſlatorem, ut ille ſeveriori pœnali lege lata homines in futurum a delictis communique corruptela revocet. Non autem judicem, ut hic ſua ſententia in unum alterumque ſæviat in corruptione univerſali. Differit in eundem ſenſum GROTIUS *L. II. cap. 20. ſ. 35.* Prudentia tamen exigit, ne nova lex, ſicuti imber, ſubito una denſa effuſione irruat, ſed ſenſim & per gradus in publicum edatur. Dicitur ceterum in *Novel. 154. c. 1.* multitudo delinquentium

excuſat

excuſat imitantem. *vid. Reſp.* facultatis Juridicæ GIESSENSIS *p. 883.* apud VALENTIN. *in Novell. medico legal.* Obſervavit hoc temperamentum Cæſar Juſtinianus in ipſa hujus criminis emendatione, ut non niſi generali lege præmiſſa, ſpatioque emendandi dato, atrociorem pœnam devenire voluerit. *vid.* RITTERSHVS. *n. 8. p. 674. ad Novell. C.* Quæ praxis olim Juſtiniani in hac ſpecie.

* 6 Pœnitentiam inter mitigandi cauſas referunt CARPZOV. *qu. 45.* BEYER *n. 13. h.* VLPIANVS quidem *in l. 65. de furt.* neminem pœnitendo deſinere eſſe nocentem definiit, ſed ibi de furto loquitur, in quo ſane pœnitentia furis, noxa domino illata non tollitur, ni reſtitutio ſimul accedat, & quamvis deinde eandem rationem ad fugam ſervi in *l. 17. §. 1. de ædil. edict.* applicet, nec ibi tamen de cauſis pœnam mitigandi tractat, nec pœnitentiam plane ab his ſegregat, verum id tantum, quod per pœnitentiam factum ſemel malum plane infectum fieri nequeat, docet. Nam alias pœnitentia ſtatim poſt factum ſuborta, delinquentem non ex propoſito, verum ex impetu ſolum peccaſſe, apud omnes cordatos indicio eſt, aliorumque miſericordiam movet. Uti omnino quondam commovit Imperatorem & imperium in *R. I. de anno 1529. §. 6* verſic. welche Perſonen, & deinde: unverzüglich bekannten, licet de maximo crimine, rebellione ſcilicet ruſticorum contra principes quæſtio eſſet. Itaque nimium rigoroſi ſunt, qui pœnitentiæ excuſationem, nec lege, nec ratione niti in hoc delicto, in ſcriptis ſuis contendunt. Neque abſurda eſt illorum illatio, quod ſicuti pœnitentia ſubitanea injuriæ in hominem dictæ, pœnam imminuit, ita quoque eandem pœnitentiam & blaſphemiæ pœnam forenſem mitigare, cum hæc injuriam in Deum contineat, quæ deficiente ſpeciali juſſu divino contrario, vindicanda eſt ſecundum conceptum noſtrum de miſericordia Dei erga pœnitentes, *conſ.* FROELICH. *P. II. L. I. tit. II. n. 14.* An pœnitentia pœnam mitiget.

Nn §. 7.

De pœnæ capitalis uſu forenſi.

§. 7. Ceterum, licet jam antea dictum, quod rarius *1 in foro ad mortem blaſphemi condemnentur, cavendum tamen eſt a Doctorum Italorum *2 traditis, qui pœnam capitalem plane ab uſu receſſiſſe, ſolamque arbitrariam obtinere defendunt. Nam aliter apud nos omnino in caſu graviſſimæ blaſphemiæ pronunciandum eſſe, ſupra citatæ leges *3 noſtræ diſerte præcipiunt.

Cur hodie rarior pœna capitalis.

*1 Quod forte ideo accidit, quod ipſi receſſus Imperii, non niſi in ſubſidium veluti, ſi nihil ex iis, de quibus *§. præced.* 5. pro delinquente adferri poſſit, ultimum ſupplicium decernant, vel quod ſæpius alternative: an Leib oder Leben pœnam definiant. Item quod blaſphemi per ſe jam in ſtatu infeliciſſimo conſtituti, & magis inſanientibus, quam ſtudio atque doloſe contra ſalutem reipublicæ peccantibus accenſendi ſint. Imo & ideo, quod raro blaſphemiæ judici denuncientur, licet receſſus Imperii adſtantibus denunciationem injungant. Neque cauſidicorum noſtrorum induſtria hic tacenda, qui facile aliquod mitigans, aut inveniunt, aut excogitant.

Italorum Dd. tradita de pœna blaſphemiæ.

*2 Ita non uſum omnimodum pœnæ capitalis tuetur MENOCH. *A. I. qu. Caſ. 375. n. 26.* aliorum teſtimoniis utique ſuffultus. Conſentiunt DECIANVS *L. VI. c. VI. n. 7.* CLARVS *§. blaſphemia n. 13.* licet hic in indulgentiam pœnæ ſuæ ætatis ſevere invehatur.

An princeps in hoc delicto gratiam facere poſſit?

*3 Accedunt præjudicia practica apud CARPZ. *dict. quæſt. XLV.* Imo ſunt, qui ſtatuunt pœnam capitalem utpote jure divino, in blaſphemos ſtatutam, a principe non magis minui, vel plane tolli poſſe, quam a prætore aliquo injuriam regi ſuo illatam remitti, ZIERIZ, BVLLÆVS *h.* Sed magis eſt, ut determinationem pœnæ, lege forenſi Judaica ceſſante, in novo teſtamento principibus noſtris relinquamus. Nec enim hoc ullam pœnam forenſem in ullo crimine definivit, ſed juſtitiæ adminiſtrationem magiſtratui in genere commendavit, absque ſpeciali mandato.

§. 8.

Digitized by Google

§. 8. In hoc ducatu habemus textum *ordinat. provincialis de anno* 1647. §. 3. ubi ita: *Wer den Nahmen GOttes läſtert, der ſoll peinlich geſtrafft werden.* Alias duces noſtros ad communia imperii jura, & diverſitatem blasphemiarum reſpexiſſe, illaque hoc paſſu tacite confirmaſſe, colligitur inter alia ex privilegio Henrici Julii dato, *der Henrichſtadt tit. IX.* ubi pœna *des übrigen Schwehrens und Fluchens* ſenatui oppidano relinquitur. Adde Georgii I. Kriegs-Articul *ap.* LVNIG. *p.* 1059. *ſeq.* De pœna in terris Brunſv. Luneb.

§. 9. Eadem pœna, qua blasphemantes, tenentur etiam Deo maledicentes, ſive mala eidem apprecantes, CARPZ. *d. l.* Imo hoc crimen non tot mitigantia habet, quot blasphemia, quam aliquando ſyſtema religionis excuſat. Aſt hoc de ejusmodi maledictione dici nequit: Quod enim in orbe extat ullius religionis ſyſtema, quod ſecundum principia ſua Deo maledici, male illi voveri poſſe, doceret? De maledicis Deo.

§. 10. Tandem concludamus variis juribus provincialibus & ſtatutariis. Ordinatio politica CELLENSIS ſe refert. *Cap.* 1. 2. ad leges & reformationes imperii. Conſentit cum iisdem legibus: die MAGDEBVRGL. *Policey-Ordnung* Cap. 64. jus HAMBVRGENSE *Part. IV. tit.* 1. *Artic.* 1. ita: an Leibe, oder mit Verweiſung, oder Gefängniſs. Jus LVBECENSE & BREMENSE nihil de pœna hujus criminis commemorant, ut ibi locus ſit juri communi. Jus LVNEBVRGENSE *VIII. tit.* 1. *P. O.* prima vice commiſſam blasphemiam carcere cum catena, ſecunda vice commiſſam numellis, tertia vice reiteratam relegatione coërcet. Jus DITHMARS: huic convenit, niſi quod tertio blasphemantem virgis cædere jubeat. De pœnis juris ſtatut. & provincial.

BOEHMISCH Stadt-Recht *pag.* 474. linguam abſcindit blasphemo. Apud BAVAROS eſt pœna arbitraria. *Policey-Ordn. p.* 694. Jus WVRTEB. *tit.* 89. §. 4. *W. L. O.* reſpondet juri imperii communi. PALATINVS *tit. VIII.* der *Maleſiz-Ordn.* remittit ad leges imperii. COLONIENSIS legislator *pag.* 158. *ſtat. Col. adj. Apol. Elect.* ita: man ſoll ihn ſtraffen an allen Gliedern, mit denen er die Sünde begangen. Secundum ſtatuta ordinis IOANNIT. *p.* 471. *contin.* I. *ſpicil. eccleſ.* LVNIG. blaſphemus primo quarantena, ſecunda vice turri per duos menſes, tertia vice carcere pro arbitrio magiſtri & concilii punitur.

De blaſphemi foro. §. II. Ratione proceſſus obſervandum, quod apud nos blaſphemia pertineat ad forum ſeculare, niſi lis ſit de doctrina aliqua, utrum eam blaſphemiam contineat, annon contineat. BRVNNEM. *jur. eccl.* II. 18. 17. cui adderem: vel niſi lis ſit de blasphemia clerici leviori, quæ ut medioris exceſſus ad cenſuram eccleſiaſticam ſpectat. Catholici autem diſtinguunt inter blaſphemiam, ut loquuntur, hæreticalem, & non hæreticalem. Hanc fori mixti, iſtam fori eccleſiaſtici eſſe dicunt. WIESTNER. *num.* II. 12. *X. de maledic.*

ARTIC. *CVII.*

Straff derjenigen, ſo einen gelehrten Eyd vor Richter und Gericht meineydig ſchweren.

De hoc artic. confer. diſſert. noſtr. de poſſeſſ. & juramenntis p. 63. ad 73.

WElcher vor Richter, oder Gericht, einen gelehrten Meineyd ſchweret, ſo derſelbig Eyd zeitlich Gut antrifft, das in deß, der alſo fälſchlich geſchworen hat, Nutz kommen, der iſt zuförderſt ſchuldig, wo er das vermag, ſolch fälſchlich abgeſchworne Gut dem Verletzten wieder zu kehren, ſoll auch darzu verleumd,

leumd, und aller Ehren entſetzt ſeyn. Und nachdem im H. Reich ein gemeiner Gebrauch iſt, ſolchen Falſchſchwerern die zween Finger, damit ſie geſchworen haben, abzuhauen, dieſelben gemeine gewöhnliche Leibſtraff wollen wir auch nicht ändern: Wo aber einer durch einen falſchen Eyd jemand zu peinlicher Straff ſchwüre, derſelbig ſoll mit der Pön, die er fälſchlich für einen ſchweret, geſtrafft werden. Wer ſolch Schwören mit Wiſſen, fürſetzlich und argliſtig dazu anrichtet, der leidet gleiche Pön.

ARTIC. *CVII.*

Concordat cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *CVII.*

§. I. Pejerans *1 in judicio *2 reſtituere debet lucrum illud, quod impie per ſuum perjurium acquiſivit, accedit deinde pœna, abſciſſio ſcilicet duorum digitorum *3 cum privatione, aut excluſione ab omnibus dignitatibus. *4 De pœna perjurii judicialis.

*1 De pœna perjurii apud Romanos *vid.* DVAREN. *p. 215. 873.* MATTHÆI *p. 247.* GONZALEZ *c. V. X. de jurej. n. 10.* Initio res ad Pontifices ſpectabat. Unde illud Plaut.: *Tunc meo Pontifex perjurio es.* Et in veteribus LL. ſanctionibus legitur: *Si quis contra faceret, inferreto pœnæ nomine arcæ Pontificum,* vel dare damnas eſto ærario populi Romani & Collegio Pontificum. Dein perjurium cenſores notabant, ut pro dedecore haberetur. Poſtea ſub Tiberio nulla plane certa perjurii pœna, utpote cenſura morum decorique deſinente, niſi quis per principem pejeraſſet: *adde* CVJAC. *L. II. obſerv. 19.* DECIANVM *L. VI. c. 13.* De lege Alexandri *v. l. 2. C. de R. C.* De Romanorum pœna.

*2 Imperator itaque requirit ad perjurii crimen, ut 1. in judicio 2. conceptis verbis juratum ſit, præcedente aviſatione, Requiſita criminis perjurii.

tione, ut loquuntur, quod in textu dicitur: ein gelehrter Meineyd, 3. ut dolo factum, quod ex natura veri delicti ſupponendum. Cumulat hic VIGELIVS *p. 333. ſeq.* viginti quatuor exceptiones, quibus multæ ineptæ falſæque immiſtæ ſunt, ſic *n. 23.* purgatorium *n. 24.* juramentum delatum, vel relatum falſo præſtitum excipit, confundens ſcilicet jus antiquum civile & Carolinum, dicta JCtorum Italorum & jura Germaniæ. Illud recte monet, quod hæres, qui non juravit, contraveniendo juramento defuncti, non pejeret. Ex defectu requiſiti primi autem ad perjuria articuli noſtri non pertinent juratæ renunciationes & promiſſiones partium extrajudiciales, quæ ſæpius in fine transactionum contractuumque annectuntur. Idem dicendum de juramentis generalibus, quæ a novis officialibus præſtantur. Nam hic præter requiſitum primum, ſæpe etiam dolus abeſt, cum circa neglectum promiſſorum generalium homines plerumque tantum culpa, aut interdum ex imbecillitate humana peccent. Quare etiam cum hæc generalia juramenta, v. c. de officio per omnem vitam rite & fideliter obeundo, ab homine homini præſtentur, intelligi debent cum ſenſu humanæ imbecillitatis. Interim hæc omnia non ſunt plane ab omni pœna libera, ſed arbitrarie, v. c. remotione ab officio, mulcta pro ratione circumſtantiarum, nec enim pœnam certa lege definitam habemus, coercentur, *add.* BEYER *ſ. 4. 5. h.* CARPZOV. *qu. 46. n. 43. ſeq.* Non inepte CLARVS *ſ. perjurium n. 11.* ad effectum quoque falſi juramenti reſpiciendum eſſe monet, an ſcilicet alicui nocitum. Nam ipſe Cæſar in articulo reſtituendi damni mentionem facit, ut proinde, ubi nullum damnum, vel exiguum, ibi quoque nec abſciſſioni digitorum, ſed leviori coercitioni, locus ſit, v. c. carceris. *vid.* præjudicium noſtræ Facultatis apud CLASEN. *h.* Qui plura mitigantia deſiderat, adeat, DECIAN. *L. VI. cap. XI.*

Von auſſer gerichtlichen general- und Amts-Eyden.

De æſtimatione damni dati in pœna perjurii.

Von Finger abhauen.

[a]3 Formula pronunciandi eſt: mit Abhauung der vorder Glieder der beyden Finger, womit er geſchworen DOE-

PLER

PLER *P. I. ʃ. 20. c. XLVIII.* Quod ſi pejerans vel caſu, vel in pœnam jam digitos hoc modo amiſerit, non alii adhuc integri ipſi amputantur, ſed relegatur cum comminatione gravioris pœnæ, ſi citius revertatur *ʃ. 24. idem ibid.*

*4 Infamia vetuſta perjurii pœna eſt, tam de jure civili, quam canonico. DECIAN. *L. VI. cap. XIII. n. 11.* reſtringit infamiæ pœnam ad caſum *l. 41. C. de tranſ.* ZIERIZ *h.* quaſi Cæſar eo reſpexiſſet, cujus tamen nullum veſtigium in textu apparet, ſed in genere dicitur: Welcher vor Richter oder Gericht einen gelehrten Meineyd u. ſ. w. Facti, non juris infamiam perjurum ſequi, e JCtis Italis hic annotat STEPHANI, a quo recte diſſentit CLASEN verſic. *Verum opinio hæc. p. 348.* Nam conſtitutio Carolina, quæ infamiæ pœnam ſtatuit, utique ſpecies juris eſt, adeoque non aliam, quam juris infamiam irrogat. Requirit tamen CLASEN ſententiam judicis declaratoriam. Imo & cauſæ cognitione opus eſt, nec defenſio inquiſito deneganda. Nec illud ratione caret, quod FROELICH. *p. 77. U.* ex HAVNOLDO adducit, ſcilicet perjurium, a quodam homine jamdiu olim v. c. in juventute commiſſum, vita dein diutius emendata, quoad infamiæ pœnam, vel expiari, vel certe veniam mereri. De pœna infamiæ perjurii. Quomodo pœna infamiæ ſenſim exoleſcat.

§. 2. In fine articuli repetitur pœna falſorum teſtium in judicio criminali, quam jam vidimus ſupra *Articulo LXVIII.* Additur hic: quod non mitius animadverti debeat in ejusmodi pejeratorum ſeductores. De pœna teſtium pejerantium remiſſive.

ARTIC. *CVIII.*

Straff derer, ſo geſchworen Urphede brechen.

Bricht einer ein geſchworne Urphede mit Sachen und Thaten, darum er unſern Kayſerlichen Rechten und dieſer Ordnung nach zum Tod ohne daß möcht geſtrafft werden, derſelben Tod-Straff ſoll Folge geſchehen. So aber einer ein Urphede mit Sachen,

Sachen, darum er das Leben nicht verwirckt hat, fürſetzlich und freventlich verbreche, der ſoll als ein Meineydiger, mit Abhauung der Hand, oder Finger, und anderm, wie im nächſt obgemeldten Artickul berührt, geſtrafft werden. Wo man ſich aber weiter Miſſethat vor ihm beſorgen müſte, ſoll es mit ihm gehalten werden, als im 176. Artickul hernach davon geſchrieben ſtehet, anfahend, Item, ſo einer ein Urphed freventlich und fürſetzlich verbrochen.

ARTIC. *CVIII.*

Concordat cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *CVIII.*

Species fractæ urphedæ.

§. 1. Urphedæ fractæ tres ſpecies recenſentur 1) ſi quis eam vi hoſtili factoque capitali violavit 2) ſi quis ei audacter & ſcienter quidem, attamen ſine novo capitali crimine contravenit 3) ſi quis ea præſtita minas atroces ſparſit, ut probabiliter magnum malum ab eo metuendum ſit. Prima ſpecies capitalis eſt *1 ſecunda coërcetur, ut perjurium in *Artic. præced.* *2 Tertia remittitur ad *Artic.* 176. ubi de perpetua ejusmodi turbulentorum hominum cuſtodia.

De urpheda per novum crimen fracta.

*1 Deciſio hæc ſatis evidens & univerſalis, ut non opus de limitationibus hic eſſe ſollicitum; quamvis accuratius loquendo in tali ſpecie urpheda fracta, non ut delictum principale, ſed ut circumſtantia, quæ noviter commiſſum violentum atque capitale facinus aggravat, conſideretur.

An Cæſar hic agat de relegatis ſine venia reverſis.

*2 Hoc articulo Cæſar agere creditur de relegatis, ſine jure, aut impetrata venia reverſis. Sed in ipſo textu nec de relegatis, nec de illorum reditu aliquid legitur. Nec horum mentionem facit GOBLERUS, coævus interpres, verum ſimpliciter tantum; incarceratorum, exercitæ-

citæque ab illis contra Orfredam juratam vindictæ. Nec aliter fere REMVS. Et ita quoque vocabula: FRACTÆ ORFREDÆ & ORPHEDÆ, ſuadere videntur, quippe quæ non ſimplicem in patriam reditum, ſed violentum facinus innuunt. Nam urpheda quondam non in eo conſiſtebat: daſs der, ſo ſie leiſtete, das Land verſchwor, ſed præſtabatur a captis in bello, dum iterum dimittebantur, quod ab omni ultione abſtinere, & pacem ſervare vellent. *vid. dipl.* ſec. XIII. quod ediderunt WECK. *pag. 156. Beſchreib. der Stadt Dreſsden*, & ex hoc auctor *Goth. diplom. pag. 197.* & rurſus ex utroque LVNIG *Contin. II. part. ſpec. pag. 197.* Interim cum hujus articuli diverſæ partes ſint, & initio de vi hoſtili contra urphedam illata, ejusque pœna agatur, in altera parte autem verba: So aber einer eine Urphede fürſetzlich, freventlich bräche, der ſoll als ein Meineydiger, violentiæ mentionem diſerte non faciant: credi cœpit, magis ad fidem juratam ruptam, quam ad aliquam violentiam craſſioremque vindictam hoc comminate articuli reſpici. Unde hoc meditamento, ut vero præſuppoſito, communis doctrina, quæ has pœnas relegatis contra juramentum reverſis applicat, ſenſim in foro recipi cœpit. Ceterum, ſi legem de relegati reditu capimus, non plura hic ad pœnam adſciſſionis digitorum Cæſar deſiderat, quam ut relegatus deliberato & audacter, ſive temerario ante terminum redierit. Quod in textu freventlich und fürſetzlich dicitur. Qui genuinus verborum ſenſus non ad eum mihi quadrare videtur, qui ſemel noctu & cum multa veluti cautione, mox iterum abiturus, rediit, ſed qui *palam impudenter, ſuoque quaſi jure* reverſus non ſine contemtu magiſtratus per plateas incedit. Ut proinde, qui clam, magiſtratum ſcilicet veritus, ex cauſa per ſe & in ſe non illicita, cum animo paulo poſt extra territorium rurſus abeundi, redit, ejusmodi pœnæ, cum dici nequeat, quod taliter reverſus fürſetzlich und freventlich aliquid egiſſet, afficiendus non videatur. Multo magis excuſandus, qui

Urpheda quid olim.

Unde origo opinionis, quod hic de relegatis agatur.

Qui relegati reverſi mitius puniendi.

Oo ex

Digitized by Google

Exempla practica.

ex ignorantia, ſine deliberato propoſito territorii fines, aut pertinentias pertranſiit. Sic v. c. quondam meretrix Jenæ relegata, poſt unum & alterum menſem pagum N. ingreſſa erat, verum quæſita de hoc ſuo facto, reſpondebat, ſe neſciviſſe, quod pagus N. ad præfecturam Jenenſem ſpectaret. Item fur quidam Halæ relegatus, poſtea in comitatu Mansfeldico denuo deprehendebatur, ſed allegabat, quod propter adſtantium ſtrepitum urphedæ Magdeburgicæ conſueta verba: Auch der Graffſchafft Manſsfeld Magdeburgiſcher Hoheit u.ſ.w. non ſatis percepiſſet. Atqui in articulo noſtro habetur: *vorſetzlich*. Eadem dicenda de illo, quem fames, peſtis, vis hoſtilis ad patrios lares appulit. CARPZ. *qu. 47.* BERLICH. *P. V. concl. 72.* Imo quæ in genere a dolo excuſant, excuſabunt etiam a pœna ordinaria fractæ urphedæ. Quorſum refert GRANZIUS hominem, qui redierat novæ defenſionis juridicæ cauſa, *11. pag. 256.* Addunt *Dd.* v. c. CARPZ. *n. 43. dict. qu. XLVII.* illum, qui in territorio manſit, nec unquam exiit, hunc enim rediiſſe, reverſumque eſſe dici non poſſe, quod additamentum, ut ut cum doctrina de perjurio hujus & præcedentis articuli non cohæreat, quia relegati non tantum jurant, quod non redire, ſed quoque, quod e territorio exire velint: praxi tamen receptum eſt, præcipue, ſi aliud momentum accedit, v. c. Inquiſit ſey wegen Armuth vorher nicht genung gehöret, noch ihm ein Defenſor ex officio beſtellet worden. vid. GRANZ. d. l. Præterea in mitiorem inclinat idem CARPZ. ſi relegatio non e collegii Juridici conſultatione, ſed propria autoritate a judice decreta, vel ſi relegatus non territorio integro, ſed tantum certo loco excedere juſſus, neglectoque urphedæ juramento reverſus ſit. Quæ excuſationes in foro plus autoritatis, quam rationis habent. Eum, qui voti implendi cauſa revertitur, plane ab omni pœna abſolvere videtur FROELICH *II. 81. fin.* quaſi magis obediendum ſit Deo, quam hominibus. Aſt, ſi quis apud nos Proteſtantes, ante relegationem

Granzii exemplum.

Carpzovii,

Frölichii exemplum cum epicriſi.

votum

votum intra patriam adimplendum edidiſſet, cum non ſimpliciter, ſed tantum a pœna ordinaria hujus articuli, propter dolum ceteris paribus hic deficientem, excuſarem, ſi dein hujus voti implendi cauſa rediret. Nam & vota intelligi debent: *rebus ſic ſtantibus*, nec ipſi divino Numini grata eſt inopportuna & perverſa obedientia, ut ſatis patet ex *Num. cap. XXX. verſ. 6. & 12. diſſent.* BERLICH. *P. V. concl. LXXII. n. 30.* Ulterius, qui digitorum articulos jam amiſit, reliquis non privatur, ſed præſtita urpheda, cum comminatione gravioris pœnæ denuo relegatur. Licet quidam aliter ſentiant. *vid. p. 971. ſ. 24.* DOEPLER. *d. l.*

§. 2. Interim non ubique * in praxi ad abſciſſionem digitorum proceditur, ſi ſpreto juramento relegatum reverti contingit. An abſciſſio digitorum ubique in uſu.

* Saxones, ſive quis in perpetuum, ſive ad tempus relegatus, rediit, digitorum abſciſſionis pœnam (formula eſt: mit Abhauung der förderſten Glieder der beyden Finger, womit er geſchworen u. ſ. w.) dictitant, relegationis tempus autem ſimpliciter repetunt, ut ad tempus relegatum, denuo ad tempus, in perpetuum autem relegatum, pariter denuo in perpetuum relegent. CARPZ. *qu. 47. n. 14. ſeq.* Nec aliter apud Bavaros obtinere puto, cum Carpzovium ſimpliciter excerpſerit ICtus Bavarus BLUMLACHER *n. 2. ſeq.* Idem dicendum de Comitatu Tyrolenſi & Palatinatu. Auſtriaci vero revertentem fuſtigant, FROELICH. *p. 80. in fin. P. II.* & hac pœna etiam Francones utuntur, KIRCHGESNER *p. 240.* In his terris temporaliter relegatum redeuntem, ad plures annos relegari, in perpetuum autem relegatum revertentem, ſi de dolo ipſius conſtet, fuſtigari notat CLASEN. *h.* De Saxonum Francorum & ceterorum praxi.

§. 3. Quod ſi quis pluries redit, pœna augetur, ut in ſecunda vice revertentem fuſtigatione, * 1 aut ſi prima vice fuſtigatus, digitorum abſciſſione * 2 in tertia vice reducem gladio * 3 animadvertatur, perpenſis De pœna relegati pluries redeuntis.

tamen ubique circumſtantiis mitigantibus, *4 de quibus in præcedentibus. Ceterum urphedæ præſtatio ſingulis vicibus repeti ſolet.

*1 Apud Saxones.

*2 In his locis, ubi abſciſſio digitorum gravior fuſtigatione pœna haberi videtur, ut proinde prima vice fuſtigationi, ſecunda autem digitorum amputationi locus ſit. Apud Saxones autem prima vice ſaltim reverſo digiti amputantur. CARPZOV. *n. 27. d. qu. 47.*

Ad quid hic reſpiciendum.

*3 Sane in caſu, quo quis quarta vice redierat, ad animum, quo hoc contigiſſet, reſpexerunt noſtri Anteceſſores CLASEN. *in f. h.* Ubi exemplum ſexta vice redeuntis, adfert, qui tamen a noſtro ordine in pœnæ locum perpetuo operi publico addictus eſt.

Monitum de redeuntis ultimo ſupplicio.

*4 De qua pœna apud Saxones expreſſa lex adeſt. Alibi allegari ſolet conſuetudo, quod ita in Germania uſu receptum. Accedunt formulæ comminationum in ſententiis, quæ primum reverſo fuſtigationem, ſecundo reverſo digitorum amputationem, & tertio redeunti gladii pœnam minantur. Interim cum lex hic deficiat, nec conſuetudo ubique in loco probata, ob ſimplicem reditum repetitum, ni 1) relegatus ſit inſigniter improbus, 2) relegatio ab atrox delictum decreta, 3) multaque mala a relegato reverſo metuenda, ultimum ſupplicium vix a bono & æquo judice decernetur. Colonienſi ſtatuto *pag. 158. apol. Elect.* in maſculum bis redeuntem gladio, in fœminam autem in ſimili ſpecie ſepultura vivæ animadvertitur.

Coloniæ jus ſingulare.

ARTIC. *CIX.*

Straff der Zauberey.

Wo jemand den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zugefüget, ſoll man ihn ſtraffen vom Leben zum Tod, und man ſoll ſolche Straffe mit dem Feuer thun. Wo aber jemand Zauberey gebraucht, und damit niemand Schaden gethan hätte,

ſoll

ſoll ſonſt geſtrafft werden, nach Gelegenheit der Sach, darinnen die Urtheiler Raths gebrauchen ſollen, wie vom Rathſuchen hernach geſchrieben ſtehet.

ARTIC. *CIX.*

Concordat cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *CIX.*

§. 1. Magiæ* duæ hic recenſentur ſpecies, ſcilicet proximo noxiæ & innoxiæ. Illius pœna eſt vivicomburium, hujus autem arbitraria. *Magiæ diſtinctio & utriusque pœna.*

* Neſcio, quid Goblero hic in mentem venerit, quod totum hunc articulum de malo veneno exponat in ſua verſione, quaſi Imperator non magos, ſed veneficos, ſeu malis venenis utentes pro diverſitate circumſtantiarum, an damnum aliis dederint, an nondum dederint, notaret. Cum tamen Imperator de pœna mali veneni propinati in articulo CXXX. decidat. Ceterum diviſio magiæ in noxiam & innoxiam jam a Conſtantino M. *in l. pen. C. de malef. & mathem.* approbatur. In eo tamen diſcrimen eſt, quod ultimam ſpeciem Conſtantinus plane ab omni pœna immunem eſſe voluerit, Carolus autem arbitrariæ ſubjecerit. *Gobleri error.* *Differentia inter legem Conſtantini M. & Caroli V.*

§. 2. Prior ſpecies itaque requirit, ut 1. dolo malo 2. opera diaboli proximo damnum datum ſit. Et de dolo quidem facile convenit, modo probatio poſterioris requiſiti æque facile in promtu eſſet. *1 Interim non abs re monet BEYER, quod ſufficiat, damnum occulta periculoſaque*2 ratione datum eſſe, licet diaboli concurſus adeo perſpicue oſtendi nequeat. *Requiſita criminis magiæ & de damno.*

*1 *Conf. ſupra diſſ. ad artic. XLIV. §. 6.* Optima ſunt, quæ referente MAURITIO *p. 502. in conſil.* habentur: in einer Gräflichen Catholiſchen Majorats-Ordnung. Scilicet daſs die Nachkommen den mit lauter Dunckelheiten angefüllten Hexen-Proceſs nicht leicht wider jemand geſtatten ſollen. *Monitum von Hexen-Proceſs.*

Digitized by Google

Occulte per artes dato absque diabolo.

*2 Nam etiam de jure civili gravius habetur veneno nocuiſſe, quam gladio; cum primum nocendi genus occultum ſit, nec facile a læſo evitari poſſit. Igitur, cum illa quoque magiæ ſpecies, quæ naturalis dicitur, artificioſiſſime tectiſſimeque damnum inferat, merito ſeverius in eandem animadvertitur.

An quoad damnum reſpiciendum ad damni quantitatem.

§. 3. Cum autem ex damno dato magiam æſtimet Imperator, videtur ex mente illius ſequi, ut & quantitatis damni ratio habeatur. Ut levius haberi debeat proinde, qui tantum v. c. aliquot pediculorum centurias alteri per magiam immiſit, quam qui corporis ſanitati, aut mentis rectitudini graviſſime nocuit. Caſum in terminis vid. in THOMAS. *Juriſt. Händeln l.* 98. Ad damnum datum, & ejus qualitatem jam olim reſpexit facultas Juridica Helmſtadienſis anno 1617. *pag.* 230. *Chron. Verdenſ.* quæ juvenculæ, quæ magiam didicerat, nemini tamen nocuerat, non pœnam ignis, ſed gladii dictitavit. Duro profecto pœnæ temperamento.

Quæ pœnam magiæ mitigent?

§. 4. Imo & ætatis *1 ac ſeductionis, pœnitentiæ, liberæque confeſſionis, *2 ſi nullum irreparabile damnum illatum, in mitiganda pœna rationem habendam eſſe, haud difficulter conceditur. Plane ubique clementia hic commendanda. *3

Præjudicia de pœna mitigata.

*1 Et ita judicatum, teneræque ætati parcitum fuiſſe Francofurti ad Viadrum, refert STRYK *U. M. §. 19. ad L. Cornel. de Sicar.*

*2 Attendunt has circumſtantias ipſi Catholici acerrimi ſagarum perſecutores. *vid.* GOLDAST. *p. 104. §. 40. in Bedencken von Hexen.*

Cur in crimine magiæ mitiora ſequenda.

*3 Notanter KLOCK. *t. III. Conſil. CXCVII.* Die tägliche Erfahrung giebt, daſs, da die Gelindigkeit der Schärffe und Strenge vorgeſetzet wird, auch ſich deſtoweniger Zauberer in dem Lande zeigen, ja gleichſam verſchwinden.

Digitized by Google

den. Et paulo ante ſuadet, ut potius ſacerdotibus, quam carnifici totum hoc miſerum hominum genus emendandum commendetur. Conſentit JCtus catholicus, alias inſignis Zelota, ESPEN. *jur. eccleſ. III. 4. 3.*

Von Wahrſagern, Feſtmachern, Bockholern, Wettermachern.

§. 5. Secundam articuli ſpeciem magiæ ſcilicet innoxie, de ſola arte divinandi *1 explicat REMUS, cum tamen Imperator generaliter loquatur, adeoque omne præſtigiarum & faſcinandi genus v. c. feſte machen, unſichtbar machen u. ſ. w. *2 ſub illa complecti, pœnæque in hoc arbitrariæ locum facere videatur. Imo hujus loci eſt etiam das Bockreiten, und Bockholen. Quod, ſi equitanti ab hirco non nocitum, fuſtigatione, teſte COLERO dec. 180. ſaga punitur. Referimus quoque huc: die gute Wettermacherinnen, in quas tantum arbitrarie animadvertendum. HEIG. *II.* 39. 74.

De conſtitutione AVGVSTI & de quo divinatore loquatur.

*1 In his terris extat ſevera divi AVGVSTI conſtitutio de *anno 1648. d. 8. Septembr.* Wider die Wahrſager und Chryſtallen-Gucker, *pag. 292. der Hofger. Ordnung*, daſs ſie ernſtlich, willkührlich und nach Gelegenheit an Leib und Leben beſtrafft werden ſollen. Quod ultimum ſupplicium tamen extraordinarias circumſtantias, ut ex contextu patet, ſupponit, v. c. ſi inſpector chryſtalli aperte cum Diabolo colludat & colloquatur. Et ita quoque intelligenda ſunt alia jura antiqua & recentiora, quæ pœnam gladii fere ubique vaticinatoribus dictant. *vid. Eund.* GOLDAST. *p. 83. §. 34. p. 101. ſeq. d. l.* FRIDERIC. MARTINI *n. 12. ad hunc Artic.* CARPZOV. *qu. L. n. 37.* Pœna illorum, qui tales conſulunt, æquiparatur pœnæ ipſorum vaticinatorum *cit. Conſt. Auguſt.* Licet in praxi communi, qui etiam veros magos Diaboli opera utentes conſulunt, facinus ſuum non morte, ſed relegatione pœnaque alia arbitraria luant. BERLICH. *part. IV. Concl. 5. n. 64.* CARPZOV. *n. 64. d. l.* Ad corpus delicti hic requiritur, ut certo conſtet, ariolum in conſilium adhibitum, revera eſſe magum, & uti ope diaboli in oraculis ſuis. vid. THOENNICK.

De corpore delicti in divinatione capitali deque

Digitized by Google

divinationis effectu attendendo.

NICK. pag, 15. Imo finis effectusque ſimul reſpici debent, an quis, ut ſibi prodeſſet, v. c. circa morbum, aut bona amiſſa, an ut aliis noceret, ariolos ſuos conſuluerit, an effectus ipſe hujus conſilii præſtigiique ſecutus, & qualis. Si enim homo inde mortuus, non tantum dicatur, ſed etiam probetur, ultimo ſupplicio omnino locus foret, cum ob rationem Articuli noſtri, tum in his terris, ob legem Auguſti: *vid. plur. apud* BERLICH. *ibid.* Imo effectu ſecuto, ne quidem opus foret, nimium ſubtiliter de adjutorio Diaboli diſputare, ut jam *§. 2. ſupr.* adduximus. Ceterum, ſi mera ſuperſtitio vanitasque toti vaticinio ſubeſt, cenſura eccleſiaſtica ſuperſtitioſi corriguntur, addita mulcta, aut carceris pœna.

Diſſenſus von Feſtmachern, & hujus pœna.

*2 Utrumque plane impoſſibile & contra rerum naturam eſſe, contendit BECKER in der *bezauberten Welt.* Enim vero naturaliter utrumque effici, ſed ad bonum finem v. c. in bellis adhiberi poſſe, dicit GRANZ. *cap. V. Membr. II. ſect. 3. Art. 3. n. 255.* Quod ſi tamen diaboli adhibetur invocatio, extra ordinem facinus coërceri poſſe, v. c. relegatione, cenſura eccleſiaſtica. Sin ſuperſtitioſæ curationes accedant, jus in facto poſitum erit, pro ſuperſtitionis gradu, formularumque adhibitarum ſuperſtitione, non tamen corporis afflictiva pœna opus erit, coërcendis ſtolide magis delirantibus, quam malitioſe delinquentibus. *Vid. præjud. apud* LUDOVICI *h.* Interim, ſi circumforaneus ignorantiæ ſuæ ſatis gnarus, pecunia ſua ſimplices ejusmodi curis emungeret, ut ſpecies falſi ſubeſſet, aliquando, ut, ſi ſemel iterumque admonitus caſtigatusque, a cœpto non deſiſteret, fuſtigationi locum eſſe poſſe non dubito. Ceterum, qui poſita a magis v. c. ſub liminibus ſtabulorum aufert, plane ab omni pœna immunis eſt.

De cura ſuperſtitioſa, deque pſeudo-magis.

De remotione poſitorum ſuſpectorum.

Integritas & perfectio Carolinæ contra MARTINUM defenſa.

§. 6. Monet hic MARTINI *pag.* 221. *tract. de cenſ.* Imperatorem in hoc articulo non exhauſiſſe omnes magiarum claſſes; agere enim omiſiſſe de magis pactitiis, ſuccubis, & incubis. Unde inſigniter erraſſe

KIR-

Digitized by Google

KIRCHOVIUM, GODELMANNUM, aliosque magorum patronos, qui judicium de magorum pœnis ex hoc ſolo articulo ferre velint, præteritis hac ratione præcipuis magorum ſpeciebus. Enim vero, unde probabitur, Cæſarem, & imperium crediſſe magos ſuccubos, incubos & pactitios? vel ſi crediderunt, quod aliud diſcrimen in foro pœnali conſtituere voluerint, quam magiæ noxietatem, & innoxietatem. Sane, cum in ordinatione Carolina diſtincte tribus vicibus *artic.* 44. 52. & 109. de magis expoſitum ſit, opinabile non eſt, circa æſtimandas magorum pœnas Imperatoris & imperii legem eſſe mutilam & mancam, ſed potius valde veroſimile, quod Cæſar & ordines imperii vel magos ſuccubos pactitioſque non crediderint, vel certe, quod hujus diſtinctionis in foro criminali non ſit uſus, exiſtimaverint. *

* Diſputat hanc quæſtionem quoque *Dn.* GRASS. *collat. jur. civil. & rec. imp. pag. 797. ſeq.* Nondum tamen obliviſci poteſt ſuccuborum & incuborum, quos licet nemini nocuerint, ultore gladio perſequitur. Cetera nobiſcum ſentit, fateturque contrariam interpretationem, quam ex MARTIN. attulimus, vim textui inferre. Dictis de ſuccubis & incubis nil aliud jam oppono, quam probationem ſufficientis corporis delicti. Cum MARTINO ſentit GOLDAST. *de tract.* — Graſſii doctrina.

§. 7. Agi etiam hic ſolet de effoſſoribus theſaurorum, qui malis artibus opus ſuum aggrediuntur. Textus de his extat in *l. un. C. de theſaur.* quæ lex prohibet, *ne theſauri ſceleratis & puniendis ſacrificiis, aut alia arte legibus odioſa quærantur.* Pœna certa autem in transgreſſores non additur. Cum vero in *L. nemo C. de maleſ. & mathemat.* in augures conſulentes ultimo ſupplicio animadvertatur: idem applicitum fuit ad theſaurorum foſſores — Von Schatzgräbern.

ſores diabolum adjutorem advocantes. Ad capitalem tamen opus eſt, ut actu adpareat, & colloquatur citatus cacodæmon v. BR. *ad l.* 3. 5. *C. d. t.* Alias enim deeſſet corpus delicti, ſi non conſtaret revera & effectu ſecuto, theſauri foſſionem artibus magicis fuiſſe tentatam. Extra hanc ſpeciem, licet diabolus fuerit citatus a foſſore, pœna eſt arbitraria; ut reſponſum 1732. *M. April.* ad judicium GAMBRIVIENSE, me interprete.

ARTIC. CX.

Straff, ſchrifftlicher, unrechtlicher, peinlicher Schmähung.

Welcher jemand durch Schmachſchrifft, zu latein libellus famoſus genannt, die er ausbreitet, und ſich nach Ordnung der Recht, mit ſeinem rechten Tauff- und Zunahmen nicht unterſchreibet, unrechtlicher, unſchuldiger Weiß, Laſter und Ubel zumiſt, wo die mit Warheit erfunden würden, daß der geſchmächt, an ſeinem Leib, Leben, oder Ehren, peinlich geſtrafft werden möchte, derſelbig boßhafftige Läſterer ſoll nach Erfindung ſolcher Ubelthat, als die Recht ſagen, mit der Poen, in welche er den unſchuldigen geſchmächten, durch ſeine böſe, unwarhafftige Läſterſchrifft hat bringen wollen, geſtrafft werden. Und ob ſich auch gleichwohl die aufgelegte Schmach der zugemeſſenen That in der Warheit erfünde, ſoll dennoch der Ausruffer ſolcher Schmach, nach Vermög der Recht und Ermeſſung des Richters, geſtrafft werden.

ARTIC. CX.

Verba ultima: Und ob ſich auch gleichwohl, usque ad finem non extant in Norico.

Notæ

NOTÆ AD ARTIC. CX.

§. 1. De famoſo libello. Requiſita libelli famoſi tra- duntur in textu 1) ut quis dolo malo in alterius injuriam *1 2) libellum, in quo alteri crimen, *2 quod 3) vel capitale eſt, vel certe ictu fuſtium, aut infamia coërcetur, *3 4) nomine vel nullo, vel falſo adſcripto *4 falſo *5 imputatur 5) publice divulget. *6 — *Quænam requiſita famoſi libelli.*

*1 Dolus malus injuriandique propoſitum præſupponuntur, alias nec delictum, nec injuriæ ſpecies foret. — *Cur dolo opus.*

*2 Quare excluduntur a libello famoſo reliqua injurioſa ſcripta, quibus alteri defectus animi, aut corporis, aut natalium, aut alius nævus, aliunde, quam e crimine commiſſo oriundus probroſe imputatur. Unde hujus loci etiam eſt v. c. lues venerea objecta. — *Quid ſi non crimen, ſed alius defectus objiciatur.*

*3 Unde dubium foret, an, ſi quis virgini, quod ſtuprum paſſa eſſet, in ſcriptis objiceret, criminis famoſi libelli reus eſſet. Nam ſtuprum certe moribus noſtris non amplius infamia notatur, ſed carcere vel mulcta punitur. Secus eſſet, ſi vita meretricia, quam ubique gentium infamia ſequitur, exprobrata eſſet. Honorem fœminæ ſtupratæ ſtupri paſſione minui, moribus gentium facile probari poteſt, ſed eandem ſimul infamem plane haberi uſui forenſi apud nos repugnat. — *An ſtupri objectio ad libellum famoſum ſufficiat.*

*4 Ita diſerte habetur in textu, ut proinde in Germania tantum non temerarium ſit hoc requiſitum negare, vel certe de eo diſputare. Accedit, quod communiter libellum famoſum apud nos reddamus: ein Pasquill, pasquillus autem cum nomine auctoris expreſſo contradictionem involvit. Conſentit CLASEN. *h. verſic. ceterum in tanto.* Nec obſtat reformatio politica *An. 1577. tit. XXXV. §. 3.* verbis: *er habe ſeinen Nahmen unterſchrieben, oder nicht.* Nam paulo poſt additur: oder *anderer* Weiſe. Itaque manſit vetus paſquilli & injuriæ ſcriptæ differentia, ut etiam fatetur BERGER *pag. 87. Elect. crimin.* ubi *ad cit. Reform. de An. 1577.* reſpondet: eam non loqui de paſquillo, ſed — *Demonſtratio, quod libellus famoſus non admittat nominis ſubſcriptionem.*

tantum

tantum velle, ne libri ad aliorum in religione diſſentientium infamiam conſcripti publice vendantur, ſive auctoris nomen additum, ſive omiſſum. Accedit, quod reformatio nominatim agat de injuriis contra pacem religionis commiſſis, ſcriptisque polemicis petulantibus contra eam emiſſis, non autem de definitione paſquilli. *conf.* FINCKELTH. *O.XXXVIII.n.17.* Nomen vero injuriati, ut totidem verbis exprimatur, non eſt opus, imo vivida malitioſa deſcriptio, aut demonſtratio illius, majorem malitiam ſæpe arguit, quam ipſius nominis diſerta adjectio.

An pœnam minuat veritas delicti.

*5 Itaque licet alias veritas delicti non excludat animum injuriandi, pœnam tamen circa famoſum libellum aliquatenus temperat, cum tunc non omnia adſint famoſi libelli requiſita, ab Imperatore *Artic. noſtro* præſcripta.

Ad libellum famoſum opus divulgatione.

*6 Pertinet hoc ad hujus delicti conſummationem. Res facile patet, ſi quis originem vocabuli: Paſquilli attendit. Conferri poteſt deſcriptio ſtatuæ Pasquini, quæ Romæ publico in loco conſpicitur, *apud* BESOLDUM *in Theſaur. pract. h. verbo.*

Quæ pœna libelli famoſi.

§. 2. Pœna auctorum famoſi libelli eſt talio, ut ſcilicet luere paſquillans debeat pœnam eandem, quam læſus luiturus fuiſſet, ſi de objecto crimine convictus fuiſſet, ut ſatis aperte textus definit.

An hanc ſervet praxis.

§. 3. De praxi Articuli *1 non ubique conveniunt Doctores, ſane non talionis, ſed arbitrariam *2 pœnam, pro circumſtantiarum ratione exaſperandam, in uſu eſſe, ſunt, qui dicunt. Sunt, qui negativam dubitanter tueri videntur. *3

Quid commentatores hic ſentiant.

*1 Commentariorum hæc eſt philoſophia. I. GOBLERUS laudat ſeveram Imperatoris correctionem hujus criminis. De contrario uſu addere non potuit, quia ipſius legislatoris tempore vixit. 2. REMUS & ZIERIZ, qua praxin, nihil a textu diverſi commemorant. 3. BULLÆUS, ſe refert ad STEPHANUM, eumque mire laudat, cum tamen *hic n. 3. in. not. h.* ſenſum articuli plane invertat, & Imperatori,

peratori, quod pœnam capitalem ubique in hoc crimen ſanxiſſet, affingat. 4. CLASENIUS noſter talionis pœnæ inhæret *p. 368. verſic. Et hoc eſt, quod ſanxit Imperator &c.* Licet tandem magis aperte pro pœna arbitraria concludat.

*2 STRYK *in U. M. §. 43. tit. de injur. verſic. extra Saxoniam &c.* ubi plures allegat ſibi conſentientes.

*3 Ut fere LAUTERBACH. *§. LXIX. tit. eod. Coll. Maj. verſ. Quia tamen dicti articuli pœna &c.* Interim putat, quod vel propter minimam circumſtantiam pœna mitiganda. Videtur tamen illorum opinio, qui extra provincias, ubi talio ſpeciali lege aut conſuetudine invaluit, pro arbitraria pronunciant, receptior. Inde licet capitalis criminis incuſatio famoſo libello contineatur, nihilominus ultra ictum fuſtium, in pœna dictitanda non proceditur. *vid.* CARPZOV. *qu. 98. in fin. n. 60.* FROELICH. *p. 3. 91.* BEYER. *§. 6. h.* Nam quod illi, qui ſeditioſa ſcripta clanculum divulgant, gladium hodienum ſentiant ultorem, magis pertinet ad crimen læſæ majeſtatis, quam ad paſquilli doctrinam, adde iterum STRYK. *d. l.* BRUNNEM. *in f. ad l. un. C. h. t.* — *Quæ opinio de uſu hodierno probabilior.*

§. 4. Graviſſimum *1 pœnæ additamentum eſt, quod auctor famoſi libelli infamia inſuper notetur. Prout non obſcure non tantum ex textu colligitur, *2 ſed a ICtis etiam aliunde *3 probatur. — *De infamiæ pœna in hoc delicto.*

*1 Demit enim hæc infamia paſquillanti condemnato jus teſtandi, ut plane ſpeciali principis reſtitutione eatenus opus habeat. STRYK *Cautel. teſtam. §. 50. p. 70.* BERLICH. *n. 72. c. l.* Unde merito boni defenſoris eſt, ut famoſi libelli facinus amoliatur a cliente licet injuriæ ſcriptæ delictum declinare nequeat. Nam in ultimo fama reſervari ſolet. *U. M. tit. de his, qui not. infam. §. fin.* — *Et de ejusdem effectu.*

*2 Nam Articulus non tantum provocat verbis: als die Rechte ſagen, ad jura communia, quæ infamiæ pœnam ubique in hoc crimine continent, ſed TALIONIS pœnæ quoque locum eſſe dicit, alium autem INFAMARI volentis pœna TALIONIS, non poteſt non infamia eſſe. — *Demonſtratio, quod libellus famoſus infamet auctorem.*

 *3 Con-

*3 *Confer.* LAUTERB. *d. §. 69.*

§. 5. Extendunt quidam famoſi libelli pœnam etiam ad injurias clanculum *1 pictas, quod admittendum, ſi concurrant debita requiſita, *2 non autem, ſi quædam *3 deſint.

*1 Utpote BERLICH *p. V. concluſ. LXVII. n. 51.*

*2 De quibus *ſupra §. 1. h. Art.*

*3 Ergo huc non pertinent quæcunque picturæ ignominioſæ, ſed tantum tales, quæ notabile famoſumque crimen malitioſe exprimunt, atque in publicum divulgatæ ſunt. Spurca exempla *vid. apud* BERLICH. *ibid.*

Quæ circumſtantiæ pœnam hic augeant.

§. 6. Inter circumſtantias, quæ in arbitrario hoc crimine pœnam augent, potiſſimum ad effectum, *1 qui inde ſecutus eſt, vel oppido probabiliter inde metui & ſequi potuiſſet, reſpiciendum. Sed an & perſonæ injuriatæ dignitas v. c. principalis, *2 pœnam augeat, non convenit. *3 Licet ex quo pœna libelli famoſi arbitraria facta, hoc vix negari queat. *4

Quinam mali effectus paſquillorum aliquando.

*1 Scilicet an diſcordias, odia, cædes, in familiis conjugiisque, vel bellum plane inter potentes, excitaverit paſquillus, vel viris honeſtis magnum periculum, magnumque incommodum creaverit, aut probabiliſſime creare potuerit.

An principi maledicere crimen læſæ Majeſtatis.

*2 Tractat hanc quæſtionem HEIGIUS *p. II. qu. XXXI. n. 47. ſeq.* ubi & aliam immiſcet, an ſcilicet crimen læſæ Majeſtatis in hac ſpecie ſimul ſubſit, & *n. 51.* tale quid ſubeſſe negat, *argum. l. un. C. ſi quis princ. maledix.* Sed hoc titulo non plane jura antiqua tolli, nec injurias principi dictas, catalogo criminum læſæ Majeſtatis ab Auguſto ſemel inſertas eximi, rectius contendit ANTON. MATTHÆI *p. 305. de crimin.* nec aliter GOTHOFRED. ad *C. Theodoſ. h. t.* Cum Imperator Theodoſius id tantum noviter *in tit. l.* conſtituerit, ut facti ſpecies ad ipſius aulam referatur, quo deſuper ſtatuere poſſit, minime vero omnem plane pœnam remiſerit maledicenti. Interim con-

contextus *d. l.* omnino oſtendit, quod THEODOSIO ſubditorum in ſe male dicta, pro poſſibili LENITER coercere atque punire animo ſederit, nec proinde verba contra principem dicta, ut facta & perduellionem, eadem ſeveritate, qua ſub Tiberio aliisque principibus crimen læſæ majeſtatis nimium extendentibus fieri conſueverat, coercere voluerit. Pœna ejusmodi maledicentium eſt arbitraria, relegatio, fuſtigatio pro gravitate admiſſi. Plane gladii pœnam electori Brandenbürgico atrociter maledicenti dictitatam refert CARPZ. *qu. XLI. num. 121.* Unde non adeo opus eſt operoſe inquirere, an maledicere principi ſit crimen læſæ majeſtatis. Auctores utriusque ſectæ v. apud BECK. diſſ. *ad L. un. C. ſi quis Imperat. maled. p. 29. 30.* Interim in hac tertia Carolinæ editione mihi probabilior videtur HEIGII & ſequatium, quam MATTHÆI GOTHOFREDI ſententia. Nam ſi Theodoſius, ſi Iuſtinianus maledictionem principis ad læſam majeſtatem cum TIBERIO ſpectare voluiſſent, non excogitaſſent novum rubrum, novumque titulum in ſuis codicibus, ſc. tit. *ſi quis imperatori.*

Mens & intentio d. l. un. C. ſi quis.

Pœna maledicentium principi.

*3 HEIGIUS pœnam hoc caſu augeri negat, potiſſimum ſuæ opinionis præſidium in eo conſtituit, quod in *Receſſ. imper.* gravior pœna non ſit definita. Imo in decreto Erfurtenſi An. 1567. §. *demnach ferner 61.* etiam in coercendis contumeliis Imperatori, aut Electoribus illatis, provocari tantum ad pœnas in comitiis *An.* 1548. generaliter in libellos famoſos ſtatutas. Enimvero in *tit. 34. ſ. 2. cit. Reform. pol. A. 1548.* expreſſe additur, dergleichen nach Gelegenheit und Geſtalt der Sachen, andern zum abſcheuligen Exempel (*adde tit. 35. ſ. 3. in fin. Reform. de An. 1577.*) zu beſtraffen, und ſoll das Cammer-Gerichte die Sache moderiren, ut habetur §. 4. Ref. 1577. *tit.* 35. Imo in ipſo decreto Erfurtenſi §. 61. pro exaggeratione additur: daſs dadurch (per paſquillos in magnates ſcilicet ſcriptos) Miſstrauen, Verhetzung, Empörung und viel Unheil erwecket würde.

An pœnam paſquilli augeat dignitas injuriati. Rſp. affirm. ex l L. imper. & jure Gentium v. l. 4. C. de injur. §. 9. 1. tit. eod.

*4

Expoſitio ſententiæ HEIGII.

*4 Scilicet Heigius videtur reſpexiſſe ad pœnam capitalem libelli famoſi, quam jure communi quidam ſtatutam credunt, & ſimul ad crimen perduellionis oculum adjeciſſe, adeoque his perpenſis, pœnæ exaſperationem recte negaſſe. Et quidem ideo, quod hic perduellio verumque crimen læſæ majeſtatis, utpote quod meris injurioſis dictis non committitur, revera non ſubſit, adeoque pœna gladii ſine exaſperatione in perduellione alias uſitata ſufficiat. Interim, cum Cæſar & ſtatus, perſonas publicas famoſis libellis injuriantium pœnas, in puncto non definierint, ſed arbitrio cameræ definiendas reliquerint, credibile omnino, quod uti alias perſonæ læſæ dignitas injuriæ coërcitionem auget, ita & hic pœnam, non capitalem quidem, ſed *arbitrariam* exaſperandam eſſe, ſi princeps injuriatus.

Quæ circumſtantiæ pœnam minuunt.

§. 7. Ad pœnæ mitigationem facit, 1) ſi unum *1 alterumque ex requiſitis ſupra adductis deeſt, 2) ſi paſquillans a læſo antea graviter laceſſitus, 3) ſi criminis mox committentem pœniteat, 4) ſi ſtatim ſponte fateatur delinquens, *2 imo 5) ex clauſula generali, ſi judex aliam rationem æquam mitigandi invenit. *3

*1 Nam ſi deſunt requiſita delicti, deſunt quoque requiſita pœnæ. *vid.* CZ. *n. 24. 40. 51.*

*2 Quæ *n. 2. 3. 4.* hic commemoramus, occurrunt etiam apud BERLICH. *p. V. concl. 65. n. 56.* MENOCH. *A. J. C. caſ. 263.* BOCER. *c. 3. n. 41. ſeq. de famoſ. libell.*

*3 Ipſe Cæſar in textu in verbis: Erfindung, Ermeſſung, hanc clauſulam indigitat, allegatur eadem *a* CZ. *n. 58. d. l.* Imprimis ſub illa continentur mitigantia communia ab ætate, ſtupiditate, perſonæ læſæ vilitate v. c. quod meretrix, vita ante acta, & aliis deſumta.

An propalator mitius habendus auctore paſquilli &

§. 8. Quod propalatorem attinet, ejus nulla eſt in textu noſtro mentio facta. Quod hic mitius regulariter * coërcendus ſit ipſo auctore, dubio carere videtur. *conf.* HERT. *Vol.* I. *tom. III. pag.* 159.

*Nam

Digitized by Google

* Nam magis deliberate, majorique malitia omnino peccare videtur, qui adhibito veluti artificio peccat, quam, qui absque illo, inventa ab aliis tantum aliis communicat. Interim aliquando ſecus accidere poſſe non nego; ut ſi quis libellum famoſum jam ſtudio ab auctore occultatum, iterum protraheret, ſtudioque divulgaret, ſi ſæpius tali facinori operam dediſſet, & ſi quæ alia adeſſent, quæ judicem juſta ratione movere poſſent. *Adde* CZ. *n.21. c.1.* Quare mitius habendus.

§. 9. Ultimo articulus eam ſpeciem tractat, ubi dicta in famoſo libello veritate nituntur. Pœna relinquitur prudenti judicis arbitrio. Sine dubio exceptio veritatis delicti pœnam mitigat. Nec enim hic tanta injuria homini facta, quam ſi eidem injuria per mendacium dicta, & in ſcriptis objecta. Severius tamen puniendus eſt, qui delicti jam puniti mentionem in paſquillo facit, quam qui nondum punitum exprobrat. Lenius quoque mulctatur, qui tantum nævum, aut defectum naturæ, quam qui gravius delictum, ex vero objecit, ob §. 7. n. 1. An jusjurandum actori de veritate criminis objecti deferri poſſit? Reſp. diſtingue ut STRYK. *in Caut. jur.* 1. *p.* 202. Conf. *5. ad §. 1. THOENNICK. p. 18. 29. tr. de act. injur.

ARTIC. *CXI.*

Straff der Müntzfälſcher, und auch der, ſo ohn habend Freyheit müntzen.

In dreyerley Weiß wird die Müntz gefälſcht, erſtlich, wann einer betrüglicher Weiß eines andern Zeichen darauf ſchlägt: Zum andern, wann einer unrecht Metall darzu ſetzt: Zum dritten, ſo einer der Müntz ihre rechte Schwere gefährlich benimmt: Solche Müntzfälſcher ſollen nachfolgender maſſen geſtrafft werden: Nemlich, welche falſche Müntz machen, zeichnen, oder dieſelbigen falſche Müntz aufwechſeln, oder ſonſt zu ſich bringen,

gen, und wiederum gefährlich und boßhafftiglich, dem Nächſten zum Nachtheil, wiſſentlich ausgeben, die ſollen nach Gewohnheit, auch Satzung der Recht, mit dem Feuer vom Leben zum Todt geſtrafft werden: die ihre Häuſer darzu wiſſentlich leyhen, dieſelben Häuſer ſollen ſie damit verwirckt haben. Welcher aber der Müntz ihre rechte Schwere, gefährlicher Weiß benimmt, oder auch ohne habende Freyheit müntzte, der ſoll gefänglich eingelegt, und nach Rath am Leib, oder Gut, nach Geſtalt der Sachen, geſtrafft werden. Wo aber irgend einer eines andern Müntz umpräget, und wiederum in Tiegel brächte, und geringe Müntz daraus machte, der ſoll am Leib oder Gut, nach Geſtalt der Sachen, geſtrafft werden. So aber mit der Herrſchafft Willen und Wiſſen das geſchehe, ſo ſoll dieſelbige Herrſchafft ihre Müntz-Freyheit verwirckt und verlohren haben.

ARTIC. *CXI.* usque ad *CXVII.*

NOn differunt ab impreſſis in projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *CXI.*

Quot claſſes falſariorum monetæ. §. 1. Tres claſſes falſariorum monetæ perſequitur Articulus. 1) Igne comburi jubet, qui e viliori metallo, quam jure receptum, monetam vel ipſi cudunt, ſignant, vel falſæ pecuniæ menſam argentariam exercent, permutant, expenduntque, dolo malo ac in perniciem aliorum. 2) Qui monetam circumcidunt, pondusque ei ſubtrahunt, monetam cudunt ſine jure monetandi, aut 3) aliorum monetam probatam in lebetem conjectam reſlant, & in nummulos deteriores reſolvunt, carceri mancipentur, corporis cruciatu, aut mulcta coërcendi. 4) Qui domum his falſariis in fabricæ uſum

ſum præbent, domo careant. Quodſi 5) conſentiente magiſtratu cives hæc crimina committunt, magiſtratus regali monetæ privandus eſt.

§. 2. Quoad uſum fori commendamus regulas ſequentes. Primo, ut pœnæ ignis locus ſit, requiritur 1) ut delinquens ipſe *1 falſos nummos procuderit, 2) ut expenderit. *2

Cudere expendere vel falſos nummos.

*1 Licet enim in textu argum. *verſic.* oder ſonſt zu ſich bringen u. ſ. w. ad vivicomburium actualis nummorum falſorum fabricatio non requiratur, ſed expendiſſe ſufficere videatur, diſceſſit tamen ab hoc rigore praxis. BRUNNEM. *ad L. 2. C. de falſ. monet. n. 4. 5.* CARPZOV. *qu. 42. n. 99. ſeq.* BEYER *§. 4. h.* THEODORIC. *Colleg. crimin. h. t. aphor. 6. n. 6. 7.*

*2 Cum enim ille, qui tantum cudit & non expendit, publico damnum non intulerit, CARPZOV. *dict. quæſt. n. 92.* merito pœna ignis ceſſat.

§. 3. Dein, qui auxilium tulerunt fabricanti in actu fabricandi, & nummos expenderunt, crimen vivicomburio luunt, vel certe gladio, ſi aliqua circumſtantia animum judicis movere poſſit. *

cudentibus auxilio eſſe in fabrica & expendere capitale eſt.

* Confer. apud CARPZ. *n. 66. cum n. 85. 87. 88.*

§. 4. Qui aliud auxilium ferunt * extra actum cudendi, arbitrarie fuſtigatione, relegatione coërcentur.

Adjutorium remotum ut &

* v. c. Qui inſtrumenta Treibewerk, Waltzen, Müntz-Model, item materialia: weiſs Kupffer u. ſ. w. procurant, *vid. præjudic. Halenſ. apud* DN. LUDOVIC. *h. art.*

§. 5. Qui falſam monetam ſcienter expendit, fuſtigatur *1 & relegatur. Quod ſi tamen quædam inter ſceleratos ſocietas *2 inita eſſet, ut alter cuderet, alter expenderet, alter aliud in communem quæſtum ageret, & falſarius aliquis jam multa expendiſſet, & expenſionem continuaſſet, quomodo a capitis pœna excuſa-

ſola expenſio falſi nummi arbitrarie puniuntur.

cuſari poſſit, cum ob textus noſtri auctoritatem, *3 tum ob Doctorum teſtimonia, *4 non video.

De falſos nummos accipiente expendente.

*1 Ita iterum CARPZ. *dict. qu. 42. n. 99. & 103.* Imo, qui falſam monetam a dante deceptus bona fide accepit, & dein, ſciens licet, expendit, non punitur. vid. GRANZ. *11. pag. 106. n. 7.* quaſi ad nævos, non ad facinora ſpectet, indemnitati ſuæ craſſiore licet modo proſpicere velle. Unde etiam puniri non ſolet: qui pecus morbidum aliunde emtum rurſus vendit, cujus tamen a noſtra ſpecie non diſſimilis videtur ratio.

Cur in adjutore & ſimilibus videndum an: SOCII?

*2 Scilicet mitius omnino puniendus videtur, qui oblatam emit a fabricatore falſam monetam, lucro faſcinatus, vel etiam a fabricatore non oblatam, ſed ab aliis (qui v. c. ipſum ad falſum monetarium ablegarunt) ſibi indicatam, *ſemel aut bis* in proprium commodum emit, quam qui cum falſariorum grege, in communem reipublicæ perniciem, nefandam ſocietatem contraxit & executus eſt.

An EXPENDENTES tamen nunquam comburantur.

*3 Nam licet deciſio Cæſaris noſtri de vivicomburiis quibusdam rigor & jus ſummum videatur, attamen, ſi ſpeciem de ſocietate impie contracta ſupponimus, pœna ignis, vel certe gladii, rigorem non continet. Conſentit RHET. 433. *jur. publ. Articulum*, inquit, *intelligimus, quando expendentes colludunt cum cudentibus, & in commodum ipſorum expendunt.* Uſu forenſi tamen pœna ignis hinc inde in hac ſpecie plane deſiit. CARPZ. *qu. XLII. n. 99.* HALENSES apud LUDOVICI *h.* TUBINGENSES apud HARPRECHT *Conſil. 100.* & ad ſummum expendentes gladium ſentiunt ultorem *V. M. ad L. Corn. falſ. §. 5. ubi præj.* combuſto dein cadavere *conf.* GRASS. *p. 872.* Quamvis ſi ſceleſta ſocietas lucri inter complices ſubſit, veriſſime dicatur, quod par ſit omnium delictum, ut patet ex *not. ad Artic. CLXXVII.* Idem GRASS. *p. 873. collat. jur. civil. & Rec. Imp.*

*4 Ut SIXTINI, HARPRECHTI & FARINACII, quos citat KIZZEL. *de jure monet. p. 472. n. 40.*

§. 6.

Mitigantia expendentis.

§. 6. Afferuntur autem varia mitigantia, pro pœna expendentis moderanda. *

* v. c. 1) Si ignoravit monetam eſſe falſam, quamvis hic rectius dicatur, quod plane abſolvendus ſit expendens, cum dolo, adeoque propoſito falſum committendi careat. 2) Si tantum in ludo expendit. RENER BUDEL *de Re nummar. p. 247. n. 35.* KIZZEL. *p. 473. n. 45. d. l.* 3) Si quis in arca recondit falſos nummos tantum. Aſt hæc limitatio non pertinet ad expendentem, cum aliud ſit recondere, aliud expendere falſam monetam. 4) Si quis non falſam, ſed raſam monetam expendit. Verum cum hic candide agat, & accipiens raſuram facile videre poſſit, plane non puniendus videtur, ni aliqua malitia expendentis in certo caſu, v. c. ſi ſæpius ſi hominibus ſimplicibus ejusmodi pecunia data, appareat; 5) Proprie loquendo mitigatur pœna, ſi quis minutam monetam in exigua ſumma expendit *n. 48.* KIZZEL. *d. l.* ut & 6) ſi quis non falſam, ſed devalvatam monetam expendit. Quod vero 7) ſola paupertas ſit mitigandi cauſa, ut eidem cum aliis *n. 49.* viſum, non facile affirmarem.

De cuſoribus absque expenſione.

§. 7. Qui falſam monetam cudunt tantum, ſed non expendunt, ultore gladio puniuntur. *

* Cum verba Carolinæ: machen oder ausgeben, ut ſupra dictum, conjunctive accipi conſueverint.

De tinctoribus monetæ.

§. 8. Qui falſam monetam non cudunt, ſed tantum auro argentoque tingunt, arbitrarie bonis, corpore, imo & morte mulctantur, pro modo commiſſi * delicti.

* Severiſſimum tinctorum ſupplicium extat in *l. 8. ad L. Cornel. falſ.* In edicto FERDIN. *I. A. 1559. ʃ. 161. 162.* dicitur: an Leib, Leben oder Guth. Quamvis ibi tinctorum, der ſo übergülden, oder überſilbern, diſerte mentio non fiat; trahunt tamen ad hanc falſi ſpeciem textum GOLDAST. *c. l. in Cathol. rer. monet.* KIZZEL *p. 471. d. l.* Et præterea res de arbitraria pœna certa eſt e communi praxi

Digitized by Google

Quando ad mortem damnatur.

xi V. MENOCH. *A. j.q. 316.* BEYER *ſ. 12. h.* Neque vero talis tinctor falſus monetarius proprie eſt, nec principis regalia invadit, ſed eſt merus deceptor & falſarius, ut proinde e damni dati magnitudine, de ipſius coercitione ſtatuendum ſit. At ultimum ſupplicium gladiique pœnam, niſi ob crebriorem reiterationem, pluriumque læſionem raro deveniendum eſt DOPLER *P. II. p. 562. ſ. 169.* MYNSINGER. *ad ſ. item ſupr. n. 1. Inſtit. de publ. jud.*

De raſorum monetæ

§. 9. Ad claſſem eorum, qui arbitrarie * puniuntur pertinent quoque raſores: Ringerer, Beſchneider, Schwecher dicuntur in Edicto Ferdin. Anno 1559.

arbitraria pœna.

* MARTIN. *ad ſ. 5. Inſtit. de publ. jud. n. 36.* KIZZEL. *n. 37. d. l.* CARPZ. *qu. 43. n. 48.* Mortis pœnam hoc caſu dictari poſſe, vix videtur. Nam quilibet accipiens regulariter raſuram videre poteſt, ut adeo propria illius negligentia concurrat. Interim cum & falſarii, ſi delictum ſæpius reiteratum, pluribus hominibus notabile damnum illatum, aliquando pœna corporis afflictiva, ſive einer peinlichen Straffe puniantur, & ipſe textus articuli: am Leibe oder Guthe illos puniat, graviori utique pœnæ locus interdum erit. Regulariter autem carcer vel relegatio dictari ſolet in foro. *V. M. ſ. 6. d. l.* De eo, qui non ipſe radit, ſed raſam aliunde acceptam expendit, dictum jam *ſ. 5. n. 4. in not.* Ceterum nec monetam, quæ ſuperponderat reduci poſſe, contra ALCIATUM, CARPZOVIUS & KIZZELIUS probant.

Syllabus nominum circa monetam delinquentium.

§. 10. Syllabus circa monetam delinquentium habetur §. 160. der Müntz-Ordnung Ferdin. An. 1559. & §. 168. R. An. 1566. Saiger * 1 Granalirer, Ringer, Beſchneider, * 2 Ausführer, * 3 Schwächer, Schmeltzer, Wäſcher, Abgieſſer, Auswieger * 4 und Fälſcher. De pœna additur an Leib, item: an Leib alleine, an Guth alleine, nach Gelegenheit und Geſtalt des Verbrechens.

§. 161.

Digitized by Google

§. 161. Müntz-Ordn. d. l. Sed nos de pœna diſtinctius in paragraphis præc. & notis h.

De varia granalatorum pœna & requiſitis des granalirens

*1 Von Körnen, granaliren, und Seygern, extat graviſſima ſanctio §. 169. *der Müntz-Ordn.* ſcilicet es ſoll ſich männiglich bey Straffe des Feuers, des Granalirens, Körnens, Seygerns und anderer dergleichen betrüglichen vortheiligen Handlung, und Felſchung aller alten und neuen guten Müntzen enthalten. Requirunt autem DD. (1) ut moneta granalata ſit valida receptaque in loco, non devalvata, vel reproba. Quoad hanc enim ceſſare dignitatem, & veluti inviolabilitatem nummi (2) ut granalatio ſit facta lucri cauſa, damit zu handeln und profit zu machen, non autem ad uſum ſuum proprium & domeſticum. Imo GRANZ. *P. II. p. 30. ſequ.* exiſtimet (3) opus eſſe, ut granalata ſit: die alte Reichs-Müntze, non autem quæ cauſa eſt diu poſt illas imperii leges, nach dem Zinniſchen und Leipziger Fuſs, de hac enim non potuiſſe cogitare legislatores, nec hanc bonitate ſua priſtinam: ſo nach den alten Reichs-Fuſs geſchlagen, æquare. Aſt hoc merito rejecerunt ICti Francofurtani *p. 39. ibid. n. 12. ſequ.* ſiquidem alias plane inutiles forent, omnes fere monetariæ leges imperii veteres. Nec obtineretur finis: daſs die gute gangbahre Müntze im Lande beybehalten, und nicht Kupper und Wipperey auſgebracht würde. Rectius (4) requiritur, ut granalans granalia, ut vocant, vendiderit privato. Quodſi enim vendidit officinæ ſui principis monetariæ, negotium tanquam publice geſtum non videtur puniendum. Imo in Saxonia Electorali ſingulari mandato indultum: das abgeſetzte Geld entweder in ſeiner Form, oder granalirt auf die Müntze zu lieffern. *Id. d. l.*

cauſa mitigationis pœnæ

Interim negari nequit, quin gravius crimen olim, quam hodie fuerit: das Seygern und das granaliren um damit zu handeln. (1) Quia moneta veteris ævi bonitate ſua longe præſtabat hodiernæ, adeoque publici valde intererat, ut conſervaretur. (2) Quia olim non tanta nummorum cuſorum, ut hodie copia. Unde etiam quantum mihi conſtat,

ſtat, hodie non ſervat praxis §. 171. *dict. ordin. monet.* daſs die Goldſchmiede *ohne Vorwiſſen der Obrigkeit keine* Müntze brechen ſollen. Nec contra granalarium ultra publicationem argenti quæſtus cauſa granalati, & pœnam arbitrariam proceditur. Niſi inter granalarium & monetæ falſarium commercii & ſocietatis ſpecies, adeoque, quod granalarius criminis falſatæ expenſæque monetæ correus, & concauſa ſit, ſufficienter probetur. Quo caſu certe gladii pœnæ locus foret ob §. 2. *ſupr. ibique not.*

& quando hodienum capital.

Von Schwächern.

*2 De quibus §. *præc.* Ad illos etiam pertinent: die Schwächer und Wäſcher. Nam & hi artibus ſuis nummis pondus ſuum detrahunt.

Aus- und Einführern der Müntze.

*3 In *Rec. Imp. An.* 1551. §. 46. diſtinctius hoc crimen deſcribitur: daſs hinführo Niemand, wer der innerhalb, oder auſſer dem Reich ſey, bey Verlierung und Confiſcation ſeiner Haab und Güter, kein ungemüntzt Silber aus dem Reich, und keine fremde böſe Müntze in das Reich führen ſoll. In *R. I. An.* 1576. §. 73. hæc habes: Daſs Niemand des H. R. Reichs güldene oder ſilberne Müntz, noch auch das rohe Silber aus dem H. Reich unter einigen Schein führen, vielweniger fremde verbothene Müntze hinein bringen ſoll, alles bey Confiſcation derſelben und andern aufgeſetzten Straffen. De uſu hodierno dubitare facit experientia. Quamvis exinde non ſequatur legis hujus publica abrogatio, ſed judicum negligentia, vel delinquentium potentia in cauſa ſint, quod noxium hoc commercium impune exerceatur.

De delictis extraordinariis circa monetam.

*4 In ordin. monet. Artic. 168. in genere dicitur: Die mit der Müntz ihren eigennützigen Vortheil treiben. Pœna ſtatuitur §. 143. R. J. 1570. Das Abgieſſen, Auswegen, Auswechſeln, ſoll bey Verluſt Leibes und Guthes, nach geſtalten Dingen, verbothen ſeyn. Ergo pœna eſt arbitraria carceris, relegationis.

An interſit Cæſaris, aut ſtatuum imperii monetam falſificaſſe

§. 11. Circa pœnam ignis procuſorum, non intereſt, utrum Cæſaris, an principum, aut civitatum moneta adulterata, ut probant Articulus noſter & loca Receſſ. Imper.

imper. quæ congeſſit ANDLER *verb. Müntze vid.* §. 171. *der Müntz-Ord.* 1559. Aliud tradi ſolet de regum & principum extraneorum moneta corrupta CZ. d. qu. 42. n. 51. ubi gladius ſufficit.

§. 12. An publicatio bonorum lege imperii in hoc crimen ſtatuta? affirmat GOLDAST *im Bedencken von Zauber. p.* 152. * 1 quem citat & ſequitur HERT. *Reſponſ. XXII.* viciſſim negat BERGER. *in œcon. p.* 841. * 2 motus Articulo noſtro verbis: dieſelbigen Häuſer. Itaque inquit, non omnia bona publicantur. In utraque Saxonia practicis fecit uſus forenſis, qui bonorum publicationem ignorat. — *De publicatione bonorum.*

*1 Hujus allegata non probant probandum. Nam formulæ receſſuum: an Guth, item an Leib oder Guth, item bey Verluſt Leibes und Guths, non publicationem bonorum, ſed mulctam inferunt. Müntz-Ordn. §. 161. verſic. verwürckte Buſſe. Nec obſtat, quod in R. I. An. 1551. §. ſo haben wir uns, dicatur: Bey Verliehrung und Confiſcation ſeiner Haab und Güther, item R. I. An. 1571. §. 17. mit Confiſcation oder andern Straffen an Leib und Guth. Nam (1) R. I. An. 1551. non de quocunque falſario monetæ, ſed de illis agit: die ungemüntzt Silber aus, und ſchlecht Geld wieder herein führen. (2) R. I. An. 1571. reſpicit veroſimiliter ad eandem ſpeciem ſingularem. (3) R. I. utroque recentior, ann. 1578. §. 75. de eodem delicto agens ſtatuit: alles bey Confiſcation *derſelben*, ſc. des ausgeführten Silbers, oder guten Geldes, und herein gebrachten ſchlechten Geldes. Unde conſequens eſt, quod publicationem bonorum omnium ſublatam eſſe dicamus lege noviore. — *Falſorum monetariorum.*

*2 Sed nimis compendioſe. Nec enim pœna falſariorum ſolo Articulo XI. continetur, verum pluribus receſſibus imperii aliis Carolina junioribus explicatur, qui ſimul conſulendi ſunt. Singulare de pœna criminis noſtri habetur in *Statut. Bremenſ.* enen Fälſcher ſchall man ſeden — *Bergeri ſententia excuſſa.*

 umme

ümme falſche Penninge, und dat falſche up den Marckte börnen. Lex Juttica *III. t.165.* de falſario monetæ ita: des Hand iſt des Königs. Hodie tamen ſucceſſit pœna ignis.

ARTIC. *CXII.*

Straff derjenigen, ſo falſch Siegel, Brieff, Urbar, Renth- oder Zinß-Bücher, oder Regiſter machen.

De inſtrumentis falſis v. Novell. LXXIII. ex inſtituto.

WElche falſch Siegel, Brieff, Inſtrument, Urbar, Renth oder Zinß-Bücher, oder Regiſter machen, die ſollen am Leib oder Leben, nachdem die Fälſchung viel oder wenig, boßhafftig und ſchädlich geſchicht, nach Rath der Verſtändigen, oder ſonſt, als zu End dieſer Ordnung vermeldet, peinlich geſtrafft werden.

ARTIC. *XCIII.*

Straff der Fälſcher, mit Maaß, Waag und Kauffmannſchafft.

WElcher bößlicher und gefährlicher Weiß, Maaß, Waag, Gewicht, Specerey, oder andere Kauffmannſchafft, fälſchet, und die für gerecht gebraucht und ausgiebt, der ſoll zu peinlicher Straff angenommen, ihm das Land verbotten, oder an ſeinem Leib, als mit Ruthen ausgehauen, oder dergleichen, nach Gelegenheit und Geſtalt der Uberfahrung, geſtrafft werden. Und es möcht ſolcher Falſch, als offt gröſslich und boßhafftig geſchehen, daß der Thäter zum Tode geſtrafft werden ſoll, alles nach Rath, wie zu End dieſer Ordnung vermeldet.

Notæ

NOTÆ AD ARTIC. CXII. CXIII.

Crimen reſidui differt a falſo.

§. 1. Crimen reſidui non pertinet ad Articulum noſtrum CXII. licet cum crimine falſi, quod hic traditur, ſi v. c. magiſter redituum publicorum non tantum non ſit ſolvendo, ſed etiam rationes ſuas corruperit, concurrere poſſit, ut reſponſum 1721. M. Nov. verſus F.

Tria falſi requiſita.

§. 2. Criminis falſi requiſita, quod conſiſtat 1) in immutatione veritatis 2) doloſa & 3) alteri noxia, hic in noſtris Articulis non aliter *1 traduntur, quam prout eadem jam principia ſanæ rationis in jure naturæ definierunt. *2

Probatio.

*1 Nam 1) immutationem veritatis innuunt verba in Artic. CXII. der Kauffmannſchafft fälſchet, und die für gerecht gebraucht und ausgiebt 2) dolus aperte indicatur per epitheta: boßhafftig, böſslich, gefährlich. Tandem 3) quod noxietatem attinet, illa patet ex verbis: ſchädlich geſchicht.

Quando requiſita criminum e I. N. quando e civili judicanda.

*2 Scilicet ſunt quædam crimina, quæ licet generatim, & quatenus contra regulam: de neminem lædendo, impingunt, jure naturæ prohibeantur, quoad ſpeciale nomen, ſpecialemque formam tamen, eſſentiam ſuam legibus poſitivis debent v. c. repetundarum, peculatus, reſidui & alia. Horum requiſita dein omnino e legibus poſitivis circa pœnæ determinationem quærenda ſunt. Aſt quod attinet crimina, quæ jam quoad nomen & formam ſuam in jure naturæ occurrunt; circa illorum requiſita magis ad ſanam rationem, quam ad diverſas variantesque verborum juris civilis formulas reſpiciendum eſt. Jam vero hujus cenſus omnino crimen falſi eſt, utpote jam quoad nomen & rem ipſam juri naturæ cognitum, illoque ipſo vetitum. Qui cumulum auctorum, falſum eadem ratione, ut nos deſcripſimus, definientium deſiderat, poteſt adire KLOCK. *Vol. III. Conſil. 198. n. 1. 2.*

Digitized by Google

De diſtinctione in verum & quaſi falſum.

§. 3. Sicuti vero in genere delictum dividitur in verum & quaſi delictum: ita idem circa falſum accidit. Nam ubi antea recitata requiſita concurrunt, commiſſum facinus ad verum, ubi autem unum, vel alterum deeſt, ſcelus ad quaſi * falſum refertur.

Recenſio quaſi falſorum e VOETIO 1) de judice.

2 De apertura teſtamentorum.

De judice & teſte in bona cauſa corruptis.

* Huc VOET. *h. t. 1.* *§. 1.* refert ſpeciem *l. 15. & tit. ff. de his, qui ſibi adſcripſ. in teſtam.* cum etiam ſine dolo, ſola juris ignorantia hic, peccari poſſit. Sed quod ad caſum *l. 1. §. 3. h. t.* de judice contra jura pronunciante attinet, in illo dolus utique ſupponitur. Nam judex, qui ignorantia & errore conſtitutiones principum negligit, de quaſi delicto tantum tenetur *argum. princ. I. de oblig. ex quaſ. del.* ut proinde tum demum judicans, ſi ſciens doloque malo contra conſtitutiones principum jus dixit immutavitque, criminis falſi reus ſit. VOET. *§. 3. ibid.* Deinde VOETIUS *§. 6. d. l.* inter falſa recenſet etiam has ſpecies, ubi quis vivi teſtamentum aperuit *l. 1. §. 5. D. h.* aut inſtrumenta apud ſe depoſita adverſario prodidit *l. 1. §. depoſit.* Cum tamen in neutra ſpecie videatur ſubeſſe immutatio veritatis, quam ſupra inter requiſita locavimus. Enim vero priori caſu falſificatio præſumtive adeſt, nec enim credendum, quod quis alienum teſtamentum gratis & dicis cauſa aperiat, ſed animo ea, quæ ſibi parum conducunt, per artes corrumpendi immutandique. Poſteriori autem, ad falſum nihil deeſſe videtur, adeſt dolus noxius, mendacium contra fidem datam, ut minimum ejusmodi perfidus homo falſario ſimillimus omnino ſit. Ille vero, qui judici ad bene pronunciandum in juſta cauſa, aut teſti ad dicendam veritatem munuſculum dedit, falſarius non eſt, cum 1) dolus 2) immutatio veritatis 3) damni injuſti datio, adeoque omnia requiſita definitionis falſi deſint. Ubi autem deeſt definitio, ibi quoque deeſt definitum. Interim cum mali exempli res ſit, judicem, teſtemque reddere dorophagos, & hoc factum, licet ſpecioſe in bona cauſa commiſſum, ad *ſimilitudinem* falſi coercetur,

Digitized by Google

cetur, ut patet ex *l. 1. ſ. 1. 2. h. t.* Nam in *ſ. 1.* agitur de illo, qui in mala cauſa munus judici teſtique dedit, per verba *ad obligationem innocentum.* Ergo in *ſ. 2.* ne ſit ſupervacuus, neceſſario agitur de illo, qui in bona cauſa dedit. Ratione damni, quod tertio loco ſupra requiſivimus, tenendum, quod regulariter adeſſe debeat, ceteroquin enim immutatio veritatis magis ad petulantiam, extra ordinem coercendam pertineret *vid. quos citat.* KLOCK. *dict. Conſil.* Interim, cum ejuſmodi petulans falſificatio, propter certas circumſtantias, aliquando mali exempli res ſit, etiam effectu non ſecuto, falſarius ejuſmodi, licet mitius puniri poteſt, prout idem circa alia crimina attentata contingit. *vid.* THEODORIC. *Colleg. crim. p. 1114. Aphor. 3.*

§. 4. Plane non tantum committendo, ſed etiam omittendo falſi crimen contrahitur, ut exemplo *1 teſtis, qui accepta pecunia, teſtimonii dictionem omittit, conſtat. Accedit & alia ſpecies, quod & is, qui, cum falſum prohibere poſſit, non prohibuit, eadem pœna falſi adfici dicatur. *2 Licet hoc cum grano *3 ſalis intelligendum ſit. — De falſo per omiſſionem.

*1 Refertur hoc in *l. 1. ſ. 9. h. t.* & clarius *L. 23. ibid.* neque res dubium habet, cum hic dolus, ſuppreſſio veritatis, & damnum injuſtum concurrant.

*2 In *l. 9. ſ. 1. h. t.*

*3 Scilicet *cit. l. 9. ſ. 1.* non in genere de quolibet falſo, & quibuslibet falſa non prohibentibus, ſed ſpeciatim de crimine falſatæ monetæ agit, quod crimen, ſive publicam ejus noxietatem, ſive cognationem illius, cum crimine læſæ Majeſtatis conſideres, omnino reliquis falſi ſpeciebus gravius & atrocius eſt. Unde cum L. Julia Majeſtatis *vid. l. 5. C. ſ. penult.* & VOET. *ſ. 11. ad L. Jul. maj.* ſolos conſcios facinoris quoque notet, idem rigor ad falſarios monetæ extenſus eſt. Nam in aliis delictorum ſpeciebus nuda ſcientia & prohibitionis omiſſio, non ſufficiunt ad reatum. De furto enim *vid. ſ. 11. in fin. Inſt. de oblig. quæ ex delict.* — Quando falſum non prohibens incidat in crimen & in genere de non prohibitione infr. Artic. CLXXVII. Reg. II.

delict. De lege Aquilia *l. 13. ſ. 2. in fin. tit. de uſufr.* VOET. *ſ. 3. ad ff. tit. eod.* Idem quoque ad falſi doctrinam applicandum eſſe puto. Sane ita de prohibitione omiſſa in genere philoſophatur BARBOSA *in Theſaur. axiomat. L. XIV. 124. ſ. ult.* COCCEJ. *p. 6. ſ. 19. de ſoc. crim.* Igitur non cuiuslibet, qui falſum non prohibet, coercitio ad *L. Cornel. de falſis* pertinet.

An ad falſum opus lege ſpeciali, & an mendacium falſum.

§. 5. Multi non ſunt contenti requiſitis noſtris, ſed addunt inſuper, quod quarto loco etiam notatio legis ſpecialis accedere debeat, alias enim non crimen falſi contrahi, ſed ſtellionatum, *1 quod tamen non videtur. *2 Interim mendacium ſolum, ni aliud quid accedat, crimen falſi non conſtituit, *3 in foro criminali. *4

Sententia ZIERIZII, STRYKII, LAUTERBACHII.

*1 Notabile eſt, inquit ZIERIZ, quod falſi pœna tantum locum habeat in caſibus a LL. expreſſis *vid. not. ejusd. ad Artic. h. 113 inf.* Sequitur illum *U. M. tit. de ſtellion. ſ. 1.* LAUTERB. *ad L. Cornel. falſ. ſ. 4. U. M. h. t. ſ. 1. ſequ.*

De incremento doctrinæ de falſo jur. civ.

*2 Nam licet initio tantum certæ ſpecies lege Cornelia tanquam crimina falſi, ſcilicet falſatio nummi & teſtamentorum notarentur; ſucceſſu temporis tamen quælibet notabiliter noxia doloſaque falſificatio ad crimen falſi relata eſt. *arg. l. 1. l. 16. ſ. 2. l. 23. l. 32. ſ. 1. h.* CARPZOV. *prax. crim. quæſt. 93. n. 15.*

Cur non omne mendacium FALSUM.

*3 Alios enim vix ullus mortalium foret, qui non habendus eſſet pro falſario. Evidenter quoque theſis noſtra patet ex analogia juris, leges quippe noſtræ mendacia noxia in genere nullibi ad falſa referunt, ſed quaſdam ſpecies, v. c. ablatione poſſeſſionis *in l. fin. de R. V.* quaſdam præſtationis debitæ multiplicatione, ut in caſibus, ubi lis inficiando creſcit, *v. l. 25. de prob.* quaſdam arbitrarie coercent, ut in §. 10. *I. de ſuſp. tutor.* quaſdam impune dimittunt, ita ſi quis in caſu *ſ. fin. Inſtit. de fideic. hæredit.* negaret, Titio fidei commiſſum relictum eſſe, dein autem jurare nollet, & mendacium fateretur, pœnam in mendacium nullam conſtitutam invenio. Imo in contractibus gradus veluti conſtituti ſunt, ut quædam mendacia v. c. circa rei vitia, aut dominium, regulariter

Digitized by Google

lariter tantum civiliter actione doli emendentur, quædam autem, v. c. ſi quis rem eandem adhibito mendacio, bis pignori dat, extraordinaria ſtellionatus pœna coerceantur. Graviora demum, v. c. ſi quis non tantum circa merces venales mentitur, ſed illas inſuper ipſe corrumpit, falſat, ad verum crimen falſi referantur. Ut proinde mendacium tunc demum, ſi inſignis noxietas, mentientisque ſingularis improbitas concurrunt, v. c. ſi quis officio ſpeciali, v. c. teſtis, judicis, cum alterius damno mentitus, falſarium in foro criminali conſtituat. *Et quodnam tandem FALSUM.*

*4 Nec obſtat dicere: falſum & mendacium noxium reciprocari. Nam in hoc adeſſe omnia definitionis criminis falſi requiſita, dolum, immutationem veritatis cum proximi damno. Atqui ubi definitio, ibi definitum. Ita enim argumentari licet in philoſophia morali, non autem ubique in judicio criminali. Quod craſſiora tantum emendat. *Reſponſio ad objectionem.*

§. 6. Jure civili falſa in duas ſpecies ſecernebantur, quæ circa contractus admittuntur fere omnia ad ſtellionatum, pauca ad crimen falſi proprie dictum referebantur. Plane hodienum in dubio, deceptionem veritatisque immutationem, magis ſtellionatui, quam crimini falſi accenſendam eſſe, ſunt, qui teſtantur.* *De differentia falſi & ſtellionatus.*

*Pertinent huc loca *ad præced. ex U. M.* & ZIERIZIO adducta. Ceterum leges *tit. de ſtellionatu*, tantum de contractibus agunt. Leges autem in titulo de crimine falſi, de teſtamentis, inſtrumentis, moneta, ſuppoſito partu &c. exempla falſi referunt. Dein hiſtoria legis Corneliæ docet, quod crimen falſi magis ac magis extendi cœperit, ſed ſtellionatus nunquam latius extenſus legitur. Inde putarem, poſt crimen falſi legibus recentioribus adauctum & extenſum, compilatores debuiſſe omittere crimen ſtellionatus in pandectis, cum illud olim tantum ſuppleverit doctrinam de falſo, anguſtis ſcil. falſæ monetæ, teſtamentique aut falſi inſtrumenti cancellis circumſcriptam. *Fata falſi & ſtellionatus.*

§. 7. Quod ſi in praxi de doloſa veritatis immutatione *Cur in foro de*

conſtet,

differentiis falſi & ſtellionatus

conſtet, non putarem ſollicite diſputandum hodie, an facinus ad ſtellionatum, an ad crimen falſi referendum ſit in foro noſtro.

non adeo laborandum.

* Nam in praxi utrobique obtinet pœna arbitraria, cum in caſibus recenſitis ſub lege Cornelia, tum in illis, qui ſub titulo de ſtellionatu continentur *U. M. §. 3. h.* CARPZ. *qu. 133. n. 3. qu. 93. n. 20.* Neque obſtat, quod pœna falſi ad mortem extendi poſſit. Nam hæc extenſio non ideo fit, quia crimen falſi ſubeſt, alias enim omne falſum capitale foret, ſed quia exempla quædam ſub falſo contenta v. c. falſatio monetæ, magis nocent reipublicæ, quam deceptiones circa contractus, ſive crimen ſtellionatus. Ut proinde, ſi falſum dividas in capitale & non capitale, non opus ſit, adhuc in foro novam quæſtionem de ſtellionatu movere. Nec ulterius obeſt, quod crimen falſi infamet, ſtellionatus autem tum demum, ſi cum negotio famoſo concurrat. THEODORIC. *Colleg. Crim. Cap. III. aphoriſm.* 17. Nam v. c. qui ad verum dicendum teſtimonii præmium accepit, qui judici ad bene judicandum munuſculum obtulit, falſariis comparantur, ſed cum hi delinquentes, ultra carceris, aut temporariam relegationem, quæ pœnæ hodie *vid.* CARPZ. *qu. 135. n. 53. 56.* VOET. *in fin. tit. de his, qui notant. inf.* BEYER. *tit. eod.* non infamant, non coerceantur, ſine dubio non infamantur. Itaque nec falſum moribus infamiæ notam imprimit, niſi malitiæ gradus, damnique dati ratio id ſuadeant. Nec *Artic. noſter 113.* in genere infamiam irrogat, ſed nos ad arbitrium judicis remittit, nec opus fuiſſet in *Artic. 107.* falſarium pejerantem ſpeciatim infamem declarare, ſi quodlibet in genere falſum famoſum crimen eſſet.

Pœna falſi an aliquando capitalis.

§. 8. De pœna falſi iam hinc inde dictum, ſcilicet nunc pecuniarie, *1 nunc relegatione, nunc fuſtigatione falſarii, pro ratione admiſſi falſi puniuntur. Ad ultimum ſupplicium non niſi in maximam decepti, aut Reip. perniciem doloſa machinatio ceſſerit, deveniendum eſt. *2

*1 Res

*1 Res facile diſci poteſt e præjudiciis CARPZ. *d. qu. 93.* THEODORICO *p. 1119. ſequ.*

*2 THEODORICVS hic non vult excedere caſus in legibus capitaliter notatos, v. c. ſuppoſiti partus, & ſi qui alii, ſed nec partus ſuppoſitio hodie capite luitur, ut patet ex *n. 30.* CARPZ. *d. l. ſequ.* Plures ſpecies recenſet MATTHÆI *p. 549.* v. c. ſi quis militiam finxerit terrendi & concutiendi cauſa *v. l. 27. §. fin. h. tit.* quamvis exinde vix ſit, ut capitale ſupplicium probetur. Ipſe CARPZOVIVS ad capitalem requirit falſi atrocitatem & reiterationem, ſed ita quidem omnino regulariter, aliquando autem non opus reiteratione, ut ſi falſo teſtimonio dicto, innocens capitis pœnam ſubiit. *ſupr. Art. LXVIII.* Optandum foret, ut circa capitalem ſententiam diſtinctior quædam legis definitio extaret, præcipue, quod damni dati quantitatem attinet. Nam hic ſufficere quantitatem, quæ ſupra in furto deſcribitur, defendi nequit. *conſ. præj. n. 64. d. l. apud* CZ. Quæ hic ſententia THEODORICI, CARPZOVII.

§. 8. In eo conveniunt JCti, quod actus ſemper ita exponendus ſit, ut falſitas excludatur, * modo non evidentiſſimæ conjecturæ aliud ſuadeant. An falſum præſumatur in dubio,

* Videtur hæc obſervatio communis eſſe, & ad cujuslibet delicti præſumtionem, & probationem pertinere. *vid.* BARBOSA *L. IV. tit. XVI. §. 28. in Theſaur. axiomat.* Adducit eandem obſervationem & pluribus explicat THEODORIC. *p. 1120. Aphor. V.* Plane omnem ſubtilitatem ad falſitatem EXCLVDENDAM adhibendam eſſe dicit FARINAC. *p. IX. qu. 153. n. 147.* Plura hujus rei congeſſit LYNCKER. *Centur. V. deciſ. 446. p. 281.* & quare non

§. 9. Singularia quoque non una Doctores circa falſi crimen comminiſcuntur 1) quod deteſtabilius ſit homicidio 2) quod perpetua illius ſit accuſatio v. c. ſi partus ſuppoſitus 3) quod difficilius hic, quam in alio crimine impetretur abolitio 4) quod in crimine falſi etiam nobiles torqueantur & ſeptuagenarii 5) quod falſarium carcere liberans capite plectatur 6) quod ſocius ſocium Singularia falſi vulgaria.

 hic

Digitized by Google

hic accuſare, & contra eum teſtari poſſit 7) quod convictus non appellet 8) quod mutua crimina hic non compenſentur 9) quod quis in falſo condemnetur etiam confeſſione incidenter facta 10) quod hic non opus citatione 11) quod accuſator præmium conſequatur 12) quod hic non eximat a pœna occurſus Cardinalis 13) quod hic ſuſpicio habeatur pro veritate 14) quod hic non opus accuſatore 15) quod de hoc crimine convictus clericus ſtatim deponatur, & judici ſeculari tradatur. *

Judicium de iisdem.

* Sed 1) dicitur, aſt non probatur, multa vera falſa tantum arbitrarie puniuntur, verum homicidium autem ſemper ultimo ſupplicio. 2) Perpetuæ accuſationis falſitatem ſatis oſtendit THOMASIUS *in Lipſienſ. de præſcript. bigam.* 3) Abolitio dependet a principe & ceteris paribus, facilius falſario, quam homicidæ conceditur. 4) Commune habet falſum cum aliis delictis atrocibus. *vid.* DOEPLER. *I. p. 276. §. 129.* & de ſeptuagenario quæſtioni in ſodomia ſubjecto SCHILTER. *exercit. XLIX. in Additam. §. 14.* 5) Pertinet tantum ad falſarium monetæ carcere a quodam exemtum *l. 1. C. de falſ. monet.* Hodie autem magis eſt, ut pœna arbitraria obtineat. *vid.* PHILIPP. *L. IV. Eclog. 19. ad inſtit.* 6) Reſtringit hoc itidem THEODORICUS ad falſæ monetæ crimen, ſed in *L. 1. C. de falſ. monet.* ad quam provocat, id non dicitur, nec quisquam ſine teſtibus idoneis de crimine convincendus eſt. *vid.* MATTHÆI *de crimin. p. 338. n. 5.* 7) Appellationi communi Germaniæ conſuetudine in criminalibus non eſt locus. *vid.* THOENNICK. *p. 99. ſeq. de Advoc. prud. appell.* 8) Nec in aliis criminibus, quoad pœnam publicam, compenſatio objici poteſt. 9) Confeſſio in criminibus requiritur perſpicua & non præcipitata, *vid.* BOVRIC. *in captiv. defenſ.* Ergo nec aliud obtinebit in falſo. 10) Confirmatio nulli negotio aliquid novi adjicit, ergo, quod de illa fuit adjectum, non eſt ſingulare in crimine falſi. 11) Si falſum exigui momenti, non opus citatione, ſi vero magni, incipitur a captura,

ut

ut in alio delicto. 12) Præmium dabitur, ubi nominatim promiſſum, ut in *edict. monet. Ferdin.* An. 1559. *§. ſo ferne der*. Regulariter autem in crimine falſi accuſatori nihil eſt promiſſum. 13) Apud nos uſu caret. 14) Plane eſt falſum, ſuſpicio neutiquam pro crimine eſt, *vid. §. præced.* 8. 15) Eſt hoc aliis delictis pariter commune, (*vid. Artic. P. II. G. O. 214. verſicul. unico*) quod nemine accuſante judex procedat ex officio. Tandem 16) *cap. ad falſariorum X. de crim. falſi* loquitur de iis, qui literas pontificum falſificant, non autem de crimine falſi generatim.

§. 10. Imperator noſter nominatim illos falſarios, qui ſigilla *1 inſtrumenta, *2 literas, libros cenſuales *3 & regiſtra corrumpunt & adulterant, punire jubet, vel in corpore, vel ultimo plane ſupplicio. Von Brieff und Siegel fälſchen.

*1 Magna reverentia olim apud noſtrates ſigilli, ut inter titulos & honores quondam auditum: Siegelmäſsig ſeyn. *vid.* SCHILT. *Exercit. X. p. 40. & 43. §. 25. ad Jus feud. Alemann.* Neque vero ipſis magnatum filiis, ſi nondum juſtæ ætatis eſſent, propriis ſigillis uti fas erat. Sic Comes T. de Clettenberg pag. 89. apud LEVCKFELD. *Antiqu. Walkenr.* fatetur, quod nondum proprio *ſigillo* uteretur. *Conf. du* FRESNE *h. verbo p. 853. verſ. Sigillum tum primum.* Queritur de ſequentium temporum abuſu SIGISMVND. *in ſua Reform. L. II. c. 15. §. 2. verbis:* Jeglich will Inſiegel haben, und vermeinet auch dadurch groſſe Ehre zu erlangen. Item, die Menge der Inſiegel hat ſie unglaubig gemacht. Unde in ſigillorum falſatores graviter olim animadverſum. *vid.* HEINEC. *p. 1. c. 1. §. 5. de ſigill.* Fides ſub ſigillo data, æquiparatur fidei juratæ *in dict. Reformat. Sigiſmund. p. 135. p. 11. der R. S. apud.* GOLDAST. Gravis quoque pœna definitur in Artic. noſtro CXII. Nec diſtinguitur inter publica & privatorum ſigilla. Ut proinde ſive quis ſuperioris, ſive æqualis ſigillo falſato, dolo malo lucri ſui cauſa abuſus ſit, atque adeo in falſi crimen inciderit, fuſtibus, vel alio inſigni malo coercendus ſit, capitali plane judicio pro rei magnitudine aliquando facinoro-

De ſigillorum ſanctitate jure Germanico.

De pœna der Brieff- und Siegel-Fälſcher.

norofo imminente, per verba Articul. *add.* BULLÆUM *ad h. Art.* Pœnam certe fuſtigationis exaſperarunt Lipſienſes & ei, qui falſo nomine aſſumto, falſoque ſigillo adhibito, plures deceperat, præter ictum fuſtium, inuſtionem ſigilli in fronte dictitarunt, prout refert COLER. *deciſ. 179. n. 6. 7.* DOEPLER. *p. 1. c. 41. n. 27.* De jure canonico *c. 3. X. h. t.* falſariis literarum principum ſtigma inuritur. *vid. ibi* omnino GONZALEZ. Neque levius judice COLERO *n. 8. d. l.* animadvertendum eſt in confectorem ſigillorum falſorum. Interim illos, qui ſigilla ſenatus oppidani aliunde avulſa, falſis ſuis literis impreſſerant, temporarie relegatos fuiſſe, alium vero, qui eadem ratione vetuſto ſigillo Electoris abuſus, innocentem in carcerem detrudi effecerat, fuſtigatum refert CARPZ. *n. 65. 66. 67. qu. XCIII.* Pertinent huc quoque, qui literas alienas deſigillant, aperiunt, retinent STRUV. *diſſ. crim. VIII. §. 23.* lacerant vel interpolant CLARUS. *§. falſum pag. 212. 213.* Nam & hæc facinora pœna falſi coercentur. GUID. PAP. *deciſ. 579.* Proinde ruſticum literas nobilis ad nobilem datas aperientem, relegarunt Jenenſes *n. 26. p. 1143.* THEODORIC. *Coll. crim.* Sine dubio malitiæ gradus, intentio, an ex curioſitate, an ut ſcribentis hoſti oſtendat. *vid.* DECIAN. *loc. infr. citat.* quale damnum alteri datum, aut quali injuria alter inde affectus, in caſu aperturæ literarum reſpicietur. Nam ſi quis v. c. juſta ſuſpicione ſuæ defenſionis cauſa, vel ſuperior ad avertendum peccatum inferioris, literas aperuit, pœna ceſſat. ENGEL. *Lib. V. Coll. jur. can. tit. XX. n. 12.* LYNCKER. *deciſ. 1523. verſic. Hiernechſt einen jedweden u. ſ. w.* NICOL. DE PASSER. *L. III. de ſcriptur. priv. n. 21.* Ex hoc fundamento immunem a pœna Secretarii uxorem, quæ Capituli literas, in quibus de Secretario ab officio ſuo movendo agebatur, aperuerat, pronunciarunt *Kilonienſ.* MICHAEL. *Reſp. 21. 308. ſequ.* Aperturam literarum publicarum, gravius crimen quam privatarum eſſe, JCti non ſine ratione contendunt. Interim Jenenſes & in hac ſpecie, a Lipſienſibus, qui fuſtiga-

De deſigillatoribus cum diſtinctione.

Digitized by Google

fuſtigationem decreverant, abierunt, & ſolam relegationem dictitarunt *p. 1153. n. 26.* apud THEODORIC. *d. l.* Nihilominus, cum ſigillis ſua fides, & publicis chartis ſua inviolabilitas conſtare debeat, temerariis litterarum reſignatoribus indulgendum non eſt, ut recte omnino hoc ſcelus ad publica crimina referat LYNCKER. *d. l.* lethaleque peccatum dicat GONZALEZ. *n. 2. ad c. 33. de offic. jud. deleg.* DECIAN. *l. VII. c. 17. inf.* Gravitas hujus criminis.

*2 Quod varie fieri poteſt radendo, inducendo, corrigendo, celando, comburendo vera, vel plane conficiendo falſa. Pœnam in genere definire impoſſibile, videndum enim in facto prius, quomodo inſtrumentum corruptum, quale inſtrumentum ſit, quod damnum inde reſultaverit, vel certe reſultare potuerit. Sic fœmina, quæ ope falſæ cautionis pro 21. imperialibus linteamina ab alia impetraverat, in pœnam ad ſexennium relegata eſt. *vid.* CARPZ. *n. 64. qu. XCIII.* Qui falſum atteſtatum, quaſi alii non eſſet deſponſatus, attulerat, & proclamationem impetraverat, ad conſultationem Jenenſium, carceris pœnam ſubiit 1149. THEODORIC. Notarium, qui falſum teſtamentum conſcripſerat, pœna relegationis manſit *ibid. n. 33.* Plane capitis pœnam fœminæ nobili, plures falſas obligationes conſcribenti, ſigillaque falſificanti, ſua ætate dictatam fuiſſe teſtatur BVLLÆVS *ad Artic. CXII. in fin.* Qui falſis literis ad mendicandum utitur, arbitrarie, & ſi pluſculum collegit, pluresque ita decepit, fuſtigatione coercetur. Melius eſt ergaſtulis tales includere *vid.* DOEPLER. *p. I. c. 12.* Et hoc jure utimur in terris Electoratus regis noſtri, qui plane pœnam fuſtigationis exulare juſſit. De reſcriptorum falſatione agitur *in decretal. h. t.* ubi papa in *cap. 5.* de modis & characteribus falſa detegendi ſimul ſollicitus eſt. Præcipue autem ſevere animadvertitur *c. VII.* in clericos falſarios literarum papæ, ut ſcilicet excommunicentur, beneficiis ſuis priventur, & ex L. Cornelia in foro ſeculari puniantur. Ultimo ſupplicio ex mente FAGNANI *n. 40. vid. cit. cap.* quod etiam ex *Cod. h. t.* refert GLOSS. *ad cit. cap.* Falſarii Reſcriptorum Principis vero arbitrarie coercentur

Quot modis literæ falſentur.

Von falſchen Bettel-Brieſen.

De falſariis reſcriptorum & falſis preciſis.

centum pro admiſſi magnitudine, rariſſime ultimo ſupplicio, confer omnino *l. 22. C. h. t.* cum *Novell. 77. Leon.* Ad falſarios etiam refertur, qui literas Principis non corrupit, ſed falſum FIAT ſibi ipſi adſcripſit, FAGNAN. *n. 30. ad cap. V. d. t.* Fabricator falſarum precum pariter crimen hoc committit, & carere debet impetrati reſcripti fructu, atque ſubire pœnam arbitrariam. STRYK. *de falſ. prec. princ. oblat. C. 4. n. 35. ſeqq.* Qui tamen preciſtam, vera quædam tantum reticentem, pro falſario non habet, ſed illum, qui poſitive in precibus ſuis mentitur, unde concludit, quod in priori ſpecie callidus preciſta commodo tantum careat reſcripti, diſſimulando verum impetrati, pœna autem arbitraria non coerceatur. Ulterius procedit FAGNAN. cum CARDINAL. PRÆPOSIT. *ad dict. c. VII. X. h. n. 55.* Ubi falſum preciſtam ſive ſimulando, ſive diſſimulando peccantem, ad reſtitutionem damni, & ejus quod intereſt teneri, in pœnam autem falſi, in curia Romana non incedere ſcribit, ob frequentiam hujus delicti. Apud nos in Germania vix emanat reſcriptum, cui pars adverſaria non objiciat exceptionem ſub & obreptionis, interim pœna vix infligitur preciſtæ, ni valde malitioſe & noxie, aut falſum dixerit, aut verum reticuerit. In vicino Ducatu Magdeburgico nihilominus *c. 2. §. 1. ordin. polit.* gravior comminatio extat: Die Supplicanten, die contra acta falſa vorbringen, oder die Wahrheit verſchweigen, empfindlich zu beſtraffen u. ſ. w. Neque moraliter intereſſe videtur, an doloſe negotii narrationi aliquid demas, an addas. Falſum quoque committit, qui falſis inſtrumentis utitur, licet non ipſe falſaverit, vel falſificationem diſerte procuraverit. Interim non fit infamis, & mitius punitur v. c. motione ab officio *l. 13. §. 1. ff. h. t.*

De pœna falſariorum librorum cenſualium.

*3 Librorum cenſualium falſarii, nominatim illi, qui immunitates falſo confingunt, ſeveriſſime & plane vivicomburio puniuntur in *L. 1. C. immun. nem. conced.* Verum apud nos vix eſt, ut rigor hic obtineat. Sic Anno MDCCXVIII. ex actis obſervavi, Fiſcalem in celebri curia contra

contra præfectum, cui plura falſa in Urbario noviter conſcripto commiſſa imputabat, tantum, ut in 2000. imperialium mulctam condemnaretur, petiiſſe. Itaque & hic prudens arbitrium judicis, jus in facto poſitum, pro re nata eruet, & congrue ſecundum criminis circumſtantias pœnam arbitrariam determinabit.

§. II. Adduntur *1 illis, qui pondera, ulnas, menſuras *2 imminuunt, qui aromata aliasque merces falſant & corrumpunt. Pœnæ commemorantur, relegatio, fuſtigatio, vel alia arbitraria. Imo, ſi crimen ſæpius reiteratum, ſin ingens malitia appareat, aut damnum enorme datum, ad capitalem usque coërcitio falſarii extendi poteſt, *3 ut diſerte in Articulo. Imo etiam *l.* 1. 5. 22. *C. h.* verbis: *capitali ſupplicio, ſi exigit* MAGNITUDO *commiſſi.* Von Maaß-Fälſchern.

*1 In Artic. CXIII.

*2 De jure civili *v. l. 32. ſ. 1. ff. h. t. ad L. Cornel.* Etiam civiliter dupli reſtitutione, mulctabantur hi falſarii, ſed in noſtro textu nihil de duplo habetur, ut proinde huic pœnæ, ſecus ac *U. M. ſ. 3.* hic viſum, tacite derogatum. Quod etiam factum de jure Lubec. *v. L. IV. X. XII. Art. 1.* Pœna jur. civil.

*3 Caſum in terminis apud nullum commentatorem obſervavi. Nec quadrat huc præjudicium CARPZ. *qu. XCIII. n. 98.* ad quod nonnulli provocant. Nec enim de falſatore in commerciis, ſed de eo, qui falſo ſe principem eſſe jactitaverat, & hoc commento inſignem pecuniæ vim per imperium corrogaverat, loquitur, ut evolventi patebit. Interim textus ita decidit. De jure *Lubec. vid. dict. arti* qui illum, qui magnis menſuris in emendo, imminutis in vendendo utitur, jubet judicari: gleich einem Diebe, ut proinde ibi ad ſummam V. Ducatum Ungaricorum judice MEVIO *n. 19. d. l.* reſpiciendum ſit. Interim praxin deſidero, quæ fraudatorem in ejusmodi ſpecie morti addixerit. Adeoque vereor, ne fraudator quoad pœnam capita- De raritate & difficultate ultimi ſupplicii hic. MEVII conſilium.

capitalem ad non uſum provocet. Certe omnia mitigantia, quæ furi ſubveniunt, v. c. ætas, rei reſtitutio, læſi remiſſio, quod falſum non pluries commiſſum, hic recurrunt. Sane ipſe Imperator caſum extraordinarium in verbis: offt gröblich und boshafftig, ſupponit. Imo oppido raro contingere, ut pœna falſarii ſit mors, jam §. 7. h. dictum. Unde ſententiæ capitalis requiſita 1) dolus improbior, 2) criminis repetitio, 3) ingens noxietas. Sane Wittenbergenſes & Lipſienſes Anno 1715. Secretario, qui bis falſis litteris cambialibus, quas in hunc ipſum finem finxerat, abuſus, prima vice ad credenda ſibi: CC. Thaler, ſecunda vice ad mutuo ſibi danda CCC. creditorem induxerat, dein autem conſumtis his nummis, ab alio dolo & mendaciis denuo M. mutuo obtinuerat, cum quibus ſe in fugam dederat, nonnisi pœnam fuſtigationis dictitarunt, addendo plane: ni damnum datum creditoribus reſtituere poſſet. Nimis profecto leniter in hac certe ſpecie.

Requiſita ultimi ſupplicii.

Præjudicium Lipſienſium & Wittenbergenſium.

De bancorottorum grege ſecundum jus civile.

§. 12. Falſariis ſine dubio *1 accenſeri merentur peſſimi illi debitores, qui variis artibus ſe locupletes ſimulando, mutuam pecuniam in merces ſe collocaturos, aut mox reſtituturos, aut idoneos fidejuſſores daturos eſſe, doloſe ſpondendo, ingens æs alienum conflant prodiguntque. Jure civili VLPIANVS hoc ſcelus ut leve, ſolaque civili actione de dolo emendandum refert *L.* 43. §. 3. & *L.* 52. §. 15. *de furtis,* nec falſarios, ſed FALLACES *2 tantum dicit. Nec ulterius contra decoctores procedit *L.* 51. *princ. de re judic.* Carcerem ſub Imperatoribus vid. BEYER. *ad tit. ff. de ceſſ. bonor.* facile declinabat ceſſio bonorum *L.* 1. *C. qui bon. ced.* Unde civilis prudentiæ magiſtri nos remittunt ad jura imperii *3 & provinciarum *4 in foro criminali hodierno.

*1 Quia apprime ad illos quadrat definitio.

*2 For-

*2 Forte, quia lex deerat, quæ hos inter falſarios referebat, *Ulpianus:* FALLACES dicere maluit.

*3 In reformat. imp. An. 1548. tit. 22. & 1577. tit. 23. fit mentio: der Handthier, Kauff- und Gewerbs-Leute, qui præter caſum fortuitum ſuo facto: durch Pracht, unordentlich Leben, und anderer Weiſe ſolvendo eſſe deſierunt. Pœnæ recenſentur 1) denegatio ſalvi conductus, 2) conjectio in carcerem, 3) excluſio a dignitatibus, 4) arbitraria pœna: nach Gelegenheit der Sache geſtrafft pro ratione admiſſi, relegatio ſcil. condemnatio ad opus publicum. Pœna ſecundum jus R. R. imperii.

*4 Digniſſima eſt Georgii I. glor. mem. conſtitutio, ut integra recitetur ad calcem opuſculi noſtri; hæc enim inſuper habito externæ dignitatis ſchemate, omnes: ſo mit übermäſſigem Pracht, Spielen, wolluͤſtigen Leben, koſtbahren Gebäuden ſua & creditorum bona diſſipant, ſeveriſſimis pœnis, plane ultore gladio perſequitur. Plures plurium locorum arbitrarias pœnas habes apud STRYK. *tit. d: ceſſ. bonor.* LAUTERBACH. *tit. eod.* DOEPLER. *1. 620. ſequ.* Nihilominus etiam poſt ſeveriſſima interdicta in foro reditur ad philoſophiam VLPIANI *l. 1. §. 2. de ſeparat. Debitoribus licet novos creditores priſtinis* ADJICERE, *ut hoc priſtinis noceat.* Lex Georgiana.

ARTIC. *CXIV.*

Straff derjenigen, die fälſchlich und betrieglich Untermarckung, Rainung, Mahl- oder Marckſtein verrücken.

Welcher böͤßlicher und gefährlicher Weiß ein Untermarckung, Rainung, Mahl- oder Marckſtein verrückt, abhauet, abthut, oder verändert, der ſoll darum peinlich am Leib, nach Gefährlichkeit, Gröͤß, Geſtalt und Gelegenheit der Sachen und Perſonen, nach Rath geſtrafft werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CXIV.*

Qui doloſe & noxie terminos & fines prædiorum movet, De pœna motorum terminorum.

movet, ſuccidit, extinguit, vel mutat, ille ſecundùm gradum malitiæ noxietatisque, pro rei natura, perſonæ ſtatu *1 pœna corporis *2 afflictiva affici jubetur.

An non arbitraria ſit.

*1 Ratione ſtatus perſonarum, non tantum ad dignitates diverſas, ſed quoque ad ætatis differentiam, circa tempus relegationis determinandum, hic lex civilis *v. l. 1. 2. h.* reſpicit. Cum vero pœna ſit arbitraria, inde interdum carcere tantum, vel mulcta coërcentur, qui nefarie terminos movent, turbantque. Si ſcilicet non magnum damnum datum, crimen prima vice, vel magis ex impetu affectus, quam dolo malo commiſſum. CARPZ. *n. 72. 73. qu. 83.* ſed ſin gravius peccatum, relegatio decernitur. COLER. *P. l. 145. n. 9. deciſ.*

Von der Leib- und Lebens-Straffe derer, ſo Gräntzen verrücken.

*2 REMUS in ſua paraphraſi hic plane pœnam capitalem comminiſcitur, de qua tamen nihil in textu noſtro, nec in antiquiſſima verſione GOBLERI. Quare alii hic per: Leibs-Straffe, fuſtigationem intelligunt. *vid.* LAUTER. *Coll. Maj. h. t. in fin.* Ceterum inter præjudicia Carpzoviana, de fuſtigatione nullum occurrit. BRUNNEMANNUS *ad l. 1. 2. ff. h.* meminit quidem dictitatæ hujus exemplum pœnæ, ſed quæ facti circumſtantiæ adfuerint, non commemorat. Aliud extat apud THEODORICUM *p. 377. n. 6. Colleg. crim.* in caſu, ubi quæſtor Domini nobilis, quo ejus gratiam ſibi oppignoraret, ſemel iterumque terminos, diverſas ditiones ſeparantes, doloſe tranſpoſuerat, quæ ſpecies ad violatos terminos publicos pertinet, & aliquando, ſi nimiæ turbæ, damnaque nimia inde ſecuta, capitalis eſſe poteſt. LAUTERB. *Coll. Maj. d. l.* Nam alias & in publicorum limitum motionem regulariter ictu fuſtium animadvertitur. Unde conſequens eſt, quod pœna corporis afflictiva, cujus Articulus noſter mentionem facit, & tanquam ordinariam ſtatuit, nunc fere extraordinaria in praxi facta ſit, & non ſine circumſtantiis aggravantibus adhibeatur. Ad Italiam itaque pertinet ſeverior illa mortis ultio, cujus mentionem injicit BOSS. *pr. crim. tit. de termin. mot. p. 359.* Tandem non iniqua quoque eſt deciſio

Digitized by Google

ſio *l. Divus h. t.* quod qui durante lite fines ſuos doloſe promovet, lite cadere, tantumdemque, quantum vicino terræ abripit, reſtituere debeat. Non videtur tamen praxin hujus textus agnoſcere CARPZ. *d. qu. 83. n. 73.* Severæ ſunt hic LL. Oſnabrugenſes *p. 140. in. Adj. tr.* von Sendger. ut & veteres leges centenicæ, quæ pœnam deſulcationis capitis decernunt, quam ex KNICHEN *de ſublim. territor. jur.* referunt, SPEIDEL, PHILIPPI & ex his DOEPLER. *II. c. XIV.*

ARTIC. *CXV.*

Straff der Procuratorn, ſo ihren Partheyen zu Nachtheil, gefährlicher, fürſetzlicher Weiß, den Widertheilen zu gut handeln.

So ein Procurator fürſetzlicher, gefährlicher Weiß ſeiner Parthey in bürgerlichen und peinlichen Sachen zu-Nachtheil, und dem Widertheil zu gut handelte, und ſolcher Ubelthat überwunden würde, der ſoll zuförderſt ſeinem Theil, nach allem Vermögen, ſeinen Schaden, ſo er ſolcher Sachen halben empfäht, widerlegen, und darzu in den Pranger, oder Hals-Eiſen geſtellet, mit Ruthen ausgehauen, des Lands verboten, oder ſonſt nach Gelegenheit der Mißhandlung in andere Weg geſtrafft werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CXV.*

§. I. Siſtit nobis Cæſar procuratorem *1 prævaricantem, eumque definit, quod ſit procurator, *2 qui dolo malo, ſive in cauſa civili, ſive criminali aliquid machinatur, quod clienti ſuo *3 in incommodum, *4 illius adverſario in commodum cedit. Definitio procuratoris prævaricantis.

*1 Jure civili prævaricationis crimen potiſſimum accuſatori cum accuſato colludenti impingitur, *l. 1. ſ. 1. ad SCt. Turpil.* VOET. *ſ. 2. tit. de prævar.* Sed cum tali jam nobis nihil negotii, Quis prævaricator jure civili.

negotii, cum hujus articulus non faciat mentionem. Pœna jure civili eſt eadem reſpectu prævaricantis, quæ decernenda erat accuſato exempto. In praxi magis eſt, ut accuſator prævaricans arbitrarie carcere, relegatione &c. puniatur, *vid. ſpecim. p. 721. h. t.* Nec enim accuſator per inſcriptionis vinculum amplius, uti quidem olim ad talionem obſtringitur.

An textus de procuratoribus etiam ſpectat ad advocatos.

*2 Textum noſtrum tantum de procuratoribus, non autem de advocatis agere, putat BLVMLACHER. *ad h. art.* Sed apud STEPHANI, & WESENBECIVM, ad quos provocat, de hac diſtinctione nihil habetur, & rationes æquitatis reclamant, cur enim advocatus, qui jurium magis, quam procurator regulariter gnarus præſumitur, levius ferre debeat, quam procurator malitiam? Nam, quod dicas, procuratorem mandato conſtitui, cujus ſumma de jure civili religio ſit, nihil ad rem facit. Quia & dum advocato cauſſam noſtram committimus, eo ipſo etiam mandamus. Nec audiendus eſt CLASEN diſtinctione ſua inter advocatum jura clientis ſui propalantem, & eum, qui facta ejusdem revelat. Cæſari noſtro ſufficit, clienti doloſe nocitum fuiſſe, inter jus et factum non diſtinguit. Nec obſtat *L. 1. §. 1. ff. de prævar.* quaſi advocatus proprie prævaricator dici nequeat. Nam hanc criticam inanem eſſe in foro, probat *L. 3. §. 2. ibid.* Unde miſſis diſtinctiunculis, tam in procuratorem, quam advocatum & defenſorem prævaricantem, judex in foro noſtro arbitrarie animadvertit.

Vana diſtinctio CLASENII.

De procuratore deſerto cliente prævaricante.

*3 Cum dicatur: ſeiner Parthey, inde concludunt, quod hic proprie de illo cauſidico, aut procuratore ſermo ſit, qui durante cum cliente nexu, cauſam ipſius adverſario prodit. Nam qui cauſæ clientis ſui renunciat, & dein in adverſarii caſtra tranſit, arcanaque quædam revelat, peccat utique, mitiorem tamen cenſuram meretur, quam qui ſub ſpecie amicitiæ calidiſſime & ita, ut cliens vix evitare poſſit, miſerum circumvenit, *vid.* BEYER. *h.* Sunt autem modi colluſionis infiniti, quot fere actus advocatorum, tam circa cauſam agendam, quam per transactionem finien-

niendam. *vid.* quos *de Advoc.* citat. ZIERIZ. *h.* Non ignobilis prævaricatorum ſpecies eſt illa, ubi advocati veterani per ſuos novitios mercenarios, utriusque partis cauſam, occulte defendunt et moderantur. *vid.* PLACC. *de prævaricat. tit. VI.*

*4 Ergo ex hujus incommodi, vel pecuniarii, vel honoris magnitudine, prævaricationis levitas, vel atrocitas æſtimabitur. Mitigant augentia pœnam.

§. 2. Pœna definitur a Carolo graviſſima, nam prævaricator convictus, poſtquam clienti de omni incommodo * 1 civiliter ſatisfecit, ad numellas * 2 publico ſpectaculo exponitur, fuſtibus dein cædendus & territorio ejiciendus. Non excluſo tamen pro circumſtantiarum ratione alio pœnæ genere, vel leviori, vel graviori. * 3 Pœna prævaricatoris articuli noſtri.

*1 Poteſt hic, ſi proditio arcani ignominiam ſimul contineat, deprecatio & declaratio honoris exigi, ſin vero pecuniarie tantum interſit, damni dati plena reſarcitio, tum ratione damni emergentis, quam lucri ceſſantis. Quando injuriarum prævaricator tenetur.

*2 Numellas in præſenti argumento ab uſu receſſiſſe notat CLASEN. h. Gravitate criminis v. c. inſigni dolo, damnoque maximo probatis, quin judices ſecundum legem noſtram & poſſint & debeant pronunciare, plane non ambigo. PLACC. *tit. VII. de tr.*

*3 Quodſi enim dolo malo, acceptoque flagitii pretio, potiſſimas circumſtantias defenſionis omiſiſſet, teſtes tacuiſſet, falſas probationes e contra admiſiſſet & reliqua, miſerique clientis capitale ſupplicium inde ſecutum fuiſſet, ſeveriſſimæ ſane judicis animadverſioni ſubjaceret. Pœna advocati (eines Vorſprechers) qui mercede conductus adverſarium clientis juvat, erat de jure Suevico. *vid. Cap. CXXXIII. edit.* SCHANNAT. daſs er dem Richter ſeine Zunge wette, oder mit 10. Pfund löſe. Quæ pœna procurat. dolo prævaric.

§. 3. Valde affine prævaricationi eſt factum judicis inquiſitorii, qui cum inquiſito colludit, ejus cauſam in De judice inquirente prævaricante.

 rei

Digitized by Google

reipublicæ læſique præjudicium adjuvat. Sententiam ſeveriorem ab actis, quo mitiorem aliunde impetret, removet. Nam judices noſtros inquiſitorios, perſonam mixtam veluti, judicis & ACCUSATORIS conſtituere, ſupra obſervavimus. Quamvis cum nemine de nomine facinoris diſputandi animus ſit, prævaricatio in

Et quis hujus prævaricationis effectus.

ſpecie, an in genere: ſyndicatus rectius appelletur. Pro uſu fori ſufficit prave geſta ejusmodi judicum annullari, ipſosque pro ratione admiſſi arbitrarie puniri. vid. GUAZZINI *de confiſcat. bonor. concl.* XXX. *n.* 8.

ARTIC. *CXVI.*

Straff der Unkeuſchheit, ſo wider die Natur beſchicht.

So ein Menſch mit einem Vieh, Mann mit Mann, Weib mit Weib, Unkeuſchheit treiben, die haben auch das Leben verwirckt, und man ſoll ſie, der gemeinen Gewohnheit nach, mit dem Feuer vom Leben zum Tod richten.

NOTÆ AD ARTIC. *CXVI.*

Species Sodomiæ.

§. 1. Species Sodomiæ hic recenſetur concubitus maris cum mare, fœminæ cum fœmina, hominis cum animali bruto. *

Quæ ſpecies affines.

* Addunt hic criminaliſtæ manuſtupratores, DAMHOUD. *prax. crim. c.* 96. CABALLIN. *Reſolut. crimin.* 16. concubitum cum fœmina mortua, DAMHOUDER. *c.* 98. *n.* 30. CARPZ. *qu.* 76. *n.* 21. congreſſum cum fœmina, ſed non in vas debitum. *vid. can. Adulterii Cauſ.* XXXII. *qu.* 7. Alias quasdam ſpecies refert DAMHOUDER. *d. l. n.* 32. 33. Inmiſcet hic STEPHANI concubitum cum fœmella immatura. v. tamen §. X. ad Art. CXIX.

Pœna articuli, quando in foro vivicomburium.

§. 2. Pœna decernitur in caſibus, hic recenſitis vivicom-

Digitized by Google

vicomburium *1 de reliquis *2 dicemus in annotationibus.

*1 Moribus vivicomburium reſtringitur ad caſum ultimum, & illud facinus, quo homo cum bruto rem nefandam habuit. Nam pæderaſtæ & fœminæ cum fœminis luxuriantes, ultore gladio ſcelus luunt. Nihil quidem hujus rei commemorant GOBLER, VIGELIVS, ZIERIZ, STEPHANI, BLVMLACHER, obſervarunt tamen CLASEN, FROELICH *p. 261. p. 11.* ubi rationes, KIRCHGESNER ex BRVNNEM. *p. 292. n. 3.*

*2 Manuſtupratores ultimo ſupplicio ſubjicit ANT. MATTH. *p. 420.* fatetur tamen ob impiam frequentiam hanc ſeveritatem vix obſervari poſſe. Fuſtigatum ſuo ævo manuſtupratorem Würtzburgi refert KIRCHGESNER. *d. l.* ſed pro arbitraria pœna, v. c. etiam relegatione pronunciant DAMHOVD. *c. 98. n. 6.* BEYER *h. n. 6.* Qui vero cum fœmina mortua coit, capite truncatur. Comparat hoc crimen cum crimine ſepulcri violati DAMHOVDER. *n. 31. d. l.* Sed magis ſceleſtum omnino videtur, mera ſepulcri humani violatione, licet aliquatenus moralitas violati ſepulcri concurrat. Iniqua autem videtur diſtinctio juris Romani, quaſi humiliores tantum capitali, honeſtiores vero extraordinaria pœna teneantur, quam huc ex *tit. de ſepulc. viol.* adfert FROELICH. *p. 266. n. 2.* Concubitus monſtroſus cum fœmina *vid. n. 32. 33. d. l.* apud DAMHOVDER, vivicomburio plane locum facit, ſi ſemen alibi, quam in vas debitum infuſum, ſed gladii pœnam dictatam refert CARPZ. *qu. 76. n. 24. 25.* Arbitrariam tamen pœnam non plane excludit MENOCH. *Caſ. 280. n. 18.* nec enim lex capitalis de hac ſpurcitie extat, nec multis inquirere, & eam palam producere, publico conducit. Minimum congreſſus conjugum, qui a DAMHOVDERO *n. 32.* referuntur, v. c. quando quis cognoſcit uxorem ſuam in ſtando, aut ſedendo, extra fori politici pœnam conſtituti ſunt. Concubitum cum immatura, varie fuſtigatione & quoque ultimo ſupplicio, in caſibus ſimilibus

[Marginal notes:] De manuſtupratione. — Concubitu cum mortua. — De iniqua Romanorum proſopolepſia. — De pœna concubitus cum immatura.

Digitized by Google

libus in locis diverſis punitum fuiſſe, refert STEPHAN. *d. l.* Nominatim eum, qui puellam nondum ſexennem ſtupraret, capitali pœnæ, illum vero, qui talem, quæ pubertati proximior conſentientem vitiaverat, fuſtigationi ſubjecerunt *Scabini Lipſ. n. 32. ſequ. qu. 75.* CARPZ. requiſiverunt tamen ad ultimum ſupplicium ſtupri conſummationem *n. 36. d. l.* Quod requiſitum rectius rejicit BERLICH. *n. 16. 5. Concluſ. 42. & n. 38. ſequ.* Cum enim puella nondum ſexennis vix integrum coitum admittat, ſufficiet certe tantum ſceleratum feciſſe, v. c. ſemen ejiciendo, vel puellæ pudenda rumpendo, quantum in ipſo pro ſceleris adimplemento fuit. Idem dicendum, licet blandimentis ſeduxerit innocentem fœmellam *l. 1. ſ. fin. de extraordin. crim.* BERLICH. *n. 43.* ubi prolixe de hoc crimine. Idem ſentire videtur ENGELBR. *de malefic. capt. ſ. 55. fin.* Immaturam cenſuit ordo Juridicus noſter fœmellam ſtupratam, cum annum ætatis octavum cum ſemiſſe anni noni vix adimpleviſſet.

De fide puellarum immaturarum. §. 3. Quod ſi fœmellæ immaturæ denunciant ſtupratorem, & in illis ſtupri factæque corruptionis ſigna certa extant, ſtuprator autem denunciatus facinus negat, purgatorio, non quæſtioni locus erit, ob teſtes in ſua cauſa, & ætatis ratione inhabiles; uti reſponſum 1732. M. Maji, ad interrogationem judicii militaris in Gambrivia. Aliud dicendum, ſi non tantum indicia, quod crimen commiſſum, contra denunciatum, ſed contra denunciatum, quod ipſe commiſerit, alia adhuc, præter denunciationem, indicia adeſſent, quæ hanc adminiculentur. Nec enim dictis puellæ 6. 7. 8. annorum, omnis plane fides abjudicari poteſt.

Quæ pœnam ſodomiæ mitigent. §. 4. Ad mitigantia, 1) ſi cum bruto ſcelus commiſſum eſſe dicatur, referunt, ut in aliis criminibus primo ætatem *1 2) craſſiſſimam moralitatis *2 ignorantiam 3) deficientem immiſſionem *3 ſeminis. Quod ſi vero delin-

delinquens, tantum humano ſexu abuſus ſit, deficientem alterutrius partis *4 confeſſionem, inter mitigantia quoque numerant.

*1 Si ſcilicet delinquens nondum decimum octavum ætatis annum implevit, ut Juriſconſultis Halenſibus viſum. *vid. præj.* apud D. LUDOVICI *h.* ubi pœnam condemnationis temporalis ad opus publicum dictitatam refert. Viciſſim THEODORICUS Jenenſes gladium decreviſſe adoleſcenti ſodomitæ XVII annorum *c. VI. n. 31.* teſtatur. Adde pro defenſore GRANZ. *in indice verbo: ſodomia.* **An minorennitas,**

*2 Qui credulitate, imperitia, ruſticitate delinquit, ait MATTHÆI *p. 818. de crimin.* is culpa, non dolo delinquit, ſed addit, hoc verum, *ſi crimen tantum jure civili vindicatur.* Nam juris naturalis aut divini ignorantia neminem excuſat. Quæ enim, pergit, putida magis aut pudenda defenſio eſt, quam ſi reus dicat: *nimia credulitate commiſi adulterium, nimia ruſticitas mea cauſa cordis fuit.* Itaque, cum ſodomia non tam contra jus naturæ, quam contra ipſam naturam, *vid. rubrum articuli noſtri.* impingat, ſola ignorantia, minus idoneum excuſationis genus eſt, ni aliud momentum concurrat, v. c. ætas, ut in crimine abigeatus pronunciarunt Francofurtani apud BRUNNEMANN. *cap. VI. membr. 5. jur. eccl. ſ.* Alias in noſtro collegio, cum aliquando adoleſcens 19. annorum iterata vice ſodomiam commiſerat, ignorantiæ exceptionem rejecimus, & gladii pœnam dictitavimus; licet dein, ut fieri ſolet, pro honore e diſſenſu vel contradictione captando, aliud collegium, condemnationem ad opus publicum ſubſtituerit. **an ruſticitas.** **De Sodomita XIX. annorum.**

*3 Beſtialitate per immiſſionem ſeminis non conſummata, fuſtigandum cenſuerunt Lipſienſes Scabini delinquentem apud CARPZ. *n. 58. qu. 76.* Aſt aliter exiſtimant CLARUS *§. Sodomia n. 8.* CLASEN. *in ſ. h.* BRUNNEM. *ad L. 1. n. 1. in f. de crim. extraord.* DAMHOUDER. *c. 98. n. 16.* Ut proinde, licet non vivicomburio, gladii pœnæ tamen licet de ſeminis exmiſſione, & quod delinquens rem in re **De ſodomia, exmiſſione non immiſſione ſeminis conſummata.**

 habue-

habuerit, & ita ab ordine noſtro reſponſum eſſe memini. *vid.* HERT. ℞. *DXC. DXCI.*

De confeſſione ſodomitarum mutua v. c. ſi maritus monſtroſe concubuit cum uxore.

*4 Exigit ab utraque parte confeſſionem FROELICH. *P. II. pag. 262. pr.* adeo, ut ſi utrinque haberi nequeat, inquiſitus ſolo fuſtium ictu coerceatur. Imo collegium noſtrum An. 1723. fuſtigandum cenſuit maritum, qui ori uxoris ſuæ membrum virile immiſerat, licet ſcelus utrinque eſſet in confeſſo. Nam pœna capitis in articulo tantum decernitur: ſi mas cum mare, fœmina cum fœmina rem habuerunt. In ſodomia cum bruto autem commiſſa, vehementes conjecturas confeſſionem ſodomitæ ſatis adminiculari, & corpus delicti conſtituere, omnes fere fatentur. Illud leve eſt, quod CZ. *qu. 76. n. 62.* obſervat: quod vivicomburio homini remiſſo, nec beſtia comburatur. *Adde alias Reſponſa de Anno 1735. M. Junii Magdeburg. & Goſlar 1735. M. Octobris.*

ARTIC. *CXVII.*

Straff der Unkeuſchheit mit nahen geſipten Freunden.

So einer Unkeuſchheit mit ſeiner Stief-Tochter, mit ſeines Sohns Eheweib, oder mit ſeiner Stief-Mutter treibt, in ſolchen, und noch nähern Sipſchafften, ſoll die Straff, wie davon in unſern Kayſerlichen geſchriebenen Rechten geſetzt, gebraucht, und derhalb bey den Rechtsverſtändigen Raths gepflogen werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CXVII.*

Defectus articuli de pœna inceſtus & compilatorum oſcitantia.

§. I. Agit textus de pœna inceſtus, ſed nihil certi definit, verum unice ad jus civile & arbitrium prudentum remittit. De quo * non immerito queruntur interpretes.

* Inſignis hic ſubeſt compilatorum oſcitantia, inquit ZIERIZ, qui incerta definire voluerat, ex æque incertis, ut vel ex hoc articulo apparet. Nec enim convenit inter eruditos, quænam de jure communi in inceſtum pœna ſit conſtituta, ut ex obſcuro Papiniani Reſponſo oſtendit MATTHÆI *p. 417. n. 5.*

§. 2.

§. 2. Regitur itaque in locis, ubi jura ſtatutaria nil definiunt, hujus criminis pœna, communi opinione. Quæ convenit in regulas ſequentes 1) ut in linea *1 recta commiſſus inceſtus capite 2) inter fratres & ſorores, vel perſonas, quæ ſibi parentum *2 & liberorum loco ſunt admiſſus, fuſtigatione puniatur, reliqui autem 3) inceſtuoſi leviori pœna coerceantur. *3

Quo jure hic utamur.

*1 Gladii pœnam extendunt etiam ad vitricum, privignam, novercam & privignum inceſtuoſos ZIERIZ & quos citat *ad h. artic.* Verum in genere reſpectu adfinitatis mitior opinio prævaluit, ut ſcilicet prædictæ perſonæ, ut & gener cum ſocru, ſocer cum nuru rem habentes, fuſtibus cæſi relegentur. FICHARD. *I. conſil. 65.* THEODORIC. *c. 6. p. 825. in fin. verſic. iſthæc mortis pœna.* CARPZOV. *qu. 74. 9.* Præterea pœnæ capitali non eſt locus, ſi non conſtat de corpore delicti, ſive conſummatione concubitus ex utriusque partis confeſſione, quod commune eſt omnibus delictis carnis. Interim, ſi ſpes ſit, complicem mox captum iri, non ſtatim ad extraordinariam devenitur, ſed expectatur pauliſper, quod ſecus, ubi nulla apparentia futuræ deprehenſionis. Extra caſum pœnæ capitalis autem, de ſpurco corpore delicti non adeo rixandum eſt.

Ubi pœna gladius.

De neceſſitate corporis delicti & quid ſi ſpes ſit complicem captum iri.

*2 Reſtringit hoc CARPZOV. ad reſpectum parentelæ, qui eſt inter perſonas, quæ ſecundo gradu lineæ inæqualis diſtant v. c. ſi cum amita, vel matertera inceſtus commiſſus. Unde in ea ſpecie, ubi quis cum ſororis nepte concubuerat, ſolam relegationem, injunctam fuiſſe refert. *qu. 73. n. 73. & 74.* Ceterum pœnam fuſtigationis majores noſtri quoque decreverunt in adfinitate v. c. ſi quis defunctæ uxoris ſororem cognoverit. Nec enim inter has perſonas mediante diſpenſatione matrimonium contrahi poſſe crediderunt. Sane illi, qui hodie aliter credunt, veterum traditiones de fuſtigatione non ſatis bene tuentur, niſi lex provincialis alicubi ictui fuſtium inhæreat.

De reſpectu parentelæ.

De pœna coitus cum glore.

Quando pœna inceſtus arbitraria.

*3 Relegatione perpetua, temporali; de carcere quidem nihil apud CARPZOVIUM, THEODORICUM, BERLICHIUM & alios, interim, ſi defenſor ex aliquali cauſa, loco relegationis temporalis, carceris pœnam expeteret, in collegii Juridici arbitrio, definitio foret utique hujus pœnæ.

Mitigantia.

§. 3. Ut in reliquis delictis, ætas, *1 ignorantia, ſtatus perſonarum, *2 ſimilia pœnam mitigant; ita & in pœna inceſtus hæ circumſtantiæ pariter attenduntur.

Præſcriptio.

Præſcribiturque hoc crimen viccennio. *3

De ignorantia

*1 MENOCH. *caſ. arbitr. 502.* THEOD. *n. 26. p. 847.* CZ. *qu. 73. n. 93. ſequ.* Præcipue ignorantia facti v. c. ſi pater incumbens cum fœmina, neſciat, filium antea rem cum illa habuiſſe. Ignorantia juris autem in caſibus non diſpenſabilibus, in linea recta ſcilicet & collaterali primi gradus inceſtu commiſſo, vix excuſat. Ceterum THEODORICUS, quod extra caſus jure divino prohibitos, delinquentes magis propter contemtum magiſtratus, quam propter verum inceſtum puniatur *p. 829. poſtm. 880. fin.* non inepte obſervat.

& Nobilitatis exceptione.

*2 Nobilitatis rationem haberi debere, ſi pœna fuſtigationis dictitanda, non nego, ſecus autem ſe res habet in inflictione pœnæ capitalis, ut recte contendit FROELICH. *II. 280.*

*3 Non quinquennio, ut alia delicta carnis THOMAS. *ſ. 36. Diſſert. Lipſ. VIII.*

De concubitu cum nutrice aut patrina.

§. 4. Cum patrinis autem & nutricibus non committitur proprie inceſtus, licet pœna carceris aut pecuniaria, hoc caſu aliquatenus, propter vulgare ſcandalum augeri poſſit.

Inceſtus a concubitu ob cognat. civil. prohibito ſeparandus.

§. 5. Tandem notandum, quod non omnis concubitus cum conſanguinibus aut affinibus in foro Proteſtantium inceſtus, noſtro ſermone: eine Blutſchande, dicatur, ſed is tantum, qui in legem divinam peccat. Nam

Nam reliqua commixtio dici ſolet debetque: concubitus contra legem eccleſiæ; nobis: eine fleiſchliche Vermiſchung in verbothenen Grad. Conſentit CARPZOV. in *juriſpr. eccl. L. II. defin.* 87. Unde prudens Judex ſibi temperare debet, ne ſeparata ac diſtincta confundendo partibus injuriam faciat. Cum vero nec in academiis, nec in judiciis eccleſiaſticis conveniat, quousque lex Dei matrimonia in univerſum inter conſanguineos, aut affines prohibeat, extra caſus concubitus in linea recta tam in conſanguinitate, quam affinitate, & inter fratres & ſorores: uſus forenſis regitur conſcientiis principum & conſiſtoriorum; an v. c. concubitum cum glore *1 ad inceſtum, an ad commixtiones carnales gradus prohibiti referre malint. Quamvis reſpectu pœnæ, æquus princeps nihilominus differentiam conſtituet inter caſus jure divino omnium doctorum conſenſu prohibitos, quos jamjam recitavimus, & illos, de quibus in æternum forte diſputabitur tam inter Theologos, quam JCtos. Nam hic habent partes probabilitatem, quam allegent, illic non habent. *2

*1 Diſtinguit THESAVR. *deciſ. C. n.* 7. cum BOERIO *deciſ. CCCXVIII.* an concubitus contigerit cum uxoris ſorore, an quis extra matrimonium ſucceſſive rem habuerit cum duabus ſororibus. Nam ex concubitu illicito extra matrimonium, inceſtum tantum committi in foro conſcientiæ. Ut proinde gravius animadvertendum ſit in maritum, uxoris ſororem carnaliter cognoſcentem, quam eum, qui extra figuram matrimonii duas ſorores vitiavit. Quam diſtinctionem tamen, ut frivolam rejicit THEODORICUS *p. 841. ſequ.* Nec ſine cauſa; cum in his controverſiis tantum inſpiciatur identitas, proximitas ſanguinis, & ejus commixtio, quæ eadem accidit, ſive ſub figura matrimonii, ſive alias coeatur. Unde ulterius collige, quod gravius quidem delinquat maritus, uxoris viventis ſororem

An concubitus extra matrimonium producat in foro identitatem ſanguinis.

An ipſe inceſtus cum glore gravior,

quid cum adulterio concurrit.

ſororum vitians, quam ſi cum ſorore mortuæ concumbit, ob concurrens adulterium cum inceſtu: verum inceſtus (ſit venia hic verbo ob dicta in §.) ipſe in ſe ſpectatus, in utraque ſpecie eſt idem, cum hic ex proximitate ſanguinis judicetur, quam hic utrinque eandem eſſe nemo non videt. Quæri & illud poteſt: an uxoris remiſſio maritum hoc caſu & adulterii & inceſtus reſpectu juvet? quod non videtur. Nam uxor quidem remittere poteſt injuriam ſibi per adulterium illatam, non vero delicta mariti reliqua in alias leges, præter leges de adulterio, commiſſa.

*2 Illud in terris B. L. notandum, quod diſpenſatio nuptiarum cum glore, hodie nec a conſiſtorio regio Hanoveræ, nec a conſiſtorio ducali Guelpherbytano in futurum vix ſperanda ſit, ut mihi certiſſima fide de utroque conſiſtorio, per ipſos dominos conſiliarios, tam ex illorum relatione, quam litteris eorundem conſtat. *vid. noviſſime* TAXIMENEM *von nahen Heyrathen. Hanoveræ A. 1734. apud Schultzen.*

HERT. p. 186.

ARTIC. *CXVIII.*

Straff derjenigen, ſo Eheweiber oder Jungfrauen entführen.

So einer jemanden ſein Eheweib, oder eine unverleumdte Jungfrau wider des Ehemanns, oder des ehelichen Vaters Willen, einer unehrlichen Weiß entführet, darum mag der Ehemann, oder Vater, unangeſehen ob die Ehefrau, oder Jungfrau, ihren Willen darzu giebt, peinlich klagen: und ſoll der Thäter, nach Satzung unſer Vorfahren, und unſer Kayſerlichen Rechten, darum geſtrafft, und deshalben bey den Rechtsverſtändigen, Raths gebraucht werden.

ARTIC. *CXVIII.*

IN Norico ad verbum Jungfrau additur: oder Cloſterfrauen.

§. I.

Digitized by Google

NOTÆ AD ARTIC. *CXVIII.*

§. 1. Agitur in textu de raptu. Requiſita ſunt 1) vis ſive reſpectu fœminæ raptæ, ſive reſpectu parentum, tutorum vel cognatorum 2) translatio de loco ad locum 3) honeſtas raptæ 4) ſcopus libidinis vel 5) matrimonii ſine conſenſu parentum contrahendi. * Sufficit tamen etiam perſuaſio doloſa, nec enim raptus hic redditur per: rauben, ſed per: entführen, dolo utique fieri poteſt. *add. cit. L. un. C. h.* *De requiſitis raptus.*

* Articulus remittit ad jus civile, quoad pœnam.

§. 2. Itaque 1. crimen raptus ſubeſt quoque in illa ſpecie, ubi raptor abduxit conſentientem puellam, modo * parentes, tutores, vel alii, quibus inſpectio commiſſa, repugnaverint, diſſenſerint.

* *Arg. l. un. C. h. t. ſ. 2. in med.* THEODOR. *qu. 879. n. 6.* Nam licet textus mentionem hujus circumſtantiæ non faciat, atque ideo ab ANT. MATTH. *p. 459. n. 18.* etiam de fœmina ſui juris exponatur, ratio tamen ſuadet, ut fœminæ extra patriam poteſtatem vel aliorum cuſtodiam conſtitutæ conſenſum omnino in pœna mitiganda attendamus. Cum in abductione perſonæ conſentientis, ſui juris & plane liberæ, nil ſubſit, quod raptum ſapiat. Atqui ceſſante raptus definitione & ſubſtantia, merito quoque ceſſare debet ejuſdem pœna. Patrium quoque noſtrum idioma ſecernit: entführen, & freywillig mit einander davon lauffen. Nihilominus ſi homo callidus, perſuaſiſſet fœminæ ſimplici, ſui juris, magnis oſtentationibus fugam, dein ſub doloſis promiſſis eandem ad concubitum in loco peregrino pellexiſſet, & mox deſeruiſſet, hac malitia accedente, propter analogiam cum raptu & concurrens crimen falſi, ſcelus fuſtigatione coerceri poſſe putarem, ni ſeductor ad matrimonium ſe offerret. *Cur fœmina ſui juris conſentiens rapta dici nequeat,* *Quid ſi hoc caſu crimen falſi concurrat.*

§. 3. Quod translationis ad alium locum mentionem fecerimus, id raptum a ſtupro violento ſecernit. * *Cur ad raptum translatio.*

* Granz aliique *h. t.*

§. 4.

Digitized by Google

Honeſtas fœminæ,

§. 4. Honeſtatis diſerte meminit textus verbis: eine Unverläumbdte. Ergo pudicitiæ favor crimen hic & aggravat, & plane conſtituit. *

* Confirmat hoc Cæſar *in l. un. C. h. t.* nam *caſtitas*, inquit, *vel pudicitia reſtitui nequit.* Conſentiunt nobis MATTH. *pag. 448.* THEODORICVS, BRVNNEMANN. apud HEIL. *tract. de defenſ. p. 381.*

et libidinis reſpectus requirantur.

§. 5. Addidimus finem, nempe: *libidinem*, cum ob civilia jura, tum propter verba textus: unehrlicher Weiſe. *

De raptu religionis, honoris, lucri cauſa.

* Unde aliud dicendum, ſi quis rapuit fœmellam, ut in ſua religione educet. GRANZ. *p. 11. p. 19. n. 53.* Item ſi in caſu affulgentis opimæ tutelæ, agnatus ab agnato auferret agnatum. Nam his ſane ſpeciebus ultimum ſupplicium ceſſaret. *vid.* CARPZ. *qu. 40. n. 28. 29.* quia tantum ſubeſt crimen extraordinarium, quod Carolina morte non punit.

De matrimonii cauſa rapta,

§. 6. Matrimonii prætextus tandem non excuſat, ne reipublicæ & parentum ſaluti nimiam cladem inferat hæc excuſationis ſpecies. Quæ deciſio de jure civili dubio caret, * nec practici eam diffitentur.

et nuptiis inter raptorem & raptam.

* Ut patet ex ſæpe cit. *l. un.* MATTH. *458. n. 16.* THEODORIC. *881. n. 10.* Interim, ſi rapta matrimonium libere eligat, raptus pœna ordinaria ceſſat, *vid.* late DECIAN. *L. VIII. c. XII. n. 46. & not. * 3. ad §. 9. ſequ.* In foro noſtro rediimus enim ad regulam Grajorum: rapta aut mortem, aut nuptias raptoris eligat. Romanorum jus adhuc ſecutus eſt DIVVS JVLIVS noſter *p. 281.* in der Kirch. Ord. Plane & mortem & nuptias CAROLVM Burgundum junxiſſe, notat SAVER in Städtbuch.

Differentia juris civil. & canonici, quidque uſu receptum.

§. 7. Interim, licet Cæſar hic ad jus civile provocet, hoc autem etiam in eum, qui matrimonii cauſa fœminam rapit, gladio animadvertat *cit. l. un.* verſic. *oportet enim:* papa tamen in *cap. pen. h.* quod in foro ſequimur, pro raptu non habet abductionem fœminæ, cum

qua

qua antea aliquid de nuptiis, utut reclamantibus parentibus, actum. Ut proinde tunc demum ultimo ſupplicio locus ſit, ſi rapta raptori nuptias ambienti conſentire noluit, nec ante raptum, nec poſt raptum. *Cap. fin. d. l.** Recte autem papa addit, quod conſenſus utrinque ſupponat jus & habilitatem conſentiendi. Unde raptorem non excuſat conſenſus puellæ, aut fœminæ conjugatæ in matrimonium.

* Nec adeo male. Nec ſequitur: fœminam etiam matrimonii cauſa rapere crimen eſt. Poteſt enim, licet crimen ſit, arbitrarie coerceri.

§. 8. Præterea, ſi raptor matrimonii cauſa conſentientem parentibus aufert, ſine dubio videndum, quis auctor eſt & primus perſuaſor facinoris, pro definienda arbitraria pœna. *Quæ præter fœminæ conſenſum videnda.*

§. 9. Mitigantia pœnam colligi poſſunt e requiſitis. Huc potiſſimum *1 referuntur. I) Si nulla nec doli *2 nec violentiæ præſumtio ſubſit. II) Si rapta conſentiat in matrimonium. *3 III) Si raptor cum rapta ante raptum concubuerit. *4 IV) Si pœnitentia ductus raptos fœmellam, cum poſſet, non cognoverit. *5 V) Si meretricem eſſe probabiliter *6 crediderit raptor VI) ob ætatem *7 16. vel 18. annorum. VII) Si inter raptorem & raptam ſponſalia etiam de futuro interceſſerint. *8 *De mitigantibus in hoc delicto.*

*1 Vid. de his THEODORICUM *p. 880. 884.*

*2 Si v. c. amantes aufugiſſent, præcipue, ſi de hoc amore jam ante fugam ſatis conſtitiſſet, vel fœmella eundem fateretur. Et hoc quoque extendit THEODOR. *d. l.* ad filiamfamilias. Nam reſpectu rapientis, ſi non vis ubique, certe tamen perſuaſio doloſa requiritur in ipſa *L. un. C. h. t.* Ut proinde inter filiamfamilias & fœminam ſui *De differentia inter fœminam coactam, ſeductam, & ſua ſponte coeuntem, & dolo rydonem deperientem.*

ſui juris, ſi nullum factum doloſum, aut violentum raptoris acceſſerit, non ſi differentia, ſed eadem ratio pœnam mitigandi. Nec enim rapere dici poteſt, qui ſua ſponte ſibi ſe adjungentem pro comite aſſumit. Manet tamen differentia in eo, quod perſuadens callide fœminam ſui juris, ſi conſentit, ab ultimo ſupplicio liberetur, non autem, qui filiamfamilias ad conſenſum per artes induxit abduxitque. Ne detur occaſio, non ſine ſummo patrisfamilias dolore, familiam corrumpendi, aut turbas moleſtiſſimas in illa excitandi. Accedit, quod in hac ſpecie, ſi non reſpectu raptæ, tamen reſpectu parentum aliquis raptus ſubſit. *add. tamen ſequ. n. III. & VII. & §. præced. 7.* Aliter ſe res habet, ſi fœmina ſui juris illecebris amantis ſe vinci paſſa eſt, & cum eodem abiit, tunc enim nemo coactus deceptusque videtur.

*3 Cum ex moribus gentium antiquiſſimis, tum e jure canonico adde KLEIN. *de favor. matrim. contrah. & not.* * *ad §. præc. 6.*

Quomodo diſtinguendum, ſi raptor ante raptum cum rapta concubuit.

*4 Hoc in genere admitti non poteſt, ſed diſtinguendum, an honeſtam ad concubitum doloſe perſuaſerit raptor, & dein fugam conſuluerit, an ipſa fœmella ad concubitum & fugam occaſionem dederit, atque ita capio THEODORICUM *p. 884. n. 20.*

De pœnitente ante concubitum.

*5 Adfert hoc mitigans DECIAN. *L. VIII. c. 7. n. 33. 34.* fundaturque in ipſa ratione *l. un. C. d. l.* Nempe in favore pudicitiæ hoc caſu non violatæ.

De fœmina meretrice credita rapta.

*6 Ita THEODORICUS *n. 21. in fin. d. l.* nec textu tamen, nec argumento, nec auctore allegato. Interim non nego, ſi raptor probare poſſet, fœminam paſſim male audiiſſe, in locis ſuſpectis cum perſonis ſuſpectis hæſiſſe, quod audiendus ſit, ſic enim fœmina non foret: Unverläumdet. Ceterum prolixus eſt circa meretricem DECIANUS *d. c. 7.* Nam *n. 10.* de diſtinctione in meretricem publicam & non publicam *n. 14.* de meretrice conjugata & non conjugata *n. 15.* de meretrice emendata & non emendata fuſe agit. Ut apud illum habeas integrum meretricum catalogum & plures claſſes.

De meretrice cum diſtinctione.

*7 Ita

*7 Ita ſimpliciter THEODORICUS; ſed DECIAN. *n. 53. c. XII. d. l.:* addit *præſertim, ſi concurrant aliæ cauſæ minuendi pœnam*; cum THEODORICO tamen ſentit papa *h. t.*

*8 Ita & aliis HEIL. *n. 3. ʃ. 381.*

§. 8. De ſociis hujus criminis & auxiliatoribus nihil habetur in textu. Igitur hoc aliunde * ſupplendum. Scilicet, qui conſilio et auxilio ad ipſum raptum concurrerunt, vel certe raptui armati abſtiterunt, capite plectuntur, reliqui pro ratione admiſſi coercentur. *De ſociorum raptus pœna.*

* Agunt de ſociis ſatis DECIANUS *c. X. d. l. per tot. &* Cæſar *L. un. C. h.*

§. 9. An fœmina maſculum rapiens, pariter capitis rea ſit, cum in lege non habeatur diſerte, in utramque partem a Doctoribus diſputari ſolet. Nobis affirmativa placet. * *De fœmina raptrice.*

* Conferatur iterum DECIAN, *L. 8. c. 7. n. 27.* qui negativam defendit. Aſt in capitali pœna jurisprudentia criminalis vix agnoſcit ſexus differentiam*:* imo magis deteſtabile videtur in noſtra ſpecie fœminæ maſculum rapientis ſcelus, quam raptus a maſculo commiſſus. Siquidem in ſequiori ſexu, præcipua quadam ratione, caſtitas & mores ad modeſtiam compoſiti requiruntur. Interim defenſor in praxi tentare poterit aleam, an inveniatur judex, qui cum ſuo SACRATISSIMO JUSTINIANO fœminarum miſereatur, propter partus periculum & alia, quæ leguntur hinc inde *in LL. Cod.* *An hæc capitaliter punienda.*

ARTIC. *CXIX.*

Straff der Nothzucht.

So jemand einer unverleumbdten Ehefrauen, Wittwen oder Jungfrauen mit Gewalt, und wider ihren Willen, ihre Jungfräuliche, oder Fräuliche Ehre nehme, derſelbig Ubelthäter hat das Leben verwircket, und ſoll auf Beklagung der Benöthigten in Aus-

 füh-

führung der Miſſethat, einem Räuber gleich, mit dem Schwerd von Leben zum Tod gericht werden. So ſich aber einer ſolches obgemeldtes Mißhandels frevetlicher und gewaltiger Weiß, gegen einer unverleumbdten Frauen, oder Jungfrauen unterſtünde, und ſich die Frau, oder Jungfrau ſein erwehrete, oder von ſolcher Beſchwerniß ſonſt errettet würde, derſelbig Ubelthäter ſoll auf Beklagung der Benöthigten, in Ausführung der Mißhandlung, nach Gelegenheit und Geſtalt der Perſonen und unterſtandenen Miſſethat, geſtrafft werden: und ſollen darinn Richter und Urtheiler Raths gebrauchen, wie vor in andern Fällen mehr geſetzt iſt.

ARTIC. *CXIX.*

EAdem ratione habetur in projectis.

NOTAE AD ARTIC. *CXIX.*

Pœna ſtupri violenti.

§. I. Stuprum violentum requirit violationem uxoris, viduæ, aut virginis honeſtæ. *1 Pœna in hac ſpecie, ſi honeſta per vim ſubacta, ſecundum articulum noſtrum eſt gladius. *2 Prout hæc expreſſe in textu definitur.

Violentus ſtuprator cur raptor: quæ pœna ejus olim in Germania.

*1 Habetur violentus ſtuprator ab Imperatore noſtro raptor; & quidem optima ratione, quod violentus ſtuprator rem inæſtimabilem, caſtitatem & pudicitiam per vim fæminæ eripiat. · Quondam mulieres ſtuprum violentum decollatione, virginis autem ſepultura vivi puniebatur: und alles Lebendige, ſo dabey geweſen, Hund, Katzen, Hühner wurden enthauptet, auch das Hauſs niedergeriſſen. *Art. 214. Landr.* ex edit. SCHANNAT.

Saxo capitale habuit etiam inhoneſtæ violentum ſtuprum.

*2 Nam in Saxonia non diſtinguitur, ſed noſcitur *Artic. 46. lib. III. Landr.* daſs jemand auch an einer Amme, und varenden Weibern Nothzucht begehe, und ſein Leben verwürcke.

§. 2.

Extra Saxoniam quid obtineat.

§. 2. Itaque cum meretrix pudorem & honorem virginem conſumſerit, adeoque nihil æſtimationis habeat, quod ipſi eripiatur. *1 nec, qui hanc ſtuprat, cum raptore comparari poſſit, ultimum ſupplicium extra Saxoniam *2 mitigatur.

Cur ibi diſtinguatur inter fœminas.

*1 Hæc vera ratio differentiæ eſt, ut textus innuit, & ſana ratio ſuadet. Interim & pro honeſta habetur, quæ vitam luxurioſam deſeruit. Modo ſtupratori de hac emendatione conſtet. FROELICH *p. 243. ſequ. p. 11.* adde *not.* *6 *ad §. 7. Artic. præced.*

Pœna regis Lotharii.

An plus hic vi cogere, an callide perſuadere.

Stuprator falſarius.

An ſtuprata ſine vi ſtuprum paſſa jure communi puniatur.

*2 In lege Lotharii I. quam *tom. 1. ſpecil. eccleſ. pag. 123. tit. 58. §. 2.* inſeruit LVNIG. leviſſima pœna decernitur in per vim ſtuprantem: *ſi quis cum fœmina in itinere fornicaverit contra ejus voluntatem, componat ſolidos XL.* Ceterum KREFFTING. *p. 53. 54. ad ſtatut. Brem.* exiſtimat: *levius crimen eſſe per vim ſtuprare, quam ſine vi aſtute perſuadere, quia ibi corpus, hic corpus & anima perduntur,* allegatque STEPHAN. *in font. jur. civ.* Quod tamen vix eſt, ut in foro criminali obtineat, cum Carolus vim requirat. Quamvis aliquando verſutus & nequam ſtuprator, qui ſingularibus technis & malitia, decepit ſeduxitque puellam innocentem, reliquis gravius extra ordinem puniri poſſit, v. c. ſi ſtuprator ſe divitem & honeſtum, cum tamen eſſet pauper & vilis, ſimulaſſet, puellamque honeſtiori loco natam ad ſtuprum perſuaſiſſet. *arg. l. 1 §. 3. de ſerv. corrupt.* Stuprata in quacunque ſpecie, ſive nolens, ſive ſeducta & perſuaſa, de jure communi a pœna immunis eſt, amittit tamen honeſtatem, habetur pro vili, ut dein fornicatio, non ſtuprum in eam committatur *l. 29. C. ad L. Jul. de adult. & ſtupr.* THEODORICVS tamen *pag. 816. ſeq. colleg. crimin.* excipit viduam, & quæ ab alio ſubacta, alii nupſit, in has enim arbitrarie animadverti. Enim vero, quæ ex *l. 29. d. t.* allegantur, aperte falſa ſunt. Non fornicatio committitur tantum cum ea, quæ palam ſe proſtituit, hoc eſt, ſecundum *l. 43.* de R. N. *quæ paſſim & ſine delectu ſe* *commit-*

committit, non quæ cum uno, aut altero rem habuit. Nec adverſatur *d. l. 29.* quippe quæ de cauponum ancillis agit, in quas ſecundum Conſtantini M. philoſophiam, impune peccabatur. Epicriſin noſtram de eadem *vid. p. 42. diſſ. de rat. decid.* Sane apud nos non domicilium, ſed mores fœminarum ſpectamus. Nec diverſorium & lupanar nobis inter ſynonyma ſunt. Et ſine vi ſtuprum paſſas arbitrarie coercemus, pluribus VOET. *ſ. 2. ad L. Jul. de adult.*

An in ſtupro violento opus utriusque partis confeſſione.

§. 3. Pro corpore delicti certo conſtituendo, criminaliſtæ exigunt utriusque partis confeſſionem * de conſummatione concubitus.

*BEYER *ſ. 6. ad h. Art.*

Unde de vi illata conſtet.

§. 4. Debet autem conſtare de coactione violenta, quæ ſæpius, cum res remotis teſtibus geratur, ancipitis cognitionis eſt, e conjecturis & circumſtantiis eruenda quippe atque indaganda.

De ventris inſpectione.

§. 5. Solet ad probationem adhiberi inſpectio ventris per obſtetrices. *1 Quod tamen non abſolutæ *2, neceſſitatis, cum aliunde violentia ſæpius magis evidenter dijudicetur.

*1 Vid. GRANZ. *P. II. p. 69. n. 14.* GVAZZIN. *tom. I. defenſ. circ. Corp. delict. cap. 6.*

Quando neceſſaria.

*2 Sed tantum, ſi v. c. puella vim paſſa, nec de conſummatione ſtupri conſtet ſatis ex illius dictis. GVAZZIN. *pr. d. l.*

Recenſio circumſtantiarum, ex quibus de vi judicandum.

§. 6. Sunt vero circumſtantiæ, unde vim æſtimamus, vita utriusque partis ante acta, item qualem ſe deinde fœmina poſt actum geſſerit, plorando, ejulando, *vid.* MASCARD. *Vol. III. de probat. concl.* 1409. *n.* 26. ſtatus moralis utpote dignitatis, divitiarum: ſtatus naturalis, ſive quodnam ſit utriusque partis robur. Dein accedit ratio temporis locique, effectus violentiæ, ut vulnera, tubera, veſtium dilaceratio * 1 & ſi quæ alia. Multum tribui ſolet & huic circumſtantiæ, quod viden-

videndum, an vim prætenſe paſſa, mox apud judicem deſuper queſta ſit, an omnia *2 tacuerit. Æſtimabit autem horum omnium probabilitatem & vim concludendi, prudens judicis arbitrium, inito cum ſingulorum examine, tum inſtituta cum reliquis collatione.

*1 Ex his de allegata violentia ejusque fide ſtatui poſſe nemo ibit inficias. Et licet pro fœminis præſumtio militare videatur, cum non appareat ullum illarum intereſſe, quare ad violentiam provocent; attamen re altius expenſa ipſarum intereſſe ut ſtuprum violentum habeatur, ſe facile prodit. Nam fœmina violenter ſtuprata, eſt ſtupratoris vitæ arbitra, cum aut mortem ipſius, aut nuptias eligere poſſit. — *Cur fœminæ vim alleganti non ſimpliciter credatur.*

*2 Urget hoc ſilentium CARPZOV. *qu. LXXV. in fin.* Sed cum conjectura per conjecturam elidatur, cauſæ hujus ſilentii illarumque vero ſimilitudo, probe explorari debent. Quid enim, ſi fœmina caſta, honeſta, in loco remoto, ubi de actu nulla probatio haberi poteſt, ab homine nullius frugis, fugitivoque, violentiam paſſa, quam præ nimia pudicitia & exinde metuendo diverſo hominum judicio, nubendi conditionem amittere verita, ſiluit, ſe non prægnantem eſſe rata; an hoc ſilentio ſibi præjudicabit? profecto non putarem. Interim in theſi cum CARPZ. ſentimus. Unde jam olim Saxo *vid. lib. II. Artic. 64. Landr.* requiſivit; daſs die Klage in der Nothzucht, gleich auf der handhafften That geſchehen ſolle. Quod ſi vero 1) diverſis temporibus vis pluries 2) in loco non adeo remoto 3) ſine nimis 4) ſine armis 5) inter perſonas diverſæ proceritatis in ſtando adeoque modo improbabili 6) ſecutis poſt concubitum de præmio diſcurſibus amicis, commiſſa dicatur (quæ ſingula quondam concurriſſe novimus, in caſu) accuſatio fidem nullam meretur. — *De ſpecie, ſi ſtuprata vim ſilet.* — *Quando vis allegatio oppido vero diſſimilis.*

§. 7. Non tamen intereſt, an ſtuprator pudicitiam per vim eripuerit, an per minas capitales extorſerit invitæ. Cum rapere & extorquere, ſi dolus & improba — *Vis & minæ capitales hic non differunt.*

Digitized by Google

ba vis accedat, juridice non differant, quicquid olim leges Romanorum alias ſubtiliſaverint. *

Subtilitas Romanorum hic.

* Quaſi in illa ſpecie, ubi quid raptum, principium agendi ſit extra eum, qui vim paſſus eſt, ubi vero aliquid extortum, principium agendi ſit in læſo, qui tandem conſenſiſſet, coactam enim voluntatem eſſe quoque voluntatem.

Quæ vis requiratur & quæ magna dicenda.

§. 8. Violentia utique debet eſſe magna, nec enim vis levis ſufficit, cum ſecundum vulgare, ſæpe ſit grata vis iſta puellis. Interim vim magnam dicerem, cui vel propter vires diverſas, vel propter armorum terrorem, ſine vitæ membrorumque amittendorum diſcrimine, fœmina reſiſtere non potuit.

Cur hic majori vi quam in tit. quod met. cauſa opus &

de vi metuque infamiæ.

* Cum hic de capitali pœna agatur, vis utique non æſtimabitur, ſicut *in tit. quod. met. cauſa*, ubi lædenti ſæpe non niſi reſtitutio rei in integrum metuenda. Quare in hoc titulo ſatis eſt rem non per judicem, ſed de facto repetiiſſe. *v. l.13. in med. d. l.* Sufficit tamen vis, non tantum, quæ in diſcrimen vitæ adducit, ſed & quæ cum periculo membri amittendi conjuncta eſt, aut cum plagis internecinis. An & vis, quæ infamiæ metum infert, ſufficit? reſpondet HUBER. ſi conjuncta ſit cum injuria reali, adfert locum ex Livio (*ſ. 2. ff. ad tit. quod met. cauſ.*) ubi Tarquinium ſic inducit Lucretiam alloquentem: Sextus Tarquinius ſum, ferrum in manu eſt, moriere, ſi emiſeris vocem. Cum mortua jugulatum ſervum nudum ponam. In ſervili adulterio necatum eſſe dicam. Aſt in hac ſpecie ubique mortis periculum ſubeſt, infamia immiſcetur tantum. Ut proinde, ſi Tarquinius ſolam infamiam minitatus fuiſſet v. c. dicendo: ſive Lucretia ipſum admitteret, ſive recuſaret, ſe nihilominus de ſtupro peracto apud omnes gloriaturum, comminatio talis non ſuffeciſſet. Secundum illud tritum: Hüte dich für der That, der Lügen wird wohl Rath. Magis dubia videtur hæc ſpecies, v. c. Titia fœmina honeſta, forte fortuna denunciatur, quaſi mediante

ante

Digitized by Google

ante veneno maritum e medio ſuſtuliſſet, ſolam in loco ſolitario aggreditur Mevius, falſum teſtimonium de veneficio multa conteſtatione minitatur, eculeum, carnificem & alia terriculamenta ipſi ante oculos ſiſtit, ni cum ipſo concumberet, conſentit præ metu Titia in concubitum. Enim vero, cum periculum hic non ſit præſens, licet Titium a pœna immunem dicerem, capitali tamen, reſpectu Mevii, locum non facerem, ſed extraordinariæ corporis quamvis afflictivæ. Quod ſi dubium judici incidat de ſufficientia violentiæ, e communi ſapientum mente in mitiorem inclinabit. Ceterum, quævis ab initio adhibita, colligi etiam poteſt aliquando ex poſt ſtuprum inter partes geſtis. Hoc refero ſpeciem ordini noſtro oblatam: accuſabatur paſtor, quod per vim ſtupraſſet uxorem mercenarii. Referebat uxor: der Paſtor hätte groſſe Gewalt gebrauchet, und ihr die Beine braun und blau geknippen. Sed in actis apparebat dialogus inter uxorem & paſtorem poſt ſtuprum habitus. Quæſiverat ſcilicet paſtor ex ſtuprata: Ob er ihr nicht hübſches Zeug zu einer Mütze kauffen ſolte? Reſponderat uxor: Ey ja, wenn der Herr Pfarrer ſo gut ſeyn will. Quis talia cum ſtupro violento conciliabit? *Species de vi falſo jactata.*

§. 9. Si fœmina per vim ſtuprum maſculo inferat, merito eidem capitali pœnæ locus eſt. Licet ſint, qui diſſentiant. * *De fœmina, quæ vi ſtuprum commiſit, maſculis non mitius habenda.*

* Sexum fœmineum pœnam capitalem non imminuere, jam obſervavimus. Præcipue in ejusmodi delictis, quæ magis tetra & magis turpia in ſexu fœmineo, quam maſculino apparent. Quare ſine ratione in mulierem vim maſculo inferentem extra ordinem tantum animadverti, tradit FROELICH. *II. p. 248.* conſentientem circa raptum allegans MENOCH. A. I. *qu. CCXCI. n. 10.*

§. 10. Concubitus cum immatura, præſumitur violentus. Punitur fuſtigatione, *vid.* THEODORICUM *pag.* 814. Ni vis adhibita, LUDOVICI *h.* Jus Dithmar- *De pœna concubitus cum immatura ſupr. artic. CXVI. §. 3.*

not. * 2 poſt med. marſicum *Art.* 127. definit ultimum ſupplicium, ſecundum quem reſponſum An. 1726. M. Jun. Supra hunc concubitum ad ſpecies veneris monſtroſæ retulimus, hic ſtupro violento addidimus, utrumque factum ex analogia. Nec enim NATVRÆ ſatis convenit, cum immatura rem habere, nec facinus ſpecie violentiæ caret. Pœna ſecundum jus civile commune, quod Carolus intactum reliquit, eſt extraordinaria *L. ſi quis aliquid* §. *nondum tit. de pœn.* FABER. L. IX. tit. VII. def. v. n. 7. ni pudenda puellæ rupta *id. d. l.* adde VALENTIN. in Novell. *medic. legal. p.* 235.

ARTIC. *CXX.*
Straff des Ehebruchs.

So ein Ehemann einen andern, um des Ebebruchs willen, den er mit ſeinem Eheweib verbracht hat, peinlich beklagt, und des überwindet, derſelbig Ehebrecher ſammt der Ehebrecherin, ſollen nach Sag unſer Vorfahren und unſer Kayſerlichen Rechten, geſtrafft werden.

Item, daß es auch gleicher Weiß, im Fall, ſo ein Eheweib ihren Mann, oder die Perſon, damit er Ehebruch vollbracht hätte, beklagen will, gehalten werden ſoll.

ARTIC. *CXX.*

Repetitio Novellæ CXVII. c. XV. IN projecto Norico §. finalis, item: daſs es auch gleicher u. ſ. w. non reperitur, ſed ſequens additamentum.

Item, begriff auch der Ehemann den Ehebrecher an dem Ehebruch, oder aber ſo ein Ehemann einem andern, ſeine Behauſung und Gemeinſchafft mit ſeinem Eheweib zum drittenmahl verboten hat, betritt darüber denſelben; in ſolcher Uberfahrung, und ſchlägt ihn aus

aus hitzigem Gemüth darob zu todt, oder auch die Ehebrecherin, die peinliche Straff wird ihm ſeines billigen Schmertzens halben überſehen. Doch wo wider einen ſolchen Ehemann bewieſen werden möchte, daſs er bey derſelbigen ſeiner ehelichen Hauſsfrauen *auch ein Ehebrecher wäre*, oder aber *den Ehebruch ſeines Weibs gewuſt*, und darüber eheliche Gemeinſchafft und *Handlung mit ihr gepfleget*, ſo hat darum gemeldte Klage oder Straffe nicht Statt.

NOTÆ AD ARTIC. *CXX.*

§. 1. Totus hic articulus ſuo modo ad jura otioſa pertinet, nec enim vel verbulum de puniendis adulteris in eo extat, ſi excipis remiſſionem ad jus civile compilatoribus non inuſitatam. * *De defectu hujus articuli.*

* *Prolixiſſima* juris civilis verſio extat in ordinatione Bambergenſi. Brevior eſt Articulus noſter in exemplo de An. MDXXI. quod jam exhibuimus. Sed in exemplo de An. MDXXIX. & hæc juris Romani translatio jam omiſſa, & generalis ablegatio ad idem jus civile ſubſtituta eſt. *De* PROIECTIS.

§. 2. Apud majores noſtros ſub gentiliſmo criminis ultio ad maritum ſpectabat, ut verberibus probe exceptam vico expelleret, omni ſpe novi hymenæi privatam. *vid.* TACIT. *de M. G. ex edit.* CONRING. *pag.* 16. Sub Francis (*p.* 114. *t. I. capit.* BALUZ) primæ ſtirpis, ad altare Dagobertus marito ſolvendo facinus componere juſſit, ſexaginta ſcilicet ſolidis, impuni cetera permiſſa violatoris alieni thori cæde. Sub ſecunda ſtirpe homicidæ & inceſtuoſi æqualiter magna *diſtrictione & correctione* corripiuntur, *Lib. V. capit.* apud. *eund. pag.* 871. nec aliter ſtatuitur in capitulari Anno 806. Caroli M. *p.* 471. *ibid.* ubi ſimul ad Evam Bajuariorum, ſive legem provocatur, quam jam ſub Dagoberto recitavimus, Exſuperarunt Francorum ſeveri- *De pœna adulterii apud gentes Germanicas.*

Digitized by Google

tatem Saxones, qui teſte WERNERO ROLEVINCKIO *Lib. I. capit. VII. de antiqu. Saxon.* cum Chriſtianorum ſacris nondum imbuti eſſent, *virginem in paterna domo conſtitutam, vel* MARITATAM *adulteratam, manu propria ſtrangulatam comburebant, ſuper ſepulchro ipſius corruptore ſuſpenſo, interdum cingulotenus veſtibus abſciſſis, per manus caſtarum matronarum flagellabant, vel cultellis punctam de villa in villam mittebant, occurrentibus indentidem novis* FLAGELLATRICIBUS, *donec interimeretur.* Omnium forte graviſſime adulteros plectebant Conſtantius & Conſtans Imperatores. Jubebant enim adulteros vel culeo inſui, vel comburi *vid. l. 4. C. Theod. quor. appellat. non recip.* VOET. §. 18. *de tranſact.* Maritus in adulterio deprehenſam retinens, adulteram ab alio dimiſſam ducens, niſi ignorantia aut incredulitate excuſatur, leno habetur. *l. 2. §. 2. & §. 6. l. 29. princ. l. 33. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult.*

De pœna forenſi adulterii.

§. 3. Hodie *1 doctrina juris communis ex mente practicorum ſic habet. 1) Ut *adulterium cum ſoluta* non committatur, *2 ſed hic concubitus ſtupri genus ſit, & maritus fuſtigetur, vel intercedente conjuge, aut alio mitigante concurrente, relegetur. 2) Conjugatæ ſolutus cohabitans gladii pœnam ſubeat, fœmina fuſtibus cæſa relegetur. 3) *Duplicatum* vero adulterium utrinque capitale ſit. Convenit conſtitutio Henrici Julii Anno 1593. d. 3. Jun. ad calcem der *Wolff. H. G. O.* & de ducatu Cellenſi Zell. Pol. Ordn. *cap. VI. p.* 2. 3. 4. Mores variorum locorum *3 pœnasque mitiores recitat STRYKIUS *in U. M. ad L. Jul. de adult. & ſtupr.*

*1 Diſputationes de ſenſu juris civilis legi poſſunt apud ANTONI-

TONIVM MATTHÆI, THEODORICVM, HENELIVM p. 275. 290. de *jur. dotal.* PETRVM FABRVM *L. III. Sem. c. 21.* NODT. *I. p. 249.* & SCHVLTING. *p. 231. ſequ.* Nos practicam, quam vocant, ex HAHNIO & STRYKIO in compendio retulimus. Ceterum ZIERIZII opinionem, quaſi *Carolus æqualitatem pœnæ reſpectu utriusque ſexus contra jus civile introduxiſſet*, inſpectio textus, & STEPHANI convellit.

*2 Confirmat hoc & civili & divino jure HVBER. *ſ. 1. in prælect. h.* CARPZOVIOQVE reſpondet. Interim, ubi lenior capitali pœna obtinet, ex opinione moderna vulgari, mariti quoque concubitum cum ſoluta pro adulterio haberi poſſe concedit. Cum alias politice & moraliter rem æſtimando, gravius omnino peccet adultera, quam adulter. Enim vero huic philoſophiæ HVBERI non ubique conſentire poſſum. Nam eſto, adulteram uxorem cum juvene fœdius & magis turpe crimen committere, quam maritum luxuriantem cum ſoluta juvencula. Inde tamen non ſequitur, quod *in hac ſpecie nonniſi e vulgi opinione adulterium*, revera autem *tantum ſtuprum ſubſit*. Nam *monogamia cum chriſtianiſmo* apud nos ſimul introducta, docente Apoſtolo 1. *ad Corinth. VII. v. 4.* conſequens eſt, ut mas æque fœminæ, atque hæc illi ſolitariam cohabitionem & ſolitarium corporis uſum polliceatur, quod utique in veteri Judæorum republica ſecus ſe habebat. Itaque, ſi maritus contra fidem conjugi datam, cum alia ſoluta, ſcilicet, rem habet, pactum fidei conjugalis utique violat, & adulterium committit. Nec aliter ſuadet vocabulum Ehebruch in vernacula. Notat enim: Ehe, idem quod legitimum, vel legitime promiſſum eſt, non violationem thori maritalis, uti quidem jus Romanum docet. Quare potius Judæorum & Romanorum philoſophiam de adulterio opinionibus perverſis, vulgaribusque accenſerem, quam jam adductam per chriſtianiſmum reſtauratam veram doctrinam. Licet non is ſim, qui *quoad* quæſtionem de pœna, *conjugati cum ſoluta concubitum, neceſſario morte piandum*

Doctrina juris civilis & judaici.

Doctrina PAVLI apoſtoli de adulteriis, & quæ in re publica Chriſtiana ſequenda.

Digitized by Google

eſſe putem. Neque vero recte infertur: mariti facinus lenius coercendum eſt, quam uxoris conjugatæ ſcelus, ergo ipſa principia jurisprudentiæ ſubvertenda ſunt, & ſimplex ſtuprum a ſoluto commiſſum cum ſoluta, cum mariti contra fidem conjugalem ſancte & religioſe datam, cum ſoluta facta commixtione confundendum eſt. Cetera MONNERUS legem Juliam cum doctrina apoſtoli conciliare tentavit *p. 167. 173. 187. tract. de matrim.*

De pœna adult. in civitatibus imperial.

*3 Præcipue ſtatuta civitatum imperialium ſat leniter adulteros puniunt, tam in ſuperiori, quam inferiori Germania. Auguſtani adulteri, ſoluta mulcta, nomen inſcribunt in das blaue Buch. Ulmenſes per aliquod tempus adulteros comedere jubent: Hafferbrey. Ut ſine cerere & baccho luxuriens venus frigeſcat.

De pœnam mitigantibus.

§. 4. Interim plura mitigantia ſimul in forum introducta ſunt. Præcipue noſcuntur 1) remiſſio conjugis expreſſa & tacita, *1 ſive adulterium, extra Saxoniam, ſit ſimplex ſive duplicatum. 2) Denegatio debiti conjugalis *2 3) Diuturnus conjugis morbus, & inde ſecuta temporaria cohabitandi inhabilitas. 4) Vita meretricia uxoris adulteræ. 5) Deficiens probatio immiſſionis *5 ſeminis. 6) Deficiens alterutrius perſonæ adulteræ confeſſio. 7) Adulterium præcedens alterius conjugis, qui alterum jam *4 accuſat. 8) Etiam aliæ circumſtantiæ, quas prudens judex arbitratur: v. c. ſi callida & ſubitanea ſeductio adfuerit, ſi philtrum propinatum, & ſi quæ alia.

De remiſſione mortui præſumta.

*1 Remiſſio præſumta colligitur etiam ex innocentis morte, ſi defunctus non queſtus, & quidem abſque diſquiſitione: utrum ſciverit adulterium, an ignoraverit. Quaſi in dubio præſumendum etiam ſcientem remiſſurum fuiſſe. Quæ remiſſionis præſumtio ex æquo extenditur etiam ad deſertorem, ſi de ejus voluntate expreſſa conſtare nequit; Remiſſionem tamen conjugis non prodeſſe, niſi conjugi, putat BRUNNEM. *cap. 9. n. 6. proc. inquiſ. U. H. ſ. 8. h. t.*

An etiam præter conjugem adultero ejus proſit.

Aliter

Aliter CARPZ. *quæſt. LV. n. 122.* ENGELB. *h.* ſecundum quos reſpondimus Anno 1722. M. Febr. cum & hæc ratio accederet: quod maritus difficilis integro biennio ſecubaſſet, adeoque adulterio occaſionem ipſe dediſſet. Remiſſio ſemel facta, nec a remittente revocari, nec eidem a conjuge nocente renunciari poteſt. Nam per remiſſionem matrimonium jure & lege ruptum, jure & lege redintegratur. Atqui matrimonium redintegratum ſemel, privatis renunciationibus, aut revocationibus denuo tolli aut rumpi non poteſt. Species Anno 1721. M. Jul. ordini noſtro offerebatur hæc: Uxor paſtoris I. W. adulterium plus vice ſimplici commiſerat, ut cuſtodiretur, paſtor miſertus perfidæ non tantum injuriam ipſi coram Conſiſtorio remittebat, ſed ſatis dabat CCC. imperialibus pro eadem, ut a cuſtodia dimitteretur. Caſtigaverat forte dimiſſam, aſperiora quævis pati meritam uxorem, hæc mox abierat ad Catholicos, literiſque ad paſtorem datis remiſſioni ſibi factæ renuncians, novumque matrimonium paſtoris arbitrio relinquens, ad eundem ſe nunquam redituram minitabatur. Quæſitum fuit: an hoc modo matrimonium cum paſtore ſolutum? quod e rationibus antea dictis cum dominis Lipſienſibus negavit ordo noſter. Accedit & hæc ratio, quod remiſſio ſpectet ad jus innocentis, cujus ſolius eſt definire: nocentem dimittere, an retinere malit. Unde SPANHEIM. *tom. III. p. 85.* verba MATTHÆI *c. V. v. 32. qui ducit dimiſſum, mœchatur,* exponit de fœmina, quæ commiſſo adulterio a marito divertit, cum tamen ab ipſo marito innocente nondum dimiſſa ſit. Sed quid obtinet, ſi adulter, aut adultera mox ab initio remiſſioni contradicat, & gladii pœnam novæ cohabitationi præferre malit. *Pr.* JENENSES An. 1688. fiat executio pœnæ gladii. Caſum refert LOBER. in *Hiſt. eccleſ. Orlamund. p. 259.* nec invita ut puto juſtitia. Nam qui ſpernit gratiam, experiatur juſtitiam. Volenti non fit injuria, plane futura conjugalis cohabitatio rationem continet, cur pœna mitiganda.

An remiſſio revocari, an illi renunciari poſſit.

*2 Extant hæc omnia apud CARPZOV. *qu. 60. 61. 62.*

FROE-

De mitigat. pœnæ ob matrimon. imperfect.

FROELICH. *P. II. pag. 229. ſequ.* In facultate tamen pro mitiori reſpondimus quoque in hac ſpecie: Titius conjugatus plus vice ſimplici rem habuerat cum uxore Mevii Caja. Pro pœna lenienda afferebantur, 1) uxorem Titii eſſe fœminam non tantum tetram, ſed ſcabie in toto corpore infectam, 2) Mevium Cajam non ſponte duxiſſe, ſed eam invito in Conſiſtorio fuiſſe aſſociatam, matrimonii uſum deinde acceſſiſſe nullum, utroque conjuge res ſuas ſeparatim curante, Caja 3) hinc inde vagante, Mevio eam conſtanter repudiante.

Quando de feminis immiſſ. videndum,

*3 Sic dicitur in ipſo textu noſtro: damit er den Ehebruch vollenbracht hätte. Unde, (licet alias MATTHÆI *tractat. de crimin.* non abs re moneat, non quod de ſpurcis non ſit digladiandum) in pœna capitali infligenda, praxi omnino reſpicitur ad excuſationes, de quibus *n.5.6.* Secus dicendum de pœna extraordinaria & leviori adulterii, quæ hinc inde obtinet. Nam hic confeſſio alterutrius veroſimilis omnino ſufficit.

mutuo adulterio.

*4 Mutuum adulterium nec divortio locum facit *c. 4. 5. X. de divort.* nec pœnæ ordinariæ, adde *c. 7. X. de adult. ibique* DD. Extra ordinem tamen arbitraria pœna coercetur. Cum ſolum civile intereſſe, reſpectu divortii ſcilicet, amittendæque dotis & donationis propter nuptias, in mutuo adulterio plene compenſetur. *l. 39. l. 47. ſolut. matr.* GONZALEZ. *ad dict. cap. 7.* criminalis autem pœna tantum minuatur. Et hæc de conjuge, quæ poſt adulterium conjugis prius commiſſum adulteravit, certa ſunt. Sed quæritur, an etiam ad eum conjugem, qui mutuo adulterio initium dedit, ſive primus adulteravit, pertineat. Ego putarem. Nam ceſſat utique in hac ſpecie, injuria atrox innocentis alicujus, cum uterque ſit nocens. Diſſent. STRYK. Interim conſentit projectum de An. 1521. Carolinæ noſtræ.

§. 5. Præſcribitur huic crimini per lapſum quinquennii, ab ultimo concubitu adulterino computandi. *

* Sunt

Quomodo tempus hic computandum.

* Sunt, qui hunc computandi terminum in dubium vocant, & computatum a primo actu facinoroſo repetendum eſſe credunt, inter quos etiam CLASENIUS noſter eſt. Enim vero magis eſt, ut doctrinam & rationes THOMASII *ſ. 15. de præſcript. bigam.* ſequamur.

Quid ſi pars altera fateatur, altera adulterium neget.

§. 6. Ceterum, ſi fœmina adulterium fateatur, maſculus neget, de jure canonico maſculus admittitur ad purgatorium, fœmina autem cenſuræ eccleſiaſticæ ſubjacet * & in foro pœnæ arbitrariæ.

* Continetur hoc *concil. Moguntin. Can. VII. pag. 18. tom. II. Spicil. eccl.* LUNIG. *& capit. V. X. de adult.* Sine dubio autem capitali reſpectu fœminæ non erit locus propter §. *4. n. 6. ſupra.* Ceterum inde concludit GONZALEZ, quod confeſſio ſocii non gravet ſocium, niſi ad purgatorium. Quod limitandum videtur, 1) niſi confeſſio in tortura facta, propter *Artic. XXXI. P. H. G. O.* 2) nec alia indicia gravia confeſſionem adminiculentur, quibus caſibus torturæ locus erit.

Quando adulterium adulteri juramento relinquendum.

§. 7. Interim, ſi nimis vehementia ſint contra negantem adulterii indicia, v. c. ſi nudus cum nuda deprehenſus: æquius & prudentius eſt exacta mulcta abolitionem concedere, quam rem adulteri conſcientiæ, quam forte nullam habet, relinquere velle. vid. LYNCK. *deciſ.* 466.

De jure occidend. adulterum. vid. Reſponſum II. infr. in actuario.

§. 8. Privata occidendi licentia non adducitur in textu noſtro, habetur tamen in projecto de Anno 1521. ubi diſerte dicitur, quod propter juſtum dolorem, parcendum ſit occiſori legitimo marito, quæ ratio, cum perpetuæ veritatis ſit, in praxi omnino attendenda eſt, imo licentia hæc repetitur infra Artic. CL.

Pœna civil. adulterii.

§. 9. Eſt & civilis pœna adulterii, quod adulter donationem propter nuptias, adultera autem dotem & paraphernalia amittat, *vid. V. M. §. 14. ad L. Jul. de adult.* Sed placet commentarium hujus Articuli in gratiam

Digitized by Google

tiam defenſorum adulterorum mitigantia conquirentium relatione notabilis caſus in margine finire. *

Caſus de adultero dimiſſo ſingularis. * C. de Moulin vir dignitatis conſularis in ipſa juſtitiæ ſancta curia W. adulteria commiſerat ſequentia (1) cum uxore C. Aheni (2) cum uxore G. Marquardi (3) cum uxore Z. Arndii (4) cum uxore Rapſaci Tilei, additis in complementum effuſiſſimæ ſalacitatis, duobus ſtupris cum ancillarum pari commiſſis. Quam putas, lector, homini pœnam decretam fuiſſe? ℞. ſat lenis: Relegatio a facultatibus G. & E. Verum rationes decidendi expectas? Dabo (1) erat, quia omnes mariti C. G. Z. R. adulteria condonaverant uxoribus ſuis (2) quia hi iidem ſimul interceſſerant pro conſule (3) quia una adulterarum erat meretrix (4) quia prima uxor conſulis deceſſerat uno adulterio jam ab illo commiſſo, nec tamen queſta erat, ut proinde mortuæ remiſſio præſumeretur (5) quia conſulis uxor ſecunda, quam poſt commiſſa omnia adulteria duxerat, pro ipſo intercedebat (6) quia conſul dicebatur de civitate meritus & alias bene vixiſſe (7) quia conſul habebat octo liberos legitimos (8) quia ſperanda ipſius emendatio (9) quia allegabatur ſeductio lenæ (10) quia conſul crimina ſua ſponte confeſſus (11) provocabatur ad conſilia FICHARDI *Vol. I. conſil. 65. Vol. 2. conſil. 114.* quaſi apud ſolos Saxones adulterium capitale eſſet. Nos his rationibus non immorabimur, judicium de iiſdem relictum ſit lectori. Speciem de vidua, quæ vivente marito cum CVII. maribus rem habuit, refert CARPZOV. LXII. *n. 69.*

Quid ſi adulterium in diverſis locis repetitum. §. 10. Tandem videndum, quæ pœna obtineat, ſi adulterium pluribus in locis, ubi diverſimode punitur, commiſſum? Reſpondimus A. 1731. M. Jun. v. Br. obtinere in hac ſpecie pœnam loci illius, ubi ſeverius, quam in reliquis, punitur. Unde, ſi quis Lubecæ, Hamburgi, & Lipſiæ adulterium commiſit, obtinet pœna Lipſienſis, quæ capitalis, & lubecenſi, hamburgenſi mulcta longe atrocior. Ratio dubitandi videri poterat adulterio ſemel

mel Lubecæ, & repetita vice Hamburgi commiſſo videbatur conjugium ruptum, fractum; ut Lipſiæ de novo rumpi, nec ein Ehe-Bruch admitti poſſit. Rat. decidendi: Atqui adulterium rumpit tantum conjugium reſpectu innocentis, cujus in poteſtate eſt, velitne infidelem in gratiam recipere, an repudiare. CARPZ. *qu.* 52. *n.* 15. *ſequ.* BERGER. *elect. proceſſ. matrim. theſ.* 52. BRUNNEM. *jur. eccleſ.* II. 17. 22. Ergo noſter adulter etiam Lipſiæ revera adulterium commiſit, & in pœnam adulterii Lipſienſis incidit, æque ac in pœnam Lubecenſem, Hamburgenſem. Atqui delinquens plures pœnas meritus, afficitur atrociori, *arg. Artic. CLXIII.*

§. II. Alii dictum adulterii repetitum & continuatum, pro uno collectivo habent, ut puniri debeat, ſicut in loco, ubi prima vice commiſſum. Alii putant, omne adulterium, ſi adulter habet certum domicilium, puniri ſemper, ut in foro domicilii. Nam quia pars læſa ibi habitat, ibi cenſeri, terminari & conſummari. vid. HERT. *l.* I. 186. ex Covarruvia. Quæ omnia tamen plus ſpeculationis & ſubtilitatis, quam juris & rationis habent. Nam 1) plures adulterini concubitus ſunt revera plura adulteria, per adulterii definitionem, adulterium ibi conſummatur, ubi carnalis commixtio conſummatur, non alibi. Diſſenſiones DD. in hac quæſtione.

ARTIC. *CXXI.*

Straff des Ubels, das in Geſtalt zweyfacher Ehe geſchicht.

So ein Ehemann ein ander Weib, oder ein Eheweib einen andern Mann, in Geſtalt der heiligen Ehe, bey Leben des erſten Ehegeſellen nimmt, welche Ubelthat dann auch ein Ehebruch, und gröſſer, dann daſſelbige Laſter iſt; Und wiewohl die Kayſerlichen

Recht auf ſolche Ubelthat kein Straff am Leben ſetzen: So wollen wir doch, daß welcher ſolches Laſters betrieglicher Weiß, mit Wiſſen und Willen, Urſach giebt, und vollenbringet, daß er nicht weniger, dann die Ehebrüchtigen, peinlich geſtrafft werden ſoll.

ARTIC. *CXXI.*

Secundum projectum pœna bigamiae eſt arbitraria.

IN Norico Articulus hoc modo recitatur: Item, ſo ein Ehemann ein ander Weib, oder ein Eheweib einen andern Mann in Geſtalt der heiligen Ehe, hey Leben des erſten Ehegeſellen nimmt, welches denn ſolcher Miſſethat mit Wiſſen und Willen Urſach giebt und verbringt, derſelbe iſt nach Sage der Rechte ehrloſs, verfällt den halben Theil ſeines Guths, und mögen Richter und Urtheiler dazu durch ihre Erkänntniſs um mehrer Furcht und Fürkommens willen des Ubels, dieſelben betrüglichen Perſonen eine Zeit im Kercker, auch ferner am Leibe ſtraffen, als nemlich an Pranger, oder Hals-Eiſen ſtellen, mit Ruthen aushauen, und das Land verbieten, alles nach Gelegenheit und Geſtalt der Perſonen und Sachen. Und wiewohl an vielen Orten Gewohnheit, daſs das gemeldte Ubel mit dem Waſſer zum Todt geſtrafft wird, wir auch wohl erkennen, daſs ſolches eine faſt ſchwere ſträffliche Miſſethat iſt. Dieweil aber unſere Vorfahren und unſere gemeine Kayſerliche Rechte deshalb keine Todesſtraffe ſetzen, wollen wir dismahl auch keine Todſtraffe darauf ſetzen. Doch, wo eine ehrliche Frau, oder Jungfrau durch ein Mannsbild, mit mehrgemeldten Ubel, durch Überkommen fleiſchlicher Wercke und deshalb in ihrem ehrlichen Leymuth, oder Entwendung anderer ihrer zeitlichen Haab und Güter betrogen und verletzt, auch ob durch einen Thäter beſtimmete Miſſethat mehr, dann eins verbracht,

verbracht, und durch ſolche angezeigte, oder andere beſchaffene Umſtände, das Ubel dermaſſen beſchwert und ermeſſen würde, daſs darum die Straffe unſerer Vorfahren und unſer gemeinen Kayſerlichen Rechten nicht widerwärtig wäre, ſo möcht dieſelbig Todtſtraff mit Rath der Rechtverſtändigen auch gebraucht werden.

NOTAE AD ARTIC. *CXXI.*

Pœna bigamiæ de jure ff.

§. 1. Primo quæſtio eſt de jure civili ejusque bigamiæ pœna. Diſtinguendum hic inter jus *ff.* & *C.* illo jure bigamia mariti cum ſoluta ſtupri genus habebatur; cum nulla hic thori alieni violatio. Mulier bigama erat quidem adultera, attamen tantum extra ordinem coercebatur PAPINIANI ætate, *l. miles* §. *mulier ff. h. t.* vid. MATTH. & HVBER. ad ff. h. t.

De jure codicis eſt controverſia.

§. 2. Quod attinet C Imperator Diocletianus *l.* 2. *C. de inceſt. nupt.* & *l.* 18. *h. t.* bigamiam prohibitam eſſe dicit, maritumque bigamum infamiæ pœna notat. Conſtantinus M. autem *l.* 30. *C. h.* ſacrilegos nuptiarum ultore gladio perſequitur. Atqui talis ſacrilegus videtur etiam eſſe bigamus, vel bigama. Unde PETRVS FABER, MATTHAEI, *vid.* THOMAS. diſſ. *de crim. bigam.* & BROWERVS *pag.* 410. *de jure connub.* pœnam capitalem fuiſſe commemorant. Viciſſim HVBERVS in præl. *n.* 8. *h.t.* & *n.* 5. *adj. tit. de publ. jud.* STRYK. §. 35. *h. t.* THOMAS. §. 70. d. l. ut & Imperator in hoc *articulo CXXI.* jure civili capitis pœnam in bigamos ſtatutam fuiſſe negant. * Dici tamen ſolet: VALENTINIANVM bigamiam lege publica permiſiſſe. Aſt hoc convellit FEURET. *tom. II. p.* 73. *ſequ.* THEODOSIVS & ARCADIVS ab eadem etiam arcuerunt Judæos *l.* 7. *C. de Judæis.*

 * Ver-

* Verba enim: *ſacrilegos nuptiarum*, non Conſtantini M. ſed a Triboniano aliunde deſumpta eſſe, vid. THOMAS. d. l.

Obſcura pœnæ definitio h.

§. 3. Ceterum articulus noſter pœnam bigami aliquatenus obſcure definit.

Quæ in articulo clara, quæ obſcura.

§. 4. Nam licet hæc, 1) quod ad eſſe polygamum requiratur, ut alteri ſocietur, qui jam * 2 conjugem habet, 2) ut hæc ſocietas contrahatur mediante vero matrimonio, * 3 (in Geſtalt der heiligen Ehe) 3) ut crimen ſit (ſine dubio: concubitu) conſummatum &c. * 4 ſatis clare dicatur: attamen reliquus ſermo de collatione cum adulterio (verbis: ſchwerer denn ein Ehebruch) item de pœnæ genere (verbis: nicht weniger denn die Ehebrüchig an peinlich) tantum non in puteo latet * 5

Unde obſcuritas articuli.

* 1 Obſcuritatem tribuo mutationi & correctioni textus. Nam in projecto anni 1521. omnia in aperto & aprico jacent. Nihil ibi de comparatione cum adulterio, nihil de vocabulo ambiguo & ancipiti: *peinlich*. Sed evidens pœna: poſitionis ad numellas, fuſtigationis & publicationis dimidiæ partis bonorum. Allegatur quidem delicti gravitas, daſs ſolches eine faſt ſchwere ſträffliche Miſſethat, daſs es einiger Orten mit dem Waſſer geſtraffet werde. Sed additur, daſs, weil in Kayſerlichen Rechten keine Todes-Straffe darauf geſetzt, man diſsmahl auch dergleichen darauf nicht ſetzen wolle. * Deinde Legiſlatorem lenitatis pœnituit quidem, ſed obſcure pœnituit. Siquidem in novo exemplo ordinationis, *Anni* 1532. quod jam proſtat, aſſeritur: Es ſey ſchwerer, denn das Laſter des Ehebruchs, item, es ſoll nicht minder peinlich beſtraffet werden.

An bigamia & quare gravior adulterio

Quare autem gravius ſit adulterio non adjicitur, nec pœnæ ſpecies exprimitur. Licet pro gravitate demonſtranda dici poſſit, 1) quod hic ſubſit illuſio eccleſiæ & publici 2) adulterium continuatum 3) impieque per impetrationem hierologiæ, pro ſtatu laudabili venditatum. Imo 4) moribus noſtris præter adulterium concurrat deſertio malitioſa.

Laus Henrici Julii noſtri.

Unde laudo Henricum Julium Ducem quondam noſtrum

noſtrum, quod dubia ſuſtulerit, & pœnam capitalem gladii diſerte ſanxerit. Quod exemplum & alii alicubi legislatores imitati ſunt. Apud Catholicos bigamus etiam contra religionem peccat, dum ſacramenti rationem violat. FEVRET d.l. WIESTNER. *tit. de bigam. non ordin. n.5. & L.V. p.205.*

*2 Ergo ſoluta perſona, cujuscunque ſexus ſit, conjunctæ perſonæ ſe aſſocians, huc non pertinet, nec bigama dici poteſt. BLUMLACHER. *h.* STEPHAN. *pr.h.* Nec aliter textus verbis: Ehe-Mann, Weib, quicquid dicat CZ. *pr.crim. qu.66.* Plane WESENBEC. *ad ff. h.* ne quidem perſonam conjugatam in hac ſpecie polygamam dicere ſuſtinuit, quod e textus generalitate convellit ZIERIZ. *h.* & v.c. marito ſolutam ſuæ conjugi ſuperinducenti, capitale ſupplicium dictitat. Solutus aut ſoluta conjugatam perſonam ſibi aſſocians non fit bigamus.

*3 Hic ne quidem diſſenſus eſſe poteſt, cum ita ſuadeat ipſum bigamiæ vocabulum. Proinde excluduntur deſponſatæ perſonæ, impotentes, item plene ſeparatæ.

*4 Concubitum non requirit MOLLER. *P. IV. Conſt. Elect. XX.* merito notatus a STEPHANI *h.*

*5 Circa vocabulum: *peinlich*, dubium primo videtur, an intelligenda capitalis. Sane Imperator fatetur in projecto de An. 1521. quod de jure civili pœna capitis non ſtatuta, nec ipſe eandem ſtatuere voluerit. Interim, cum adulterium ſit ſuo modo jure civili capitale, & bigamia capitalis erit ex mente Cæſaris, ſecundum ordinationem præſentem An. 1532. propter verba: nicht minder denn daſſelbe Laſter. Item: gröſſer denn daſſelbige Laſter. Unde colligeres: bigamiam ex mente Cæſaris puniri debere pœna adulterii eminentiori & atrociori, quæ ſecundum *Auth. hodie C. h.t.* mors eſt. Interim, cum Cæſar *ſupra Art. CIV.* Aber in Fällen, da unſere Kayſerl. Rechte nicht zulaſſen, jemand zum Tode zu ſtraffen, haben wir in dieſer und des Reichs-Ordnung auch keinerley Todes-Straffe geſetzet, aſſerat, non omne dubium tollitur circa pœnam Carolinæ capitalem. Quippe quæ diſerte, uti quidem Artic. CIV. Expoſitio vocis: peinlich.

requi-

requirit, hic non decernitur. Sed quæritur, an uxor bigama pariter, ut maritus, facinus capite luat. Et non videtur, cum adultera de jure civili morte non puniatur. Interim DD. reclamant ZIERIZ, STEPHANI, BLVMLACHER. *& alii h.* Neque ſine cauſa, cum polygamia muliebris, ut in juris naturæ diſciplina docetur, turpitudine ſua non tantum æquet polygamiam virilem, ſed plane ſuperet eandem. Ut proinde uxor, cum e principiis juris naturæ, tum e principiis Cæſaris noſtri, qui polygamiam gravius crimen, quam adulterium ſtatuit, nec doctrinæ juris civilis Romani in æſtimanda polygamia adhæret, non mitius punienda ſit ipſo marito polygamo.

Bigamiæ pœna uſualis & ejus mitigantia.

§. 5. Pœna Bigamorum certe uſu forenſi ordinaria eſt gladius. *1 Mitigatur tamen varie. 1) Si bigamus in probabili de vita conjugis ſuperſtitis verſatur ignorantia. *2 2) Si perſona deſerta a conjuge, ex imbecillitate humana bigama facta. Idem dicendum videtur de perſona innocente, quæ propter crudelitatem, vel morum alterius intolerabilitatem, ſeparata eſt quoad thorum & menſam, aut cujus conjux in pœnam promeritam in perpetuum ad operas publicas condemnatus. *3 4) Pertinet huc quoque interceſſio conjugis innocentis. *4 Item ea ſpecies 5) ubi bigamus nondum cognovit priorem conjugem innocentem. *5 Ulterius 6) pœna minuitur, ſi unum ex requiſitis v. c. vel copula ſacerdotalis, vel carnalis deſit, vel primum matrimonium nullum, *6 vel *7 moraliter ſolutum, vel præſcriptum *8 ſit accuſationi.

Olim mitior decreta.

*1 Ita enim de praxi teſtantur omnes commentatores, nec aliter Dn. THOMAS. *n. 72. Diſſert. de crim. bigam.* Quamvis hic uſus forenſis non fuerit perpetuus. Nam quondam Scabinos Lipſienſes bigamis fuſtigationem dictitaſſe, refert SPECKHAN. *cent. 1. qu. 70.*

*2 Nam ad omne crimen requiritur dolus, dolus autem præ-

præſupponit ſcientiam. Opus tamen eſt, ut ignorantia probetur. Quæritur, an etiam bigami juramento probari poſſit? Reſpond. Affirmando, ſi aliæ conjecturæ v. c. diuturna abſentia, rumor publicus &c. concurrant. THEODOR. *p. 857. n. 13. 14.* Cur ignorantia excuſet, & quomodo probetur.

*3 Deeſt & hic ſuo modo dolus, deeſt conjugi deſertori, crudeli, vel propter commiſſum facinus ad perpetuas operas publicas condemnato, malitioſe per bigamum illata injuria. Adeſt e contra cauſa matrimonium diſſolvendi, licet nondum diſſolutum ſit, ceſſat prioris matrimonii uſus, nempe extinctio libidinis. Ergo continere ſe non valens, cum remedium ipſi ſine ſuo facto, alterius culpa ſublatum ſit, veniam meretur. Unde ne quidem fuſtigationi locum hic fecere Lipſienſes *n. 64. qu. LXVI. apud.* CZ. ſed relegationi. De bigamia ejus, cujus conjux deſertor &c.

*4 Sane hic mihi videntur omnes rationes, quæ circa remiſſionem conjugis innocentis, ad effectum mitigandæ pœnæ adulterii, adferuntur a CARPZ. *qu. LV.* recurrere. Adeſt 1) hic favor conjugis innocentis, 2) ſublata eſt per remiſſionem facta illi injuria. Ergo & deciſio eadem recurret. Rejiciunt quidem remiſſionem hanc idem CARPZOV. *d. l.* STRUV. *Ex. 49. ſ. 35.* GRANZ. *P. II. p. 363. n. 360.* CLASEN. *h.* HAHN. *ad W. h. n. 8.* Sed cauſæ communiter adduci ſolitæ, 1) quod hæc remiſſio in jure non expreſſa, 2) quod bigamia gravius crimen adulterio ſit, rem non conficiunt. Nam 1) non probanda eſt interceſſionis hujus ADMISSIO, verum ejus propter analogiam cum doctrina de adulterio EXCLUSIO, ſiquidem & hic injuria facta innocenti & favor innocentis, ceu jam diximus, æque ſubſunt, uti in adulterio, ut proinde merito interceſſio eodem ubique effectu gaudere debeat. Deinde 2) licet bigamia ſit facinus adulterio gravius, magis tamen reſpiciendum ad favorem innocentis, quam ad gravitatem ſceleris, aut malitiam nocentis. Conſentit BEYER *h.* Nec movemur rationibus 1. 2. 3. 4. *not.* *1. *ſ. 1. præced.* Nam 1) & in adulterio ſcandalum eccleſiæ ſubeſt. Deinde 2) in adulterio etiam continuato, ſive ſæpius de remiſſione conjugis innocentis etiam ad bigamiam extendenda.

 pius

pius repetito 3) in illo adulterio quoque, cui acceſſit impia promiſſio de ducenda adultera, poſt mortem innocentis, remiſſioni locus eſt. Ergo & in polygamia, quæ ejusmodi adulteriis reſpondet. Quæ 4) adducebatur: DESERTIO, in Polygamia præter adulterium concurrens, pariter remiſſionem non excludit, cum in condonanda deſertione non tam de ſalute publica, quam de jure condonantis ſeu remittentis agatur & quæratur. Atqui quilibet jus ſuum remittere poteſt.

Cur opus conſummatione primi matrimonii.

*5 Sic enim non adeſt bigamia perfecta, cum bigamus cum priori conjuge nondum ſit factus una caro *vid. c. 7. de converſ. conjug.* Atqui in pœnalibus matrimonium ſupponi debet in ſenſu naturali, ut ſit revera conſummatum. Eadem applicanda ad duos priores caſus. *n. 6. ſeq.*

*6 Huc refer, ſi perſona conjugi impotenti juncta bigamiam committat.

Aliæ ſpecies bigamiæ non aperte doloſæ.

*7 Si perſona innocens poſt adulterium ſui conjugis, ex tædio ante cognitionem cauſæ, alii ſe jungat. *vid. præj. apud* GRANZ. *d. l. II. 363.* Nam non tantum ipſum actuale divortium, ſed & cauſa divortii ſola attendi debet, in hac de pœna capitali quæſtione. Imo extraordinariam decernendam cenſuit etiam ordo noſter M. Dec. 1725. in ea ſpecie, ubi inter inquiſitum & uxorem primam cohabitatio jam per aliquot annos ceſſaverat, & maritus operas ſuas alio in loco, uxor viciſſim aliis in locis locaverat, bona utriusque gratia.

Præſcr. bigamiæ pœnæ.

*8 Quinquennio ſcilicet, uti ſolide probat THAMAS. *pecul. Diſſert. inter Lipſ.* Computandum tamen a diſſolutione ſecundi conjugii, alias eo durante adhuc, præſcriptio non currit, ſed crimen continuatur.

Recenſio pœnarum variarum exterorum, & germanorum.

§. 6. Pœnas variorum locorum ſingulares, vid. *apud* VOET. h. t. §. 4. *n.* 6. *d. l.* Hiſpani ſtigma bigamo inurunt: Q Quod errori pragmaticorum tribuit COVARRVVIAS *de matrim.* Revera enim inurendum fuiſſe numerum 2 ex mente legis, pro quo impericam manum ſubſtituiſſe Q. PAVARVS, * PALATINVS

TINVS, TYROLENSIS, MORAVVS, BOHEMVS, SAXO, MAGDEBVRGICVS, HAMBVRGVM, LVBECA bigamum gladio, aut ſuffocatione in aqua puniunt. FRISII & BAMBERGENSES hominem pœna fuſtigationis dimittunt.

*Bayeriſche Malefiz-Ordn. *T.* VIII. *art. 3.* ubi pœna aquæ. Tyrol. Ordn. *fol.* CXXVIII. Pfaltz Malefitz O. *Tit.* XXXI. Statut. Hamb. IV. XXX. 31. Böhmiſch Stadr. *p. 479.* Magdeb. Policey O. *tit.* LXIX. *§. 17.* Dithmar. Landr. *Art. 129.* LONDINI vir qui 17. uxores duxerat, & ſententia d'old Baily ſtigmate in manu notabatur. A. 1721. ut in novellis publicis relatum. Apud DANOS *L. VI. jur. Dan. Cap. 13. n. 22. 23.* polygamus & polygama regno exeſſe jubentur. Romæ M. Decembr. a. 1731. uxor trigama, juſſu tribunalis inquiſitionis aſino impoſita per urbem ducta, a carnifice virgis cæſa, tandem cuſtodita eſt. Quodſi vero bigamia utrinque commiſſa, inter conjugatum ſcilicet & conjugatam, homo capite plectendus eſt. Singulare præjudicium e PISTORII *conſil.* allegat THEODORICVS *p. 855.* Scilicet nobilem contraxiſſe ſponſalia cum A. dein iniiſſe nuptias cum B. pronunciaſſe Lipſienſes: Nobilem dignitatis & nobilitatis jacturam feciſſe, poſſeque cogi, ut relicta conjuge, rediret ad ſponſam primam. De Bavaria &c. de Anglia de Dania & Italia.

ARTIC. *CXXII.*

Straff derjenigen, ſo ihre Eheweiber oder Kinder, durch böſes Genieß willen, williglich zu unkeuſchen Wercken verkauffen.

So jemand ein Eheweib, oder Kinder, um einigerley Genieß willen, wie der Nahmen hat, williglich zu unehrlichen, unkeuſchen und ſchändlichen Wercken gebrauchen läſt, der iſt Ehrloß, und ſoll nach Vermögen gemeiner Rechten, geſtrafft werden.

ARTIC. *CXXII.*

IN Norico incipit Articulus: So jemand ſein Eheweib

oder

oder Tochter auſſerhalb der Ehe, um einigerley Genieſs u. ſ. w. in fine autem pœna diſertius exprimitur: und ſollen mit Ruthen ausgehauen, und des Landes verwieſen werden.

NOTÆ AD ARTIC. CXXII.

Pœna lenonis patris aut mariti.

§. 2. Agitur de lenocinio patris & mariti, patrique & marito lenonibus pœna infamiæ dictitatur, quoad reliquam coërcitionem fit relatio * ad jus civile.

* Hoc jure etiam infamia notabantur lenones, quod tantum hic confirmatur, & quidem juſtiſſime.

Requiſita lenocinii hic.

§. 2. Ad hoc crimen requiritur 1) dolus *1 malus 2) lucri *2 intentio 3) conceſſio *3 actuum turpium & libidinoſorum, *4 conſummatio ſceleſtæ libidinis, ut textus docet. Pœna eſt capitalis *5 reſpectu patris & mariti lenonum.

Leno non doloſus lenius habendus. Exempla horum.

*1 Quod exprimitur verbo: WILLIG. Mitius itaque agendum cum eo, qui tacuit ex cauſa, v. c. metu non improbabili amaſiorum potentium, crudelium, item & neceſſitate, v. c. quodſi æger maritus lecto decumberet, nec uxoris effræni malitiæ reſiſtere poſſet. Item, ſi propter ſpem emendationis tacuiſſet, & qualemcunque caſtigationem adhibuiſſet *U. M.* STRYK *ſ. 40. h.*

GENVSS quid in articulo notet.

*2 Diſerte iterum in textu: um einerley GENVSS willen. Non opus, ut præciſe quæſtus in pecunia conſiſtat, ſed quodlibet emolumentum ſufficit, aut commodum, quo leno ex lenocinio fruitur potiturque, unde nec commodum voluptuarium edulia, potus, commeſſationes &c. excludantur. Sed an commodum honoris, huc pertinet, v. c. ſi quis hodiernorum Mæcenatum dormiret in gratiam hujus, vel illius OCTAVII, ut ad ſplendidius munus admoveretur. R. Ex mente Imperatoris utique pertinet, nam in tali ſpecie ſubeſt quoque: einigerley Genuſs, ſcilicet vile lucrum, amplior ſparta, honor ſine gloria. Interim quilibet OCTAVIVS facile tuebitur ſuum MÆCENATEM. Quod ſi vero pater, aut maritus gratis luxurio-

Digitized by Google

curioſam filiæ, & uxoris vitam diſſimulat, extraordinariæ tantum locus eſt. CARPZOV. *qu. 71. n. 43.* Imo jure civili *l. 29. ʃ. 2. 4. h. ff.* diſſimulatio gratuita pœna vacat. Ni maritus adulterum in facinore deprehenſum dimiſerit, & adulteram in matrimonio retinuerit. *princ. d. l. 29.*

LASSEN quid in articulo.

*3 Imperator utitur formula: gebrauchen LASSET. Atqui: laſſen noſtro idiomate, non notat ejusmodi facinus tantum, ubi ipſe leno actualiter exhibet victimam libidinis, & aliis proſtituit, ſed quoque conniventiam ſubdolam, ut proinde ſufficiat, ſi pater, aut maritus ſciens volens, cum prohibere, & ab ædibus arcere poſſet fœdos hircos venerisque mancipia, nihilominus eadem, cum filia, aut uxore, nefandi lucelli cauſa, peccare ſinit, atque rem cum illis habere patitur.

Lenocinium cœptum.

*4 Alias enim lenocinium eſſet, tantum lenocinium attentatum, in quod arbitrarie ſolummodo animadvertendum eſt.

*5 De marito lenone agitur *l. 29. ad L. Jul. de adult.* de parentibus nil peculiare occurrit. Interim mens noſtri Cæſaris perſpicua eſt, & præjudicia extant apud CZ. *qu. 71. d. l.*

An omnis pecuniæ acceptio faciat lenonem, & de ignorantia.

§. 3. Illud ulterius notandum, quod huc non pertineat ea ſpecies, ubi maritus *1 & pater luxuriam non concedunt initio, ſed deinde tantum, pro omittenda denunciatione munuſculum accipiunt. Audiuntur quoque maritus & pater, non improbabilem ignorantiam allegantes. *2

De marito ſilente diſſimulante.

*1 Maritum, qui poſt ſcientiam adulterii, pro ſilentio acceperat: Brod und Speck, item alium, qui pecunia ſumta tacuerat, in perpetuum relegarunt *Jenenſ. p. 862. n. 22.* apud THEODORICUM, ſolum temporale exilium, ſi gratis injuriam tacuiſſet dictaturi *ibid.* Imo ſi maritus, comperto adulterio, uxorem objurgat, & facinori indignatur, hodienum, licet tacuerit, a pœna ſecundum *d. l. 29. ʃ. 2. 4.* immunis eſt. *vid. præjud. n. 35. qu. 71. apud.* CARPZ. Quæ omnia facile quoque ad parentes ſocordes applicantur.

Digitized by Google

*2 Ita non tantum analogia Jurisprudentiæ criminalis ſuadet, ſed quoque textus in *l. 29. pr. h.*

De tranſactione ſine lenocinio permiſſa.

§. 4. Recte etiam a pœna abſolvitur maritus, qui poſt pœnam ab adultero ſumtam, ratione civilis intereſſe cum eo tranſigit. CLARVS *qu.* 18. *num.* 11. Imo & eum, qui ab alio ante ſponſalia ſecum contracta imprægnatam duxerat, & dein re comperta tranſactione de alenda prole adultera inita tacuerat, carcere tantum puniendum cenſuit collegium noſtrum a. 1720. verſus W. Nec enim hic ulla lenocinii doloſi ſpecies ſubeſſe videbatur reſpectu mariti novi, qui ante nuptias vitiatam, ut ſibi jam grandævo & feneſcenti adjutu veniret, retinere malebat.

An adultero deprehenſo, ſi quid ab eo extorſum, detur reſtitutio in integrum

§. 5. Tandem quæri ſolet: utrum in adulterio deprehenſo, ſi marito minanti aliquid dederit, vel promiſerit, mortem veritus, aut inſigne malum ex *tit. quod met. cauſ.* ſuccurratur? Diſtinguit STRYK. *V. M.* §. *XI. dict. tit.* an vilis adulter, an illuſtris deprehenſus. Ut huic ſuccurratur, quia occidi non potuit, non autem illi, quia occidi potuit. *1 Minus recte, ut facile patebit *l.* 7. 8. *quod met. cauſ.* quæ cuilibet *2 in quolibet ſcelere deprehenſo ex capite metus ſuccurrunt, diligenter conferenti.

Quod Strykio diſtinguenti reſpondendum.

* Ergo concludit STRYK: hic de jure metuit malum aliquod, aut mortem. Ergo metum ſuum allegare nequit, Enim vero hanc objectionem removerunt jam VLPIANVS & PAVLLVS auctores *dd. ll.* 7. 8. *v. l.* 7. verbis: *timuit enim mortem vel vincula, potuit enim vel* NON JVRE *occidi, vel ideo juſtus fuit metus.* Scilicet miſcuit STRYK duos vocabuli: JVSTI ſignificatus: Notat: JVSTVS enim vel idem quod: SVFFICIENS vel id, QVOD JVRE fit. In *tit. quod met. cauſ.* tantum prior ſignificatus attendi debet. Nec ulla vis concludendi ineſt *l. 22. ʃ. 3. ff. ad. L. Jul. de adult. Si marito fas eſt adulterum injuriis afficere*

afficere, quia ipſi fas eſt eundem occidere d. l. 22. n. 3. *Ergo marito fas quoque erit ab adultero per metum quid extorquere*, ut STRYK argumentatur. Nam argumentum, quod ab occiſione ad injurias, tanquam a majori ad minus ducit PAPINIANUS *in d. l. 22.* ULPIANUS & PAULLUS in quæſtione, an a ſceleſto deprehenſo quid extorquere liceat, aperte rejiciunt *dd. ll. 7. 8.* dict. verſic. TIMUIT ENIM & in *l. 8.* verſic. *ſed hoc ſolum eſt, quod hic accipit metu mortis illato.*

*2 Hoc facile conſtat e *d. l. 7. 8.* ubi non tantum *adulter*, ſed etiam *fures*, & *ſtupratores*, a quibus aliquid ne *proderentur*, *occiderentur aut vincula paterentur*, extortum. Atqui nullus ſtuprator deprehenſus de jure occidi poteſt. Itaque minime hic excutiendum, utrum deprehenſus occidi potuerit, an non potuerit, ut STRYKIUS perſuadere voluit. In ſcelere deprehenſo nil extorquendum.

ARTIC. *CXXIII.*

Straff der Verkuplung, und helffen zum Ehebruch.

Nachdem zum dickermahl die unverſtändigen Weibes-Bilder, und zuvor die unſchuldigen Mägdlein, die ſonſt unverleumdte ehrliche Perſonen ſind, durch etliche böſe Menſchen, Mann und Weiber, böſer betrieglicher Weiß, darmit ihn ihr Jungfräulich oder Fräuliche Ehre entnommen, zu ſündlichen, fleiſchlichen Wercken gezogen werden, dieſelben boßhafftigen Kupler und Kuplerin, auch diejenigen, ſo wiſſentlicher gefährlicher und boßhafftiger Weiß ihre Häuſer darzu leyhen, oder ſolches in ihren Häuſern zu beſchehen geſtatten, ſollen nach Gelegenheit der Verhandlung und Rath der Rechtsverſtändigen, es ſey mit Verweiſung des Lands, Stellung in Pranger, Abſchneidung der Ohren, oder Aushauung mit Ruthen, oder andern geſtrafft werden.

Digitized by Google

ARTIC. *CXXIII.*

Concordat impreſſum cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *CXXIII.*

De reliquis lenonibus, quæque reſpectu pœnæ attendi debeant.

§. 1. Sequitur reliqua lenonum ſex. *1 Pro illorum pœna determinanda reſpicitur 1) fœmellarum corruptarum honeſtas, *2 2) malitia lenonum, *3 damnum inde in ſeductas *4 & publicum reſultans. Sexus non habetur ratio in ſeducente, ille quoque ſeducere cenſetur, qui domum nefandæ operæ accommodat. Ex his definit Imperator pœnam, aurium abſciſſionem, *5 fuſtigationem, relegationem, & ſimilem *6 proportionatam.

De noxietate publica lenocinii.

*1 Turpiſſima ſane turba, ut JUSTINIANUS in *Novell. XIV.* eam publico ſiſtit, quæ Novella pro intelligendo & abominando hoc crimine omnino magiſtratus, præcipue Chriſtiani, lectionem reiteratam & practicam practicatam meretur. Nam quæ damna ex lenocinio in rempubl. redundent, vix ſatis exprimi poteſt. Addendus eſt JUSTINIANO PHILIPPUS MORNÆUS in tractatu Gallico ſub titulo: *quod Religio Catholica perdat ſtatum,* conſcripto *p. 87. ad 96.* Ubi, ſi non ex lenocinio, certe ex lenocinii effectu, ſeu moribus libidinoſis, per modum connexionis mathematicæ, tantum non omne malum in rebus publicis deducit.

Diſtinctio lenonum in illos, qui honeſtiores corrumpunt, & qui minus honeſtiores deteriores reddunt.

*2 Verbis: unſchuldige, ſonſt unverläumbte, ehrliche. Nam reliquis, qui ſua ſponte in venerem fœdosque amplexus ruunt, non opus eſt malorum illice, ſeu lenone. Nec ſeduci dici poſſunt, quæ jam proprio motu in omne libidinis genus prolapſæ ſunt. Licet nec impunis ſit, qui auget malitiæ gradum, & opem fert illi, quæ nativa indole, vel aſſumta conſuetudine, in præcipitia luxuriæ fertur. Interim magis tamen miſeranda illarum ſors, quæ innocenter corrumpuntur, & acerbior pœna in harum inſidiatores decernenda.

*3 Sa-

Digitized by Google

*3 Satis hæc deſcribitur ab Imperatore JUSTINIANO in *Novell. XIV.* ſcilicet lenones circumibant regiones & loca varia: & quaſi venaturam exercebant miſerarum puellarum, munuſculis oblatis illas ineſcabant, plane ſponſores accipiebant, ut meretrices apud lenones remanerent, quamdiu his viſum eſſet &c. Non multum ab antiquis recedunt hodierni lenones, imo, cum hodie facilius, quam olim per literas commercia exerceantur, nec hoc commodum negligunt noſtri ſeculi lenones, ſemperque novæ ſuccedunt flagitioſæ artes, novaque ſcelerum inventa. De malitia lenonum veteri & hodierna.

*4 Damnum quidem ordinarie reſpicit fœminarum ſeductarum honeſtatem, & ex illa æſtimatur. Interim & publicum commodum hic quoque attendendum omnino. Unde licet leno tantum famoſas meretrices alat, honeſtas fœminas autem plane non curet, nihilominus, ſi maritis conjugatis proſtituat has publicæ libidinis victimas, fuſtigari poteſt, adde CARPZ. *n. 62. 70. d. l.* quæ pœna & ad illum extendenda, qui lue venerea infecta ſecum habet armenta, quæ late contagia agunt, & v. c. milites præſidiarios eodem malo corrumpunt. Unde tali caſu oblato, virgis cædendam judicavimus lenam quandam H. Varia damna publica a lenonibus. Unde puniendi.

*5 Quod pœnæ genus in Academiis vix decernitur a ICtis, inter milites autem adhuc in uſu eſt, & deſertoribus imminet. De uſu abſciſſ. aurium.

*6 Pro gravitate, aut lenitate admiſſi, ſcandalo, aut damno dato, malitiæque gradu, ut jam vidimus, optimum remedium ſunt ergaſtula, ubi habentur, ſive publicum commodum, ſive emendationem lenonum privatam reſpiciamus. Quæ pœna lenonum optima.

§. 2. Contra lenones lenasque agi etiam poteſt civiliter, ut ſolvant id, quod civiliter intereſt *arg. tit. ff. de ſerv. corrupt.* V. c. ſi miles a præfecto ſuo cariſſimo pretio conſcriptus per lenonem ſeductus in proſtibula lue venerea infecta irruit, ibique corruptus, ad operas militares inhabilis redditus eſſet. Quando contra lenones etiam civiliter agitur.

Digitized by Google

De Kupleris proxeneticis nuptiarum quæſtiones variæ.

§. 3. Cæſar tantum hic agit de KVPLERIS ad ſtuprum & libidinem, ſed dantur etiam Kupleri & Kupleræ ad matrimonia procuranda. Quærunt itaque Dd. 1) an Kupleri appellatio *1 locum faciat actioni injuriarum? 2) An contra Kuplerum, pauperem pro divite, corruptam pro pudica, lue infectam pro ſana adducentem, læſo detur actio *2 de damno injuria dato? 3) An plane pœnis *3 ſubjaceant Kupleri, qui malis perſuaſionibus honeſtorum liberos cum aliis infelici matrimonio conglutinant?

Quodnam horum honeſtius nomen.

*1 Quod recte affirmat WEHNER *h. v.* Nam licet matrimoniorum conciliatores aliquando ſint viri honeſti, eccleſiaſticis, vel aulicis dignitatibus conſpicui; hi tamen minime gentium dicuntur: KVPLERI, ſed: Freywerber, Vermittler, Beförderer, vel plane: patroni optimi maximi, die ihren Client durch Beförderung einer guten Heyrath, zum Dienſte, zum Brodte, zu Ehren und zu einer Frauen geholffen, adeoque ipſum, ſecundum VIRGILIVM MARONEM: terque quaterque beatum reddiderunt. Kuplerorum autem nomen probroſum & ignominioſum illorum eſt, qui temerario auſu & per calumniam promiſcue, quemvis cum quavis jungunt copulantque infelici hymenæo.

De actione ad id, quod intereſt, contra hos.

*2 Negat quæſtionem, auctoribus CVRTIO, PECKIO, COTHMANNO, BESOLDVS verbo: Kupler. Modo Kuplerum bona fide egiſſe conſtet. Reliqua enim circumventum ſuæ facilitati imputare debere. Alias, ſi ſecus factum, doluſque Kupleri ſubſit, quæſtio affirmanda. vid. CAVALCAN. quem laudat SPEIDEL. h. v. conf. *l. 2. de proxen.* & HERT. in parœmia: alle Freyer reich, alle Gefangene arm. Mundium certe, Kuplerum, qui Mundlingam ſuam ſciens volens nepoti obærato adduxerat, ad id, quod intererat, condemnavit ordo noſter Anno 1728.

*3 Affirmat itidem Speidel dict. l. nec ſine cauſa; modo parentum culpa abſit.

Artic.

ARTIC. CXXIV.

Straff der Verrätherey.

WElcher mit boßhafftiger Verrätherey mißhandelt, ſoll der Gewohnheit nach, durch Viertheilen zum Tod geſtrafft werden: wäre es aber ein Weibs-Bild, die ſoll man ertrâncken. Und wo ſolche Verrätherey groſſen Schaden oder Aergerniß bringen möchte, als die, ſo ein Land, Stadt, ſeinen eignen Herrn, Beth-genoſſen, oder nahen geſipten Freund betreffe, ſo mag die Straff durch Schleiffen, oder Zangenreiſſen gemehrt, und alſo zu tödtlicher Straff geführt werden.

Es möchte auch die Verrätherey alſo geſtalt ſeyn, man möchte einen ſolchen Miſſethäter erſtlich köpffen, und darnach viertheilen, daß Richter und Urtheiler, nach Gelegenheit der That, ermeſſen und erkennen, und wo ſie zweiffeln, Rath ſuchen ſollen. Aber diejenigen, durch welcher Verkundſchafftung Richter oder Obrigkeit die Ubelthäter zu gebührender Straff bringen möchten, das mag ohne Verwirckung einiger Straff geſchehen.

ARTIC. CXXIV.

IN Norico verba: Es möchte auch die Verrätherey alſo geſtellet ſeyn, expreſſa ſunt: Es möchte auch die Verrätherey ſo wenig böſer Umſtand haben, man mögte u. ſ. w.

NOTÆ AD ARTIC. CXXIV.

§. 1. Proditio æſtimatur a Cæſare 1) ex damni 2) ex ſcandali magnitudine. * 1 Ordinariam * 2 pœnam conſtituit reſpectu maſculorum ſectionem * 3 in partes, quoad fœminas autem ſuffocationem in aqua. Quodſi vero quis provinciam, aut urbem, aut dominum ſuum prodat, * 4 e quali proditione reipublicæ ingens damnum metuendum, vel cum maximo ſcandalo ſub-

Quæ pœna proditionis & quomodo hæc diſtinguenda.

ditus

ditus dominum, conjux conjugem, vel alius proxime ſanguine ſibi junctum prodat, in terrorem aduſtio candentibus forcipibus, vel certe raptatio per traham ad locum ſupplicii, dictæ pœnæ addenda eſt.

*1 In verbis: gröſſer Schaden, oder Aergerniſs.

*2 Scilicet illo caſu, ubi civis concivem prodidit, aut univerſitatem, civitatem minorem, ut contextus demonſtrat.

Vetus pœna proditionis. *3 Provocat Imperator ad conſuetudinem verbis: der Gewohnheit nach u. ſ. w. Antiquitus, teſte TACITO *de M. G. c. 12.* proditores ex arboribus ſuſpendebantur. Deinde autem in ſuperiori Germania in partes ſecari cœperunt, ut ex B. RHENANO *p. 119.* conſtat. Sane, ſi quis concivem unum, aut alterum prodat, hodie vix ultra pœnam gladii proceditur, niſi proditus acerbiori mortis genere periiſſet. **Quæ in illa ſpectanda.** Imo duo potiſſimum videnda 1) quodnam damnum acciderit prodito, reparabile, an irreparabile, magnum, an parvum, & dein 2) cui proditio facta. Nam, ſi quis civem civi, furi licet & raptori, prodat, ne quidem capitali pœnæ indiſtincte & ſine participatione de præda locus eſſet. *vid. infra Artic. CLXXVII.* Si vero latroni, aut alii innocentis inimico, quem innocentem certo occiſurum eſſe proditor novit, proditio facta, certe homicidio ſecuto, *vid.* DECIAN. *L. VII. c. 29. n. 14.* capitis omnino reus foret ejusmodi ſceleratus. Plane, ſi hoſti publico proditio fit, facinus conſpirationis & criminis læſæ majeſtatis ſpeciem continet, ut merito ultimum ſupplicium decernatur in reum, vel ſuſpendii DECIAN. *L. VII. c. 31. n. 13.* vel certe gladii. Imo ſecundum articulum noſtrum ſectio, aut in Saxonia *vid. lib. II. Art. XIII. ſpec. Sax.* pœna rotæ. Conſentit *Art. CXV. jur. Suev.* qui tamen proditoribus accenſet falſum accuſatorem.

*4 Ad graviores proditionis ſpecies referuntur: provincias, urbes, aut dominos prodidiſſe. Duæ priores ſpecies ſunt evidentes, ultima judicatur per verba: ſeinen eigenen Herren. GOBLERUS exponit ſimpliciter: *dominum.* REMUS: *principem, magiſtratum, feudi dominum*; ZIE-

RIZ:

RITZ: *principem*, nec aliter BVLLÆVS, STEPHANI retinet paraphraſin REMI. Alias: Eigen Herr, apud nos notat: *dominum hominis proprii*, verba autem ſeinen Herren, indicare ſolent: dominum, cui ſubſunt famuli mercenarii ex locato conducto. Quid ergo hic ſtatuendum? quæ expoſitio ſequenda? Reſp. ſecundum contextum: Stadt, Land, Herr, Bethgenoſs, oder nahe geſipten Freund, opinabile eſt, rectam eſſe interpretationem GOBLERI de domino in genere, ut princeps: der Landsherr dominus directus, herus, & dominus proprius ſimul intelligantur, adeoque pœnæ ſectionis in partes in his omnibus ſpeciebus ſit locus. Quamvis, qui magiſtratum, qui feudi dominum, qui dominum ſuum, cui pro mercede ſerviit, prodit, ut occidatur, ut a prædonibus, aut incendiariis opes ipſius rapiantur, comburantur, tanquam improbior homicida, trahæ imponi, & ad locum ſubeundæ gladii pœnæ rapi, vel cum incendiario complice igne comburi poſſit. Nec enim uſus fori præciſæ ſectioni in partes inhæret. Nec idem jubet ipſe Imperator.

Quid notet in textu: ſeinen eigenen Herrn.

*5 Repeterem hic in praxi diſtinctiones, de quibus not. præc. *3 verſicul. imo duo.

§. 2. Addit Imperator, quod caſus obveniens * aliquando ſuadere poſſit, ne rigor diſſectionis vivi adhibeatur, ſed ut cadaver miſeri, jam gladio amputato capite, demum in partes ſecetur.

Mitigantia pœnæ.

* Quod inſinuatur his verbis: Es möchte auch die Verrätherey alſo *geſtaltet* ſeyn u. ſ. w. vel clarius in projecto Anni 1521. Es möchte auch die Verrätherey ſo *wenig böſe Umſtände* haben u. ſ. w. Remittuntur quoque judices in hoc projecto ad conſilium prudentum in caſu dubio. Diximus autem de his mitigantibus jam in not. * 3 ad §. 1.

Unde deſumenda.

§. 3. Tandem concludit: quod illi, quorum miniſterio & exploratione, magiſtratus ſcelera facinoroſo- rum

Quid dicendum de exploratoribus magiſtratus.

rum pro infligendis deinde promeritis pœnis, indagat, extra omnem cenſuram conſtituti ſint. *

An & criminis ſocius aliquando criminis explorator licitus ſit.

* Articulum hunc de miniſtris magiſtratus, vel certe de illis, qui ipſi crimini proditionis non impliciti fuerunt, explicarunt hactenus GOBLERUS, REMUS, ZIERIZ, STEPHANI, CLASEN & alii. Interim recte extenditur eadem impunitas ad ipſos quoque criminis ſocios, ſi unus illorum pœnitentia ductus, cumque nemini adhuc damnum illatum, molimina, conatus, conſilia &c. futuræ proditionis magiſtratui denunciat. Licet hoc non ex articulo noſtro, verum ex *l. 5. §. 7. C. ad L. Jul. Maj.* imo ipſa ſana ratione probetur. Sed cur (inquiens) Cæſar hic quæſtionem adeo domitianam, & prope ridiculam de exploratoribus (Rügemeiſtern) publicis hic movet & definit? Reſpond. ut obviam iret malis Germanorum moribus, quibus criminum commiſſorum indices in ſcholis, academiis & aulis inter proditores & homines peſſimos eſſe ſolent. Ut conſtat exemplis der Rügemeiſter, Fiſcalium, bidellorum & reliquorum.

Cur de his Cæſar egerit.

De homicidii proditoribus.

§. 4. Tradunt inſuper criminaliſtæ & aliud proditionis genus, quod per ſe veluti non ſubſiſtit, ſed cum cæde alterius concurrit. Unde homicidium proditorium illud dicunt. Definiunt hoc: homicidium per inſidias ab eo factum, qui ſimulabat amicitiam, * nullo præcedente rumore. Sed talis proditio magis pertinet ad argumentum homicidii, quam ad hanc tractationem.

* Unde concludunt, quod inimicus inimicum per inſidias licet occidens, homicidium proditorium non committat, cum inimicus occiſus potuerit prævidere futuram vindictam. Vſum non tantum in exaſperanda pœna, ſed quoque in doctrina de aſylis quærunt, quaſi eccleſiæ homicidæ inimico aſylum præbeant, non autem homicidæ amicitiam ſimulanti. GUAZZINI *Defenſ. I. n. 40. ſequ.* Quamvis GOMEZ *tom. III. c. 3. n. 5. var. Reſol.* recte teneat, quod

quod etiam inimicus per fraudes, technas & inſidias occidens, pœnam gladii ſuſtineat qualificatam, cum tractione ignominioſa, ad locum ſupplicii.

§. 5. Imo omnis proditio, vel per ſe crimen conſtituit, vel tanquam adminiculum cum alio concurrit. De illa agit Artic. CXXIV. de hac artic. CLXXVII. puniuntur ſcilic. pro ratione delicti, quod prodendo adjuverunt, modique, quo idem factum. **Diviſio proditionis.**

§. 6. Ceterum rectius huc referuntur delicta Magiſtrorum militum, qui contra ſcientiam & conſcientiam, aliquid in commodum hoſtis agunt, vel omittunt. **Species proditorum in bello.**

* v. c. Die Veſtung ohnnöthig übergeben, das Lager verdächtig veranſtalten, Proviant und Ammunition ohne Urſach verſchwenden, u. ſ. w. FROELICH. *p. 94. P. II.* dieſen ſetzet THEODORICUS bey: die die Armee verlaſſen, ſelbige an gefährliche Orthe, wo der Feind auflauret, hinführen, Kundſchaffter, die ihre Geheimniſſe dem Feind offenbahren *pag. 598. Coll. crim.* Junge his LUNIG. *in Corp. jur. milit. in indice verb.* VERRÆTHEREY, item, *Auſgabe der Veſtung.* Ex ſententiis judiciorum militarium im Anhange *pag. 228. ſeq. 382. ſeq. d. l.* colliges hodie: die ohnnöthige Ubergabe der Veſtung gladio, Verrätthereyen laqueo coërceri. Jus canonicum clericum proditorem degradari jubet ab officio. *Can. clericus diſtinct. XLVI. ibique gloſſ.* In der *Reuter-Beſtallung Anno 1570. Art. 25.* prohibetur, tanquam res proditoria, omne commercium literarum militum cum hoſte ſine præſcitu ducis: bey Leibes-Straffe. Ceterum monet BEYER *ad artic. XLII.* male in Carolina omitti proditionis definitionem. Ex mente Cæſaris hic proditor eſt: qui principis, domini & concivis ſalutem prodit hoſti illorum. Olim & hujus loci erant, qui ſine diffidatione bellum ordiebantur. *vid.* DATT. *I. XV. c. fin.* Quibus ſuppoſitis non adeo neceſſum erit, pluribus adhuc de definitione diſputare velle cum BEYERO. **Per exempla. De pœna proditoris clerici canonica. Monitum Beyeri de defectu articuli.**

Art.

Digitized by Google

ARTIC. CXXV.

Straff der Brenner.

Item, die boßhafftigen überwundenen Brenner ſollen mit dem Feuer vom Leben zum Tod gericht werden.

ARTIC. CXXV.

Nihil hic inter projecta & impreſſum diverſi animadvertitur.

NOTÆ AD ARTIC. CXXV.

Pœna incendiariorum & requiſita.

§. 1. Pergit Imperator ad incendiarios, *1 & illis, qui 1) doloſe *2 incendium commiſerunt, 2) facti ſui convicti *3 ſunt, vivicomburium *4 minatur. Plura non adduntur brevi huic & duræ ſanctioni.

Qui hic conſulendi.

*1 Pertinent huc LUBLER, SPECKHAN, MEYER, GLÆSER, LINCK, BOCER, BECHMANN, *& alii de incendiis.* BERL. *p. IV. concl. 24. 25.* DOEPLER *556.*

De incendio culpoſo.

*2 Nam ſi culpa alicujus incendium exortum, tenetur quidem incendiarius ad reſtitutionem damni, cetera autem arbitrarie tantum coercetur pro gradu negligentiæ, carceris, relegationis & mulctæ pœna. *vid.* STRYK. *in Diſſert. de incend. caſual.* Obſerva, incendii culpoſi jure communi non eſt certa pœna. *v. l. 7. §. 3. de pact.* PAUL. *p. 436. 300.* apud SCHULTING. *l. 9. l. XI. ff. h. t.* Definit autem Rex Georgius I. A. 1710. vid. in fin. edict.

Pœna incendii non diſtinguit.

*3 De indiciis ſupra dictum ad Articulum 42.

*4 Adeo, ut nec ſexus, nec dignitas, nec affectus animi vehementior, nec damni dati exiguitas, nec locus, quod in pago, vel ruri ſeparatim habitantis ædes aliquis incenderit, nec quod propriæ domui ignem ſubjecerit, nec quod prima vice delinquat, nec quod quis per alium incendium commiſerit, vel ſimilia excuſent. Nam Imperator perſpicue in univerſum doloſos incendiarios comburi jubet, nec ad jus civile, quod reſpectu dignitatis & loci

Digitized by Google

loci diſtinguit, provocat. Conſentiunt interpretes Carolinæ omnes & poſt alios THEODORICVS *p. 1064. n. 6.*

§. 2. Reſtant tamen adhuc dubia, 1) an loci plane penitus nulla *1 ratio habenda, nec illo quidem caſu, ubi tuguriolum v. c. in vinea combuſtum, 2) an nullum diſcrimen inter Brenner & Mord-Brenner, hodierna praxi. *2 Annon reſpectu loci diſtinguendum.

*1 Ita ſentire videntur BLVMLACHER *ad h. art.* CLASEN. *h. verſic. Neque ulterius &c.* CARPZOV. *qu. 28. n. 28. 29. 30. ſeq.* Sane, quamvis intra urbem & pagum non ſit diſtinguendum, nec v. c. qui ſeorſim habitantium ædes, vel molendina aliaque hominum habitacula inhabitata accenderit, ullam veniam mereatur, attamen circa exemplum a nobis propoſitum omnino mitius pronunciandum. Ceſſat enim ratio, quæ præcipue incendium inter horrenda crimina refert, periculum ſcilicet ædium adjacentium, vitæque hominum. Unde nec facile capitali gladii, ſed extraordinariæ v. c. pœnæ fuſtigationis locus eſſe poterit hoc caſu. *vid.* THEODORICVM *p. 1070. n. 11.* Accedit, quod jus civile jam olim ita diſtinxerit, & quaſdam combuſtiones ad privatum delictum de damno injuria dato, non ad judicia publica retulerit, *vid. Inſtit. tit. ad L. Aquil. §. 13. verſ. ſi quid enim. l. 28. §. 12. de pœnis.* Nec vero ſimile ſit, quod Imperator noſter in hoc articulo tacite hanc diſtinctionem rationi ſatis conformem ſuſtulerit. Quid Dd. hic ſentiant, & quid ſentiendum.

*2 Sic putat BEYER. *§. 3. ad hunc articul.* addit tamen PRÆMEDITATVM SVBSECVTO effectu, non admittit differentiam der Brenner und Mord-Brenner. Interim THEODORICVS *p. 1064. n. 6.* reſpectu incendii ATTENTATI 2) reſpectu incendii PARVI actualiter excitati, diſcrimen admittit. Neque vero negari poteſt, quod conductitia & mercenaria qualitas delictum aggravet, ut vel ex doctrina de homicidio ſimplici & aſſaſſinio conſtat. Quare 1) incendiarius publice profeſſus: Ein Mord-Brenner, pœnam gladii recte ſubit, licet præ- An & quatenus diſtinguendum inter Brenner & Mordbrenner.

ter profeſſionem factam, nullum amplius factum, vel attentatum acceſſerit CARPZ. *P. IV. conſt. 17. def. 7. ibid. præjud. add. Eund. qu. XXXIIX. num. 11. 12.* Deinde 2) cum ejusmodi incendiarius, profeſſus humani generis hoſtis, apud illos, ad quos mittitur, merito habeatur, & inſuper & homicida, & aſſaſſinus &c. jam in ſpe ſua malina præconcepta ſit, generatim quoque in quocunque incendio actualiter ſuſcitato, vivicomburium ſuſtinet, alius autem ſimplex incendiarius, ſi tale incendium fuerit, unde nec homines perierunt, nec perire POTVERVNT, nec præter incenſa, aliis rebus damnum datum fuit, aut dari potuit, non æque, idem THEODOR. *n. 8. 9. 10. d. l.* licet gladio feriatur. Agnoſcit hanc differentiam jus Saxon. *L. II. art. 13.* Die Mordbrenner ſoll man radebrechen, den Brennern ſoll man das Haupt abſchlagen. Jure Germanico antiquiori legibus WERINORVM SAXONVMQVE veterum, incendiarius tantummodo reſtitutione tripli damni dati puniebatur. *vid.* LEIBNIT. *Tom. I. rerum Brunſuic. pag. 79. & 84.*

Quænam hic mitigantia.

§. 3. Mitigantia referuntur 1) ſi culpa incendium commiſſum *1 2) ſi fatua & delirans *2 intentio ſubfuerit 3) ſi incendiarius nondum ſit pubes *3 4) ſi pœnitentia ductus materiam uſtilem ſuppoſitam, *4 ſua ſponte iterum amoverit 5) ſi res accenſa *5 leniorem pœnam ſuadeat, ceterum 6) extinctio ignis etiam ſtatim ab initio & antequam alicui damnum illatum, ab aliis facta, incendiario non prodeſt ad pœnam temperandam. *6

*1 Quod ultra fuſtigationem non punitur CARPZ. *P. IV. Conſt. 17. def. 12.* imo regulariter mitius.

*2 Cujus tantum non ridiculum & lepidum exemplum adducit CARPZ. *qu. XXXIX. n. 10.*

*3 Hanc mitigandi cauſam tantum non omnes tradunt. Interim incendiarius gladio plectitur, ſi malitiæ capax eſt.

*4 Quod concedo, ſi quis materiam removet re adhuc integra

Digitized by Google

tegra- COLER. *deciſ. 186. n. 2.* Alias, ſi ſuſcitato incendio homines ad reſtinguendum convocat, deciſio judicis arbitrio relinquenda eſt, qui attendet, an, & quale damnum dein dederit, FROELICH. *p. 118. verſic. aber die N. O.* Capitalis tamen pœna gladii in hac ſpecie non ceſſabit. Utut accuſatus non ſit: ein Mordbrenner, ſed tantum: ein vorſetzlicher Brenner, *vid.* THEODORIC. *pag. 1070.*

*5 Ut jam vidimus *not.* *1 *ad §. præc.* Refert. huc BERLICH. *P. IV. concl. 24. n. 43.* qui lupulorum palos metasque fœni incendunt, quibus tantum arbitraria pœna dictitanda. Modo ejusmodi res non prope adjaceant ædibus. Nam ſic per indirectum & quaſi per inſidias, incendens periculoſum facinus videretur committere voluiſſe.

*6. *Vid.* SLEVOGT. *p. 20. Diſſert. de incend.* Pleraque mitigantia anno 1731. concurrebant in ſpecie ſequenti: juvencula annum ætatis agens XVII. titionem, mandante & plagas minante noverca, tecto ſubjecerat, dein flammam conceptam, antequam notabiliter nocuerat, ope aliorum extinxerat. Dicebatur cetera fœmina imbecillis, & ob perpetuos capitis dolores ſtupida. Concluſum fuit per decennium in ergaſtulo cuſtodiendam eſſe ad interrogationem obotritorum.

§. 4. Circa incendium culpoſum quæri ſolet, cui incumbat probatio, & annon ipſi denunciato. Sane jure civili videtur, de ædium inhabitatore * 1 non bene præſumi, ut proinde in ipſum probandi onus redundet. Jus Saxonicum aliter decidit. Non inepte forſan dicitur, quod quidem *contra inhabitantes præſumtio ſit*, cum plerumque incendia ſint effectus negligentiæ, interim hanc præſumtionem, in criminali judicio non plus operari, quam ut *judex poſſit progredi ad inquiſitionem contra inhabitantes*, & ſcrutari prudenti ratione ex circumſtantiis, quomodo caſus acciderit; non autem, ut ab illis, propter hanc præſumtionem

De præſumtione & probatione incendii culpoſi in judicio criminali, &

nem ſolam exigere poſſit, ut evidentiſſime innocentiam demonſtrent; ſed inquiſitione facta, dein nulla amplius præter hanc præſumtionem, alia conjectura & circumſtantia concurrit, quæſtioni locum faciat, *juramento purgatorio inhabitantium* merito ſtandum erit. *2

*1 Obſerva *: de inhabitatore,* non præciſe: von dem Hauſswirth ſelbſten, ſed in genere de familia inhabitante *vid.* HERT. *cit. l.*

in judicio civili.

*2 Adde Dn. THOMAS. *in prælect.* HVBER. *ad ff. tit. ad L. Aquil. §. 7.* HERT. *Centur. I. paræm. 22.* Sed quid de probatione in judicio civili dicendum? Reſp. MEV. *ad jus Lub. III. VIII. 1. 20.* actorem probare debere rei culpam. SANDIVS *III. VI. IX.* jus in facto poſitum, dicit, ut tamen abſolutum fuiſſe referat piſtorem, qui cum pilopœo ædes conduxerat, quæ concremaverant. Nec enim locatorem probare potuiſſe hominis factum culpoſum, quamvis nec piſtor ſuo aſſerto, quaſi ſcintillæ e vicina domo braxatoria ejectæ incendio cauſam dediſſent, fidem facere potuiſſet. Ut proinde SANDIVS revera conſentiat MEVIO.

Concluſio ex dictis.

Sane inhabitorem, 1) quia regulariter præſens eſt incendio, 2) quia plerumque incendia culpa inhabitantium exoriuntur, diligentiam ſuam merito probare debere ſecundum ſanam rationem dicendum. Interim, ſi in probatione deficit, nec tamen actor hominis culpam valde veroſimiliter docere poſſit, præſumtio generalis, quæ contra inhabitantem militat, eliditur jurejurando purgatorio, ut mos judiciorum in doctrina de præſumptionibus recepit. Tandem de pœna der Brenner ſingulare habetur *in ſtat. Colonienſ. pag. 443. apol. elect. Colon.* Diebſtahl und Brand ſoll gleich zu Cölln mit dem Galgen geſtrafft werden.

ARTIC. *CXXVI.*

Straff der Räuber.

Ein jeder boßhafftiger, überwundener Räuber ſoll

ſoll nach Vermög unſer Vorfahren, und unſer gemeiner Kayſerlichen Rechte mit dem Schwerdt, oder, wie an jedem Ort in dieſen Fällen mit guter Gewohnheit herkommen iſt, doch am Leben geſtrafft werden.

ARTIC. *CXXVI.*

IN Norico in fine non dicitur, ut in impreſſo: doch am Leben geſtrafft, ſed ſimpliciter: geſtrafft werden.

NOTAE AD ARTIC. *CXXVI.*

§. 1. Senſus Articuli planus eſt, & perſpicuus: * 1 omnis prædo confeſſus, aut convictus, debet quidem ad normam juris Teutonici, * 2 juris civilis, & juris provincialis, ſemper tamen capite * 3 plecti. **Pœna raptorum mors.**

* 1 Sunt, qui putant, Imperatorem hic ad pœnas juris civilis provocare. *vid.* BESOLD. *Theſ. pract. verbo: Raub.* Sed id ſimpliciter dici nequit, ſuſtulit enim potius Imperator tacite diſtinctiones prædonum, de quibus *l. 28. §. 10. de pœn.* ſcilicet an ferro, an ſæpius, an in itinere graſſati eſſent, & generatim OMNES prædones verbo: ein jeder, capitis damnari*: doch am Leben*, juſſit. Provocationis ſimplicis ad jus civile exemplum ſupra adfuit Artic. CXVIII. hic autem ad Germaniæ & provinciarum jura peculiaria diſerte ſimul reſpicitur, & pœna capitalis definitur. **An & de jure civili, & quid Carolus hic mutaverit.**

* 2 Conſtat alias, quod olim, usque ad tempora Alberti II. (qui Anno 1438. faidas in univerſum prohibuit, & auſtregas ſubſtituit. *T. II.* LUNIG. *R. A. p. 53. n. 25. p. 56. §. darauf*, curamque inveterati mali ſerio aggreſſus eſt) graſſationes & robariæ, ſi modo non contra tabulas fœderis, nec contra treugas ad tempus initas, non contra pacem Dei cum certis hominibus conclusam, nec absque prævia clarigatione exercerentur, ad licitos acquirendi modos ſpectaverint. *vid.* DATT. *in indice* verbo *diffidare*, & præcipue nobilibus in deliciis fuerint, *vid. in diſſert. de jur. agricult. p. 82. §. XV. not.* * Lepida veteris graſſationis excuſatio no- **Hiſtoria faidarum & juris circa rapinas, apud Germanos.**

Judicium Rolevinckii de raptoribus nobilibus ſuæ ætatis.

ſtrorum occurrit apud WERNERUM ROLEVINCKIUM *L. III. cap. X. de antiqu. Sax.* qui Weſtphalos dicit: *ſolo neceſſitatis articulo violentos, ſi aliquod ſymbolum reditus ad ſolvendum haberent, nunquam ob rapinas de taberna exirent, multa docet eos mala, & impellit infauſta paupertas*: & paulo poſt: *ſciunt 1) quo in loco, & 2) contra quos, & 3) quando & quomodo 4) res talis* (nempe rapina) *peragenda ſit.* Quibus ultimis verbis exacte quondam uſitata deprædandi majorum noſtrorum licentia deſcribitur. Nec obſtat *Art. 13. Lib. II. Specul. Saxon.* Die Räuber ſoll man enthaupten, vel enim compilator de raptoribus, ut jam illos deſcripſimus, ſcilicet *qui contra fœderis tabulas &c.* loquitur, vel zelum privatum oſtendit, vel neſcit, quid loquatur.

Pœna raptorum diſtincta.

* 3 Pœna raptorum eſt gladius cum impoſitione cadaveris in rotam. Quod ſi vero moribus rapina in via publica commiſſa, homoque occiſus, rota contunditur raptor.

Atrocitas hujus criminis pœnæque univerſalitas.

§. 2. Nullibi fere difficilius reo parcitur, quam in hoc crimine, nec enim 1) ſexus, nec 2) dignitatis, nec 3) pretii rei raptæ, nec reſtitutionis ratio habetur, nec 4) quod crimen prima vice commiſſum attenditur. * Modo vis adfuerit, licet non arma.

Praxis tamen hinc inde diverſa.

* Habes hæc omnia apud LAUTERBACH. *ſ. 20. tit. V. B. R.* BEYER. *& aliis ad. h. art.* Nec aliter ſuadere videtur ipſe contextus. Interim circa 3. aliter quondam pronunciaſſe WITTENBERGENSES, & in caſu rapinæ vi armata, inque via regia factæ, quia res rapta exigui pretii erat, tantum deportationem dictitaſſe referunt. ZIERIZ. *h.* BESOLD. *theſ. pract. verb. Raub.* Idem hodienum attendunt Francones KIRCHGESN. *p. 305. n. 5.* Sic in Auſtria inferiori quoque ad rei exiguitatem, item ad reiterationem & cum læſo compoſitionem reſpicitur, FROELICH. *n. 349.*

Cauſa atrocitatis hujus criminis.

§. 3. Atrocitas itaque hujus criminis, non ex regulis de furto, nec regulis de damno dato, ſed e violenta turbatione ſummæ neceſſariæ ſecuritatis publicæ 1) in

in viis regiis, * & domicilio proprio, cum 2) timore & tremore innocentis, 3) lucri cauſa commiſſa, æſtimanda eſt.

* Imo perinde videtur, quo in loco raptor vim adhibuerit. Nec Cæſar hic certi loci mentionem facit. Modo de vi & lucrandi intentione conſtet. Unde & raptor erit, qui in plateis, in urbibus, vi adhibita lucri cauſa rapuit. Quamvis hic vis non facile præſumatur, niſi nocturno tempore, quo plateæ ab ambulantibus vacuæ, ablatio rei contigerit. *An quoad locum diſtinguendum.*

§. 4. Unde, ſi vis facti proprieque dicta abfuerit, * 1 vel 2) viator non expaverit adeo, vel 3) nulla * 2 lucri intentio ſubfuerit, ad extraordinariam deſcenditur. *Quando pœna extraordinaria.*

* 1 Sic ſi aliquid extorquetur per minas juris, v. c. quod alias quis falſum teſtimonium dicturus eſſet contra dare nolentem, caſus huc non pertinet, ſed *ad tit. de concuſſ.* Ex defectu violentiæ extraordinariam quoque dictitavimus opilioni in hac ſpecie. Titius adoleſcentulus, magiſtrum ſuum ſartorem, qui verberibus ipſum exceperat, fugiens, citato curſu, veritus, ne Magiſter eum inſequeretur, & gravius adhuc percuteret, per viam publicam extra oppidum decurrebat. Opilio, qui gregem in agro paſcebat, accedebat ad miſerum trementem & paviſcentem, quænam fugæ cauſa ſubeſſet ſciſcitatus, totum negotium exponebat quærenti fugitivus. Cum vero inter reculas ſuas ſimul aliquot ulnas panni novi geſtaret, opilionem cupido ſubibat partem hujus panni extorquendi a tremefacto. Itaque minabatur, ſe illum in proximum pagum abducturum, carceri ibidem mancipandum manibus pedibusque ligandum, & magiſtro ſuo irato tradendum, ni pannum ſecum dividere vellet. Miſer pauper, crudelis magiſtri mentione prope exanimatus, dimidium panni pro redimenda vexa, ſibi auferri patiebatur ab atroci minitatore. Fuſtigationis pœnam decrevimus, in rem mali exempli, accedente imprimis alio furto mediocri ab opilione alibi commiſſo. Nec aliter pronunciatum in hac ſpecie. Cajus juvenis miles multo potu exhila- *De inſpectione violentiæ caſus Mansfeldenſis.* *Caſus II. Guelpherbytanus.*

Digitized by Google

hilaratus, incidebat in via publica in ſodalitium juvenculæ, corbi linteolis exigui pretii repleta onuſtæ, cui mox mutuum adjutorium offerebat, petebatque, ut fœmella corbis onus in ipſum transferret. Hæc detrectabat quidem oblatum officium, ſed miles corbim tandem ſumebat a pauliſper reluctante, pergebant in hoc comitatu, ad cauponam in medio nemoris ſitam, miles corbim ſeponebat, & ad potandum ingrediebatur, fœmina arrepta corbi iter continuabat. Miles mox eam inſecutus eadem ratione, ut antea ſe ingerebat prædicto portandi officio. Aſt cum paululum progreſſi eſſent, miles apertius animi ſenſa exponebat, & rogabat comitem ſuam, ut ſecum concumberet, alias de corbi recipienda ipſi deſperandum eſſe minitatus. Fœmella non tantum recuſabat concubitum, ſed cum vehementius inſtaret miles, metu perculſa, e publica via divertebat, nec clamoribus, nec minis ſe ad prius conſortium patiebatur revocari, miles corbim retinebat, & ad urbem, ubi inter præſidiarios agebat apportatam, una cum reculis vendebat, pecunia ad edendum & bibendum mox deſtinanda. Sane, vis proprie dicta deerat, imo & lucrandi animus initio, licet dein occaſione ita ferente pretio venditarum rerum uſus eſſet nequam. Interim ſecuritatem viæ publicæ omnino turbaverat, viatricem injuſto metu torſerat, pudicitiam attentarat. Ergo judicatum, prout jam expoſuimus, fuſtigationis pœnam ſcil. decernendo. Manifeſtius vis deerat Anno 1721. W. in hac ſpecie: miles nocturno tempore ſuſpenſo pede ſecutus erat tubicinem aulicum, caput pileo pretioſiori ornatum, eique ociſſime abſtulerat pileum, arrepta velociſſima fuga.

Caſus III.

An & quando violenta permutatio raptus.

* 2 Huc refer violentam permutationem rerum ejuſdem pretii, v. c. ſi quis in fuga, ne agnoſcatur, veſtem ſuam per vim commutet cum viatore, ſecundum illud notiſſimum: Tauſch iſt kein Raub. *Vid.* præter CARPZOVIUM *qu. 91.* HERT. *L. I. parœm. 97.* BEYER. *n. 7. h.* Nec pœnæ mitigatio hic ratione caret, cum ejusmodi permutatio-

tationes rariſſime accidant, nec turbatio ſecuritatis publicæ adeo metuenda ſit ab illis, nec concipi poſſit, quomodo tale concambium ſine aliqua probabili & ſpecioſa cauſa contingere poſſit. Secus dicendum, ubi *ſine neceſſitate,* res permutatæ ſunt inæquales: nam hic permutans, ratione illius, quo res aliena rem ipſius exſuperat, lucrum intendit, & raptor omnino eſt. Item huc ſpectat caſus, qui H. contigit, ubi ſcholaris cum ſcorto in campo concubuerat, nec promiſſa ſolvere volebat, ſalinarius autem ſuperveniens, ſcortoque nullo lucro motus ex mera petulantia ſuppetias ferens, ſcholari palliolum in gratiam proſtibuli eripuerat. vid. THOMASII *Juriſtiſch. Händ. II. I.* ubi de diſtinctione inter Straſſen-Raub und andern Händeln auf der Straſſe, quæ forte ex petulantia, vel abſurda gloria patrantur. V. c. ante hos annos in hac civitate duo equiſones ſpectra ſimulantes, nocte media per vim eripuerant in via duobus ſervulis (Pferde-Jungen) peculiolam, quam hi in ludo vincendo ab illis acquiſiverant, non lucri cupiditate, ſed abſurda ambitione ſubacti. Quaſi dedecus eſſet, equiſonem juſtæ ætatis, arte ludendi a ſervulo juniore ſuperari. Quodſi tamen quis raptoribus ſociis auxilium tulit ex compacto, non intereſt, quamnam impii ſceleris partem in ſe ſuſceperit, ut & actæ excubiæ in hac ſpecie ſufficiant. *Infra ad Artic.* 177. ſi non, quoad apparatum ultimi ſupplicii, certe quoad ipſum ultimum ſupplicium. Mitius viciſſim pronunciandum, v. c. ſi quis eum, a quo quondam ſpolium paſſus eſt, in compenſationem viciſſim ſpoliet, aut tempore famis annonam rapiat, vel edulia. Quis enim horum non miſereatur? *add. *6. ad §. 5. ſequ.*

(Caſus IV. Halenſis.) (Caſus V. Helmſtadienſis.) (De ſociis rapinæ.) (De mutua rapina aut tempore famis patrata.)

*3 Rapinam in ædibus commiſſam, ut verum fatear, non ſatis diſtinguere poſſum a furto violento. Nec Imperator ab eo ſecrevit. Ergo magis in hac ſpecie reſpiciendum putarem, ad pœnam ſuſpendii in furto violento uſitati, quam ad pœnam gladii rapinæ.

(Rapina in ædibus commiſſa an a furto violento differat?)

§. 5. Extraordinariæ locus quoque eſſe dicitur, ſi cri-

(Cauſæ reliquæ, ob quas rapina)

arbitrarie punitur.

crimen rapinæ tantum attentatum,* 1 non conſummatum, vel raptor non motu proprio, nec proprii lucri cauſa, ſed ad ſui domini juſſum, atque in hujus emolumentum ſolum rapiat. * 2 Item ſi quis in excubiis tantum ſtetiſſet ſine participatione, * 3 vel ex poſt facto participaſſet tantum, & antea plane non concurriſſet. *4 Aut bannitum ſpoliaſſet, * 5 aut eum, qui prius ipſum ſpoliaverat. * 6

*1 ENGELBR. *c. 7. §. qu. de malef. cæpt.* PFEIL. *conſil. 153.* ubi tantum pœnam relegationis militibus viatorem mire angentibus, ſed dein ob aliorum hominum adventum derelinquentibus, dictandam putat. Modo attentator non obſederit viam publicam rapinæ cauſa, hoc enim per ſe capitale eſt.

*2 CARPZOV. *d. l.*

*3 Confer. BERLICH. *P. V. concl. 55. n. 38.* excipe excubias pactitias.

*4 Quia hic non tam commiſit rapinam, quam commiſſam approbavit §. 35. COCCEJI *de ſoc. crim.* Itaque ad capitalem pœnam requiritur participatio de lucro & conſilio. BRUNNEM. *ad l. 1. C. de his, qui latron. n. 8.*

De bannitis v. STAMM. de ſervitut. 1. c. 2. formul. Caroli IV. Joſephi I. vid. in apol. elect. Colon. & in der St. Canzell. XI. p. 635.

*5 Bannito enim non parta eſt publica ſecuritas, interim quodammodo nihilominus ejusmodi raptoris licentia coërcenda eſt. Debuiſſet enim curare, ut bannitus judici exhiberetur, non ut ſpoliaretur. Sed quid ſi v. c. meretrix præſtita urpheda relegata, reverſa dein ſpolietur? capitali non putarem locum eſſe. 1) Non credibile eſt, hunc raptorem contineri ſub: boſshafften, überwundenen, de quibus in textu, cum ipſum a dolo excuſare poſſit error, quo credidit in talem, quæ de jure longe abeſſe debebat, non committi horrendum crimen. 2) Quia non probabile, quod Carolus V. in hoc articulo voluerit tam SEVERA SANCTIONE ſecuritati meretricum pejerantium, territorio excluſarum, & ſuſpecta ratione revertentium proſpicere. Minimum ſalus publica in hac ſpecie, quam ſupponimus, tam acerbam medicinam non exigit. Extraordina-

Digitized by Google

dinariam pœnam autem omnino meretur facinus mali exempli.

*6. Cum, qui prius alterum aggreſſus eſt, ignoſcere debeat illi, qui par pari refert. In eo autem a vero abit CARPZ. *d. l.* quod vindictam hanc extendat quoque contra tertium innocentem, quaſi v. c. ſpoliatus a milite, poſſit ſpoliare alium militem, hoc enim omni æquitati repugnat, nec ullam veniam meretur, ni alia ratio ſimul accedat. V. c. permiſſio principis hominis læſi, dum forte raptoris princeps juſtitiam adminiſtrare recuſat.

De mutuo raptore & errore CARPZOVII.

ARTIC. *CXXVII.*

Straff derjenigen, ſo Aufruhr des Volcks machen.

So einer in einem Land, Stadt, Obrigkeit oder Gebiet, gefährliche, fürſetzliche und boßhafftige Aufruhren, des gemeinen Volcks wider die Obrigkeit macht, und das alſo auf ihm erfunden würde, der ſoll nach Gröſz und Gelegenheit ſeiner Mißhandlung, je zu Zeiten mit Abſchlagung ſeines Haupts, geſtrafft, oder mit Ruthen geſtrichen, und aus dem Land, Gegend, Gericht, Stadt, Flecken oder Gebiet, darinnen er die Aufruhren erweckt, verweiſt werden: darinn Richter und Urtheiler gebührliches Raths, damit niemands Unrecht geſchehe, und ſolch böſzliche Empörung verhüt werde, pflegen ſollen.

Von auffſtehenden, austretenden Handwercks-Burſchen vid. St. Canzel. LVIII. p. 697. von Pardon der Aufrührer vid. R. A. de a. 1526. §. 8.

ARTIC. *CXXVII.*

Exacte convenit cum projectis.

NOTAE AD ARTIC. *CXXVII.*

§. 1. Agitur hic de ſeditione: wider die Obrigkeit. Sunt, qui exiſtimant, intelligi hic: die Unter-Obrigkeit. *1. Nam contra dominos territorii ſeditionem excitare, eſſe ſpeciem læſæ majeſtatis, & in hoc crimen atroci-

An hic etiam agatur de ſeditione contra Statum imperii.

trocius animadverti, quam gladio. *2 Verum nobis videtur: Obrigkeit in Articulo notare tam: die Reichs-Stände, quam illorum: nachgeſetzte Beamte und Obrigkeitliche Perſonen, adeoque utramque magiſtratus ſpeciem hoc articulo contineri. *3

*1 CLASEN, BEYER, FROELICH, LUDOVICI h. THEODORICUS *pag. 597. n. 5.*

*2 BRUNNEM. *c. IX. n. 27. proc. inquiſ. add.* MATTHEI *pag. 283. ſequ.* Leges *Cod. tit. de ſedit.* ſe tantum referunt ad pœnas veteres, quæ erant ſublatio in crucem, objectio beſtiis, vel deportatio.

Probatio, quod hic etiam de tali ſeditione agatur.

*3 Nam 1) hoc arguunt verba textus: in einem Land, (contra principem) Stadt (magiſtratum urbicum) Obrigkeit, (v. c. quos Amtleute vocamus) oder Gebiethe, (v. c. eines Herrn, oder Edelmanns) qua prolixiori recenſione non fuiſſet opus, pro magiſtratu inferiore, ſeu: die Unter-Obrigkeit tantum indicando. 2) In *R. R. J.* ubi ſermo eſt: von der Aufruhr der Bauren, quique proprie huc pertinent, & caſum articuli CXXVII. in terminis tractant: OBRIGKEIT notat: die Reichsſtände. *vid. Rec. Imp. de Anno 1525. §. 4. Rec. imp. 1526. §. 6. §. 8. R. J. a. 1530. §. 70. R. I. a. 1555. §. 44.* (3) In aliis etiam Obrigkeit abſolute poſitum, nullibi notat ſolum: die Unter-Obrigkeit. *vid. §. 5. tit. XXX. C. G. O. Anno 1521. tit. XV. C. G. O. 1522. R. J. 1543. §. 24. 25. R. J. 1654. §. 24.* Gratis quoque dicitur, quod regulariter in ſeditioſos contra principem ſeverius animadvertendum, quam gladio. Pœna enim gladii definitur plane in illos, qui de occidendis electoribus conſilia ineunt, hominesque cogunt. vid. *tit. XXIV. A. B.* Nec graviorem adducit articulus noſter. Imo: die Güthe, comitiorum decreta in hoc delicto præferunt: der Schärffe, dictis *Rec. Imp. 1525. 1526. dd. ll.*

Quando bona publicentur.

Certe in theſi & regula, de exceptionibus *ad §. ſequ.* Interim, ſi coadunationes & ſeditiones dirigantur in Cæſarem aut ordines imperii, wider das Reich, reliquis pœnis accedit publicatio omnium bonorum, per §. 43. 44. *R. Imp. de Anno 1555.*

§. 2.

Digitized by Google

§. 2. Æſtimatur pœna 1) ex dolo & malitia *1 ſeditioſi 2) ex modo, an fax, auctor & tuba *2 fuerit 3) ex effectu, quodnam *3 ſcilicet damnum inde datum. Unde varii pœnarum gradus, gladius, fuſtigatio, relegatio &c. *4

Quomodo judex hic æſtimet pœnam.

*1 Verbis: fürſetzliche, boßhafftige. Si enim propter male adminiſtratam juſtitiam, vel alias oppreſſiones patientia ſubditorum ſæpius læſa, furor facta eſt, pœna omnino mitigatur. DAMHOUDER. c. 63. STEPHAN. in f. h.

De doli æſtimatione.

*2 In criminibus a multitudine commiſſis, potiſſimum ad auctores reſpicitur. Cum quod de omnibus ſupplicium ſumi nequeat, tum quod ſeducentium merito gravior pœna, quam ſeductorum eſſe debeat. Accedit, quod cauſa ſceleris 1) penes auctores ſit, reliqui tantum contagione inſaniant. vid. THEOD. d. l. Interim non tantum, an quis auctor, ſed qua de cauſa & quousque fuerit, attendendum, v. c. an propter inſignem injuriam dolore adhuc recenti, vid. MATTHÆI pag. 285. an vero ex mera malitia, ſeditionem excitaverit, 2) an qualecunque auxilium, vel defenſionem tantum quæſiverit, an vero ad enormem vindictam, & oppugnationem veluti magiſtratus, ſocios animaverit, & ſi quæ alia; quæ circumſtantiæ pœnam omnino mitigant, vel exaſperant. De AUCTORIBUS ſeditionum operæ pretium erit, Cæſarem & imperium audire: doch ſollen ohne ſonderliche treffentliche Urſache und Bewegung, die zu jeder Obrigkeit Bedencken und Macht ſtehen, diejenigen, ſo gedachter Aufruhr ANFÄNGER, AUFWICKLER, und HAUPTSACHER, oder ſonderliche FORDERER geweſen, zu keiner Gnade angenommen werden. Ita in §. 8. d. Rec. Imp. Anno 1526.

Quid ſi plures ſeditioſi.

*4 Id innuunt verba: nach Gröſſe und Gelegenheit ſeiner Miſshandelung. Scilicet in omni delicto, quod arbitrarie coërcetur, effectus damnique magnitudo attenduntur. Unde ni v. c. Magiſtratus vulneratus, vel inſigniter percuſſus

Cur reſpiciendum ad effectum.

cuſſus, vel ex apparitoribus unus periit, vel ædes dirutæ ſint, ad pœnam capitis non devenitur. adde CZ. *qu. C. n.24.*

De ſeditioſis, ſeductis & ſeductoribus.

* 5 Circumſtantias refert DECIAN. *L. VII. c. XIX. pract. crim.* Imo, qui tantum ex cæco impetu & veluti fortuito per plures ſe abripi paſſi, & reliquorum gregem, revera quid agant neſcii, ſine concurſu ad facinus aliquod illicitum, ſecuti ſunt, non puniuntur, licet ad refarcitionem damni contribuere debeant. *id. d.l.*

ARTIC. *CXXVIII.*

Straff derjenigen, ſo böߟlich austreten.

Nachdem ſich vielfältig begiebt, daß muthwillige Perſonen, die Leut wider Recht und Billigkeit bedrohen, entweichen und austreten, und ſich an End zu ſolchen Leuten thun, da muthwillige Beſchädiger Enthalt, Hülff, Fürſchub und Beyſtand finden, von denen die Leute je zu Zeiten wider Recht und Billigkeit mercklich beſchädiget werden, auch Fahr und Beſchädigung von denſelben leichtfertigen Perſonen warten müſſen, die auch mehrmals die Leute durch ſolche Drohe und Furcht, wider Recht und Billigkeit dringen, auch an Gleich und Recht ſich nicht laſſen begnügen, derhalben ſolche für rechte Landzwinger gehalten werden ſollen: Hierum, wo dieſelben an verdächtliche End, als obſtehet, austreten, die Leute bey ziemlichem Rechten und Billigkeit nicht bleiben laſſen, ſondern mit bemeldtem Austreten, von dem Rechten und Billigkeit zu bedrohen oder ſchrecken unterſtehen, dieſelben, wo ſie in Gefängniß kämen, ſollen mit dem Schwerd, als Landzwinger, vom Leben zum Tod gericht werden, unangeſehen, ob ſie ſonſt nichts anders mit der That gehandelt hätten. Deßgleichen ſoll es auch gehalten werden gegen diejenigen, die ſich ſonſt durch etliche Werck mit der

That

Digitized by Google

Thạt zu handeln unterſtehen. Wo aber jemand aus Furcht eines Gewalts, und nicht der Meynung vom Rechten zu dringen, an unverdächtliche End entwich, der hat dadurch dieſe vorgemeldte Straff nicht verwürckt: Und ob darinn einigerley Zweifel einfiel, ſoll um weiter Unterrichtung, an die Rechtsverſtändigen, oder ſonſt, wie hernach gemeldt wird, gelangen.

ARTIC. *CXXVIII.*

IN Norico verba: ſolche vor rechte Landzwinger, ſignificantius: ſolche Buben vor rechte Landzwinger, efferuntur.

NOTÆ AD ARTIC. *CXXVIII.*

§. 1. Habes in Articulis CXXVII. CXXVIII. CXXIX. faciem iſtius ævi temporumque turbulentorum, ubi poſt leges toties de pace publica publicatas, nihilominus omnia loca inundabantur: von Aufwickelungen, Vergaderungen, Zuſammenſchlagungen, Aufruhr, Befehdungen, Zwingen, Beleydigen, Betrüben, Landzwingen, Abſagen, Austreten, Verwerffungen des ordentlichen Rechts und Billigkeit, unfriedlichen Handlungen wider die Käyſerl. Majeſtät, und gehorſame Stände des Reichs. Ut hæc omnia * ſigillatim referuntur in Rec. Imp. de Anno 1555. Nominatim hic Articulus CXXVIII. repetitur §. 48. d. R. J. Facies temporum ante P. P. plene conſtitutam.

* Cohærent fere naturali ordine hæc crimina omnia inter ſe, ut irrepente uno in rempublicam, cetera omnia preſſo pede ſequantur. Quare quæ in his articulis ſeparatim recenſentur, juncta dein ſunt ab imperio dicto decreto comitiali de Anno 1555.

§. 2. Qui hominibus in ſocietate *1 minati, ex petulantia, ad loca & ad conſortium illorum, qui facinoroſos inſultatores receptant, fovent, adjuvantque, ſe conferunt, minis ſuis, priſtinis ſociis terrorem incute- De pœna der Austreter, Droher und Landzwinger.

re

re pergunt, nec judicia, ut ipſis ſecundum bonum & æquum jus reddatur, *2 curant, ſed iniqua ſua poſtulata, metu contra jus & fas miſeris injecto, extorquere ſatagunt: illi merito tanquam graſſatores *3 & publicæ quietis concuſſores, ultore gladio coërcentur. Non habito diſcrimine, an ad minas ſparſas factum aliud acceſſerit, annon *4. Interim cauſæ receſſus probe ſecernendæ ſunt, ut in fine legis additur. Ne puniantur inſontes, ex neceſſitate aliquando recedentes.

*1 Requiruntur ad hoc crimen 1) minæ vehementes verbis: Drohen, Furcht, Schrecken, Dringen u. ſ. w. de damno vitæ, membris, bonisque inferendo 2) diſceſſus ad loca ſuſpecta, ſocietatemque malorum cum minarum continuatione, judiciorumque contemtu.

In quo atrocitas hujus criminis conſiſtat.

*2 Quod redditur: wider Recht und Billigkeit dringen: Item die Leute bey Recht und Billigkeit nicht bleiben laſſen. Item von Recht und Billigkeit zu bedrohen und zu ſchrecken unterſtehen. In quo præcipue criminis atrocitas conſiſtit, quod hi turbatores magiſtratum, protectionem concivium eludere, tranquillitatem & ſecuritatem bonorum turbare, atque ita re vera reipublicæ nexum ipſum, quantum in illis eſt, tollere, priſtinaque latrocinia reſtaurare, intendant.

*3 Scite exprimitur: Landzwinger, i. e. qui homines alicujus provinciæ indiſcriminatim cogere volunt, ut ad eorum lubitum, quævis iniqua & dura ferant, præſtentque, non aliter, ac ſi horum turbatorum mancipia eſſent, nec ullus magiſtratus amplius ſupereſſet.

*4 Per clara verba: ohnerachtet ſie ſonſt nichts anders mit der That gehandelt hätten u. ſ. w. nec inique. Nam vel in ipſo hoc cogendi actu minisque magnum & atrox facinus latet.

De prudentia coërcendi multitudinem &

§. 3. Alias in ſeditionibus, Rotten, Tumulten, Empörungen, plerumque judicum conſilium eſt, ut paucorum ſeditioſorum ultimo ſupplicio tranſigant, ad multi-

multitudinem autem coërcendam caſtigatio & arbitraria animadverſio ipſis ſatis ſit. Ut pœna ad paucos, metus ad omnes perveniat. Cum vero ſæpius circa in tumultu patrata, non ſatis conſtet, pro qua parte quilibet tumultuantium intervenerit, in hunc uſum quondam ſortitiones, decimationes, & centeſimationes cœperunt, quæ hodienum in militari judicio * uſitatiſſimæ, quotiescunque a multitudine peccatum. Sed harum tunc demum juſtus eſt uſus, ſi conſtet, omnes deliquiſſe, licet gradus culpæ ignoretur, ut recte a B. GUNDLINGIO obſervatum §. 34. *de univerſit. delinqu.*

* Quod, ut omnis diſciplina militaris, ſeveritate conſtat. In foro autem criminali ordinario, deficiente lege ſortitionis, vix eſt, ut judex in pronunciando ad ſortem recurrat. Cum hic pœnæ commenſurentur delictis, ut ubi non conſtat, vel, an a ſingulis peccatum, vel quousque ſinguli aberraverint, & an capitis rei, in pœna decernenda id, quod minimum eſt, ſequamur, ſcilicet de miſericordia potius, quam de inhumanitate, & crudelitate rationem reddere malentes. **Quæ hic inter judicium militare atque civile differentia.**

ARTIC. *CXXIX.*

Straff derjenigen, ſo die Leute böſslich befehden.

Welcher jemand wider Recht und Billigkeit muthwilliglich befehdet, den richtet man mit dem Schwerd vom Leben zum Tod. Doch ob einer ſeiner Fehde halb von uns oder unſern Nachkommen am Reich, Römiſchen Kayſern oder Königen Erlaubniß hätte, oder der, den er alſo befehdet, ſein, ſeiner geſipten Freundſchafft oder Herrſchafft, oder der ihnen Feind wär, oder ſonſt zu ſolcher Fehde rechtmäßig gedrungene Urſach hätt, ſo ſoll er auf ſein Ausführung derſelben guten Urſach, peinlich nicht geſtrafft werden. **Adde ad h. articulum Dn. PISTORII diſput. von Fehden, quam addidit. Göz von Berlichingen vitæ.**

In ſolchen Fällen und Zweiffeln, ſoll bey den Rechtsverſtändigen, und an Enden und Orten, wie zu End dieſer unſer Ordnung angezeigt, Raths gebraucht werden.

ARTIC. *CXXIX.*

IN Norico venia a Cæſare verbis: von uns und unſern Nachkommen u. ſ. w. brevius deſcribitur: ob einer ſeiner Fehd halber von der Oberhand Erlaubniſs hätte.

NOTÆ AD ARTIC. *CXXIX.*

De diffidantibus.

§. I. Oppido ad maleferiatos *Artic. præced.* accedit aliud hominum genus, qui patrios lares quidem *1 non relinquunt, nec ad ſuſpectum extraneum locum, hominumque genus abeunt, nihilominus tamen judicis auxilium ſpernunt, quævis dira minantur, & ut ſtylus medii ævi habet, alios diffidant. *2 Hi, licet aliquali ratione, a fugitivis vel ſecedentibus publicæ pacis turbatoribus differant, quoad pœnæ genus tamen in eadem cum illis claſſe locantur, e decreto Imperatoris.

Diſcrimen artic. hujus & præcedentis.

*1 SEYER *in notis hic* fluctus in ſimplo movet, nec diſcrimen utriusque articuli, quod non tantum rubra indiceant, ſed ipſe ſceleratorum definitiones, in nigro deſignant, oſtendi poſſe putat. Cum tamen in eo utique conveniant, daſs ſie beyde die Leute bedrohen, befehden, mit Furcht und Schrecken in ſie dringen, wider Recht und Billigkeit muthwillig handeln u. ſ. w. nihilominus autem ratione ſeceſſus, quod quidam, ut textus reddit: entweichen, austreten, quidam in loco manentes aliis faidam denuncient, aperte ſecernantur.

Befehden quid de verbis Fehden Fauſtrecht. PISTORIUS d. l. p. 17.

*2 Diffidare, noſtratibus: befehden, nihil aliud eſt, quam bellum & hujus confectaria: rauben, morden, brennen, alicui denunciare. Fehde enim vel Faide Suevis notat bellum, &: befehden, idem quod Krieg ankündigen. Unde in cantu adhuc tempore Lutheri: alle Fehde hat nun

nun ein Ende. Competebat autem olim: das Befehdungs- adeoque das Kriegs-Recht cuilibet offenſo, princeps, ſtatus imperii eſſet, annon eſſet, non intererat, modo obſervarentur requiſita præſcripta. Adeoque jus belli gerendi non erat regale regalium, ut hodie. Erat enim ſynonymum: des Fauſtrechts, Kolbenrechts, Stegreiffs, atqui Fauſt, Kolbe, Stegreiff, erant arma & ſubſidia cujuslibet hominis læſi. Erat olim uſus armorum apud noſtrates duplex 1) judicialis bey den Kampffgerichten, & 2) extrajudicialis bey Feiden, Fehden, oder Befehdungen. Ille nihil aliud erat, quam probatio ſubſidiaria coram judice campii, quo tam actor, quam reus, pro inculpatione probanda, aut eiidenda & purganda utebantur, ſive de bonis, ſive de honore aut crimine quæſtio. vid. ſcriptores de duellis, ut GERHARD. *Cap. III. diſſ. de duell.* Imo, quia teſtes producti utrinque cauſam denuo incertam ſæpe faciebant, inde in teſtium contradictione, horum erat, ut ſtrictis armis dictorum ſuorum veritatem demonſtrarent, vel ut lex Alemannica dicit: *ſe idonearent*. Cui inſtituto forte originem debet hodienum apud nos ſuperſtes averſatio teſtimonii dicendi, daſs, wenn es Händel giebet, die Leute, ſo dabey zugegen, ſich wegſchleichen, damit ſie nicht zeugen dürffen, weil es vor Zeiten eine halsbrechende Arbeit war. Diffidationibus, ut ſpeciem juſti belli haberent, modus præſcribebatur: 1) ut antea tentaretur, an non locus transactioni, vel judicio, 2) ut adeſſet juſta cauſa, juſtitiam tamen cauſæ æſtimante ipſo diffidante, 3) ut fierent in loco domicilii diffidandi, ut ab eo intelligerentur: per ſe, an per alium, in ſcripto, an verbis & clamore fierent, non intererat, 4) ut relinqueretur diffidato ſpatium trium certe dierum. Qui aliter faidum auſpicabatur, infamis erat. Habes hæc omnia e conſtitutionibus Friderici II. Rudolphi I. Friderici III. apud DATT. *l. 1. cap. XXV.* & in epitome *cap. XVII. Aur. Bull.* Quam late diffidandi licentia etiam ad homines de turba, plane ad ancillas extenſa fuerit, diſci poteſt e ſubſcriptionibus literarum diffidatoriarum. v. c. Anno 1450.

De duplicibus pugnis ſeu campionibus.

De campione teſtium.

Olim & unde forte ſit quod hodienum homines difficilius teſtentur.

Summus diffidationum abuſus per exempla.

ſubſcripſerunt dem Fehde-Brieff an die Reichs-Stände: unſers gnädigen Herrn Marg-Graffen Iacobs zu Baden: die Becken, und Buben Hanſs Kauffmann der junge, Heinrich Heffner, Hanſs Kolb und Henſslin Hummel von Minhuſen. DATT. *num. 41. d. l.* Sed omnium fidem ſuperare videtur formula apud HERT. de *S. T. pag. 270.* wiſſet wohlgebohrner Iungherr, Iungherr Otto Graven zu Solms, daſs ich Hanſs Koch, mit mynen Kochen-Knaben, Vehemeden, und allen mynen Brodtgeſinne, nemlich Elsgin, und Henegin Kochen-Knaben, und Elsgin und Lückel Vehemeden, mit unſern Helffern, es ſyn Metzeler, Holtzträger oder Schöſſelweſcherſchen, uer und uren Lands und Vehes Finde ſyn wollen, u. ſ. w. Datum 1477. unter mynen Bückeln der Vehemede Köſſelichen Inſiegel, des wir uns in der Koche zu gemeiner Nothdurfft gebrauchen. Ut vero alias in bello quæſita inter ſocios communia, ita idem obtinebat in faidis. Tria potiſſimum huc referebantur. Raub, Nahme, und Dingzael, i. e. res raptæ, furtivæ, & lytrum die ZAHLVNG, ſo vor die Brandſchatzungen BEDINGET würde. Neque vero tantum hoc jure utebantur laici, ſed quoque geiſtliche Biſchöffe. vid. fœderis formulam de Anno 1485. *pag. 636. continuat. 1. ſpicil. eccleſ.*

Quotuplex olim diffidationum quæſtus.

Carpzovius defenſus.

§. 2. Notatur a quibusdam Carpzovius, *1 quod male ad diffidationem requireret minas, vel immediate, vel mediate in univerſitatem redundantes, cum tamen pax publica etiam lædi poſſet in uno homine, nec aliter leges imperii ſuaderent. Mihi autem *2 nihil videtur mutandum. Recte quoque inſuper requiritur, ut diffidatio non in ſolis minis conſiſtat, ſed ut literæ, *3 vel alia ſigna v. c. gallus ruber pictus transmiſſus, inſuper accedant. Gravius tamen *4 omnino animadvertitur in diffidantem profugum & malevolorum ſocium, quam in eum, qui domi reſtat diffidatque.

*1 *Vid.*

*1 *Vid.* BEYER, LVDOVICI ad *h. art.* Scilicet CARPZ. formulam: ich will dir den Hals brechen, aut ſimilem ſufficere non putat, ſed v. c. hanc: ich will dir das Haus anzünden u. ſ. w. Qui Carpzovium notent.

*2 Nam licet Articulus noſter verbis: welcher jemand, item *der, den* er alſo befehdet, *ſeine u. ſ. w.* in ſingulari loquatur, licet quoque in *§. 45. R. I. de A. 1555.* (non de ſimplicibus diffidantibus, ſed de ſecedentibus, profugis agente) mentio fiat tam: *ſonderer Perſonen,* quam: Communen, Gemeinden, attamen non tantum videndum, cui immediate fieri poſſit diffidatio, ſed quid diffidans minetur. Unde, quamvis concedamus, quod diffidatio poſſit fieri tam uni homini, quam univerſitati, non tamen concedimus, quod quæcunque minæ ſufficiant, ſed tales requirantur, quæ ad incendia, ad tumultus, ad deſolationes prædiorum violentas, quæ ſine concivium periculo fieri non poſſunt, ſpectant. Facile dictis fidem faciunt veteres diffidationum literæ: die auf Brand, gewaltthätige Verheerung und Verſtörung der Güter abzielen. Minimum diffidantes non aliter practicarunt, nec aliter ipſo facto ſuas literas expoſuerunt. Nec aliter formula exprimitur in *R. I. 1555. §. 45. Mit Brand, oder in andern Wegen u. ſ. w.* quæ formula non confuta eſt ex duabus veluti literis diffidatoriis, quarum altera incendia, altera tantum ſimplex homicidium contineat, ſed communem diffidandi modum exprimit. Accedit, quod hi homines germanice *Landzwinger* in legibus dicantur, item, quod diffidatio ſit: *indictio belli* DATT. *L. 1. c. 3. L. 1. c. XV. n. 2. ſequ.* atqui bellorum conſectaria ſunt rapinæ, cædes, INCENDIA. Quare recte collegium Juridicum N. ut ex actis obſervavi, ruſtico, qui ex Marchia propter inquiſitionem de homicidio contra ipſum inſtitutam, in ducatum M. aufugerat, noctu autem aliquando reverſus, novo ædium derelictarum domino verbera & percuſſiones, ne fugitivo ad territorii confines frumentum, vel pecuniam apportaret, minatus erat, poſt defen-

Diffidatio an quibuscunque minis abſolvatur, & quale periculum contineri debeat.

Digitized by Google

ſenſionem deductam, tantum relegationem perpetuam dictitavit.

Cur ſignis opus ad diffidationem.

*3 Hoc requiſitum iterum probatur cum veteribus diffidandi exemplis apud DATTIUM *d.l.* tum *cit. R. I. 1555.* verbis: *eine Abſage zuſchicken, oder an Thor, Flecken und Häuſer anſchlagen.* Accedunt præjudicia collegiorum celebriorum ſeculi XVI. vid. BERLICH. *IV. concl. XXII.* quæ ſimpliciter incendium minantibus cuſtodiam, cum ſucceſſu autem, vel ſignis adhibitis minantibus, pœnam gladii dictarunt. Ita & CARPZOV. *IV. XV. IV.* Adde LAUTERBACH. *tit. de Concuſſ. §. 4.* STRYK. *U. M. tit. de extraordin. crim. §. 19.* Imo, ſi tale quid non accedit ad verba, ſcelus non pertinet ad *Art. noſtr. 127. 128.* ſed infra ad *Art. 176.* adeoque ad arbitrariam pœnam. In A. B. quidem d. l. prout jam dictum, literæ præciſe requiri non videntur, opus tamen eſt, ut certe adhibitis teſtibus fiat, ut proinde ſola verba ſine omni ſigno aut ſolemnitate vix ſufficiant. add. BERGER. *elect. crim. pag. 118. & in œconom. jur. h.* Noſcebatur olim quoque diffidatio conventionalis, quæ ſpondebatur in caſum non ſervatæ fidei. Formulam recitat BESOLD. *voc. Fehde.*

*4 Nam 1) ab eo, qui manet & facile capi poteſt, nobis non æque metuendum, quam ab illo, qui profugus inter ſuæ malitiæ ſocios latet. 2) Majus quoque hic facinus ſubeſt, quod hic futuri ſceleris adjutores ſibi jungat, non autem ille. 3) Facilius contingit, ut profugus diffidet, quam, qui apud nos perſiſtit. Unde mitius omnino agendum erit cum hoc, quam cum illo, ut jam THEODORIC. *p. 900.* obſervavit, & præjudicium facultatis Juridicæ Jenenſis adduxit.

Qui diffidator excuſetur.

§. 3. Excuſantur diffidatores, 1) qui auctore *1 Cæſare Regeque Romanorum diffidant, 2) ſi diffidans, aut *2 ejus familia, aut dominus pro hoſte habeatur a diffidato, vel 3) ex alia neceſſaria juſtaque cauſa diffidatio procedat.

*1 In-

Digitized by Google

*1 Intelligunt hanc limitationem de perſonis publicis & illuſtribus ZIERIZ & CLASEN. *p. 467. in fin.* Sane de privatis exemplum ejusmodi conceſſionis Imperatoriæ, vel Regis Romanorum me legiſſe non recordor. Quamvis non infrequentem hanc conceſſionem olim fuiſſe quidam putent, & ad *A. B. tit. XVII.* ubi tamen ejusmodi conceſſionis, quod quis aliquando recte diffidet, e conceſſione Cæſaris, aut Regis Romanorum ſpeciali, nec vola, nec veſtigium occurrit, provocent. Nec de perſonis publicis ſive principibus ſat commode hæc intelliguntur. Nam his olim jus bellicum competiit, ſat libere, atque ſine ſpeciali Imperatoris conſenſu. HERT. §. *XXXI. de ſuper. territor. p. 262.* Licet jus obſidendi alterius caſtrum, deinde ſub Adolpho *judicialiter* impetrandum eſſet. *vid. Conſtit.* ADOLPHI *apud* FREHER. ad PETRUM de ANDLO. Nec rem conficiunt, quæ CLASENIUS adfert, de executione ſententiæ imperialis principi alicui commiſſa. Nam quis rerum pauliſper intelligens hanc ſpeciem ad diffidationes referret? Interim in vetuſtis Saxonum legibus, quas Carolus M. ipſis dederat *p. 565. in fin.* apud SCHATEN. habetur: *quod fas ſit e* COMMUNI PAGI CONSILIO *illius ædes, qui coram Cæſare comparere recuſat*, INCENDERE. Idem de rebelli dicitur *d. l.* qui & forte a Carolo noſtro indigitatur hic, ubi de conceſſione Imperatoria loquitur. Deinde banni formula eſt: erlauben ſeinen Leib jedermann. Itaque & in hac ſpecie licentia Imperatoris ſubeſſe videtur. Alias dominos territoriales in cauſis ſuis, ſubditorum opera uſos fuiſſe, & horum diffidationibus conſenſiſſe, infinitis exemplis facile probatur. vid. LUNIG *in ſpicil. eccleſ. contin. 1. pag. 492. 493.* Imo in diffidationibus præſulum, Papæ conſenſum deſideratum fuiſſe, conjicio ex ERDMANNI *Chron. Oſnabrug. p. 249.* Plane eo proceſſerat ſec. XIV. clericorum & ſacerdotum malitia, ut non tantum ſub ſigillo confeſſionali reciperent diffidantium & incendiariorum de futuris ſpoliis, rapinis & incendiis committendis

An quondam Cæſares diffidaudi licentiam dederint.

De venia diffidandi a dominis territorii quondam conceſſa.

De clero diffidante & clericorum abuſu hujus juris.

tendis dicta, & ea diffidatis tecto nomine exponerent, lytrumque ab his ſtipularentur, verum prorſus impiiſſimo auſu diffidationes ipſi effingerent, quas nemo illis confeſſus erat, atque ſub his fictis minis commentitiorum diffidantium, revera autem in uſum quæſtumque ſuum, pecuniam parochianis ſuis clanculum extorquerent, quaſi diffidantibus pro illorum ſalute dandam. *vid. ſtatut. ſynod. Colon.* de Anno *1336. pag. 451. tom. 1. ſpicil. eccleſ.* LVNIG.

De legibus contra diffidationes &

*2 *Vid.* TVRPIN. *c. XVII. circ. med.* IVON. *Epiſt. 133. & conſtit. Frid. I. apud* VRSPERG. *An. 1187.* necnon leges reliquas, quæ dein ſecutæ ſunt uſque ad A. 1438. ubi Albertus II. ſimpliciter faidas prohibuit, ceu jam ſupra aſſertum. Interim, uti olim majores noſtri primum requiſitum parum curabant, & juſtitiam, neceſſitatemque diffidationum, rem ſui arbitrii eſſe volebant, contentique erant ſola clarigationis ceremonia, definito tempore bello præmiſſa: ita nec lex ALBERTI II. mox malo mederi potuit in univerſum, ſed adhuc Carolus noſter ſuo ævo, tres jam allatas limitationes ſuæ ſanctioni annexuit. Cum vero in legibus ſequentibus Carolinam *R. I. 1548. 1555. 1594.* eæ non repetantur, videtur, illas accuratius nunc conſtitutis judiciis plane ſublatas eſſe. Gaudent cetera ipſi imperii ſtatus hodie, non alio, quam defenſivi belli jure, *vid. conſtit. pac. publ. A. 1495. tit. 10. J. P. W. Art. 17. §. 7.* HERT. *§. 31. de ſuper territ.* cujus ſane belli defenſivi exercitium diffidationem non requirit. Quare his ſemel in imperio ita ſtatutis, multo magis privati, quæcunque cauſa, amicorum vel propria ſubſit, a diffidationibus ſibi temperare debent, & vigore juris recentioris, ab illis plane penitus abſtinere, licet pœna variet.

quando plane abrogatæ.

Quid proprie

§. 4. Referre quoque huc lubet obſeſſores viarum publicarum, quorum ſcelus ex illorum ſcopo præcipue æſtimari debet, an prædæ facilitandæ cauſa homines obſeſſos vulnerare, aut plane occidere, an vin-

vindictæ cædisque cauſa vias obſidere, an petulantiæ ſan.m habenas laxare obſeſſores voluerint. Vocabulo tamen obſeſſionis abſolute poſito, potiſſimum * illam obſeſſionis ſpeciem, quæ prædæ & latrocinii cauſa fit, intelligimus.

* Vnde THEODORICVS, qui prædæ cædisque cauſa, vias obſident, vocat: Wegelagerer. Sed reliquorum facinus, qui non prædæ, aut latrocinii, ſed vindictæ cauſa aliquem in via expectant, Vorwarten: dicit, nos uſitatius dicimus: Aufpaſſen. Differentia in eo eſt, quod primum ſcelus per ſe ſola obſeſſione crimen capitale, gladio ſcilicet vindicandum, conſtituat. BEYER. *ad Artic. 126. n. 6.* THEODOR. *p. 893. n. 9.* COTHMANN. *Conſil. Academ. IX. n. 27. ſeq.* BESOLD. verbo *Wegelagern.* Quæ pœna quoque non injuſte ad illos extenditur, qui pecunia conducti, graviſſima læſione adfecerunt, clanculum & doloſe in via expectatum SIMON. *P. II. diſſ. II. p. 46.* item ad illum, qui principem occidendi animo in via expectavit. *Id. d. l.* Quod ſi vero inquiſitus in poſteriori ſpecie vindictæ cauſa, aliquem expectavit, & in via publica male excepit, pro ratione admiſſi, relegatur, fuſtigatur, manus ipſi abſcinditur, pro gravitate vulneris, quod adventanti inflixit, capitis autem non damnatur, niſi homicidium ſimul commiſſum. BESOLD. *&c. ibid.* Nec aliter de illo tenendum, qui petulantiæ pruritu ſubactus, cuidam in via expectato inſultavit. Inſuper quoque reſpicitur ad alios prætextus juris. Sic LIPSIENSES civem, qui concivem, propter piſciculos, quos ille primus emerat, hic autem deinde carius emtos, ipſi præripuerat, in via expectaverat, & piſciculos, novo emtore in fugam abacto, ſecum domum tulerat, arbitraria mulcta coërcuerunt. *vid.* M. PISTOR. *qu. 104. per tot.* Nam hic magis animi vane ambitioſi obſtinatio, quam infamis lucri cupiditas ſuberat. Capitale tamen crimen eſſe jubent BERLICH. *P. IV. concl. 20. n. 14.* & SIMON *P. II. diſſ. 2. p. 45.* ſi quis violenti ſtupri cauſa viam

Wegelagern.

De pœna der Vorwärter, aufpaſſer vindictæ, petulantiæ & reliqua cauſa.

viam obſedit, ſed hic præter ſolam obſeſſionem, violentia in actu adhibita attendenda erit.

ARTIC. *CXXX.*

Folgen etliche böſe Tödtungen, und von Straff derſelbigen Thäter.

Und erſtlich, von Straff derer, die mit Gifft, oder Venen, heimlich vergeben.

Wer jemand durch Gifft oder Venen, an Leib oder Leben beſchädigt, iſt es ein Mannsbild, der ſoll einem fürgeſetzten Mörder gleich, mit dem Rad zum Tode geſtrafft werden. Thät aber eine ſolche Miſſethat ein Weibsbild, die ſoll man erträncken, oder in andere Wege nach Gelegenheit, vom Leben zum Tode richten. Doch zu mehrer Furcht andern, ſollen ſolche boßhafftige mißthätige Perſonen, vor der endlichen Todtſtraffe, geſchleifft, oder etliche Griff in ihren Leib mit glüenden Zangen gegeben werden, viel oder wenig, nach Ermeſſung der Perſon und Tödtung, wie vom Mord deßhalb geſetzt iſt.

ARTIC. *CXXX. CXXXI. CXXXII. CXXXIII.*

UBique reſpondent projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *CXXXI.*

De pœna veneficii doloſi.

§. I. Veneno hominem dolo malo e medio tollens, pro ſexus diverſitate, ſi mas, * rota contundi, ſi fœmina, in aqua ſuffocari debet. Quo vero magis abſterreantur homines ab hoc delicto, aliquando pœna jam dicta, accedente vel trahæ impoſitione, vel forcipum

cipum uſtulatione, augeri poteſt. Corpus delicti expoſuimus ad Articulum XXXVII.

* Lege Ripuariorum *tit. 83.* Werigeldum ſolvit veneficus, ſed jure Longobard. *L. 1. 9. l. 39.* capite plectitur & bona illius publicantur. *LL. Germanorum.*

§. 2. Veneni * 1 curam & examen Cæſar omiſit, neque vero quæſtiones de natura, differentia & effectu illius ad jurisprudentiam pertinent, ſed in foro artis medicæ peritis relinqui debent, qui, an mortiferum ſit, judicabunt. * 2 *Quis corpus delicti effectusque veneni examinet?*

*1 De veneficii indiciis moralibus ſupra dictum *Art. XXXVII.* ubi & ſigna naturalia remittendo indicavimus, medicorum quoque diſſenſiones tetigimus. *De indiciis veneficii remiſſive.*

*2 Unde licet teſtes deponant, quod veneno deceſſerit defunctus, quod male, poſt diſceſſum ab hoc vel illo, ſe habuerit, quod intumuerit, ſanguinem ſtillaverit, vomuerit tetram materiam &c. tamen non probant crimen ſufficienter, quia hæc probatio ad peritos in arte pertinet. Nec aliter ratio ſuadet, cum tam mortis, quam allegatorum ſignorum aliæ cauſæ eſſe queant. *add.* HONDEDEVS *P. II. tot. Conſil. 88.* Idem dicendum, ſi ipſe defunctus jam morti vicinus dicat, *ſe propinato a Titio veneno decedere*, cùm hic præter rationem, ab artis medicæ imperitia deſumtam, teſtimonium in propria cauſa concurrat. Plura habet pro defenſione GVAZZIN. *defenſ. IV. p. 150. ſeq.* ubi *n. 12.* regulam ponit, *quod omnia ſigna ſumti veneni poſſint etiam ex humorum malitia naturali generari:* Id quod tamen pro re nata ulterius perpendendum; & caſu eveniente a medicis examinandum erit. Inſervit huic ſtudio VALENTINI *p. 336. ſeq. inſſ. medic.* Interim hominum artis medicæ non peritorum teſtimonia, judicem tamen movent, ut inquirat, ut ſectionem maturet, ut nihil eorum omittat, quæ ad indagandum verum mortis genus facere poſſe, ſana ratio ſuppeditat. *Cujus teſtimonio de lethalitate veneni credendum.* *An teſtis qui medicus non eſt plane hic nulla fides.*

§. 3. Doli mali probatione, cujus ſecundo loco feci- *Cur & hic dolo opus.*

 mus

mus mentionem, omnino opus eſt, *1 ſive delinquens licitum finem veneni emti alleget, * 2 ſive ad ignorantiam violentiæ poculi * 3 propinati provocet, ſive alia probabili excuſatione *4 utatur.

*1 Cum uti ſine affectu furandi, non verum committatur furtum, ita nec ſine animo necandi verum veneficium.

*2 Hæc excuſatio & a jure naturæ ſuggeritur, & ab ipſo Imperatore admittitur *Art. 37. ſupr. verſicul.* Er konte den mit glaublichem Schein u. ſ. w. quamvis hæc excuſatio magis quadret ad emtorem, quam propinatorem veneni.

*3 Ut ſi v. c. imperitus medicus parum provide medicamenta ægroto præbuiſſet. De quo THOENNICK. *L. ſupr. Art. 36. cit.* An & huc poculum amatorium infelici ſucceſſu porrectum pertineat, non convenit, ZIERIZO ſane ita viſum *in fin. not. h.* Enimvero CARPZOVIUS *qu. XXI. n. 18.* licet homo ex hoc poculo perierit, pro extraordinaria decidit. Provocat autem *ad l. 3. ſ. 2. ad L. Cornel. de Sicar.* ubi relegari jubetur fœmina, quæ medicamento pro conceptione mulieri dato illam enecavit. Sed gravius ipſi obſtat *l. 38. ſ. 5. in f. de pæn.* quæ diſerte in philtrum, quod homini mortem conciliavit, ultimum ſupplicium ſtatuit. Nec a medicamento ad concipiendum conſenſu accipientis licita ratione dato, ad poculum amoris, alteri invito contra prohibitionem legis porrectum, argumentum duci poteſt. Interim idem defendit cum CARPZOVIO, THEODORICUS *cap. VII. Aphor. 7.* Unde ſua forte CARPZOVIUS hauſit. Licet negari nequeat, quod uterque *legi 38. ſ. 5. f. de pæn.* vim faciat, & varias circumſtantias, v. c. quod philtrum ſimul ad ſterilitatem propinatum, de quo nihil in textu, inſerat. Ceterum, ne quid diſſimulem, mihi nihilominus magis placet CARPZOVII & THEODORICI opinio, cum veluti primo Juriſprudentiæ criminalis principio, *ne quis, propter homicidium culpoſum capitis pœnam luat*, nitatur. Nec obſtat *l. 38. ſ. 5. de pæn. in fin.* Nam PAULO auctori iſtius legis, præ ceteris JCtis, in quæſtione de malo medicamine

De philtro RENCKEL tr. ſing. Refertur ſententia CARPZOVII & defenditur.

Reſponſio ad dubia contraria.

camine propinato, ſeverior & magis aſpera pœna, ex ſingulari opinione placuit, ut vel ex illius *Libr. Sent. rec. tit.* *23.* conſtare poteſt. Accedit, quod ipſe PAVLVS *in L. 7. ad L. Cornel.* fateatur, *culpam ad legem non pertinere.* Dein, quod alias dici ſolet, quod dans operam rei illicitæ de omnibus, quæ inde ſequuntur, teneatur ad damni reſtitutionem, non ad pœnas capitales ſpectat. Attamen, ſi quis pocula amatoria præparare veluti ad publicam artem referat, quin huic ſub pœna capitali noxium vitæ genus interdici, & ſi caſtigatus non abſtinuerit comminatio, exſecutioni dari queat, dubium non eſt. Tandem notandum, quod corpus delicti in philtro letifero controverſiſſimum, VALENT. *ff. p. 341. ſeq.* ut facile inveniat ſolertia defenſoris, quod dubium judici moveat.

*4 Si quis ad acuendam memoriam &c. incaute noxia dediſſet. — De dato ad acuendam memoriam.

§. 4. Mors autem ſecuta eſſe debet ex ipſa ſumtione veneni, non ex aliis ſymptomatibus. Ut proinde certum & ſpecificum veluti Medicorum atteſtatum omnino requiratur, pro *1 ſtatuenda ordinaria pœna. Quodſi tamen perpetua invalitudo læſo e veneno ſupervenerit, gladii pœna merito obtinebit. *2 — Venenum ſit letale.

*1 Si enim Medici dubitant, vel ambigue loquuntur, ad extraordinariam devenitur. BOSS. *tit. de delict. p. 2. n. 78. & p. 228.* — Quid ſi medici dubii.

* 2 Nam in delictis atrociſſimis, quorumque ſupplicium pœnis capitalibus ordinariis aſperius conſtitutum eſt, ſi delinquens, quantum in ſe fuit, delictum conſummavit, pœnæ gladii locus eſſe poteſt. FROELICH *p. 216. 6.* GILHAVSEN *cap. 2. tit. 14. n. 6.* Nec aliter permittunt verba initialia textus. Conſentiunt CARPZOV. *quæſt. 17. n. 12. n. 28.* HERT. *Reſp. DXXV. n. 4.* — Quidſi invalitudo perpetua ſecuta.

§. 5. Qui fontes, cereviſiam, farinam, paſcua & ſimilia veneno inficit, ſi damnum inde contigit, capitis — Pœna illorum, qui fontes &c.

capitis omnino *1 reus eſt, licet mortis genus non ſit in omnibus provinciis idem. *2

Cur hoc capitale.

*1 Rationes facile colligi poſſunt, cum ex atrocitate criminis, tum e Doctoribus juris CARPZOVIO *qu. XXI.* BERLICH. *P. IV. qu. XXVI.* & *aliis.* Et cur non morte puniatur, qui talia auſus eſt, unde præter ingens rei familiaris damnum (v. c. per paſcua venenata) pluribus quoque concivibus mors obtingere ſolet. Accedit, quod hic publico exemplo in tam gravi malitia aliquid debeatur. Quod ſi nemini inde nocitum, arbitraria pœna decerni ſolet, cum in criminalibus malitia, effectui aliquali juncta demum corpus delicti plene conſtituat. CZ. *P. IV. c. XVIII. defin. 2.*

De intoxicante paſcua.

*2 Nam vivicomburium Saxonibus uſitatum, non extenditur ad provincias alias, nec jus commune hic quicquam decidit. Sane, ſi homo inde periit, deciſio ex noſtro Articulo in promtu eſt. Quamvis STEPHANI, BULLÆUS & alii, generaliter eundem ad venenationes paſcuorum applicent. Sed ſine idoneo fundamento, ut recte notat CLASEN. *h. poſt med.* Interim capite hunc fontium & paſcuorum venenatorem ſcelus merito luere, jamjam evicimus.

Quando ad pœnam externus apparatus accedat.

§. 6. Ceterum pœna tunc demum externo quodam, vel trahæ impoſitione, vel candentium forcipum apparatu augetur, ſi vel plures veneno ſublati, vel perſonæ conjunctiſſimæ v. c. parens, aut conjux enecatæ. *

* Præter alios ZIERIZ.

ARTIC. CXXXI.

Straff der Weiber, ſo ihre Kinder tödten.

Welche Weiber ihre Kinder, ſo das Leben, oder Gliedmaß empfangen haben, heimlicher, boßhafftiger, williger Weiß ertödten, die werden gewöhnlich lebendig begraben, und gepfälet. Aber darinnen Ver-

Verzweiffelung zu verhüten, mögen dieſelbigen Ubelthäterinn, in welchem Gericht die Bequemlichkeit des Waſſers darzu vorhanden iſt, ertränckt werden. Wo aber ſolches Ubel offt geſchähe, wollen wir die gemeldte Gewohnheit des Vergrabens und Pfälens, um mehr Furcht willen, ſolcher boßhafftigen Weiber auch zulaſſen, oder aber daß vor dem Ertrăncken die Ubelthäterin mit glüenden Zangen geriſſen werde, und alles nach Rath der Rechtsverſtändigen.

So aber ein Weibsbild, als obſteht, ein lebendig gliedmäßig Kindlein, das nachmahls todt erfunden, heimlich gebohren und verborgen hätte, und ſo derſelbig erkündigte Mutter deshalb beſpracht würde, Entſchuldigungs-weiß fürgeben, als dergleichen je zu Zeiten an uns gelangt, wie das Kindlein ohn ihr Schuld todt von ihr gebohren ſeyn ſolt, wolt ſie dann ſolch ihr Unſchuld, durch redlich gut Urſachen und Umſtände durch Kundſchafft ausführen, damit ſoll es gehalten und gehandelt werden, wie am 74. Artickul, anfahend. Item, ſo ein Beklagter Kundſchafft ꝛc. funden wird, auch deßhalb zu weiter Suchung, Anzeigung geſchicht: Dann ohn obbeſtimmte gnugſame Beweiſung iſt der angeregten vermeinten Entſchuldigung nicht zu glauben, ſonſt möcht ſich eine jede Thäterin mit einem ſolchen gedichten Fürgeben ledigen. Doch, ſo ein Weibsbild ein lebendig gliedmäßig Kindlein alſo heimlich trägt, auch mit Willen allein, und ohn Hülff anderer Weiber gebührt, welche ohnhülfliche Geburt mit tödtlicher Verdächtlichkeit geſchehen muß: So iſt deshalb kein glaublichere Urſache, dann daß dieſelbige Mutter durch boßhafftigen Fürſatz vermeint, mit Ertödtung des unſchuldigen Kindleins, daran ſie vor, in, oder nach der Geburt ſchuldig wird, ihre geübte Leichtfertigkeit verborgen zu halten. Dar-

Darum, wann ein ſolche Mörderinn auf gedachter ihrer angemaſten, unbeweiſten, freventlichen Entſchuldigung beſtehen bleiben wolt, ſo ſoll man ſie auf obbemeldte genugſame Anzeigung, beſtimmts unchriſtlichen und unmenſchlichen erfundenen Ubels und Mords halber, mit peinlicher ernſtlicher Frag zu Bekänntniß der Wahrheit zwingen, auch auf Bekänntniß deſſelben Mords zu endlicher Tod-Straff, als obſtehet, urtheilen: Doch, wo eins ſolchen Weibs Schuld oder Unſchuld halb gezweifelt wird, ſo ſollen die Richter und Urtheiler, mit Anzeigung aller Umſtände, bey den Rechtsverſtändigen, oder ſonſt, wie hernach gemeldt wird, Raths pflegen.

NOTÆ AD ARTIC. *CXXXI.*

Pœna infanticidii doloſi.

§. I. Quod ſi mulier infantem recens *1 ex ſe natum vivum, *2 perfecte formatum, dolo malo ſive ſcienter *3 perimit, pœna eſt, ut aqua *4 mergatur, & ita ſuffocetur, ſi vero ſcelus plus vice ſimplici commiſſum ſtipite præacuto vel palo transfixa viva ſepeliatur. *5 Vel quod uſitatius, candentibus forcipibus aduratur *6 & mergatur.

Corpus delicti hic.

*1 Corpus delicti abſolvitur 1) infantis vivi editi 2) perfecti 3) occiſione 4) doloſa ſive ſcienti. Ante omnia itaque certo conſtare debet de infante nato, pro capitali ſupplicio decernendo. Ex inſtituto hoc oſtendit D. OLDECOP. *in ſcript. germanic. An. 1664. Gwelpherbyti* ſub rubr. eines nie erhörten unchriſtlichen Proceſſes des Raths zu Braunſchweig, wider ein Mädgen von XIV. Jahren Margarethen Schmids, *edito* in cauſa infanticidii Margrethæ Schmidiæ imputati. Verum, quid ſi fœmina confiteatur, quod infantem enixa ſit, ſed ad abjectionem in aquam, projectionem porcis, injectionem in ignem factam & alia provocet, vel certe locum ſepulturæ indicet, ubi infans nulla adhibita induſtria reperiri queat, quid agendum, inquam, ſi jam ſimul tortura ſit adhibita, & hæc confeſſio

Quidſi infans in profluentem, aut furnum jactus dicatur.

ibidem

ibidem firmata, & ratificata? An ad pœnam mortis perveniri poteſt? Sane circa infantis vitam fœminæ creditur, ſi infantem vixiſſe fateatur, nec circumſtantiæ repugnent. Quidni & circa ipſum partum editum, ſi de impraegnatione & geſtatione uteri, valde vero ſimiliter conſtet. *vid. CZ. qu. XVI.* Mitiorem opinionem arripit BLVMLACHER. *n. 3.* quaſi indicia ad ultimum ſupplicium in delicto facti permanentis non ſufficiant. Interim prior ſententia rationi magis convenit, quod nempe circumſtantiis adminiculata confeſſio judicem ſatis certum reddat, nec danda ſit occaſio infanticidis, ejusmodi, allegatis pœnam capitalem ubique eludendi FROELICH. *P. II. p. 183.*

Sententia Blumlacher

Sententia noſtra.

*2 Teſtibus & confeſſione propria matris, vitam probari poſſe facile conceditur. Sed de pulmonum experimento dubia quædam attulit BEYER. *h.* ad quæ tamen non difficulter ipſe reſpondet. Res, ſi experimentum recte inſtituitur, ſi pulmo 1) probe ſeparatus ab arteria & venarum ramis 2) integer non in partes ſciſſus, & 3) non putrefactus aquæ injicitur, *vid.* HEIL. *p. 9. ſequ.* ita ſe habet: *pulmones natantes certo arguunt, infantem vixiſſe,* ſed *pulmones ſubſidentes non æque certo arguunt, infantem editum non vixiſſe.* Nam ſi fœmina partum ſuffocet, ſtranguletque, pulmonem in eum intruſus ſanguis aggravat, ut non natet. Idem ſi fœmina parturiens aquam intret, aut paludem & infantem in ipſo partu in aquam excludat & ejiciat, ob ceſſantem reſpirationem, pulmoni que explicationem, natatio quoque ceſſat. Ceterum ſigna violentiæ, vulnera, & quæ alia mortem attulerunt, inquirunt, judicique referunt medici.

De pulmonum experimento ſupr. ad Art. XXXV.

*3 De requiſito doli pene ſub omnibus articulis diximus. Non tamen ſtatim fides adhibenda fœminæ dolum abneganti, ſæpius enim allegare ſolent, quod doloribus obrutæ, forte fortuna infantem in lecto oppreſſiſſent, quod infans ex improviſo in terram procidiſſet, aut cloacam: Das Kind ſey ſo unverſehens, wie ſie aufgeſtanden, von ihr geſchoſſen. Pluribus præjudiciis hæc illuſtrat CZ.

An fœminæ dolum neganti credendum.

qu. XV. quæ tota fere de infanticidio ſine propoſito commiſſo agit. Refert ad hanc claſſem CARPZOVIUS eam ſpeciem, ubi, fœmina umbilicum infantis non obligavit, & infans effluxu ſanguinis inde periit. Sed ſi fœmina ſcivit, quod infanti neceſſario ex hac incuria ſit pereundum, a dolo excuſari, & pœnæ capitali ſubtrahi nequit. Nec regulariter præſumere licet, quod infanticida, quid in partu agendum ignoret. Nam de mulierum fatis, puerperarum & parientium ſtatu, mater & avia cum juvenculis ſermones cædunt tantum non quotidianos. Ceterum a. 1733. Dn. SCHULTZE medicus Halenſis ſingulari diſſertatione: citra periculum mortis infantis, obligationem funiculi umbilicalis omitti poſſe, demonſtrare aggreſſus eſt, provocans ad beſtiarum fœtuum exempla. Verum duo medici hujus loci, antequam hic defenderunt, nec a beſtiis in hoc genere recte ad homines argui, nec unum aut alterum exemplum regulam veterem tollere poſſe, actis ipſis oblatis reſponderunt. Addendo, quod in ſectione ſector facile animadvertere poſſit, an omiſſam obligationem hæmorragia ſecuta, annon ſecuta ſit, quod inde æſtimat, utrum vaſa infantis ſanguinaria ſanguine repleta, an plane vacua deprehendat.

* 4 Crudeliſſimum ſubmergendi genus erat culeus, qui miſerum omnibus elementis privabat. Primam originem refert *Epitomator Livii Libr. LXVIII. ad annum U. C. 648.* Dein ſub Imperatoribus animalia inſui cœperunt. *vid.* de illo MATTH. *p. 528. ſequ. de crimin.* Minus crudelis ſubmerſio quondam majorum noſtrorum, qua ignavos & corpore infames cæno aut palude, teſte TACITO *c. XII. de M. G.* mergebant. Saxonica projectio infanticidæ in flumen nota immanitatis caret, licet extra Saxoniam, pœna gladii adhiberi ſoleat. *D. l. h.*

Hiſtoria ſepulturæ vivi.

* 5 Refertur in textu hæc pœna tanquam conſueta & uſitata quondam in Germania; & ita quoque in ordinatione *Bambergenſi Art. 156.* Interpretes hic more ſolito ſilent, vel de Romanorum ſupplicio in Saxonia ſuo modo adhuc uſitato,

to, pro captanda aura populi ſequacis, difficiles nugas adferunt, atque Saxones meos ſine ſale notant. Ego in literis ad A. inter argumenta hunc Articulum retuli, quæ mihi nemeſin hanc non germano JCto, ſed exoticæ manui originem debere perſuadebant, cùm nimiam crudelitatem ſapiat, hoc ſupplicii genus. Refert tamen PROCOP. *L. I. de bello Goth. Eulos mulieres cum maritis vivas ſepeliiſſe.* Idem de *Venedis* teſtatur DIODOR. SICUL. *L. VIII. Biblioth.* Deinde extat decretum Regis Francorum Herimeri *p. 4.* apud GOLD. *t. I. Conſtit. Imper.* ubi dux, qui perfide hoſtem in provinciam ingredi ſinit, vivus ſepeliri jubetur. Sed unde GOLDASTUS hauſerit diploma, mihi non conſtat, nec ipſe *in Rationali* indicavit. Scripſit quoque ad me celeberrimus WENCKER, daſs das lebendig begraben in dem XIV. Seculo noch, ſelbiger Gegend, nehmlich bey Straſsburg, und zwar unter andern in einer nahmhafften Stadt, in Brauch noch öffters geweſen. Deinde in ſententiis veterum Scabinorum *fol. CL. poſt Weichbild* de infanticida diſerte ſtatuitur :| Und alſo mögte ſie an ihren Leib und Leben peinlich geſtrafft, und gerechtfertiget, und alſo nach Gebrauch und Ubung hieſiger (ſcilicet ubi jus Saxonicum valet) Landen lebendig begraben werden. Eadem pœna in infanticidas *in den Dithmariſchen Land-Rechten* (quæ jura confirmavit Fridericus II. Rex Daniæ Anno 1567. die omnium ſanctorum) decernitur his verbis: De ſüne egene Kinder um dat Leben bringen werde, de ſchal lebendiglich unter den Galgen begraven werden. Vicinior nobis Brunſuiga *in LL. tom. III. pag. 439. rer. Brunſuic.* quas recitat LEIBNIT. ita: de drivende Mäghde, de andern Vrouen verſchündet, die ſoll man levendig begraben. Addit his GOSLARIA in legibus ſuis *p. 500. d. l.* fœminas fures & pacifragas. De FRANCONIA nihil definio. Nam quæ in ordinatione criminali Bambergenſi habentur *Art. CLVI.* ea deſumta ſunt e primis ordinationis noſtræ projectis. In BAVARIA quondam plane

præcipue pœnalis.

Digitized by Google

in impuberem homicidam vivi ſepulturam ſtatutam fuiſſe *infr. ad Art. 164.* ex HVNDIO referemus. De SILESIA & LVSATIA eundem infanticidas puniendi modum refert ex chronicis DOPL. *P. II. p. 324. & p. 372. n. 10. 11.* Nec aliter quondam obſervatum in comitatu TYROLENSI, FROELICH. *P. II. p. 180.* SVEVVS *cap. CC. Spec. Svevic.* vivos ſepeliri jubet; *qui armis contra imperatorem, vel miniſteriales ipſius conſurgunt, vel in Reiſa cæſaris aufugiunt cæſare indefenſo relicto.* Itaque ut verum fatear, nihil roboris ineſt meo ſupra adducto argumento, nec hujus pœnæ crudelitas quondam moribus Germanorum repugnavit. Licet hodie crimine quamvis infanticidii reiterato vix ſit, ut amplius obtineat, ſi paucas regiones v. c. Bohemiam & Sileſiam, item Dithmarſiam excipis, ubi tamen palo cor infanticidæ plerumque transfigitur, ut proinde & illis in locis vivi ſepultura ceſſet. Imo hodie judices Dithmarſienſes collegia rogant; ein der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung gemäſſes Urthel in hac ſpecie. Unde ordo noſter verſus H. & M. pronunciavit ſecundum articulum noſtrum CXXXI. Alias *vid.* DOPL. *c. 28. d. l.*

* 6 Hoc additamentum extat in ipſo textu. In Saxonia toties aduritur, quoties ſcelus repetiit. Nec alibi multum aliter. *vid.* late DOPLER. *cap. XX. P. II. per tot.*

§. 2. Dubium ſubortum eſſe meminimus quid noter: GLIEDMAESSIG in articulo, & a quo tempore partus conceptus dicatur: ein gliedmäſſig Kind. Sic apud Monaſterienſes fœmina bis in duabus urgichtis faſſa erat: ſe infantem vix ex ſuo utero provolutum apprehendiſſe, & ejus caput vehementer manibus compreſſum enecaſſe. Aſt dein allegabat poſt revocationem defenſor, infantem nondum fuiſſe: gliedmäſſig, utpote medio Auguſti conceptum, die Decembris XX. natum, ♃. A. 1731. M. Dec. ſecundum ea, quæ proponuntur, hanc ſpeciem ad pœnam capitalem hujus articu-

ticuli non pertinere, cum partus quadrimeſtris non habendus ſit in capitali judicio pro: gliedmäſſig v. CARANZAM *de temp. part. c. IX. ibique cit. philoſ. & JCtos.* GOBLER. *ad h. artic.*

§. 3. Pœna mitigatur 1) ſi partus quidem vivus non tamen *1 vitalis occiditur 2) ſi corpus delicti dubium, ne de occiſione *2 ſatis conſtet, 3) ſi juvencula a vetula doloſe perſuaſa *3 vel a patre minis *4 coacta, infantem occidit, 4) ſi in conatu ſubſtitit infanticida. *5 — Quæ pœnam mitigent in hoc crimine.

*1 V. C. quod infans agonizans & moribundus occiſus *vid.* THESAVR. *deciſ. Piemont. XIII.* CARPZ. *qu. XVII. n. 26.* obtinet tamen his caſibus gladii pœna. Imo in locis, ubi gladii pœna infanticidarum ordinaria eſt: ibi in hac ſpecie tantum extraordinariæ arbitrariæ locus, *vid.* THESAVR. *d. l.* — De infante non vitali læſo.

*2 Si v. c. infans vulneratus ex terra effodiatur, ſed (ut accidit aliquando) veru indagatus fuerit, ut non conſtet, an mater vulnera inflixerit, an incautus indagator. Quo caſu arbitraria pœna obtinebit. Merito itaque monet KAYSER *in prax. crim.* ut proinde protrahatur infans recens ſepultus, ſine vi & impetu. Nam contigiſſe ſuo tempore, ut infans vivus a patre & matre ſepultus, leniter & ſine inſtrumentis craſſis, in lucem protractus, ab obſtetricibus refocillatus, priſtino vigori reſtitutus fuerit. Speciem de infante veru quæſito & confoſſo, *vid. apud* THOMAS *in Juriſtiſchen Händeln 1. 1.* — De infante cæſo ſepulto caute effodiendo.

*3 Hanc mitigandi cauſam refert BERLICH. *P. IV. concl. VII.* pœna tamen eſt pœna gladii. — De occidente ex metu.

*4 Speciem hanc tractat SIGISMVND WITTVM *conſil. IV.* ubi pater filiæ infanticidæ minatus erat: Daſs er ſie umbringen wolte, wann ſie einen Banckerd bekommen würde. Nihilominus tamen pœnam gladii dictitandam idem *d. l.* cenſuit.

*5 Ex inſtituto CARPZOV. *qu. XVII.* Inter cauſas mitigandi quoque refert CARPZOV. *qu. XVIII. n. 22. ſeq.* pœniten- — De matre inter occidendum nimis

ſero pœnitente CZ. deſenſus.

tentiam, utut ſeram, v. c. ſi inter plagas fœminam pœnitentia ſubiret, & percutere ceſſaret, infans autem nihilominus mox moreretur. Quo caſu gladii pœnam ſufficere putat, nec aliter mihi videtur. Quicquid alii declament in CARPZOVIUM. Nam 1) pœna hæc gladii plane in quibusdam provinciis in genere ſufficit, licet fœminam non pœnituerit, 2) illa, quam in ipſo ſcelere pœnitet, ex impetu animique perturbatione, magis quam e prædeliberato dolo ad facinus acceſſiſſe videtur. 3) Cruciatus, terrores & reliqua, quæ ultra extinctionem & necem delinquentis accedunt, facile remitti poſſunt, cum facinoroſos e medio aliquando tolli neceſſum ſit, ut vero cum multo cruciatu & atrociori pompa tollantur, ut plurimum neceſſum non eſt. Ut rectiſſime alicubi obſervatum eſt *illuſtri* THOMASIO. Plane pœnam ſubmerſionis in pœnam gladii commutatam fuiſſe in ea ſpecie me legiſſe memini, infanticida 1) infantem vagiiſſe, ſeque moviſſe, 2) ſe vero reſectis ligamentis eundem ad latrinam apportaſſe, atque in aquam, quæ in ejus fundo latebat, projeciſſe, faſſa erat: ſed mortuo reperto infante non medici, verum obſtetricis tantum inſpectio acceſſerat. Quam tamen mitigandi cauſam meam non facio. *vid.* LUDOV. *h.*

Quando hic quæſtioni locus, requiſita.

§. 3. Ratione torturæ adhuc ſubjungitur in textu, quod fœmina, quæ 1) uterum celavit, 2) infantem plene formatum 3) ſtudio, vid. THOMAS. I. *Juriſt. Händ. pag.* 57. remotis arbitris peperit, natumque 4) occultavit, eo autem 5) dein mortuo reperto, ad caſum fortuitum provocet, nec tamen, 6) quod infans ſine ipſius facto mortem oppetierit, veroſimiliter oſtendere poſſit: adhibitis fidiculis interroganda ſit, qualem ſe geſſerit circa infantem. Hæc omnia conjunctim requiruntur, *1 ut ex contextu articuli patet & ipſe circumſtantiarum nexus jubet. *2

Probatio requiſitorum.

*1 Requiſitum 1) habetur in verbis: heimlich trägt 2) indicatur per verba lebendig, gliedmäſſig 3) exprimitur: heimlich

heimlich gebohrn 4) latet in verbis: verborgen. Reliqua ſana ratio facile tuetur. add. THOMAS. *p. 63. diſſ. l.*

*2 Ergo interroganda eſt fœmina, an defenſoris opera uti velit, pro deducenda innocentia ſua, antequam ad eculeum pergatur, quo tot circumſtantiæ ad amuſſim expendi queant. Sane ſi fœmina ter, ante partum, in partu, & poſt partum infantem hominum oculis ſubtrahere conatur, ſi eundem inſuper maturum, vegetumque fuiſſe conſtat, fœmina nihilominus innocentiſſima apparere velit, non poteſt non magna & fortiſſima mala præſumtio contra ipſam oriri. Quæ tamen cum viciſſim adducta excuſatione fœminæ, allegatisque in ſuo defenſionis ſcripto innocentiæ circumſtantiis probe ponderanda, videndumque, annon nexus indiciorum alicubi hiet, & ſuſpiciones per in contrarium allata argumenta aliquatenus convellantur. A Medicorum felici vel infelici teſtimonio hic præcipue ſalus infanticidæ dependet, utrum ſcilicet infantem naturali fato defunctum, an morte violenta oppreſſum fuiſſe atteſtentur. Neque enim ullo modo audiendus eſt BERLICHIUS, qui *P. IV. Concl. VII. n. 30.* etiam in illa ſpecie fœminam clam parientem, ultimo ſupplicio afficiendam putat, ubi conſtat manifeſto, fœtum ab illa non eſſe enecatum, ſed in doloribus partus deceſſiſſe, id quod aperte repugnat definitioni hujus articuli, & requiſito 6. Interim facile conceditur, quod, ſi negligentia ſua fœmina mortis cauſam præbuerit, in ejusmodi caſu, pro gradu modoque culpæ extra ordinem in eam animadverti poſſit. Tandem hic diſputari ſolet de fœmina, quæ latrinam acceſſit, & infantem in eam effudit, dolores ventris deinde cauſata. Quidam per tormenta de dolo malo iſtam quæri poſſe contendunt, quidam mox ad pœnam extraordinariam deproperant. *vid.* quos citat CLASEN. *h.* Ego ſentirem cum prioribus, niſi inſignis conjectura aſſerto fœminæ aliquatenus fidem conciliaret, quo caſu propter culpam, arbitrarie punienda foret. CARPZOV. *n. 36. qu. XI.*

De fœmina, quæ partum ter celavit.

De fœminis parituris ad latrinam euntibus.

Artic.

ARTIC. CXXXII.

Straff der Weiber, ſo ihre Kinder, umb daß ſie der abkommen, in Gefährlichkeit von ihnen legen, die alſo gefunden, und ernehret werden.

So ein Weib ihr Kind, um daß ſie des abkomme, von ihr legt, und das Kind wird gefunden und ernehret, dieſelbig Mutter ſoll, wo ſie des überwunden und betreten wird, nach Gelegenheit der Sach und Rath der Verſtändigen geſtrafft werden. Stürbe aber das Kind von ſolchem Hinlegen, ſo ſoll man die Mutter, nach Gelegenheit des gefährlichen Hinlegens, am Leib, oder Leben ſtraffen.

NOTÆ AD ARTIC. *CXXXII.*

Pœna infantes exponentium.

§. I. Arbitrariam coërcitionem fœmina, quæ abdicandi animo infantem, dein ab aliis repertum ſuſceptumque expoſuit, * I merito ſubire debet. Quod ſi vero expoſitum a nemine detegi, tollique, ſed perire contingat, vel in corpore luat fœmina facinus ſuum, vel ultimo ſupplicio pro re nata puniatur. * 2

Veterum licentia infantes exponendi.

* I Olim apud Græcos & Romanos ſumma fuit infantes exponendi, imo occidendi licentia, ut vel ex decantatiſſimo loco LACTANTII *Lib. V. cap. 9. n. 15.* patet, & poſt JACOBUM GOTHOFREDUM, HUBERO, NOODTIO, *c. IX. in* JUL. PAULLO, aliisque obſervatum eſt. Modo id fieret brevi poſt nativitatem & antequam parens natum agnoviſſet. Erant Franci gens utique Germanica; ſed quam exigua illorum fuerit in progeniem ſuam pietas, vel ex BALUZIO *ad capitular.* conſtare poteſt. Cui quoad hiſtoriam praxis veteris Germaniæ, haud melioris Romana, jungi poteſt GONZALEZ ad *tit. X. de infant. & languid.* Jure Suevico infans potuit vendi *art. 72. p. 208.* SCHANNATII unde quæ *Tacitus c. XIX.* de M. G. commemo-

memorat, quod *numerum prolium non finierint*, vel ad artes malignas parandi pocula ſterilitatis, abortusque reſtringenda ſunt, quæ utique Germania vetus ignoravit, vel ſi etiam ad infantum expoſitiones extendere velis, intra vetuſtiorum temporum cancellos contineri debent. Præcipue ſub Chriſtianis invaluit expoſitio ad portas monaſteriorum, forte quia monachi patres dicebantur v. BALVZ. *in ind. ad tom. I. II.* Cæſar noſter crimen ab effectu ſecernit, utrum ſcilicet mortis cauſam præbuerit expoſitio, annon præbuerit. Poſterior ſpecies ſine ultimo ſupplicio imo, ſine pœna corporis afflictiva, ut contextus evidenter docet, tranſit, ut proinde vel relegetur, vel carceri tantum mancipetur, qui expoſuit. Quod ultimum tum demum mihi obtinere videtur, ſi infans 1) non tempore periculoſo, nec in locum ſolitarium, ſed quem homines frequentant, exponatur & 2) exponens inſuper excubias egerit, usque dum aliquis ſupervenerit, qui miſerum tolleret. Sin autem exponentem tam ſollicita infantis cura non ſubiit; ſed ipſi ſatis fuerit in loco publico, tempeſtate non incommoda, illum fortuitæ aliorum miſericordiæ relinquere, merito infante licet ſervato, relegabitur. Porro ſi infantem mori contingit, ulterius videndum, an exponens circa locum, aut tempus peccaverit, an loco & tempore opportuno expoſuerit, mors autem præter animi propoſitum inſecuta ſit. Sin prius, dolo ſane non caret ita delinquens, gladioque feriri poteſt, vel lege provinciali ita jubente, ut in Electoratu Saxonico *vid. deciſ. noviſ. 78.* culeo inſuitur. Sin poſterius, fuſtigatione, damnatione ad opus publicum, in locis, ubi ictus fuſtium abrogatus, exponens coërcetur. Ceterum neſcio, cur ZIERIZ, BVLLÆVS aliique, quos citat STEPHAN. *h.* ultimum quoque ſupplicium decernant, ſi expoſitio periculoſe facta, nec tamen mors infantis ſecuta, cum tamen temeraria hæc gloſſa e diametro repugnet legi Imperatoris. Sed annon fuſtiganda eſt ejusmodi impia mater? Ex verbis textus non videtur, quia

Carolinæ ſanctio.

Diſtinctio utrum infans expoſitus mortuus, an ſervatus.

Error Ziericii circa pœnam periculoſe exponentium.

quia verba: an Leib, tantum adjecta videntur illi caſui, ubi infans periit. Itaque tantum in perpetuum relegandam eſſe dicere poſſes. Enim vero licet Cæſar dein morte ſecuta pœnam corporis afflictivam, vel ultimum ſupplicium, tanquam pœnam ordinariam, ſtatuere videatur, nihilominus cum in caſu vivi reperti infantis, punire jubeat exponentem: nach Gelegenheit der Sache u. ſ. w. veroſimile eſt, quod EXTRA ORDINEM, & ſi magna malitia delinquentis ſubſit, Cæſar itidem coërcitionem corporis admittat. Accedit, quod fœmina doloſe & periculoſe exponens infantem, eventû mortis non inſecuto, non melioris debeat eſſe conditionis, quam quæ ſine propoſito occidendi & minus periculoſe expoſuit infantem, qui dein caſu periit. Nec enim eventus, aut caſus, plus pœnam temperare debet, quam delinquentis animus aut dolus. Præterea pœnam fuſtigationis quoque dictitandam cenſuimus in Collegio noſtro fœminæ, quæ monita erat a Magiſtratu, ne infantem exponeret, ſub pœna fuſtigationis, & ſpreta Magiſtratus auctoritate, nihilominus expoſuerat clanculum nocturno tempore coram atrio viri ſenatorii.

& quid Carolus ſanxerit.

De ſpecie, ſi exponens allegat ignominiæ metum CARPZOVIUS defenſus.

*2 Quænam pro defenſione delinquentis hic adduci queant, facile ex dictis liquet, vel enim exponendi modus, vel effectus non ſecutus pœnam mitigat. Mire invehunt recentiorum Commentarii in ANTONIUM MATTHÆI & CARPZOVIUM, quorum ille *p. 254. de crimin.* mitius agendum cenſet cum fœmina, quæ metu ignominiæ ſubacta, partum in olla expoſuit. Hic autem *Qu. X. n. 15.* relegandam putat fœminam, quæ in locum hominibus frequentem infantem, dein vivum ac incolumen repertum expoſuit, adducta eadem metus ignominiæ ratione. Primus, quantum obſervavi, ad hanc cauſam provocavit Mediolanenſium Senatus apud CLARUM *ſ. fin. quæſt. 83. n. 7.* qui puellam nobilem, quæ infamiæ vitandæ cauſa puerum recens natum, exponi juſſerat, penitus abſolvit. Arriſit dein hoc deciſum MENOCHIO *A. l. qu. caſ.*

Digitized by Google

caſ. CCCXCVI. n. 5. in tantum, ut plane de textu juris huc trahendo cogitaverit, & in hanc finem *l. iſti quidem §. pen. quod met. cauſ.* citaverit, quem ex illo CARPZOVIUS ſuo libro quoque inſeruit. Si rem quis ex vero æſtimet, deprehendet 1) Mediolanenſes quidem ſua nimia indulgentia, diſciplinam publicam, legesque pœnales in hoc crimine funditus fere evertiſſe. 2) Menochium textu ſuo de oppoſita plane ſpecie agente, ubi ſcilicet fœmina ante ſtuprum illatum metuit, & ſtuprum pecunia redemit, non autem de caſu, ubi non metuit ſtuprum, ſed tantum, ut malæ ſolent, ſtupri pœnam, alios ulterius ſeduxiſſe. 3) MATTHÆUM omnium maxime a vero abiiſſe, quod e perverſa *tituli quod metus cauſa* applicatione, plane innocentium & injuſtam vim patientium jura, cum capitaliter, ita enim depinxit ipſe paulo ante crimen infantes in olla exponentium, delinquentium injuſto metu, miſcuerit. 4) CARPZOVIUM autem leviſſime peccaſſe, quod veram ſuam ſententiam, *jam n. 17. d. l.* bonis rationibus probatam, non neceſſaria JCtorum peregrinorum auctoritate & lubricis argumentis, pro ampliando volumine, ulterius demonſtrare voluerit. Certe exinde minime concludi poteſt, quod CARPZOVII volumina, opera ſtudioſorum ſine judicio alios exſcribentium, compilata ſint. Sane CLARUS, MENOCHIUS, & MATTHÆI, ex imbecillitate humana hic magis impegerunt, quam CARPZOVIUS, proprio licet marte ſuos libros conſcripſerint. Imo in ea ſpecie de qua CARPZ. loquitur, ſi ſcilicet infans non periculoſe expoſitus ſervatusque, fœminæ honeſtæ, quæ ſemel libidinoſi nebulonis artibus decepta, & imprægnata, bonæ famæ, qua hactenus gaviſa eſt, tuendæ cauſa, in triſte & improbabile remedium incidit, omnino, ut alias in aliis arbitrariis pœnis qualitatis perſonarum ratio haberi ſolet, magis parcendum eſt, quam vulgari proſtibulo, quod nullum honoris famæque prætextum allegare poteſt, ſed unice infantem abjicit, quo minori impedimento ad priſtinam luxuriam redire queat.

De baptiſmo expoſiti & an expo-

§. 2. Quærunt Doctores ad hunc Articulum 1) an infans repertus baptizandus, ſi ſchedula appenſa * 1 ipſi habeat, quod jam baptizatus ſit. 2) An ejusmodi expoſitus infans in omnibus, reſpectu civitatis, dignitatumque in curia & eccleſia habendus * 2 pro legitimo 3) an alendus a Magiſtratu, & has quæſtiones omnes affirmant regulariter in praxi.

*1 1) Quaſi impiæ matri, vel ejus aſſertis non ſit credendum 2) quod melius ſit ſacramentum initiationis bona fide reiterare, quam de ejus applicatione per omnem vitam dubitare.

ſitus præſumendus legitimus.

* 2 Si quis reſpiceret naturam præſumtionum, quæ deſumuntur ab eo, quod fit ut plurimum, contra expoſitos pronunciandum foret, ut jam diu alii annotarunt. Sed cum 1) præſumtione illegitimitatis infantes expoſiti valde graventur, 2) nemini per præſumtionem pro infante benigniorem aliquid de jure accreſcat, vel decreſcat, 3) propter præſumtionem nemo ſit condemnandus, præcipue 4) pœnæ ignominiæ non ſint augendæ, ſed reſtringendæ 5) melius ſit decem hominum famæ conſulere, quam unum innocentem infamare, æquius judicarunt JCti allegatam præſumtionem non ſufficere, pro expoſitis ad ſpurios relegandis, ſed eos tanquam legali probatione contra illos deficiente, merito abſolvi, & commodis legitimorum frui debere. Nec diſtinguendum puto inter exiſtimationem ſimplicem, & aditus ad honores. Niſi honores probationem ſtemmatis requirant, v. c. canonicatus

cum temperamento.

cathedrales *vid.* GONZALEZ. *ad c. un. X. h. t.* Aſt dicis quid ſi cum aliis in petendo officio concurrant. ℞. Res dependet ab arbitrio illius, qui honores confert, nec legitimi certo tales jus perfectum habent præ expoſitis. Sed pergis, ita forte ſecundum jura, ſed quid per regulas prudentiæ conferenti licebit? ℞. Res dependebit a cir-

Doctores & Jus Romanum quid hic ſtatuant.

cumſtantiis cauſæ obvenientis. Conſentientes in hac diſputatione habemus SPECKHAN. *Cent. III. qu. XIV. per not.* PALÆOT. *de ſpur. Cap. 20. & 60.* Imo tuetur nos *l. 3. C. de in-*

de infant. expoſ. qui pro ingenuo habendum dicit infantem expoſitum. Tandem ad quem, ſuperiorem, an inferiorem jurisdictionem habentem, ſpectet expoſitum repertum alere, dictum in *Specim. §. 9. de jurisd.* ſentiunt nobiſcum MOLLER *lib. IV. c. 45. ſemeſtr.* CLASEN *h.*

ARTIC. *CXXXIII.*

Straff derjenigen, ſo ſchwangern Weibsbildern Kinder abtreiben.

So jemand einem Weibsbild durch Bezwang, Eſſen oder Trincken, ein lebendig Kind abtreibt: wer auch ein Mann oder Weib unfruchtbar macht, ſo ſolch Ubel fürſetzlicher und boßhafftiger Weiß beſchicht, ſoll der Mann mit dem Schwerd, als Todſchläger, und die Frau, ſo ſie es auch an ihr ſelbſt thät, ertränckt, oder ſonſt zum Tod geſtrafft werden. So aber ein Kind, das noch nicht lebendig wäre, von einem Weibsbilde getrieben würde, ſollen die Urtheiler der Straff halber bey den Rechtsverſtändigen, oder ſonſt, wie zu End dieſer Ordnung gemeldt, Raths pflegen.

NOTAE AD ARTIC. *CXXXIII.*

§. 1. De abortu nota: qui fœminæ vi illata, cibo aut potu porrecto fœtum vivum abigit, vel 2) maſculum, aut fœminam ſterilem dolo malo reddit, ultorem gladium * ſentiet. *Pœna partum abigentium,*

* Qui poculo partum abegerat, capite plectebatur, qui ictu, pecunia mulctabatur apud *Wiſigothos L. 10. tit. III. l. 1. 2. Leg. Wiſigoth.* Jus Alemannicum *tit. XCI.* indiſtincte mulctæ inhæret, ut & Bavaricum *tit. 8. l. 19. §. 2. 3.* *quæ olim*

§. 2. Conſtituunt corpus delicti ad gladii itaque pœnam 1) dolus *1. malus 2) factum violentum, *2 vel medicamen noxium 3) violentiæ, aut efficaciæ medicamenti ſufficientia, ut partus revera fuerit hoc facto *Corpus delicti.*

 vel

Digitized by Google

vel hoc medicamine *3 abactus necatusque 4) ut jam fuerit animatus *4 tempore, quo abigebatur.

De dolo abigentis.

*1 Itaque ſi quis in rixa, vel alias per incuriam, aut petulantiam prægnanti vim fecerit, quanta ſubfuerit illius culpa indagabitur, ad pœnam arbitrariam definiendam. Quod idem dicendum, ſi vim medicaminis non ſatis propinans intellexerit. In neutra tamen ſpecie facile ultra relegationem aſcenditur THESAVRVS *deciſ. XII. n. 2.* Nam caſus, quem CARPZOVIVS *qu. XXVII. n. 34.* refert, in quo fuſtigatio dictata fuit, præter crimen abortus, ſimul homicidium matris continet, inſigni culpa commiſſum.

De prægnan. abortiente ob terrorem & an terrere capital.

*2 Inde regulariter ad abortum proprie procurantes non referrem, qui terrorem incuſſerunt fœminæ, manus autem non intulerunt. Nam multæ fœminæ non facile ita terrentur, ut abortum patiantur, ſed id per accidens veluti, ut plurimum contingit. Nihilominus dico regulariter, cum interdum terrentis tanta malitia, terroriſque improviſi tanta efficacia eſſe poſſit, ut captum & imbecillitatem fœminarum tantum non omnium expugnet, ictus fuſtium tamen ad ſummum hic ſufficiet, quia lex noſtra in pœna capitali, de nudo terrore facto oppoſito, mihi loqui non videtur. *adde* HERT. *in Proverb.* Narrenſpiel will Raum haben.

Medicorum conſilium.

*3 Itaque judex adhibito medico probe expendet facti, medicamentique effectum. Imo ſi ita non obſervatum, collegium Juridicum, ut fiat adhuc, interloqui tenetur.

An jus divinum diſtinguat inter partum animatum & inanimatum.

*4 Multis circa hanc diſtinctionem, an lege divina nitatur, diſputat, ſive THESAVRVS, ſive ut quidam ſcribunt TESSAVRVS *deciſ. XII.* qui futuro defenſori, quoad reliqua omnino conferenda. Nobis ſufficit, quod Cæſar ita diſtinguat. Sive Auguſtinus *in can. Moyſes cauſ. 32. qu. 2.* recte intellexerit Moſen, ſive alii recte iterum intellexerint Auguſtinum, ſive non, jam non curamus. Uti nec veterum philoſophorum traditiones nos anxios habent. Nam occidendi plane jam natos licentia apud Græcos & Romanos olim in foro recepta, mirari non debemus, quod

quod PLATO, ARISTOTELES atque STOICI, facile abſolverint hominem abortum procurantem. *adde* MATTHÆI *h.t.* Partum in utero materno carere anima, & demum excluſum animari, item puellæ licere abortum procurare, ne occidatur, vel infametur, tanquam propoſitiones ſcandaloſas rejecit Innoc. X. in congregatione generali An. 1679. *pag. 1117. contin. III. Spicil. eccl.* LUNIG. Ceterum LUTHERUS *cap. Exod.* XXI. *v. 22.* expoſuit de MATRE læſa aut non læſa, aſt SEPTUAGINTA *interpretes,* PHILO, AUGUSTINUS intellexerunt Moſen de INFANTE vivo aut non vivo, ut ſuo modo cum CAROLO conſentiant.

§. 3. Quodſi partus nondum animatus, pœna arbitraria, juſſu Cæſaris imponitur. Quam ego non facile extenderem ad odioſam, ſuoque merito reprobatam a Regio Legislatore noſtro, fuſtigationem. *Si infans nondum animatus, quæ pœna.*

§. 4. Quæ de ſterilitatis *1 medicamine ſequuntur in textu, ſapere videntur patrum *2 famoſam non adeo fundatam declamationem: *quid intereſt* *3 *occidere natum, vel prohibere, ne naſcatur.* Inde ab hoc rigore praxin receſſiſſe doctores contendunt. *De pœna poculi ſterilitatis.*

*1 CLASENIUS noſter duritiem hujus ſanctionis non excuſat, ſed in *fin. h.* dicit, quod ſimpliciter hæc pœna retinenda ſit. Interim dubium ubique reſtat de corpore delicti, quis enim ſcit certo, an & quotnam vivos v. c. Titius infantes procreaſſet, aut Caja peperiſſet, ſi ſine malo medicamine fuiſſet. Imo cum homo naſcendus nondum exiſtat, facinus ſterilitatis procuratæ, homicidium in ſenſu juris, utpote hominis vivi & jam exiſtentis occiſione deficiente, dici nequit. Unde recte ad pœnam capitalem non inclinant BEYER *h.* SIMON. *præſid. acad. Theſ. V. n. 1. Diſput. XIV. P. I.* *Diſſenſus Dd. hic & quid ſtatuendum.*

*2 Nam quæ leges e jure civili, ut *l. 38. §. 5. de pœn. l. 4. de crim. extraordin. l. 8. ad L. Cornel. de Sicar. l. 5. ad L. Pompej.* *An LL. civiles capitalem decernant.*

Digitized by Google

pej. l. 1. C. de maleſic. citantur, ad quæſtionem de ſterilitate plane non pertinent, ut inſpicienti facile patebit.

De jure canonum & forenſi circa ſterilitatem.

*3 Unde ſecundum concilium Wormatienſe *vid. c. 5. X. de homic.* ejusmodi homo, ut homicida tenetur. Quod Gloſſa interpretatur: *ut homicida non verus, ſed conditionalis*, GONZALEZ *in notis hic* concedit, quod, ut homicida i. e. ad ſimilitudinem homicidæ, ſed non iisdem pœnis teneatur. Plane interdum fœminæ v. c. ſi nimis arcta ſit, ut citra vitæ periculum parere nequeat, licite poculum ſterilitatis præberi notat BARBOS. *n. 1. ad cit. cap.* In praxi ſane de mitiori pœna hodie plane non eſt dubitandum. Nec ultimum ſupplicium, ſed tantum mulctam in taliter delinquentem ſanxerunt FRANCI, ut ex *tit. XXI. §. 4. L. Salic.* conſtat. Nec omnino diſſentiunt BERLICH. *P. IV. concl. 8. n. 59.* & FROELICH. *P. II. p. 195. n. 10.* qui relegationem, aut ad ſummum ictum fuſtium ſubſtituit.

De pœna matris ob poculum abortus aut ſterilitatis.

§. 5. Gravior pœna ex mente Imperatoris manet fœminam, quæ propriis viſceribus vim intulit, & ſe vel ſterilem reddidit, vel partum abegit. Hæc enim aqua mergi ſuffocarique debet. Enim vero vix eſt, ut id obſervetur, ſed fœmina puniri ſolet, uti maſculus ſecundum dicta præcedentia. Præcipue & in hac criminis ſpecie, ſi fœmina partum proprium abegit, tam partus animati vel inanimati, *1 quam quoque deficientis doli ratio habetur. *2

De tempore, quo partus animatur.

*1 Diſputatum ſæpe, quo tempore partus animari incipiat. Saxones dimidium tempus geſtationis hic pro termino definierunt, quod imitati Auſtriaci *p. 192.* FROELICH. Alibi ex fœmina quæri ſolet, an motum partus in utero ſenſerit. Quia in criminali judicio non quodlibet dubium vitæ ſignum ſufficit, ſed certum & palpabile requiritur.

De abigente inſtinctu matris.

*2 Prolixe BERLICH. *dict. concluſ. 8. tot.* An huc pertineat, quæ inſtigante matre partum abegit? Simpliciter aſſerendum non videtur, ni minorennitas concurrat, alias gladii pœnam non evitabit. BERLICH. *ibid.*

§. 6.

§. 6. De complicibus nihil definitur, cum arbitrarie, pro ratione adjutorii coerceantur. Interim ſecernendi ſunt v. c. an ſtuprator ſtupratæ poculum porrexerit, ut biberet, illaque bibit, hic utraque pars in eodem crimine hæret, eademque pœna coerceri debet. Si vero v. c. vetula in colligendis herbis, præparandoque potu, nefarium miniſterium tantum accommodavit, embryone necato fuſtigatur, alias relegatur. Tandem, ſi fœmina quædam ſaltim criminis ſit conſcia, ſi ſcelus patrantem vidit, tacuit, non impedivit, ea carceri ad tempus mancipabitur. De complicum pœna.

§. 7. Sed quid de privato intereſſe dicendum, annon & hujus ratio habetur in hoc crimine. De ſerva, quæ per vim abortivit, omnino affirmandum. *1 Imo & ſi fœminæ liberæ ſpes certa commodumque moraliter certum, per abactionem partus interceptum, æquum eſt, ut abactor id aliunde penſet. *2 De actione civili in hoc delicto, cum

*1 Extat in hunc ſenſum *l. 24. §. 22. ad L. Aquil.* adde THESAVR. *d. deciſ. XII.*

*2 Finge, Titiam viduam a defuncto marito egeno & paupere prægnantem relictam, miſeram inopem, paulo poſt fata mariti, deceſſiſſe fratrem mariti, improlem opibusque affluentem, relicto futuro hærede ex aſſe infante, quem Titia utero geſtabat. Hominem maleferiatum ſive ſtudio, ſive per craſſiorem culpam, Titiæ vim intuliſſe, aut noxium potum propinaſſe, in necem dein præmature excluſi, edidique filioli. Si ſingula requiſita *vid. Specim. noſtr. p. 430. §. 26.* PUFFENDORF. *L. III. c. 1. de I. N. & G.* doctrinæ de damno reſtituendo meditemur, nihil eorum proponitur, quare vidua non alimenta ab abigente petere queat, licet ſperatam hæreditatem petere non poſſit. Cum itaque pro vidua militet regula: quod homo naſci ſoleat vivus. Reſpectu autem ſucceſſionis eidem obſtet, quod mater regulariter morte filium præcedat. Specie facti.

ARTIC. *CXXXIV.*

Straff, ſo ein Artzt durch ſeine Artzeney tödtet.

Wo ein Artzt aus Unfleiß oder Unkunſt, und doch unfürſetzlich jemand mit ſeiner Artzeney tödtet, erfind ſich dann durch die Gelehrten und Verſtändigen der Artzeney, daß er die Artzeney leichtfertiglich und unverwegentlich mißbraucht, oder ſich ungegründter unzuläßiger Artzeney, die ihm nicht geziemet hat, unterſtanden, und damit einem zum Tod Urſach geben, der ſoll nach Geſtalt und Gelegenheit der Sachen, und nach Rath der Verſtändigen geſtrafft werden: Und in dieſem Fall allermeiſt Achtung gehabt werden auf leichtfertige Leute, die ſich Artzeney unterſtehen, und die mit keinem Grund gelernet haben: Hätt aber ein Artzt ſolche Tödtung williglich gethan, ſo wäre er als ein fürſetzlicher Mörder zu ſtraffen.

ARTIC. *CXXXIV.*

IN Norico verba: nach Rath der Verſtändigen geſtrafft werden, diſtinctius expreſſa ſunt: an ſeinem Leib oder Leben zu peinlicher Straff erkannt werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CXXXIV.*

De quo medico expreſſe in artic.

§. I. Medicus, qui ex negligentia, *1 aut imperitia, adeoque ſine dolo hominem ſuo medicamine occidit, temeritate, animique levitate oſtenſa, quam parum opportunum ſcilicet adhibuerit ægroto remedium, punietur e conſilio ſapientum pro admiſſi gravitate. Culpæ autem *2 non levis ſpecies merito habetur, ſi audacter quis mederi alios aggreditur, nec tamen medicinam facere didicit. *3

*1

*1 Manifeſtus Articuli ſenſus, manifeſta quoque illius æquitas. Corpus delicti per ſe patet, 1) hominem ſcilicet abſque dolo 2) per temerariam imperitiam, noxio 3) dato medicamine e medio ſuſtuliſſe.

*2 Ex textu verbis: in dieſem Fall allermeiſt Achtung u. ſ. w. patet, quod de gemino pſeudo-medico agatur 1) de illo, qui artem didicit, negligit tamen applicationem *aus Unfleiſs* 2) de inerti, qui e diſciplina Magiſtri academici inanis redit, aut undequaque confuſam rei medicæ notitiam hinc inde diſcurrendo, vel alia ratione, dum pharmaceuticam, aut chirurgiam exercuit, ſibi acquiſivit, & inertia (*aus Unkunſt* in artic.) inſeliciter ægrum curavit. Quod medicorum genus præcipue obſervari jubet Cæſar, cum tot dentur in quolibet fere vitæ genere audaculi, qui magno reip. malo, arti medicæ ſe ingerere tentant. Pſeudo-medicus quotuplex.

*3 Pœna genus non exprimitur, interim, cum tantum culpa, non malitia perverſe medentis ſubſit, ultra relegationem vix extenditur, leviores gradus ſunt, ut mulctam imperitus ſolvat, vel ad tempus ab exercitio artis abſtineat. Conſentit CORASIUS *L. IV. Miſcell. c. 2.* HEIG. *P. II. qu. 26. per tot.* Quæ pœna medici culpa nocentis.

§. 2. Quamvis vero in verbis Articuli mentio non fiat Medicorum, qui non occiderunt, ſed inſigniter *1 nocuerunt inepta ſua medicina, dubium tamen non eſt, quin ex mente Imperatoris pariter ſint puniendi, & ut læſo ſatisfaciant cogendi. Pertinent huc quoque Chirurgi in utraque ſpecie, ſive vulnera & alias læſiones cum internecione plane miſeri, ſive alio infelici *2 ſucceſſu curare aggreſſi ſint. An art. etiam applic. ad medicos non occidentes, ſed nocentes.

*1 Nocent aliquando etiam politice Medici ineptiis ſuis. Sic in civitate X Medicus quidam curabat clericum adhibitis remediis, quorum alias peſtis tempore uſus eſſe ſolet, cum tamen hic clericus diverſiſſimo a peſte morbi genere laboraret. Quid accidit? malignus quidam clam De pſeudo-medico non ægroto, ſed publico nocente.

Iii 2 recepta,

recepta, quæ vocant, pharmacopolæ ſurripit, & ad civitatem Z tranſmittit. Oritur mox rumor in civitate X, peſtem graſſari, & civitas Z omne commercium abrumpere cum eadem meditatur. Merito coercita fuit arbitrarie medicaſtri, diſtinctiſſimos morbos commiſcentis, imperitia.

Præjudicium Mornacii de med. imperito.

*2 Sic MORNACIUS *ad l. 6. §. 7. de offic. præſid.* memorat, Lutetiæ Pariſiorum hominem Chirurgiam exercuiſſe, imperitum prorſus & nudum omnibus artis hujus præſidiis, tam infauſto tandem ſucceſſu, ut, dum diruptum vetulæ brachium curare audet, orta gangræna, ne reliquæ ſinceræ partes incenderentur brachii amputatio adhibenda eſſet. Quare condemnatus fuit, ut miſeræ octoginta libras, in brachii amiſſi ſolatium perſolveret, addito interdicto, ut Chirurgiam exercere deſineret in poſterum, alias corpore punitum iri temerariam inobedientiam.

Cura principis & magiſtratus circa medicos.

§. 3. Pars altera textus continet curam magiſtratui circa medicos incumbentem, ut boni peritique adhibeantur. Unde in majori provincia conſtitui ſolent: eine Medicinal-Ordnung, ein Collegium medicorum, ein Fiſcal bey dergleichen Collegio. Imo non tantum principis eſt de his proſpicere, ſed magiſtratus quoque municipalis eſt, ut in hanc rem bene conſtituta executioni mandentur. ZAHN. *II.* 32. *polit. municip.*

Officium medici forenſe.

§. 4. Officium forenſe medici FINCKELTH. *obſ.* 6. hic IV. abſolvit, 1) ne limites profeſſionis excedat, 2) ut artem, quam profitetur, calleat, 3) ut ne in curando ſit negligens; 4) ut ægroto præſcribat regimen circa noxia. Addit 5) RHETIUS *de medic. cap. II. num.* 20. ut ne malum (5) protrahat, quo diutius ægrotum in reditu habeat, multo minus, ut ne malum plane augeat. *1 Sed addamus ſyllabum quæſtionum juris circa medicos ex SPECKHAHN. *Cent.* 1. *qu.* XXIV. *2 in margine.

*1 Ho-

*1 Horum ſi quidquam medicus inſuper habet, coercetur pro judicis arbitrio.

*2 1) An poſſit petere præmium pro cura morbi medicus? 2) Quæ pœna medici exburſantis & tergiverſantis? 3) An teneatur ægroto prædicere mortem? 4) An poſſit occidere ægrum volentem? Negat hoc SPECKHAHN, & capitale eſſet putat per *L. 4. ad L. Corn. de ſicar. in fin.* Tractat alius ſimilem ſpeciem HERT. *Reſp. DLXIV.* de muliere, quæ marito ob delictum incarcerato, ad petitionem ipſius venenum tranſmiſerat, quo ſumto etiam in cuſtodia mortuus erat. Decreta fuit tortura a Dominis GIESSENSIBUS contra negantem. An capitali locum putarent, ex reſponſo ipſo non ſatis conſtat. Cum & quædam Collegia juris torturam decernant, ubi res tantum ad pœnam corporis afflictivam ſpectat. Imo præter veneni miſſionem aliud mulieris delictum in reſponſo adducitur: daſs ſie den Mann zu vielen böſen Händeln veranlaſſet. Crimen committi etiam in cæde hominis petentis ac volentis non negamus, cum ſanguinem humanum, certe in ſtatu civili, non liceat effundere ſine modo a ſuperiori præſcripto. Nec aliud probant, quæ conduxit MATTHÆI *in prolegom. cap. 3.* Sed capitale crimen hic ſubeſſe, vix eſt, ut defendi poſſit. Sane prima & præcipua ratio prohibitæ cædis hominis ſine dubio eſt, ne lædantur innocentes inviti, nec ipſis nolentibus res cariſſima; vita auferatur. Quam jam attulimus cauſam de jure vitæ & necis in ſuperiorem collato, eſt tantum ſecundaria, & primæ conſectarium. Accedit, quod ab eo, qui invitos cædit, nemo ſit ſecurus, ab eo autem, qui arma in petentes & ab eo exigentes tantum ſtringit, viciſſim ſecuri ſint omnes, niſi ipſi aliud deſiderent, velintque. Porro, quis non videt, vel mediocriter prudens, quod invitum proſternere graviſſimum ſcelus ſit, ſed amico petenti id præſtitiſſe, officii humanitatis ſpeciem præ ſe ferre, vel certe atrocius crimen non continere, cum olim id licere apud Judæos creditum videatur, ut arguit petitum

Quid ſi volens a medico, aut alio occiſus.

Cur hæc cædes

tantum arbitrarie punienda.

titum Saulis *1. Sam.* XXXI. *v. 4.* ubi GROT. & *lib. II. cap.*XXI. *ſ. 5. de J. R. & P.* Lex certe criminalis pœnam capitalem in noſtra ſpecie definiens vix adduci poterit; in Carolina minimum nulla occurrit. Nec in cit. *l. 4. ad L. Cornel. de ſicar. in fin.* de eo, qui volentem *occidit*, ſermo eſt, ſed de eo, qui volentem *excidit*, ſeu eunuchum fecit. Hoc capitale eſſe jubetur, ſi *medicus* audeat, ob facinoris noxietatem, & frequentiam, ſine dubio iſthoc ævo, imo & nefandi commercii ſpecies ſubeſt tali caſu. Unde hic recurrit *Articul. CIII. ſupr.* de non admittendo ultimo, extra caſus in articulo expreſſos, ſupplicio, verſic: Aber ſonderlich iſt zu mercken u. ſ. w Supponimus tamen, volentem eſſe ſanæ mentis, nec melancholicum, nec ſubitaneo vehementiſſimo v. c. iracundiæ affectu perturbatum; ſed v. c. exquiſitiſſimis doloribus ad petitionem, ut mors præſens ipſi inferatur, adactum. Repetamus huc ſpeciem Reſp. HERTIANI, quod deliberatum animum mariti idem venenum bis petentis, perſpicue indicat. Reſpectu medici eadem addemus, ſi graviſſimis, exquiſitiſſimis & maxime durabilibus cruciatibus, quibus nec modus, nec finis ab arte medica ſperandus, afflictus, a medico opium, aut aliud medicamen mortiferum peteret, impetraretque. 5) Quærit RHETIUS: an medicus cogi poſſit ad curam invitus etiam in ea ſpecie, ubi medico ſtatus ægrotantis videtur deſperatus? Quod quæſitum IDEM affirmat §. *18. Cap. 1.* nec obſtare ***l. rem non novam ſ. patroni C. de judic.*** quæ advocatis interdicit, ne cauſas deſperatas tueantur. Hoc enim ſine læſione juris adverſarii fieri non poſſe, adeoque delicti ſpeciem inferre, quæ utique deeſt in curis mali deſperati a medico, ſolatii tantum cauſa ſuſceptis.

Objectio juris civil. & reſp.

Qualis volens hic intelligatur.

Quid ſi de cura deſperet medicus.

De præſumtionibus pro medico in uſum defenſorum illorum.

§. 5. Ceterum pro defenſione Medici plures allegari ſolent præſumtiones 1) præſumtio generalis omnium hominum 2) præſumtio ſpecialis, quod mortuus non præſumatur mortuus ex medicamento 3) præſumtio ex

Digitized by Google

ex cura alibi feliciter peracta 4) quod non præſumendum, Medicum malo medicamine ſuo proprio commodo nociturum 5) præſumtio e præſcripta doſi & qualitate medicamenti 6) præſumtio e deficientibus in cadavere ſignis 7) ex conſtitutione valetudinaria mortui 8) e malo illius regimine 9) ex uſu proprio (quod ipſe Medicus feliciter litigioſa medicina uſus ſit) orta. *

* Colligi poſſunt hæ præſumtiones omnes e notabili defenſione medicaſtri, qui incaute colocyntho uſus erat *p. 96. ſequ. apud* THOENNICK.

§. 6. Tandem jure optimo in textu noſtro Medicus dolo malo ægrotum medicamine ſuo occidens, ut latro rotæ ſupplicio punitur. * De medico dolo occidente.

* Ita recte REMUS Articulum capit, nec aliter ZIERIZ, STEPHANI, BULLÆUS *h.* Imo id arguunt verba: *Vorſetzl. Mörder v. infr. Artic. 137.*

ARTIC. *CXXXV.*

Straff eigner Tödtung.

WEnn jemand beklagt, und in Recht erfordert oder bracht wird, von Sachen wegen, ſo er der überwunden, ſein Leib, oder Gut verwürcket hätte, und aus Furcht ſolcher verſchuldeter Straff ſich ſelbſt ertödt, des Erben ſollen in dieſem Fall ſeines Guts nicht fähig oder empfänglich, ſondern ſolch Erb und Güter die Obrigkeit, der die peinlichen Straff, Buß und Fälle zuſtehen, heimgefallen ſeyn. Wo ſich aber ein Perſon auſſerhalb obgemeldter offenbahren Urſachen, auch in Fällen, da er ſein Leib allein verwürcket, oder ſonſt aus Kranckheit, Melancholey, Gebrechlichkeit ihrer Sinn, oder ander dergleichen Blödigkeiten ſich ſelbſt ertödtet, derſelben Erben ſollen deshalben an ihrer Erbſchafft nicht verhindert werden: und dawider kein alter Gebrauch,

Digitized by Google

brauch, Gewohnheit oder Satzung Statt haben, ſondern hiemit revocirt, caſſirt und abgethan ſeyn: und in dieſem, und andern dergleichen Fällen, unſer Kayſerlich geſchrieben Recht gehalten werden.

ARTIC. *CXXXV.*

VErba: da er ſein Leib allein verwircket, non reperiuntur in Norico. Nec clauſula: und dawider kein alter Gebrauch u. ſ. w. usque ad finem ibidem extat.

NOTAE AD ARTIC. *CXXXV.*

An detur pœna ſuicidii & quid Carol.

§. I. De propricidio in eum, qui ſibi ipſi mortem conſciſcit, pœna proprie dicta nec animadverti *1 poteſt, nec animadvertit Imperator. *2 Sed tantum *3 ratione confiſcationis bonorum ſtatuit, ne propricidæ bona propter propricidium redigantur in fiſcum, ſed fiſcus ea tum demum conſequatur, ſi tale delictum antea a propricida commiſſum, quod bonorum publicationem *4 meretur. Nec ulla, quæ inolevit in contrarium, conſuetudo in poſterum valere debet.

*1 Cum omnis pœna ſit malum paſſionis, quæ mortuo infligi non poteſt.

Hiſtoria ſuicidii pœnæ.

*2 Hiſtoriam juris circa autochiros ex SERVIO *ad L. VI. Æneid. verſ. 434. ſeq.* HEIGIO *II. 36.* PETRO ÆRODIO *pandect. rer. judic. L. VIII. tit. IV. cap. 19.* MATTHÆO *p. 477. ſeq.* THOMASSIN. *III. XIV. 5.* in compendio ita cape: Initio apud Romanos autochirorum ſive ſuicidarum facinus ſpectabat ad curam pontificum, qui juſtas exequias his denegabant, & ſuicidarum cadavera inſepulta relinquebant. Dein autochiria induebat judicii formam, ut autochiro futuro ſenatus adeundus cauſaque autochiriæ mente propoſitæ explicita, conſenſus expectandus eſſet. Quod & ſub Imperatoribus obtinuit, ut, qui in reatu erant, ne bona eorum more recepto publicarentur, a principe veniam

veniam ſuicidii exorarent. Ut proinde duplex ſuicidarum legitimorum & illegitimorum claſſis invaleſceret. Porro JCti in ff. *vid. l. 3. §. 4. 6. 7. de bon. eor. qui ante ſent.* diſtinguebant: utrum tædio vitæ, impatientia dolorum, an vero ſceleris conſcientia motus, manus ſibi intuliſſet autochir? ut tantum hujus bona fiſco applicarentur. Patres eccleſiaſtici in concilio Braccarenſi, unde deſumtus eſt *Can. placuit CXXIII. qu. 5.* fere acceſſerunt ad inſtitutum pontificum Romanorum ſub gentiliſmo, ut cenſura eccleſiaſtica, excluſione ſcilicet a communione eccleſiæ & fidelium, in ſuicidas animadverterent. Inde ſuicidæ funus non educebatur cum pſalmodiis, nec oblationes pro illo offerebantur, nec miſſæ celebrabantur. Quamvis eleemoſynas pro illis dare, & domi pſalmos orare jure capitularium non prohiberetur. Cetera Dd. juris pontificii, in foro catholico eccleſiaſtico, quoad praxin hodiernam, a ſacra ſepultura excludunt, & ſi jam ſepulti, exhumandos, & extra locum ſacrum projiciendos eſſe contendunt, qui mortem ſibi conſciverunt conſcientia ſceleris, tædio vitæ, doloris impatientia, ira & deſperatione; non autem, qui ex alienatione mentis. aut vitæ vel pudicitiæ periculi effugiendi cauſa, v. c. in flumen, aut ex ædibus ſuis ſe præcipitarunt. *vid.* WIESTNER. *III. XXVIII. ad decretal. n. 7.* BARBOSA *de offic. paroch. c. XXVI. n. 49.* — *Philoſophia patrum eccleſiæ.*

*3 Sed inquis: cur hoc tantum? Reſp. quia Imperator reliquam cenſuram reliquit judici eccleſiaſtico. — *De jud. eccleſ.*

*4 Præjudicio hoc tam circa bona feudalia, quam allodialia, illuſtrat THEODORIC. *in Colleg. crimin. p. 1036. ſequ.* — *Ubi videndum de public. bonorum.*

§. 2. Praxi tamen invaluit diſtinctio, *1 utrum quis ex animi impotentia, melancholia, furoreque mortem ſibi paraverit, an criminis conſcientia, vel alia reproba cauſa, v. c. avaritia, vel affectus, arma lethalia ſubminiſtraverit. Ut in priori ſpecie facinus pro miſerando, in poſteriori pro puniendo *2 habetur. Nec *forte* ſine *3 ratione. Ceterum circa publicationem — *Uſus forenſis pœnæ ſuicidii diſtinctus.*

 bono-

bonorum remanſit diſcrimen Articuli noſtri. Nec carnificum irrationales conſuetudines feruntur. *4

*1 Quam exponit KLEIN. *in diſſertat. Volum. p. 1254. ſequ.*

De milite ſuicida v. l. 6 §. 7. de re milit. per diſtinct. cauſarum.

*2 Sed qua pœna? Ŗ. Qui tentavit ſe occidere, ſed non perfecit, relegatione vel carcere punitur, non facile fuſtigatione. STRYK. *U. M. tit. de bon. eor. qui ante ſent. §. fin.* CZ. *qu. II. n. 48. 49.* Ni animi deliquium excuſet a pœna. Quod ſi vero facinus conſummavit, diſtinguendum 1) qui metu pœnæ, v. c. ſuſpendii, rotæ &c. vitam ſibi ademerunt, e patibulo nihilominus ſuſpendi, rotæque imponi poſſunt, modo crimen vel confeſſi, vel de eo convicti ſint. KLEIN. *d. l.* Quod ſi vero nondum confeſſi, vel convicti, ſepeliuntur ſine ceremoniis in cœmeterio *vid.* CZ. *qu. CXXX. n. 35. ſequ.* 2) qui ex alia cauſa reproba, v. c. propter æs alienum, propria luxuria contractum, forte ſibi necem intulerunt, ignominioſa ſepultura facinus luunt. HEIG. *L. II. qu. 36. ſequ.* Nec enim in mortuum ſenſusque expertem aliæ pœnæ cadunt. Ut proinde ſatis ſit, denegationem honeſtorum rituum ſepulchralium, in impie deſperatum vitæ exitum ſtatuere, atque ita veluti cum relegatione quadam propricidæ irreligionem deteſtari. Quondam Saxonum jure, ut vult GLOSS. *ad Artic. 3. L. II. Ldr.* cadavera propricidarum comburebantur. Quod in Epiſcopatu Herbipolitano hodienum ſervatur, teſte KIRCHGESNERO *p. 227.* Ritus autem, quomodo autochir e domo ſua extrahendus, vel ejiciendus ſit, variant; alicubi ſubtus limen extrahitur, alibi per feneſtram, aut e tecto dejicitur. *vid.* THEODORIC. *n. 38. coll. crim.* Lex vetus Goslarienſis apud LEIBNDT. *tom. III. pag. 501. princ.* de ock ſeck ſulven dodet, denne ſchall man tho der rechten Doren nicht ut bringen, mer unter deme Sülle ſchall man öne uth bringen, eder uth dem Venſtere, unde öne uppe deme Velde bernen, dat ſchall de Vogt doen laten. Apud Colonienſes de Anno 1584. d. 27. Aug. *p. 449. Apol. Elector.* refertur: daſs Greve und Scheffen den in der Eulen-Gaſſe hangenden Cörper beſichtigen, und nach darauf ergangenen Urtheil der

der Scharfrichter ſolchen abgeſchnitten, und zum Fenſter ausgeworffen, worauf er zu Melaten an den Galgen gehenget worden.

Ratio dubitandi, quod propricida non amplius dolore affici queat, proinde ejusmodi pœna videatur fruſtranea, ratio decidendi, 1) reſpectu facinoroſorum convictorum & confeſſorum, ne alias ſe poſſint ſubtrahere publico ſpectaculo, quo aliis terrori eſſe debebant, 2) reſpectu propricidarum temerariorum autem, pro tuenda pœnæ juſtitia allegari poteſt, quod non plane inefficax ſit ignominiæ ſenſus, & pudor aliquando vincat furorem alias ad mortem properantium, ut e veteri hiſtoria, virginum quondam in Græcia, cæco impetu alterius poſt alteram ſe ſuſpendentium exemplo demonſtrat ANT. MATTHÆI 479. Nam licet hæ temerariæ mortem ipſam contemnerent, ignominiæ tamen ſenſu, cum unam e ſociis autochiris, nudam in pœnam efferri viderent, facile a furioſis ſuis auſibus revocabantur. *Dubium circa pœnam propricidæ cum ſolutione.*

§. 3. Prætendunt carnifices: *Alles, was in der Cammer,* Gemach, Boden, oder Stall, wo der Selbſt-Mörder liegt, befindlich, und ſie bey demſelben ſtehend mit dem Schwerd erreichen können *p.* 583. *P. I.* DOEPLER. item *Pferd und Wagen,* worauf der Selbſt-Mörder etwan von einem Tertio nach Hauſe gebracht, *U. M. d. t.* Quæ poſtulata merito rejiciuntur. *1 Interim ſi quis amicum propricidam ipſe, ſciſſo laqueo ex infelici arbore ſuſtulit, & loculo impoſuit, *intercepta mercedula carnifici debetur.* *2 Niſi laqueus reſcindatur, dum ſuſpenſus adhuc vivit, ut ſpes adhuc ſubſit, ipſum adhibitis remediis refocillandi. *U. M. d. t.* §. *penult.* Hoc enim impune fieri poteſt & debet. *Iniquitas carnificum circa bona ſuicidæ.*

*1 In *d. Apol. Colon. Elect. pag.* 414. nihilominus habetur: Es ſey männiglich bewuſt, daſs de conſuetudine diejenige, ſo ſich vorſetzlich entleibt, und alſo ihr eigenes Urtheil an ſich ſelbſt exequiret haben, dem Nachrichter ſambt allen, *Jus carniſic. Colon.*

allen, was bey denſelben erfindlich, verfallen ſeynd, alſo daſs niemand anders an dieſelbe Hand legen möge.

Quid ſi ſuicida melancholicus.

* 2 Ubi tamen ſuicida melancholicus, aut ſimilis miſerandus a laqueo abſciſſus, carnifici nil debetur. Nam tales abſcindere non pertinet ad officium carnificis, ſed abſcindi poſſunt per quemlibet alium. Quamvis, ne crabrones irritentur apud opifices, conſultius ſit, ut abſciſſio fiat per hominem: der in keiner Zunfft und Innung. Nec enim omne, quod licitum eſt, facere expedit.

Præſumtio pro mortuo, vel occiſo reperto.

§. 4. Ceterum *pro propricida* militat, quoad ejus fieri poteſt, *præſumtio,* quod vel fortuito inciderit v. c. in puteum, vel ex animi deliquio collum implicuerit laqueo.* Nec enim homines ſanæ mentis regulariter tale quid audere ſolent. Nec pœnæ locus, ubi nulla certa criminis probatio.

* Confer. THEODOR. *p. 1037.* COVARRUV. *II. Var. Reſolut. c. 1. in fin.* add. WIESTNER. *d. l.* Imo, ſi plura dubia adſint, hæredes tamen admittuntur ad defendendam famam defuncti, *arg. l. 3. §. 8. in. f. de bon. eor. qui ſibi.* Judicia Theologorum noſtrorum de autochiris *vid. ap.* DEDEK. *Vol. I. Part. II. pag. 802. ſequ.*

ARTIC. CXXXVI.

So einer ein ſchädlich Thier hat, das jemands entleibet.

Hat einer ein Thier, das ſich dermaſſen erzeiget, oder ſonſt der Art und Eigenſchafft iſt, dadurch zu beſorgen iſt, daß es den Leuten an Leib oder Leben Schaden thun möcht, ſoll der Herr deſſelben Thiers ſolch Thier von ihm thun: Dann wo ſolch Thier jemand Schaden thät oder entleibt, ſoll der Herr des Thiers darum, nach Gelegenheit und Geſtalt der Sachen und Rath der Rechtsverſtändigen, oder an Enden, als hernach vermeldet, geſtrafft werden: Und ſo viel

viel deſtomehr, ſo er von dem Richter, oder andern Obrigkeit, des zuvor vermahnt oder gewarnet würde.

ARTIC. *CXXXVI.*

IN projecto Norico verba: oder ſonſt der Art und Eigenſchafft iſt, omiſſa ſunt.

NOTÆ AD ARTIC. *CXXXVI.*

§. I. Si quis alit beſtiam *1 vel ſecundum naturam, vel contra naturam ferocientem, ille debet eam dimittere. Alias, ſi beſtia alicujus corpus læſerit, vel plane hominem occiderit, animadvertendum in illum erit *2 arbitrarie & quidem gravius, *3 ſi a Magiſtratu monitus beſtiam nihilominus per contumaciam retinuit. *4 — *Jus Carolinum de animalibus noxiis.*

*1 De beſtia, cui genitalis feritas ineſt, tantum intelligunt hunc Articulum REMUS, ZIERIZ, STEPHANI, BULÆUS. Sed contra expreſſa articuli verba, verbis: ſich dermaſſen erzeiget, oder *ſonſt u. ſ. w.* itaque de duplici ſpecie intelligendus eſt textus, tam de fera, quam de manſueta ferociente beſtia. Nec aliter GOBLER, BEYER. *ad h. art.* STRYK. *in U. M. §. 5. ad tit. ſi quadrup.* — *An articulus tantum de feris noxiis agat?*

*2 Pro gradu negligentiæ & magnitudine damni dati, ut moris in arbitrariis. Extant varia præjudicia apud PHILIPPI. *Eclog. LIII. & LXIV. Lib. IV. ad inſtit.* Sic eum, cujus bos, quem cornupetam eſſe ſciverat, fœminam proſtraverat, decem imperialibus, item illum, cujus canis rabidus, quem præmonitus ab aliis, nec necandum curaverat, nec ſatis cuſtodierat, femellam miſere & ad internecionem usque dilaceraverat, & præterea puerum cum puella acris morſibus laceſſierat, viginti quinque imperialibus mulctatos fuiſſe refert. Quod ultimum nimis leve videtur, meritaque omnino fuiſſet affectata negligentia, vel contumax incuria, ut inquiſitus minimum ſolum in pœnam mutaſſet. Ceterum, ſi quis beſtiam cuſtodierit in loco, ubi non iter fit, eo fine, ut venderet, — *Quomodo pœna domini animalis noxii moderanda.* — *PHILIPPI notatur.*

 aut

aut mactaret, alius autem forte fortuna, aut e curioſitate accederet, & periret, vel certe graviter læderetur, ceſſante domini culpa, ceſſaret quoque pœna.

An & quare pœnæ mortis contra dominum contumacem locus non ſit.

* 3 Pœnam mortis contra talem decerni poſſe, ſi homo inde periit, putat ZIERIZ, cum Magiſtratum contemnens dolo non carere videatur. Verum, licet non ſine dolo ſit, reſpectu contumaciæ & inobedientiæ, attamen reſpectu occiſionis ceteris paribus in dolo non eſt, niſi expreſſe in alicujus necem beſtiam retinuerit, atque in innocentem excitaverit & immiſerit. Alias enim, ſi ejusmodi facta deſint, dominus beſtiæ non eſt cauſa homicidii ex vero propoſito.

De planis & AGYRTIS,

§. 2. De jure civili agyrtæ & circulatores, qui ſerpentes circumferunt, ſeparatim notantur, & propter damnum datum extra ordinem plectuntur.*

Serpentes vel alia animalia noxia circumferentibus.

* *l. fin. de extraordin. delict.* Mentio quidem fit tantum ſerpentum, ſententia tamen & mens reſponſi etiam ad alia animalia noxia pertinent. *vid.* MATTH. *p. 96.* Genus pœnæ non exprimitur, erit autem pro modo admiſſi mulcta, carcer & ſimilis arbitraria, v. c. ut delinquens gratis laborare per aliquod tempus pro publico cogatur. *adde* MENOCH. *caſ. CCCLXVI.*

ARTIC. CXXXVII.

Straff der Mörder und Todtſchläger, die keine gnugſame Entſchuldigung haben mögen.

Ein jeder Mörder, oder Todtſchläger, wo er deßhalb nicht rechtmäßige Entſchuldigung ausführen kan, hat das Leben verwürcket. Aber nach Gewohnheit etlicher Gegenden werden die fürſetzlichen Mörder und Todtſchläger einander gleich mit dem Rade gerichtet, darinnen ſoll Unterſcheid gehalten werden: Und alſo, daß der Gewohnheit nach, ein fürſetzlicher muthwilliger Mörder mit dem Rade, und ein anderer, der ein

Todt-

Digitized by Google

Todtſchlag aus Jäheit und Zorn gethan, und ſonſt auch gemeldte Entſchuldigung nicht hat, mit dem Schwerdt vom Leben zum Tod geſtrafft werden ſollen. Und man mag in fürgeſetztem Mord, ſo der an hohen trefflichen Perſonen, des Thäters eigenen Herrn, zwiſchen Eheleuten, oder nahen geſippten Freunden geſchicht, durch etliche Leibſtraffen, als mit Zangen-Reiſſen oder Ausſchleiffen, vor der endlichen Tödtung, um gröſſerer Furcht willen die Straff mehren.

ARTIC. *CXXXVII.*

VErba: der einen Todtſchlag aus Jäheit und Zorn gethan, ſignificantius referuntur: der einen Todtſchlag unfürſetzlich, oder aus Geilheit und Zorn gethan, in projecto 1529.

NOTÆ AD ARTIC. *CXXXVII.*

§. I. Homicida quilibet, *1 ſi non poſſit juſtam excuſationem *2 commiſſi homicidii probare, capitali ſententiæ ſubjiciatur. *3 **Homicidium voluntarium capitale eſt.**

*1 Quod indicant verba: Jeder Mörder, oder Todtſchläger. Primum homicidium qualificatum v. c. aſſaſſinium, veneficium, parricidium, *add.* *2 *ad ſequ.* *§. 2.* exprimit, ultimum autem homicidia doloſa ſimplicia indicat. **Diſtinctio homicidarum.**

*2 De cauſis excuſationum in *artic. ſequ.*

*3 Antiquitus homicidia non fuiſſe capitalia, niſi pauciſſimis caſibus, v. c. ſi ſervus dominum occiderat, vel alium hominem veneno extinxerat, conſtat. Alias regulariter pecunia res componebatur, Werigeldum ſolvebatur, aut alia mulcta *jus Longob. L. I. tit. IX. Lex Alem. capit. XLIX. Lex Salic. tit. XLIII. Saxon. tit. II. Capitul. L. IV. tit. XX.* Reſpiciebatur potiſſimum, utrum cordate & tantum per vim manus conſertæ, an per inſidias & doloſe. Ut conſtat ex *Artic. LXXXIII. jur. Weichbild. vid. diſſert. de ration. decid. pag. 73.* Cum vero e contra furtum **De pœna homicidiorum olim apud Germanos.**

rei

Vindiciæ hujus juris contra LEIBNIT.

rei non adeo magnæ, capite fur ſecundum leges antiquas luat, inepta videtur LEIBNITIO majorum noſtrorum juris prudentia. *Frugem* vocat Romanorum leges, *glandes* autem Saxonum priſca inſtituta *p. 79. in not. tom. I. Rer. Brunſv.* Nam Romanorum leges ſuſtuliſſe in Germania 1) ineptas & ſuperſtitioſas probas 2) duella 3) judicia violenta 4) leviores homicidii pœnas. Quæ emendationes laudem omnino mereantur. Enimvero jam talia diſputare velle, non eſt hujus loci. Illud tantum addo, ſi poſt recenſionem LEIBNITII commodorum juris civilis, incommoda quoque, quæ ejus introductio peperit, eadem induſtria recenſerentur, elenchus poſteriorum nullo negotio ſuperaret indicem priorum. Eſto, leges Germanorum veteres ad vim & violentiam diſponunt, ſane leges Romanæ ad vafritiem, artes, dolumque improbos facile inducunt. Deinde, cum olim jus manuarium ſeu duelli, privatique belli, atque diffidandi licentia vigerent, facile intelligitur, quare homicidiis plerumque extra inſidias, aperto marte commiſſis, adeo indultum fuerit, & cur privatæ tantum ſatisfactionis, reſpectu agnatorum occiſi ratio haberetur. Unde Werigeldum, Sünegeld: de quibus MEINDERSEN, c. *VI. de jud. centen.* Pars hujus aliquando impendebatur: zu des Erſchlagenen Seelen-Troſt. *vid. Continuat. II. Spicil. eccleſ. pag. 307.* Mordrum ſane, ſive callide & improbe commiſſum homicidium, ſat graviter, plane in filiis homicidæ caſtigabatur. Nam præter mulctam perſolvendam, inſuper homicidæ, FAYDOSI i. e. publici hoſtes, nullibi ſecuri apud Saxones habebantur. v. *§. VI. a II. LL. Sax.* & ipſum LEIBNIT. *in not. ibid.* Alias in eos, qui mitiorem capitali pœnam admittunt in homicidio, præter BRUNNEMANNUM, invehitur MATTHÆI *p. 486. de crimin.* quaſi pœna capitis ſtatuta eſſet a Deo, a ratione & ſapientibus. Ceterum quæcunque ſupermanſerint olim, e ſtatu ſegrege, priſtinæ truculentiæ reliquiæ. Reges tamen Francici, præcipue Carolus M. graviſſime dete-

Werigeldi Sünegeldi uſus olim.

Mordri pœna olim.

Digitized by Google

deteſtati ſunt impiam ferociam. Ita enim *L. V. capitular. 332. ſemper illud attendentes, quod dominus poſt diluvium dixit famulo ſuo* NOAH: *de manu hominis & de manu viri & fratris ejus, requiram animam ejus. Quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius, ad imaginem quippe Dei factus eſt homo.*

Caroli M. grave judicium de homicidio.

§. 2. Refert Imperator, alicubi *1 homicidam ſimplicem & qualificatum, ſive ſicarium & latronem, eadem pœna *2 rotæ affici. Sed ipſe diſcrimen conſtitui jubet, hoc modo, ut ſicarius, qui deliberato *3 & ex mera protervia hominem occiderit, rota contundatur, qui vero ex impetu & ira alterum proſtraverit *4 gladio decolletur. Imo, ſin prior perſonam *5 gravem & eminentem, *6 vel dominum *7 ſuum, conjugem, *8 aut conſanguineum ſuum occiderit, in majorem facinoris deteſtationem, vel candentibus forcipibus aduri, vel trahæ impoſitus ad locum ſupplicii rapi poteſt.

De diverſo der Mörder und Todſchläger ſupplicio.

*1 Vellem, ut additus fuiſſet locus, ubinam nullum homicidiorum diſcrimen obſervetur. Mihi hoc traditum videtur repugnare genio & hiſtoriæ gentis germanicæ, veteres diſtinxerunt utique inter occiſionem ſimplicem & mortaudum. *vid. L. Alem. 49. & 68. cit. Artic. LXXVIII. jur. Weichbild.* MATTH. *p. 511. in fin.* MEINDERSEN. *163. d. l. Dithmarſ. Landrecht Artic. 118. 121.* ubi eadem diſtinctio, ut in *artic. h.*

An & olim utrique diſtincti.

*2 De latronibus & ſicariis concedi poteſt aliquatenus, ita enim habetur *L. II. art. 13. Specul. Saxon.* die *Mörder* ſoll man Radbrechen. Quod forte non ſatis intellexit compilator ordinationis noſtræ, putavitque; *Mörder* & quemcunque homicidam eſſe ſynonyma. Interim quondam ſub Francis ne quidem latro morte puniebatur, niſi ter latrocinium commiſiſſet. *capit. CXXXV. Lib. V. capit.* CAROL. & LUDOV. *Imper.* Imo diu, ut ſupra notatum, literæ diffidatoriæ, graſſatoribus loco juſtiſſimæ cauſæ

Unde forte error compilatoris Carolinæ.

Quis olim: ein Mörder.

Simplicis homicidii antiqua pœna &

von der Sühne ejus uſu,

atque reliquiis hodiernis morum veterum.

erant. Itaque acerbior pœna tantum ad non diffidantem & per inſidias, vel contra tabulas fœderis graſſantem pertinebat, & hic demum pro: einem Mörder proprie dicto habebatur. De pœna homicidii ſimplicis jam dictum. Satis fiebat olim quidem publico, vel fredo ſoluto, ſive datis certis nummorum ſolidis, vel exilio; præcipua tamen cura verſabatur circa compoſitionem cum occiſi agnatis, quibus pariter pecunia & quidem auctoritate judicis ſatisfaciendum erat, ea ſoluta ſpondebatur: eine ewige Sühne und ein ewiger Friede. Per annum tamen occiſor agnatos occiſi, & hi viciſſim illum, per compoſitionem vitare jubebantur. Ne recrudeſceret vulnus tranſactione aliqualiter obductum, nec recens facinoris memoria occiſoris conſpectu refricata, novis iris novam daret occaſionem. Aſt, ſi poſt annum agnatus inſuper habita compoſitione, occiſorem aggrediebatur & proſternebat, pœna graviſſima præſto erat, lingua eripiebatur fidem fallenti, dein idem in quatuor partes ſecabatur, quatuor rotis imponendas, ut latius conſtat e charta (forte ſeculi XIV.) quam recitat MEINDERSEN *p. 154. d. l.* Itaque fidem datam lædere atrocius habitum fuit ipſo homicidio. Superſunt in moribus noſtris, v. c. militum & ſtudioſorum, hodienum veſtigia priſtini inſtituti. Si quis aperte alterum cordate provocatum aggreditur, & uno veluti ictu proſternit, dici ſolet inter ſodales: Der Thäter habe ein Unglück gehabt, ſonſt aber ſeine Sache raiſonable ausgeführet. Quod veteres dicebant: habe ſeine Ehre bewahret, ſi ſcil. quis alium poſt diffidationem occideret. Modo inſidiæ, fraudes, mendacia, & violatio fidei abſint, ferocia facile inter virtutes locatur. Quo tempore autem compoſitiones priſtinæ deſierint, ſe nihil certe compertum habere fatetur ANTON. MATTH. *p. 513. tr. d. crimin.* Allegat tamen HEDAM, qui Davidem Epiſcopum Trajectenſem, in illo tractu corruptelas & barbaricas conſuetudines ſuſtuliſſe commemoret. Sub his vero proceſſum veterem homici-

micidii intelligi, vero non diſſimile eſſe. Extant hæc apud HEDAM *in Hiſtor. Epiſc. Traject. p. 292.* Et quamvis nexus orationis oſtendat, quod epiſcopus David ſuſpectos ibi judices ſpeciatim reformaverit, non autem diſerte compoſitiones de homicidiis abrogaverit; nihilominus cum illo tempore, quo David præſulatui præfuit, jus civile apertius in forum irrepſiſſet, veram putarem MATTHÆI conjecturam, quæ & LEIBNITII, ut jam adductum, philoſophia ſuffulcitur. Retinuerunt quidem Werigeldum (ſeu pretium, quod pro redimenda necem armis vindicandi licentia, quondam agnatis ſolutum) hodienum Saxones, ſed non in caſu homicidii, quod capite luitur, ut ex CARPZ. *qu. XXXIV.* conſtat.

*3 Vocat Cæſar: einen fürſetzlichen muthwilligen Mörder. Cur addatur: vorſetzlich, muthwillig, non video, cum ipſum vocabulum: Mörder, proterviam animique propoſitum per ſe includat. Sic in diplomate Max. I. (*vid.* LVNIG. *t. X. P. Special. Archiv.* & KNIPSCHILD. *p. 840. de civit. Imp.*) *Todtſchläger aus Hitze des Zorns*, und der für *Mörder* angeklagt, ſibi opponuntur. Mordridus dicitur: homo occiſus & dein *celatus tom. 1. pag. 31. n. XV. Capitul.* BALVZ. *Suevus pag. 252.* CHANN. Mörder heiſſen wir die, wer einen Menſchen tödtet, und des leugnet. Imo in LL. antiquis MORDRVM notat: homicidium per FRAVDEM, aut AVARITIAM in innoxium commiſſum. Unde mortaudire eſt latrocinari, & mortaudus idem qui; latro; textus LL. citat LINDEBROG. *p. 1440. in. Leg. antiq.* Dein pecunia quoque pro facinore ſceleſto homini data dicebatur mordrum, du FRESNE. *h. verb.* Ut proinde mordrum, vel malitioſæ inſidiæ, vel cupiditas alicujus lucri, ſive emolumenti, commodique conſtituant. Unde vocabulum: *Mörder*, latronem & ſicarium vertunt REMVS & ZIERIZ; BEYER reddidit: homicidam, qui per inſidias incautos & inſcios opprimit. Verum, ſi quis praxin attendit, ſolæ inſidiæ, ſolaque præmeditatio non ſufficiunt, ut homicida rota contundatur. *vid.* Expoſitio vocum. MORD. MORDER.

Lll 2 *qu. VII.*

Mörder, qui in foro noſtro rota contundatur.

qu. VII. CZ. *n. 38.* Sed requiritur, ut 1) LVCRI commodique cauſa, veluti, ut alterius officium, uxorem &c. aut ſceleſtum præmium a tertio promiſſum conſequatur, homicida hominem occiderit. Vel certe, ut 2) CRVDELISSIMO mortis genere miſerum, aut e 3) DETESTABILI plane ſcopo (hoc referrem Judæum infantem chriſtianum, ad ſanguinem hauriendum occidentem) aut veneno, vel alio 4) OCCVLTO peſſimo medio enecaverit. Quod facile patebit DOEPLERI *c. XIX. P. II.* & CARPZOVII *qu. 22.* legenti? An & qui ſub ſpecie 5) AMICITIÆ occidunt, hujus loci ſunt? Sane ita videtur ſecundum analogiam juris germanici, cum hic fides data a falſo amico violetur, quod facinus hoc jus tantopere deteſtatur. Enimvero moribus, nec hic pœna rotæ decernitur, licet poſt executionem pœnæ gladii, cadaver rotæ imponatur. CZ. *qu. VII. n. 39.* Nec aliter pronunciarem de illa ſpecie, ubi homicidium ſine 6) VLLA præcedente CAVSA, & ſine reſpectu ad certum emolumentum, ex mera petulantia commiſſum, cum enim hic caſus rariſſimus & vix ſeculo dabilis, nec metuendum, ut facile in exemplum trahendus ſit, ſiquidem nemo regulariter gratis malus eſſe ſolet, pœna gladii omnino ſufficere poteſt, ad terrorem aliorum & tranquillitatem publicam. Imo, ſi judex ſpectaculo publico aliquid dandum cenſeat, non tamen ſtatim rotam decernet, ſed trahæ impoſitum delinquentem ad locum ſupplicii duci, caputque rotæ affigi jubebit. *vid.* GOMEZ. *t. III. Reſol. p. 471. ſequ.* CARPZ. *n. 26. d. l.* Imo hujus praxis auctor eſt ipſe CARPZOV. qui *cit. l.* exiſtimat, pœnam rotæ hic in mortaudos ſive latrones non in univerſum definiri a Cæſare. Verba enim: daſs der Gewohnheit nach ein fürſtzlicher Mörder, ſupponere mores & conſuetudinem locorum, in quibus rotæ ſupplicium uſu jam ſervatur. Ut proinde, ubi in loco ante Carolum rota ignorata, ibi nec per Carolum introducta ſit. Quod tamen non videtur. Carolus enim in univerſum notavit jura

Quid de homicidio ſub ſimulatione amicitiæ facto ſtatuendum.

De homicidio ex petulantia commiſſo.

Diſputatur contra Carpzovium.

jura criminalia ſui ævi, quæ mördrum, confundebant cum qualicunque homicidio a volente commiſſo, juſſitque, ut in poſterum utrumque genus probe diſtingueretur, diverſisque gladii, vel rotæ pœnis coerceretur. Itaque, ſi ſententia ex mente Caroli ferenda, rota contundendus foret: ein jeglicher muthwilliger Mörder. Interim facile defenditur CARPZOV. e jam dictis. Sed an mox ſciens volens innocentem occidens dicendus: ein muthwilliger Mörder? Reſp. non videri. V. c. miles gregarius J. G. W. vitæ ob ſtatum ſuum, erat enim nepos miniſtri apud potentiſſimum principem quondam primi, plus quam per decennium pertæſus, poſt longiſſimam deliberationem nunc de Cajo, nunc de Lucio occidendo, tandem incidebat in fœminam pauperem vix antea ſibi vultu notam, quam uno bombardæ ictu proſternebat, in hunc finem, ut rurſus occideretur. Item J. H. I. Chirurgus apud L. qui peſſimam uxorem ſuam ipſum in dies laceſſentem, & contumeliis injuriisque excipientem, verberibus caſtigaverat, ad queſtum vero caſtigatæ ſpecioſum, e domo ſua per plateas ductus erat, adeo offendebatur, & conturbabatur animo, ut vita ſupplicium, mors autem ſolatium ipſi videretur. Quare, ut rurſus e medio a judice tolleretur, nocte media in conclavi cuſtodis lictoris, triſtis ac meditabundus obambulans, exeunte lictore, arrepta hujus framea, internecino vulnere confodiebat filiolum lictoris in cunis vagientem. De utroque quæſitum apud Collegium noſtrum Anno 1725. 1728. an hi eſſent: ſolche muthwillige Mörder, in quos Carolus rota animadvertit. Concluſum tandem, ſecundum ea, quæ proponebantur: *non eſſe*. Nam per: muthwillig, videtur intelligi homicida ſceleſtus, impius, cui ſanguis humanus in eodem pretio, quo animantium reliquorum. Atqui tam miles I. G. quam chirurgus, ætatem ſuam transmiſerant ſatis bene ac quiete ante facinora deſperabunda; ut gladii pœnam decernere ſatis eſſet, utpote regulariter in republica ſufficientem, nec aliud ſtatu quæſtionis ſuadente.

An ſciens volens innocentem occidens citra diſcrimen: ein Mörder v. c. ſi vitæ tædium moverit cædentem.

Impetus, ira an excuſent, traditur per diſtinctionem.

*4 Intelligitur hic homicidium, quod orta ſubitanea rixa & animorum exacerbatione committitur, ut non adſit deliberandi ſpatium, propter effervescentem utrinque e mutuis offenſis affectum. Dico: *mutuis offenſis.* Nam ſi unus alterum, a quo non erat offenſus, vehementer offenderit, laceſſiverit, atque ad iram furori ſimilem excitaverit, pœnæ capitali non eſt locus, ſi dein perimitur ab injuſte irritato, quod & ratio ſuadet, & praxis probat. Recte proinde reſpondit ordo Juridicus I. pro pœna extraordinaria in ſpecie, quam refert LYNCKER. *Reſolut.* CDIII. IRA ſola non excuſat a capitali per Articulum h. ſed CAVSA iræ, v. c. convicia atrociſſima, vel illatio manuum. Alioquin cum pleraque homicidia ex ira fiant, pleraque impunia forent, non ſine inſigni reipublicæ incommodo. Dein impetus (ſive: Jäheit, ut in artic. hic, ſive: Geilheit, ut in art. 146. infr.) ex PROPOSITO commiſſus, non excuſat a capitali per *artic.* noſtrum 137. ſine DOLO autem & per IMPRVDENTIAM culpa, impetus ſive Geilheit commiſſus a capitali excuſat, & ita cape Art. 146. infra, qui duo articuli omnino diſtinguendi. Illud notabile, quod Conradus IV. homicidium in rixa commiſſum, licet ſecundum RIGOREM juris inexcuſabile putaverit, tamen ſecundum CLEMENTIAM a capitali pœna exemerit, *vid. privil. urbis Rom. Conrad. IV. T. III. Conſtit. Imper. p. 398.* GOLD. *in fin.* & PETRVM de VINEIS *Libr. VI. 18.* Homicidæ ex ira occidentes aſylo quoque alicubi gaudent, ut Reutlingæ, a privilegio Maximiliani I. avi Caroli noſtri *vid.* KNIPSCH. *de civit. imperii* ſub *Reutlingen,* ubi præjudicium practicum *Facult. Juridicæ Tubingenſis.*

Qui Cæſares homicidium in rixa commiſſum mitius punierint.

De horrendo comitis vaſalli dominum occidentis ſupplicio.

*5 Cum anno 1226. horrendum crurifragii, rotæque ſupplicium Coloniæ de Comite Friderico Iſenbergenſi, qui Engelbertum Archiepiſcopum Colonienſem, opera ſatellitii ſui multis vulneribus confecerat, ſumeretur, aſperitatis pœnæ, ex eo, quod Fridericus 1) cognatum, 2) virum venerabilem & 3) dominum ſuum, qui cum propter injuſtum advocatiæ abuſum increpaverat, nefarie peremiſſet,

emiſſet, excuſatio quærebatur. Rem exponunt ALBERTUS STADENSIS *p.304.* ALBERICUS *p.519.* GODOFRED. MONACH. *p. 396.* CHRON. MAGN. BELGIC. *p. 226.* LEWOLD. a NORTHOF *p.386.* ERDWIN. ERDMANN. *Chron. Oſnabrug. p.228.* WOLTER. *Chron. Bremenſ. ad Ann. 1225.* Sententia dicitur lata in Comitiis Norinbergæ per Regem HENRICUM, NORTHOF *d. l.* STADENSIS *d. l.* Verum horrendi ſupplicii in imperiali ſententia non video factam mentionem, *ſed tantum,* ut comes usque ad quartam *generationem* ab omni jure exhæredatus eſſet. Coloniæ tamen poſt executionem Te Deum laudamus cantatum eſſe cum gaudio multorum, referunt ALBERICUS & M. CHRONIC. BELGIC. Enimvero hanc pœnam *legalem* illo tempore fuiſſe, ex hac tragœdia non video, cum comitiali decreto, ceu dictum, tale quid non contineatur, omniaque debeantur ferociæ ſucceſſoris Engelberti, Henrici Mollenarcii. Plane ipſe ALBERICUS fatetur, quod *poſt ſupplicium miracula Engelberti ceſſaverint,* & iniquus alias in ſeculares homines ſcriptor NICOLAUS SCHATEN *ad. d. Ann. 1226.* hic tamen crudelitati aliquid datum fuiſſe, ultro agnoſcit. Minimum in modo exequendi, modus non ſervatus, licet pœnam rotæ *e Specul.. Saxon. d. l. II. Art. 13.* aliquatenus excuſes. In mulierem plane, quæ Anno 1094. turpis commercii cum genero inſimulata, pro ſuſpicione a ſe amolienda, hunc per duos pueros occidendum curaverat, pœna vivicomburii ſtatuta eſt. Verum hoc contigit extra Germaniam in præſulatu Laudunenſi, teſte SIGBERTO *ad d. An. 1094.* Magis hujus loci ſunt, quæ in *Chronic. Lucenſi tom. III. Rer. Brunſ. pag. 697.* referuntur: Anno 1528. occidebatur a ruſtico monaſterii Jo. Meiero, Abbas Luccenſis Burchardus, pœna judicio more veterum e nonnullis nobilibus & ruſticis congregato, decernebatur: *ut Jo. Meieri pedes ſinguli duobus equorum pedibus alligarentur, e quibus corpus humi jacens per aliquod tempus traheretur, cor e pectore extractum ori latronis impingeretur, ipſum denique corpus in 4.*

Judicium de eodem.

Exempla mördrorum atrocius punitorum Laudunenſe & Luccumenſe.

in 4. partes ſecaretur. Atrocitatem ſententiæ tuebantur ſine dubio: quod Meierus 1) domino ſuo 2) conſecrato capiti ſacrilegas manus injeciſſet. Quamvis dein, cum Dei & MARIÆ gratiam imploraret miſer, totusque adſtantium chorus ſimul, per s. GEORGII patroni monaſterii miſericordiam intercederet, ſupplicium ita commutaretur, ut caput homicidæ gladio amputatum palo, corpus truncatum rotæ interponeretur, ut ipſe petierat. Lipſienſes tamen quondam pœnam ignis cum pœna rotæ alternative conjunxerunt, SCHILTER. §. 129. *h. t.* cum maritus uxorem prægnantem occidiſſet. Adeo Caroli ætate circa genus ſupplicii hinc inde variatum. An. 1705. autem, cum prælatus S. Cornelii monaſterii per aſſaſſinium occideretur, GIESSENSES pœnæ rotæ hic in Articulo definitæ inhæſerunt. Vid. HERT. Reſp. CCCCXXXIII. addendo tamen, ut facinoroſorum ædes ſolo æquarentur, & area palo ignominioſo erecto notaretur.

De Mordro in dominum commiſſo caſus recentior.

Trefliche Perſonen qui in textu.

*6 Dicuntur in textu: hohe trefliche Perſonen, eminentes & graves vocat GOBLER, in dignitate conſtitutos, vel honeſto loco natos, vertit REMUS. Intelliguntur veroſimiliter non alii, quam miniſtri principum ſtatus bellici & pacati, vel illi, qui e principum, baronum, aut comitum thoris nati. Nam præter tales, alios Cæſarem quoque elogio: der hohen treflichen, mactaſſe, mihi certe dubium videtur. Si itaque deliberato, & ex mera protervia ejusmodi viri occiduntur, homicida traha per plateas educitur, rota necandus. Quod intelligo, ſi cædes fiat privati odii cauſa. Nam ſi plane hoſtilis animus in occidente ſubeſſet, facinus ad *L. Jul. Majeſt.* pertineret. *vid.* MATTH. *p. 287.* Porro, ſi alii viri honeſti egregiæque perſonæ cæduntur, extra latrocinium, extra quoque caſus, de quibus not. *3 rotæ pœnam, nec legem noſtram in occiſorem ſtatuere, nec judicem decernere debere crederem, licet ante vel poſt pœnam gladii, aut trahæ impoſitionem raptumque ad ſupplicium, vel cadaveris in rota elevationem ſuperaddere poſſit aliquando.

*7 Agit

Digitized by Google

*7 Agit Articulus non de quolibet occiſore, ſed, ut medio ævo ſæpe dicitur, de mordro. Inſuper textum capit CARPZOVIUS *qu. XXIV. n.30.* de domino in dignitate conſtituto, cui quis fidem ſacramento ſpopondit. Reliquorum autem dominorum famulitium v.c. Knechte, Lehrjungen, ſi magiſtros ſuos occidunt, ſatis ſola gladii pœna coerceri poſſe, facile CARPZOVIO conſentio. Nec enim in republica crudeliſſimorum ſuppliciorum tanta neceſſitas, uſusque tantus, ut vulgo creditur, ut jam diu monuerunt ſapientes, nominatim SENECA apud ROMANOS. Si modo judex caſu eveniente arbitretur exacte, annon triſtis executionis adparatus, de quo *not. præced. in fin.* propter rem peſſimi exempli accedere debeat, cum utique cuilibet domino, ſeu hero, ſecuritas contra domeſticos ſuos, non tantum propter commune omnium hominum jus, ſed e præcipua quadam ratione debeatur, ut probe agnoverunt principes, qui furti domeſtici pœnas hodie exaſperarunt.

De cæde: der Hausherrn und Lehrmeiſter, e circumſtantiis judicanda.

*8 Articulus non loquitur de quolibet parricidio, ſed de deliberato & ex protervia, fürſetzlich, muthwillig, adeoque ſine præcedente gravi irritatione commiſſo; per verba: Und man mag auch in fürgeſetzten, i. e. fürſetzlichen Mord. Atqui Cæſar: Mord jam in præcedentibus ſeparaverat: von Todtſchlag aus Geilheit und Zorn. Igitur tantum ſi MORDRUM, vel ut medio ævo quoque dicitur: MORTAUDUM in adſcendentes, conjuges, proximeque cognatos commiſſum, pœna rotæ funeſtis actibus aliis ex mente Cæſaris exaſperanda eſt. Unde regulariter moribus, etiam in Saxonia, *vid.* CZ. *qu. XVIII.* vel in aqua ſuffocantur, qui parentes non ex peculiari malitia occiderunt, vel gladio feriuntur, ſi aquæ non ſit copia. BRUNNEM. *c. IX. n. 70. proc. inquiſ.* Quæ gladii pœna quoque conjuges, *vid.* LAUTERBACH. §. XIV. *Coll. M. h. t.* fratres, vel reliquos cognatos occidentes manet, ut tamen traha aliquando per viam publicam ad ſupplicium raptentur hi parricidæ *id d. l.* atque caput ampu-

Parricidium in mordrum, & cædem ſimplicem diſtinguitur. De fratricidio conjugicidio.

amputatum rotæ affigatur. HARPRECHT. *ad tit. de public. jud.* Quod ſi vero parentes, vel conjuges proterve & ex diutina præmeditatione occiſi, rotam hodienum dictitari, fatetur BRVNNEM. *n. 73. d. l.* Ceterum de adſcendentibus diſerte quidem textus non agit, poteſt tamen hæc parricidii ſpecies argumento contextus huc referri, ut factum a pleriſque interpretibus. Tandem ſub allata diſtinctione Cæſaris intelligerem quoque ſtatuta, quæ pœnam rotæ indiſcriminatim in parricidio, ſive ſimplici, ſive cum mordro conjuncto definire videntur, v. c. in ducatu Würtebergico, cum quod hæc diſtinctio ipſi æquitati *vid.* CZ. *d. qu. XVIII.* debeatur, tum quod in dubio leges ſpeciales declarentur e jure imperii communi. De reliquis mitigantibus *vid.* EVND. *qu.* XV. XVI. XVII. XVIII. Regula eſt: quod ea, quæ mitigant pœnam homicidii, mitigent etiam pœnam parricidii. Itaque *vid. §. 2. ad Artic. ſeq.* Melancholiam tantum a culeo & rota, non autem a gladio parricidam liberare, in delirio vero parentes occidentem fuſtigandum eſſe docet CARPZ. XVIII. *n. 33. 36.* Quod nobis aliter videtur, cum melancholici & delirantes dolo careant. Atqui dolus verum delictum conſtituit. *add. infra* Art. CLXXIX. Riſit B. THOMASIVS *in not. ad Monzamb.* collegium, quod ſtudioſo, qui criminis turbatorum ſacrorum arguebatur, fuſtigationem dictaverat ex cauſa: QVIA ESSET MELANCHOLICVS. Unde ordo Juridicus Halenſis parricidas melancholicos non puniendos, ſed cuſtodiendos eſſe, in caſibus ei oblatis cenſuit. *vid. præjud. apud* LVDOVICI *pag. 249. ad d. Artic.* & nos *infra ad Artic.* CLXXIX. Cœptum parricidium lenius coerceri conſummato propter *Artic.* CLXXVIII. præjudicio, demonſtrat SCHILTER *§. 127. med. h.*

De quibus parricidiis in Artic.

Quæ mitigantia hic.

De parricida melancholico.

ARTIC. CXXXVIII.

Von unlaugbaren Todtſchlägen, die aus ſolcher Urſachen geſchehen, ſo Entſchuldigung der Straff auf ihnen haben.

Es

Digitized by Google

Es geſchehen je zu Zeiten Entleibungen, und werden doch diejenigen, ſo ſolche Entleibungen thun, aus guten Urſachen, als etlich allein von peinlicher und bürgerlichen Straff entſchuldiget. Und damit ſich aber Richter und Urtheiler an den peinlichen Gerichten, die der Recht nicht gelernet haben, in ſolchen Fällen deſto rechtmäßiger zu halten wiſſen, und durch Unwiſſenheit die Leute nicht beſchweren, oder verkürtzen: So iſt von gemeldten entſchuldigten Entleibungen geſchrieben und geſetzt, wie hernach folget.

ARTIC. *CXXXVIII.*

VErba: etliche allein von peinlicher und bürgerlicher Straffe, diſtinctius expreſſa ſunt in Norico: etliche allein von peinlicher, und denn etliche andere von peinlicher und bürgerlicher Straffe u. ſ. w. Sane verba, uti in impreſſo hic leguntur, ſenſu carent. Nam pœnæ tantum ſunt vel civiles, vel criminales, aliæ non noſcuntur. Itaque incommoda locutio eſt: *allein* von peinlicher und bürgerlicher Straffe. Siquidem, ſi nullæ aliæ pœnæ ſuperſunt, nullæ per particulam excluſivam: *allein*, excludi poſſunt.

NOTÆ AD ARTIC. *CXXXVIII.*

§. I. Vidimus duo homicidarum genera, primo *1 mordrorum, dein homicidarum, & quidem illorum, qui præter rixam ſubitaneam, iram atque animi impetum, *2 nihil pro defenſione allegare poſſunt. Utrumque ex mente Cæſaris capitale eſto, licet diverſa ratione, diverſoque ſupplicii apparatu. Hactenus de mordro & cæde capitali.

*1 Dici poſſet & hoc duplicis generis eſſe, prout ſcilicet vel de technis, inſidiis, aut de medio occidendi occulto, deque commodi cupiditate, ſatis aperte & evidenter conſtat, vel dubium adhuc circa has qualitates & circum- De mordro duplici & pœna duplici.

 ſtan-

ſtantias aggravantes reſtat: ibi rotæ pœna, hic tutius gladius, ſuperaddito aliquo externo terriculamento, adhibetur. Omnia autem arbitrabitur judex, nam non tantum additamenta illa terroris circa pœnam gladii, quam quoque ipſius rotæ aſperior pœna, ni caſus manifeſtiſſime ſit lege comprehenſus, dependet a prudenti judicis arbitrio.

De ira ſumma excuſante.

*2 Non ſummum, non furori ſimilem, non occiſi facto excitatum, ſed communi mutuaque veluti opera exortum, ut jam diximus *4. *ad ſ. præced.* Nam alias ejuſmodi affectus, vel ab omni, vel certe a capitali pœna excuſaret homicidam.

De homicidiis non capitalibus & horum cauſis mitigantibus.

§. 2. Sequitur tertia homicidii ſpecies, quæ reſpectu homicidæ ſimplicis, non ex capite iræ, aut animi præcipitantiæ, ſed ex aliis circumſtantiis ſuo modo excuſari, & vel tantum a criminali, vel quoque plane a civili pœna eximi poteſt. Sunt autem excuſationes 1) moderamen inculpatæ tutelæ, *1 2) improviſa *2 neceſſitas 3) imprudentia, *3 vel caſus, 4) vel deficiens *4 læſionis lethalitas, 5) incertitudo *5 homicidæ, & tandem 6) defenſio honoris, bonorum, amicorum, & ſi quæ alia æque judici ſufficientia videntur. *6

*1 Artic. CXXXIX---CXLV.
*2 Artic. CXLV.
*3 Artic. CXLVI.
*4 Artic. CXLVII.
*5 Artic. CXLVIII.
*6 Artic. CL.

ARTIC. *CXXXIX.*

Erſtlich, von rechter Nothwehr, wie die entſchuldige.

Welcher eine rechte Nothwehr zu Rettung ſeines Leibs und Lebens thut, und denjenigen, der ihn

ihn alſo benöthiget, in ſolcher Nothwehr entleibt, der iſt darum niemand nichts ſchuldig.

ARTIC. *CXXXIX.*

Qui ad vitæ ſuæ vel membrorum defenſionem neceſſariam obtinendam, aggreſſorem ſuum occidit, nemini * inde ad rationem reddendam tenetur.

De moderam. inculpatæ tutelæ,

* Scilicet nec reipublicæ ad pœnam, nec judici ad mulctam, nec agnatis ad Werigeldum, nec eccleſiæ ad ſubeundam cenſuram eccleſiaſticam tenetur. Ut perſpicue decidit Cæſar, & ipſum jus naturæ jubet. Diſputationes, an in foro poli, vel conſcientiæ aggreſſorem occidere liceat, & annon laudabilius ſit occidi, quam occidere malle, a moraliſtis & ſcriptoribus juris naturæ ſatis ſubtiliter tractantur. *vid.* GROT. *L. II. c. 1. de I. B. & P.* PUFENDORF. *L. II. c. 5.*

et ejus effectu in foro.

ARTIC. *CXL.*

Was eine rechte Nothwehr iſt.

So einer jemand mit einem tödlichen Waffen oder Wehr überläufft, anficht, oder ſchlägt, und der benöthigt kan füglich ohn Fährlichkeit oder Verletzung ſeines Leibs, Lebens, Ehr und guten Leumuths nicht entweichen, der mag ſein Leib und Leben, ohn alle Straff, durch eine rechte Gegenwehr retten: Und ſo er alſo den Benöthiger entleibt, iſt er darum nichts ſchuldig, iſt auch mit ſeiner Gegenwehr, biß er geſchlagen wird, zu warten nicht ſchuldig: unangeſehen, ob es den geſchriebenen Rechten und Gewohnheiten entgegen wäre.

ARTIC. *CXL.*

Concordat cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. CXL.

Requiſita einer Nothwehr.

Ad neceſſariam defenſionem requirit Cæſar has circumſtantias, 1) ut ſe defendenti, telo *1 aut armis vim aggreſſor intentaverit, 2) ut defendens commode ſine corporis, vitæ & honoris *2 periculo, ad locum tutum diſcedere non *3 potuerit. Ut vero 3) expectet primum *4 ictum, non opus eſſe ſtatuit.

De armis & an præciſe hic opus.

*1 Verbis: tödtliche Waffen oder Wehr. Sed, quid ſi inermis vim intentaret? quæſtio dependet a circumſtantiis, an aggreſſor robuſtus, validus, crudelis, pugnax &c. aggreſſus autem imbecillis, miſer, timidus, pavidus: deſſen (ut dicimus in noſtro idiomate) der Inſultante, wenn er ihm auf den Leib käme, auch leichtlich mit bloſſen Fäuſten mächtig werden könte. An vero caſus ſit plane inverſus, aggreſſorque prætenſus talis, qualem aggreſſum jam deſcripſimus. In priori ſpecie nullus dubitarem, pro moderamine inculpatæ tutelæ reſpondere, aſt minime in poſteriori, quæ certe gravi coercitioni extraordinariæ obnoxia eſt. *Confer. præj. J. enſ. apud.* THOMAS. *diſſert. de judic. ſent. ab Act. remov.* §. 33.

Quis ſenſus verborum ſeiner Ehren und guten Leumuths ſecundum REMVM,

*2 Diſputari ſolet de ſenſu horum verborum, utrum ſcilicet indiſcriminatim prætextu honoris diſceſſum (entweichen dicitur in textu) vel fugam declinare, & aggreſſorem proſternere liceat? 1) REMVS hic citat TIRAQVELL *c. XX. n. 63. de nobilit.* qui nobilibus non fugiendum eſſe putat, ne honor ipſorum lædatur. Unde quidam Cæſarem exponunt ſub hac diſtinctione, quod nobilibus & militibus fas ſit, ſine tentato diſceſſu, aut ſuſcepta poſſibili fuga, invaſores ſuos occidere, reliquis autem non æque, cum illis nulla ex abitu, fugaque ignominia metuenda ſit. Sed hoc diſcrimen late impugnat 2) THEODORICVS *p. 1560. ſq.* additque aliam explicationem, quod nempe Cæſar hic reſpiciat ad caſum *Artic. CL.* deprehenſique a marito adulteri, ubi honoris in fuga aut diſceſſu rationem haberi poſſe ſtatuit, quaſi dedecus eſſet marito fugere

THEODORICVM,

gere ad conſpectum armati adulteri. Alii 3) huc pertinere putant, defenſionem pudicitiæ, quam virgo ſalvo honore ſuo omittere nequit. ZIERIZ 4) verba conjunctim accipit verbis: Leibes Lebens Ehre, quaſi honor ſolus non conſtitueret neceſſariam defenſionem. Tandem BEYER *h.* 5) reliquias priſtini juris manuarii, duellorumque ſibi hic reperiiſſe viſus eſt, quaſi Cæſar e genio inſtitutorum veterum honorem, inter cauſas alterum occidendi neceſſarias retuliſſet. Confirmatur hæc obſervatio præjudiciis a CARPZOVIO recitatis *qu. XXIX. n. 81. ſeq.* Scilicet Scabini Lipſienſes ad duellum injurioſe provocato provocantem proſternenti, quondam non niſi arbitrariam pœnam dictitarunt, ut ſententiæ illorum apud CARPZOVIUM *c. l.* oſtendunt. Unde concludendum videtur, quod quilibet inſultatus, qui honoris tuendi cauſa fugere noluit, impunis omnino ſit, cum tam levi ratione cum eo, qui ultro in arenam cum adverſario deſcenderat, a LIPSIENSIBUS transactum fuerit. Enim vero 1) facile concedimus, quod aliqualis ratio perſonarum habenda, & magis audiendus ſit præfectus militum, qui honoris cauſa fugere noluit, quam homo de infima plebe, qui eodem prætextu uti intendit. 2) Mariti cædes deprehenſi adulteri, in ipſis articulis ſequentibus excuſatur, fœminæque pudicitiam ſuam violenter tuentis factum ſana ratio ipſa defendit. Quod vero 3) fuga ſemper ſuſcipi debeat, niſi conjunctim, vitæ, amiſſionis membri honorisque periculum adſit, vel 4) quod articulus veteris privatim dimicandi licentiæ veſtigia contineat, minime credimus. Quod enim ultimum attinet, hic de mutua aggreſſione ſive duello plane non eſt ſermo, ſed de illa ſpecie, ubi alter ab altero invitus & ex improviſo invaditur, nec mutua offenſio, ſed aperte offenſio ab una, & defenſio ab altera parte adeſt. Ut quæſtio talis proinde exſurgat, an v. c. in loco proprio, vel publico, innocenter invaſo vim vi repellere non liceat, ſed neceſſario quacunque via pateat, præceps & ignominioſa fuga arripienda

ZIERIZ

BEYER.

CARPZOV.

Judicium de his expoſitionibus.

Verus controverſiæ ſtatus, quam defenſionem I. N. permittat.

pienda ſit. Deinde, quod tertiam ſpectat, ſi rectam rationem conſulimus, ille clare definit, 1) quod, ubi offenſio illicita, ibi defenſio ſit licita, 2) quod defenſio hæc non tantum pertineat ad avertendum periculum vitæ, ſed quoque ad tuendum honorem, 3) quod in aggreſſore nullum ſit fugandi jus, ergo nec in invaſo nulla ad fugiendum obligatio.

An I. N. princeps defenſionem honoris cum cæde prohibere teneatur.

Negari quidem nequit, quod in ſtatu reipublicæ Legislator fugam, inſuper habita, quæ illam comitatur, vulgari ignominia, modo vita membraque in periculum non adducantur, ab invaſo exigere, & inobedientem arbitrarie coercere poſſit, ſed inde non ſequitur, quod neceſſario & e præcepto juris naturæ fugam exigere debeat, illeque imperans, qui non exigit, omnino peccet.

Quæ Cæſaris juris pr. hic

Carolus noſter certe exigere noluit, ut vel conjunctim periculum vitæ, membrorum & honoris ſimul concurrat, vel, ut honor indiſtincte inſuper habeatur. Idque non juri veteri manuario, ſed ipſi juri naturæ conformiter.

de differentia diſceſſus & fugæ,

Imo (I) fugæ ne quidem mentionem injicit, ſed commodi tantum discessus. Non enim dicit: davon lauffen, entflichen, ſondern *füglich* entweichen. Quæ duo omnino differunt, ſi quidem 1) fuga præcipiti curſu ſuſpicitur, diſceſſus autem ceſſim peragitur, 2) fuga fit ad quemcunque locum, quo veluti porta data, diſceſſus vero conſiſtit in receſſu ad locum (v. c. ædes, curiam, locum excubiarum &c.) non procul remotum ſecurumque, 3) fugiens regulariter aliis ludibrium debet, qui vero diſceſſum commodum (eine Retirade) intendit, non æque.

qualem diſceſſum Cæſar exigat, &

Porro Cæſar (II) ne quidem *diſcedere* indiſcriminatim mandat, ſed ſalva exiſtimatione ſuadet. Itaque ulterius videndum, quinam ſalva illa diſcedere poſſint, & qui non poſſint. Nam quod hac ratione diſtinguendum ſit, ex ipſo textu conſtat, ſi enim omnes invaſi exiſtimationem ſive honorem allegare poſſent, nemini diſcedendum foret, ſi vero nemini hanc excuſationem adducere liceret, omnes diſcedere deberent. Atqui neutrum convenit menti Imperatoris.

quorum discedere ſit, vel non ſit

Igitur diſpiciamus, quorum ſit honoris cauſa

cauſa gradum ſiſtere, & quorum viciſſim ſit diſcedere potius. Doctores priori claſſi accenſent milites, nobiles *conſ.* LYNCK. *vid. 1. Reſp. XV. n. 26.* ad diſcedere juſſos referunt Clericos, Profeſſores, Advocatos, Medicos, Conſiliarios. Forte ut in Gallia diſtinguitur entre les gens d' epée & les gens de robe. Enim vero talis hominum claſſificatio non eſt ad palatum ERICI MAVRITII *p. 917.* Nam & literato aliquando ſtationem deſeruiſſe turpe eſt. Imo apud Germanos fugam ubique fugienti probroſam fuiſſe, notat DITHMAR. *p. 39. ad Tacit. de M. G.* Unde MAVRITIVS *p. 916. d. l.* ſecernere in præſentit mavult obſcuros a claris. Enim vero ſatius eſt, ut rem committamus prudentis judicis arbitrio, ut ille gradum dedecoris & viciſſim allegati honoris e variis circumſtantiis perpendat, nec ſoli ſtatui invaſi perpetuo & unice inhæreat. Alias uti facile obſcuræ perſonæ diſcedere juberi poſſunt, ita claritas v. c. in Clericis non eſt ſtatim ſiſtendi & reſiſtendi ſufficiens cauſa. Ex his concludimus 1) Cæſarem non FVGAM proprie dictam, præcipitemque v. c. in campo libero, ſed DISCESSVM v. c. in urbe, pago, ubi tutum receptaculum in promtu, requirere. Imo 2) ne quidem hunc in genere atque indiſtincte, verum commodum & honori non noxium expoſcere. Qualis eſt non tantum, ſi Clericus, vel alius in officio togato jam conſtitutus vir, commode cedit, ſed quoque ſi ipſe præfectus militum cederet: ebrio, furioſo, imbecilli, valetudinario, mutilato, vel inermi, imprudenter in ipſum bene armatum irruenti, ſimilique miſero invaſori. Nam ſin ſecus faceret & ejusmodi miſerum aggreſſorem, ut facile poteſt, proſterneret, non tantum crudelitatis notam pœnamque arbitrariam incurreret, ſed quoque paſſim apud alios tanquam intempeſtivus & inglorius heros traduceretur. Unde jam antea diximus eſſe quidem rationem diverſorum ſtatuum politicorum habendam, attamen ita, ut inſimul ad alias quoque circumſtantias reſpiciatur. Verum inſtas, eſto

Concluſiones e dictis a Cæſare.

Defenſio ſententiæ Cæſaris de diſceſſu ſalvo honore.

Imperatorem, ita decidere, eſſe tamen hanc deciſionem 1) iniquam, cum humanus ſanguis vani honoris ergo hoc modo effunditur. 2) Eſſe quoque eandem ad mores praxinque noſtram minime accommodam. Aliud enim docere CARPZ. *qu. XXX. n. 5967.* Sed ſalva res eſt. Nam æquitatem e jure naturæ jam ſupra indicavimus. Et cur quæſo non liceret 1) innocenti 2) in ſuo vel publico loco verſanti 3) pacemque colenti 4) invaſorem injuſtum, inquietum 5) ſuo loco, ſuaque ſtatione, in qua a nemine turbatur, non contentum, circa ullam cauſam 6) magna ferocia atque vi irruentem, viciſſim 7) per vim juſtam repellere? Cur opus foret fuga, medio non tantum ignominioſo & ut plurimum incerto, ſed quoque in publicum veluti noxio. Fuga enim regulariter irritat aggreſſoris lædendi cupidinem, ad ulterius inſtandum & inſequendum, naturæ ſiquidem debetur illud tritum: wer da läufft, den jaget man, e contra, qui gradum firmiter ſiſtit, aggreſſoris affectus vehementiam cohibet & quaſi remoratur. Imo & alii, bono in publicum exemplo, ne temere alios invadant, deterrentur, ſi vident par referri pari. Neque in tali caſu dici poteſt: quod *ſanguis* humanus effundatur *honoris cauſa.* Effunditur enim DEFENSIONIS & propriæ QVIETIS obtinendæ cauſa, licet honoris innocua ratio ſimul concurrat. Ut taceam, quod quilibet inſultatus naturali ratione, aliquatenus perturbetur, & magis ad vim ingruentem repellendam, quam ad locum fugæ excogitandum, trahatur. Interim circa commodum diſceſſum, quem diverſum a fuga eſſe jam vidimus, aliter res comparata eſt. Nam ſi non *diſceſſit*, qui non debuit, omnis pœna ceſſat, licet diſcedere potuerit: Sin vero, qui debuit potuitque, arbitrarie in eum animadvertitur. Quod praxin attinet, contra CARPZOVIUM produco BESOLDUM *Vol. VI. conſil. 290.* MAURITIUM *d. p. 917.* quosque ibi plena manu citat. GOMEZ. *t. III. Cap. III. n. 23.*

Prudens explicatio verborum: HONORIS CAUSA.

quid citra diſceſſionem notandum.

*3 Poſ-

*3 Poſſunt requiſita inculpatæ tutelæ & ita conſtitui. 1) Requiritur *in præſenti* imminens violentia & periculoſa aggreſſio per verba: tödtliche Waffen u. ſ. w. de quibus *vid.* tamen *not.* * *1 ſupr.* Item per verba *Art. 142. verſic.* oder der Entleibte gewichen und der Todtſchläger nachgefolget u. ſ. w. 2) Ut non poſſit aggreſſor leniori via v. c. plagis, armorum ereptione in ordinem redigi, verbis: ohne Fährlichkeit oder Verlezzung. Item *Art. 143.* verſiculi wenn er des Entleibten, ehe er ihn erſchlagen gantz mächtig. 3) Ut defenſio non degeneret in vindictam, novamque non neceſſariam offenſionem, ceſſante jam aggreſſore *vid. eund. Artic. 142. cit. loc.* CARPZ. *Qu. XXXI. n. 39. ſequ.* ubi exempla. 4) Ut invaſus non irritaverit in *princ. 142. Artic.* Quæ hic de fuga vel diſceſſu monentur, confecimus jam *not. præced.* **Compendium requiſitorum einer rechten Nothwehr.**

*4 In projecto de An. 1521. ſententia, quaſi opus eſſet expectare ictum primum, tribuitur opinioni vulgi, his verbis: als etliche unverſtändige Leute meinen, ſed in Exemplo de An. 1529. legitur jam, ut in articulo nempe: unangeſehen ob es den geſchriebenen Rechten und Gewohnheiten entgegen wäre. Jus civile Romanorum hic vult, ut invaſus defenſionem differat poſt receptionem ictus primi *vid. l. 2. C. Quando liceat unicuique &c.* Itaque ad ſtatuta quædam particularia forte reſpicit compilator, & peculiares conſuetudines locorum, quamvis de illis mihi non conſtet. Imo concinnius, ni fallor, fuiſſet, relinquere articulum, ut An. 1521. conſcriptus erat, intactum & non mutatum. **Unde opinio de expectando ictu primo.**

ARTIC. CXLI.

Daß die Nothwehr bewieſen werden ſoll.

Welcher ſich aber nach Erfindung der That, einer gethaner Nothwehr berühmet oder gebrauchen will, und der Ankläger der nicht geſtändig iſt,

 ſo

ſo legt das Recht dem Thäter auf, ſolche berühmte Nothwehr obgemeldter maſſen zu Recht gnug zu beweiſen: beweiſt er die nicht, er wird ſchuldig gehalten.

NOTÆ AD ARTIC. *CXLI.*

De probatione der Nothwehr.

§. 1. Quicunque, probato homicidio allegat defenſionem *1 neceſſariam, *2 & dicit ſe juſtos ſervaſſe defenſionis limites, ille tenetur de hac ſua allegatione judici fidem *3 ſuſcepta probatione facere, ita jubente in hoc Articulo Imperatore. Modo accuſator rei allegata neget. *4

Ante quæſtionem von der Nothwehr conſtare debet de cæde commiſſa.

*1 Quod redditur in textu: Nach Erfindung der That, adhibita ſcilicet ſectione cadaveris, de qua *infr. Artic. CXLVII.* Nam ſi de lethalitate vulneris, commiſſoque homicidio nondum conſtet, aliunde, quam a moderamine inculpatæ tutelæ, defenſio quoque parata eſt. Licet & hujus moderaminis tali in caſu, pro plenaria abſolutione obtinenda, ſi facile probari queat, inſignis uſus eſſe poſſit.

Quid ſignificet hic: NOTHWEHR.

*2 Dico NECESSARIAM, non hoc reſpectu, quaſi regulariter invaſo, ſi ulla ratione poteſt, fugiendum ſit, nec defenſio aliter, quam ſi omnis fuga manifeſto præcluſa, locum habeat: id enim antea rejeci, ſed non reſpectu, quod invaſo, ſi in ſuo loco ſalvus & incolumis reſtare velit, contra vim præſentem NECESSARIO, violenta defenſio, de qua in textibus noſtris ſermo eſt, adhibenda ſit.

Objectio Nothwehr præſumi.

*3 Quidam contra hanc probationem objiciunt, quod regulariter quilibet præſumatur bonus. Ergo alleganti credi debere. Sed reſpondetur 1) obſervatio limitum juſtæ defenſionis, eſt de raro contingentibus, nec enim limites regulariter in pugnis & cædibus obſervantur, atqui præſumtio deſumitur ab eo, quod fit, ut plurimum 2) ſi homicidæ ſimpliciter crederetur, nec iis teneretur ſuam exceptionem probare, nullus homicida fere amplius

plius

Digitized by Google

plius debite puniri poſſet, donec contrariam probetur. Inſuper regula: quod quilibet præſumatur bonus, pertinet tantum ad quæſtionem de alicujus facti dubii commiſſione, v. c. an Titius Cajum læſerit, Mevio ſuum abſtulerit &c. non vero ad facti regulariter injuſti notorie jam commiſſi juſtificationem, quaſi circumſtantiæ ad juſtum pertinentes ſint præſumendæ. Vel ſi mavis: homo præſumitur bonus, facta autem, quæ regulariter & ut plurimum mala ſunt, non poſſunt præſumi bona. Unde v. c. furta & homicidia & ſi quæ alia, non poſſunt præſumi ob famem, vel vitæ conſervationem admiſſa. Nec aliter de jure civili. Nam & ſecundum hoc allegatio defenſionis probanda eſt *l. 1. C. ad L.* CORNEL. *de Sicar.* FICHARD. *Vol. II. conſil. 122. n. 8. 9.* THOMAS. *pag. 53. 57. de judice ſentent. ab actis remov.* Imo: ſi quilibet præſumitur bonus, & occiſus ratis præſumi debet. Ergo occiſor, qui ipſum malum invaſorem dicit, invaſionis factum probare debet.

Quid probandum ab eo qui allegat: eine Nothwehre.

* 2 Quæri ſolet, quidnam probandum ab homicida neceſſario? dicitur in textu: Die berühmte Nothwehr obgemeldter Maſſen zu Recht gnug zu beweiſen. Ergone omnia requiſita probanda 1) quod occiſus fuerit aggreſſor injuſtus 2) vis fuerit præſens 3) lenius remedium non adfuerit contra invaſorem, quam internecio 4) occidens non dederit occiſo cauſam in præſenti ad offenſionem? Videtur propter verba adducta concludendum, quod ſingula requiſita probanda. Nam vocabulum: Nothwehre videtur hæc omnia includere; accedit, quod ſecundum Articulum CXL. ad defenſionem neceſſariam minimum duobus opus ſit 1) vi præſenti inſignique armorum &c. 2) præcluſione *commodi* diſceſſus: atqui vero in Articulo noſtro CXLI. dicitur: zu beweiſen *obgemeldter Maſſen.* Sunt tamen, qui putant ſufficere, probaſſe injuſtam invaſionem, reliqua præſumi, vel certe accuſatoris, aut judicis eſſe, ut v. c. commoditatem diſceſſus probet, non rei, ut hic incommoditatem demonſtret,

 per

per verba Articuli CXLII. die Nothwehre iſt auf die tödtliche Anfechtung gegründet. Sed alii reſpondent, verbum, gegründet, innuere tantum fundamentum præcipuum, primamque defenſionis originem, quod nempe defenſio ratione primi ſui principii fundetur in invaſione injuſta, nec ſine hoc fundamento concipi poſſit. Interim pro pleniſſima occiſoris excuſatione & exemtione a pœna criminali civilique, atque a ſolutione expenſarum non ſufficere invaſionem ſolam demonſtraſſe, ni carentiæ commodi diſceſſus probatio accedat per *Artic. CXL.* Alii dicunt, quod *Artic. CXLII.* loquatur de caſu, ubi accuſator onus deficientium requiſitorum probandi ſua ſponte ſuſcepit. Nam hic eo ipſo dum accuſator in probando ſuccumbit, rei innocentiam oſtendi MAVRIT. 931. Ceterum non diffiteor, quod prior opinio, quæ duo probanda reo injungit, invaſionem ſcilicet & deficientiam commodi diſceſſus, magis conveniat nexui textuum, quam poſterior. Tenendum tamen 1) quod reus probata invaſione, violenta & injuſta, qua reliqua admittatur ad purgatorium. 2) Quod ſi jurare nolit, nihilominus pœna ordinaria & corporis afflictiva ceſſet. Sed cur? reſpondetur quia probavit initium pugnæ ab occiſo & hunc auctorem pugnæ eſſe. 3) Quod perſonis, quæ ſalvo honore diſcedere nequeunt, nulla incumbat reſpectu diſceſſus probatio. 4) Quod locus quoque conjecturis, ab ipſa invaſione deſumtis, ad probandam deficientem diſceſſus commoditatem *vid.* CARPZOV. *qu. 33.* BERLICH. *P. IV. concl. 14.* MASCARD. *concl. 490.* Imo in favorem defenſionis, in tota hac probatione non adeo exacte reſpicitur ad rigorem juris, admittunturque teſtes etiam inhabiles, teſtes de crudelitate, & teſtis unicus GAIL. *I. 1. de PP. c. XVI.* GVAZZIN. *p. 372. n. 32.* ZIERIZ. *h.* GVAZZIN. *n. 2. d. l.* Unde verba Articuli: beweiſet er die nicht, ſo wird er ſchuldig gehalten, civiliter intelligi debent, adde quos citat MAVRIT. *p. 931. in f.* Contra reum autem teſtes tantum habiles producendi ſunt. Neque

Probabilior hic opinio.

Digitized by Google

que occiſo, ſi cum e vulnere adhuc decumberet, occiſori peſſima quævis imputavit, ulterius creditur, quam ad inquirendum & capiendum *vid.* KLEIN. *p.395.398.*

*5 Per verba: und der Ankläger der nicht geſtändig: Itaque ſi accuſator allegata rei admittit, non opus eſt probatione. Ni judex prævaricationem ſubeſſe animadvertat, tunc enim ipſe in veritatem delicti, præcipue hodie recepto proceſſu inquiſitorio, inquirere poteſt. **Quando accuſatoris confeſſio accuſatum non liberet?**

§. 2. Quidam hunc Articulum reſtringunt ad ſpeciem, ubi homicida cædem negavit, & dein convictus eſt. Nam tunc ob malam præſumtionem teneri exceptionem moderaminis inculpatæ tutelæ probare. Atque hoc arguere verba: nach ERFINDUNG der That, i. e. factam detectionem facti antea actute negati. OLDECOP. *tit. IV. obſerv.* 9. Sed hæc verba tam ad facinus * commiſſum aliquamdiu negantem, quam ſtatim *confeſſum* pertinent. Utrumque enim facinus recte dicitur: eine erfundene That. Unde communis interpretatio merito retinenda. **Interpretatio Oldecopii notata.**

* Imo verba: Erfindung der That nihil aliud ſignificant, quam quod alibi paſſim in Carolina, ſcilicet: certitudinem corporis delicti, quod revera homicidium commiſſum eſſe, in genere conſtet. *Nam conf. de furto* Artic. CLXI. princ. ad verbum: Erfunden, Artic. CLXII. verbis: mit gutem Grund erfunden. **Erfindung der That quid.**

ARTIC. *CLXII.*

Wann, und wie in Sachen der Nothwehr, die Weiſung auf den Ankläger kommt.

Wo der Ankläger der erſten tödtlichen Anfechtung oder Benöthigung, darauf als obſtehet die Nothwehr gegründet, bekanntlich iſt, oder beſtändig nicht verläugnen kan, und dagegen ſagt der Todtſchläger darum keine rechte entſchuldigte Nothwehr gethan

gethan haben ſoll, wann der Entleibte hätte fürgewendter bekänntlicher Anfechtung oder Benöthigung rechtmäßige Urſach gehabt, als geſchehen möchte, ſo einer einen unkeuſcher Werck halben, bey ſeinem ehrlichen Weib, Tochter, oder an andern böſen ſträflichen Ubelthaten fände, und darum gegen demſelben Ubelthäter tödtliche Handlung, Zwang oder Gefängniß, wie die Rechte zulaſſen, fürnehme: oder dem Entleibten hätte gebühret, den verklagten Todtſchläger, von Amtswegen, zu fangen, und die Nothdurfft erforderte, ihn mit Waffen ſolcher Gefängniß halben, zu bedrohen, zwingen und nöthigen, daß er alſo in Rechte zuläßiger Weiß gethan hätte: Oder, ſo der Kläger in dieſem Fall eine ſolche Meynung fürgebe, daß der angezogene Todtſchläger darum keine rechte Nothwehr gethan hätte, wann er des Entleibten, als er ihn erſchlagen hätte, ganz mächtig, und von der Benöthigung erledigt geweſt: Oder meldet, daß der Entleibte, nach gethaner erſten Benöthigung gewichen, dem der Todtſchläger aus freyen Willen und ungenöthigter Ding nachgefolgt, und ihn allererſt in der Nachfolge erſchlagen hätte: Mehr, ſo fürgewendet wird, der Todtſchläger wäre dem Benöthigten wol füglicher Weiß, und ohn Fährlichkeit ſeines Leibes, Lebens, Ehren und guten Leumuths halben entwichen, darum die Entleibung durch den verklagten Todtſchläger nicht aus einer rechten entſchuldigten Nothwehr, ſondern bößlich geſchehen wäre, und darum peinlich geſtrafft werden ſollte, ꝛc. Solch obgemeldte und andere dergleichen Fürgeben ſoll der Ankläger, wo er das genieſſen will, gegen Erfindung, daß der Todtſchläger durch den Entleibten erſtlich, als vorſtehet, benöthiget worden iſt, beweiſen: und ſo er eine derſel-

derſelben obgemeldten, oder andere dergleichen rechtmäßige Verurſachen gegen der erſten unlaugbahr Anfechtung oder Benöthigung gnugſam beweiſt, ſo kan ſich ſolcher Todtſchläger keiner rechten oder gäntzlichen entſchuldigten Nothwehr behelfen: unangeſehen ob ausgeführet oder beſtanden wird, daß ihn der Entleibt (als vor von der Nothwehr geſchrieben ſtehet) erſtlich mit einer tödtlichen Wehr angefochten und benöthiget hat. So aber der Kläger der erſten erfundenen Benöthigung halb, keine ſolche rechtmäßige Verurſachung bewieſe, ſondern der verklagte Todtſchläger ſeiner berühmten Nothwehr halb ausfündig machet, daß er von dem Entleibeten mit einer tödtlichen Wehr, als vor von rechter Nothwehr geſetzt iſt, erſtlich angefochten worden wär: So iſt die Nothwehr durch den verklagten Todtſchläger ausgeführet, und ſoll doch gemeldte Kundſchafft beydertheil mit einander zugelaſſen, und beſtellet werden: Nehmlich, iſt hierinn zu mercken, ſo einer der erſten Benöthigung halb, redliche Urſach zur Nothwehr gehabt, und doch in der That nicht alle Umſtände, die zu einer gantzen entſchuldigten Nothwehr gehören, gehalten hätte, iſt noth gar eben zu ermeſſen, wie viel oder wenig der Thäter zur That Urſach gehabt habe, und daß fürter die Straff an Leib, Leben, oder aber zur Buß und Beſſerung erkannt werde: alles nach ſonderlicher Rathgebung der Rechtsverſtändigen, als hernach gemeldet wird: Dann dieſe Fälle gar ſubtile Unterſcheid haben, darnach hierinn anderſt und anderſt, ſchwerlicher oder linder geurtheilet werden ſoll, welche Unterſchied dem gemeinen Mann verſtändlich nicht zu erklären ſind.

ARTIC. *CXLII.*

VErba finalia: nach Rathgebung der Rechtverſtändigen, in Norico leguntur: nach Rathgebung der Obrigkeit, als vorſtehet.

NOTÆ AD ARTIC. *CXLII.*

Replica accuſatoris contra except. accuſati.

§. 1. Hic Articulus perſequitur accuſatoris replicas contra rei exceptionem moderaminis inculpatæ tutelæ. Prima eſt, quod reus quidem invaſus fuerit & ſe defenderit, ſed invaſionem iſthanc fuiſſe juſtam, vel quod reus v. c. ab occiſo in adulterio *1 deprehenderetur, vel quod reus ob facinus aliquod patratum corpore apprehenſo ad judicem duceretur, adeoque juſte vim pateretur. *2

De cæde deprehenſi in adulterio.

*1 Atqui dicis: Ergo adulter in adulterio deprehenſus, iræ & Tetolypiæ adventantis mariti, ſe lubens exponere tenetur immolandum, nullo gaviſurus moderamine inculpatæ tutelæ. ℞. Ut exitum effugiumque quovis modo ſibi paret, non impeditur, modo citra mariti cædem res pergatur. Nam ex quo lex marito occidendi jus dedit, non poteſt, non contra eum, qui maritum necavit, adeoque adulterium cum homicidio cumulavit, ſeveram vindictam exercere. Nec ullus hic occiſoris, utpote mali omnino civis, auctoris totius ſcenæ funeſtæ, & in peſſimo actu deprehenſi, favor aut juſtæ tutelæ moderamen commemorari poteſt. Nec legis beneficia, ad illos pertinent, qui leges ſpernunt. Nec Reipublicæ intereſt, ut ejusmodi admiſſariorum genus tam ſollicite adverſus juſtam vindictam cuſtodiatur. Accedit, quod jus non ſine deſtructione ſui ipſius, moderamen inculpatæ tutelæ ad facinoroſos extendere queat. Adde GAIL. *I. XVI. n. 17. in fin. de P. P.* Deprehenſio tamen fieri debet in actu adulterii, aut certe actu proximo, aut in colloquio ſuſpecto ter in ſcriptis prohibito *Novell. CXVII. c. 15.* ut reſp. verſus *H. 1735. M. Febr.* add. *collat. LL. Moſaic. pag. 747.* apud SCHULTING.

*2 Hæc

*2 Hæc duo exempli loco afferuntur ab ipſo Imperatore. Sed quid ſi occiſor, non quidem adulterio polluiſſet occiſi thorum, verum eundem atrociſſimis conviciis laceſſiviſſet, & ad ictum primum inferendum provocaſſet? arbitrarie coërcebitur, ut habetur in fine Articuli. Æſtimandus malitiæ gradus, v. c. an pugnax, robuſtus & ſimilis data veluti opera exerceat injuriis, alterius pavidi & imbecillis patientiam, hoc fine, ut cum ipſo manum conſerere poſſet. An vero pugna inter tales præcipitanter excitata, qui virium corporis & animi æqualium ſunt, vel certe non multo inæqualium. Ibi fuſtigationi, hic relegationi & aliæ arbitrariæ locus eſſe poterit SAND. *L. V. tit. IX. defin. 7.* Imo longa præmeditatione in priori ſpecie antecedente: daſs einer lange an dem andern Händel, und ihm eines anzuhängen geſucht, ut injuriis, conviciis, vexis tantum impiæ cautelæ loco uſus ſit, quo exacerbatum ad primum ictum infligendum quaſi adigeret, pœnam gladii dictari poſſe non ambigerem, propter rationem juris naturalis, quod hic adſint affectus & effectus homicidii, nec non ob textus verba finalia: an Leib oder Leben. Neque enim offenſionem occiſi pro ſe allegare poteſt, qui omni ſtudio id egit, ut offenderetur. Capitali pœna quoque ſubjicit *CZ. qu. XXIX. n. 46. ſequ.* eum, qui primus percuſſit & dein in periculum vitæ adductus, alterum proſtravit, quod aſſertum tamen ſæpius arbitrium judicis non excludit, ratione conditionis perſonarum, inſtrumenti quo percuſſum, loci, intentionis. Eſt & alia inſuper cauſidicorum inventio: der den Ausſchläger nacheilende Entleibte, ſey dieſen in den Degen gelauffen, quam multis allegatis inveſtit & exornat LYNCKER. *Vol. 11. R. 171.* Sine dubio hæc aſſerenti citra probationem non credendum.

De occiſore cæſum ad aggreſſum irritante.

Prima percuſſio an ſemper capitalis homicidio ſecuto.

§. 2. Deinde replicatur, quod reus injuſte quidem invaſus fuerit, interim vel ratione modi, vel ratione temporis fines defenſionis exceſſerit.

De aliis accuſatoris contra accuſatum replicis.

 *1 Dum

De cæde, periculo.

*1 Dum, prout in textu affertur, occiſor poſtquam aggreſſorem armis exuerat, compeſcuerat, ſuæque poteſtatis fecerat (daſs er des Beleidigers vorher, als er ihn erſchlagen, ſchon gantz mächtig und von der Benöthigung entlediget geweſen) nihilominus ſine ulla defenſionis neceſſaria ſpecie eundem occidit. Cum tamen alio longe leniori, æque tamen ſecuro remedio, cum ipſo tranſigere, & ſuæ ſecuritati in futurum proſpicere potuiſſet, quam internecione proſtrati. Ultra pœnam extraordinariam tamen, cum non tam facile ſit defenſionem a vindicta ſecernere irato, & utriusque accuratos limites conſtituere, procedi nequit in ejusmodi caſu.

Ceſſante aut nondum præſente.

*2 Dum vel periculo nondum ſatis præſente, vel jam ſedato & præterito homo perimatur, v. c. ſi quis minas ſpargentem præveniat, aut invaſorem ſuum jam terga vertentem inſequatur & occidat. His ſpeciebus tamen, ſi vel vis actusque hoſtiles præparatorii (v. c. quod minans arma jam circumſpiciat, & quærat) non comitentur minas, vel pugna jam ante notabile tempus ceſſaverit, ordinaria, ſin utrumque ſecus ſe habeat, arbitraria pœna decernitur. Quid autem ſit *notabile tempus*, relinquendum judicis arbitrio, qui æſtimabit, utrum tantum tempus, ut inſigniter læſus moderari iræ vehementiam poterit præterierit, an tantum nondum effluxerit, quo de ultimo ſupplicio, vel pœna extraordinaria prudenter ſtatuere queat, conf. HUBER. *tit. ad L. Cornel. de ſicar. ſſ. 7. ibique* præjudicia. Certe juſto indulgentior nobis videtur LYNCKER. in d. *Reſp. CLXX. Vol. II.* ubi homicidæ qui jam diu ante: vor Jahr und Tag *ut n. 27. 28. d. l.* inſigni injuria affectus erat, dein baculo injuriantem percuſſerat, tandemque gladio confoderat, cauſam tuetur. Porro, quod minas attinet, ſi qui minas capitales ſpargit, illas mox executurus videatur, ut ſi v. c. jam ſtrictum gladium manu teneat, vel certe arma præſentia arripere tentet, impune plane prævenitur ab eo, cui ita minatur. *argument. Artic. CXL. in fin.* COLER. *Conſil. 39.*

De nimia LYNCKERI indulgentia.

THEO-

THEODORIC. *p. 1555. ſeq. Coll. crimin.* Magnum quoque pro reo præſidium in eo locatur, quod hic jam apud judicem de minis fuiſſet queſtus, & ejus tutelam imploraſſet *idem d. l.* Ceterum minæ ſunt in varia differentia 1) quædam plane ſpernendæ & nequidem ad petendam cautionem de non offendendo ſufficiunt, v. c. quæ ſunt ambigui ſenſus, ut non conſtet, an viam facti, an juris contineant v. c. Er wolle es Titio gedencken, er ſolte es ihm nicht umſonſt gethan haben. Quamvis circa ejusmodi formulas ulterius videndum: quis auctor illarum? audax an timidus? miles an clericus? pro exacto judicio de iis ferendo. 2) Quædam obligant ad cautionem de non offendendo, nempe quæ gravem malum viamque facti continent *vid.* ROSENER. *p. 17. ad Franciſc. Hercul. tr. de caut. de non offend.* 3) Quædam pœnam homicidii minuunt, ut ſi dubium ſit, utrum occiſor in quem minæ atrociores, ab homine occiſo feroci directæ, in præſenti periculo fuerit, an vero minus. *vid.* BOVRIC. *in captiv. p. 145. n. 25. diſſent.* BRVNN. *c. IX. n. 59. proc. inquiſ.* Item ſi minæ acerbiores injuriis mixtæ *vid.* LYNCK. *Reſol. p. 255. columm. a in fin.* 4) Quædam ab omni pœna abſolvunt cædentem, de quibus jam e COLERO & THEODORICO diximus. Deinde, quod ſecundum caſum, de periculo ceſſante & veluti deſinente attinet, obſervandum eſt, quod 1) invaſus certus eſſe debeat, quod revera periculum ceſſet, nec amplius reiterationis metus ſubſit *vid.* THEODOR. *p. 1551. n. in fin.* 2) Quod licet periculo ceſſante, defenſio amplius allegari nequeat, attamen ipſa vindicta, e juſtiſſimo & adhuc e pugna ferveſcente dolore procedens, veniam quoque mereatur & tantum extraordinaria pœna infligi debeat. *vid.* HVBER. *prælect. ad L. Cornel. de Sicar. ſ. 11. verſic. & plerumque ſ. 7. jam cit. loc.*

Minarum varietas.

§. 3. Porro replicari ſolet, quod occiſor reus perſtiterit in loco invaſionis, & conflixum expectaverit, vel certe non diſceſſerit, licet ſalvo honore potuerit. * Ver-

De replica actoris, quod cedens non fuerit diſcedere.

Pœna occiſoris in loco ſuo aut publico ſine diſceſſiones perſiſtentis.

* Verſic. Artic. Mehr ſo fürgewendet wird u. ſ. w. Sane ſi nihil aliud obſtet occiſori, quam ſolus diſceſſus neglectus, extra ordinem tantum animadvertendum erit in illum. Nec obſtant verba: böſslich geſchehen. Nam hæc adducuntur ex mente accuſatoris, adeoque non continent deciſionem Cæſaream. Nec enim qui cedere non vult malitioſe occidere vult, ſed tantum ex affectu humano ſtationem ſuam defendere intendit.

Quot admittendæ replicæ it. de ordine probandi.

§. 4. Pergit Imperator, additque dictis: 1) quod judex non tantum hactenus explicitas accuſatoris replicas, ſed & alias ſimiles admittere debeat; 2) quod in probatione ordo ſervari debeat, ut accuſator ſuas replicas, contra rei exceptionem neceſſariæ defenſionis, non probet, niſi exceptione allegata a reo probata. Quamvis hoc generale ſit, atque in omni judicio, criminali & civili, obtineat.

De pœn. exceſſ. moderam. in genere, quæque hic norma judicis.

§. 5. In complementum, quia omnes ſpecies exceſſus diſtincte recenſeri nequeunt, generatim additur: quod ſecundum prudens arbitrium judicis reliqui exceſſus omnes coerceri debeant. *

* Pro norma judici præſcribitur: gar eben zu ermeſſen, wie viel oder wenig der Thäter zur That Urſach gehabt habe. De regula nemo dubitat, ſed circa ſingulos caſus adeo non convenit non tantum inter ſingulos JCtos, ſed ne quidem inter plura integra collegia, ut in una eademque ſpecie, collegium 1) abſolutionem, collegium 2) ultimum ſupplicium 3) torturam, collegium 4) purgatorium decreverit *apud* THOMAS *de jud. ſent. ab act. remov.*

Nothwehre quotuplex & præſuppoſitum generale aller Nothwehre.

§. 6. Ulterius Cæſar hic conſtituit, quod: die Nothwehre diſtingui debeat in perfectam & imperfectam, quodque illa meram abſolutoriam pariat, hæc autem ſollicite diſcutienda, & diverſimode ſecundum circumſtantias punienda ſit. Quod monitum judici præcipua quadam ratione obſervandum. Interim omnis: *Noth-*

Digitized by Google

Nothwehre ſupponit, quod occiſus *auctor* pugnæ fuerit, ut innuitur verbis: ſo einer der erſten Benöthigung. Illuſtrationis cauſa conf. CARPZOV. qu. XXIX. XXX. XXXI.

§. 7. Tandem nota, quod auctor pugnæ, vel ſecundum CZ. qu. XXIX. n. 42. etiam auctor RIXAE; non poſſit allegare moderamen inculpatæ tutelæ; nec qui eum occidit pœna ordinaria plectatur. *Id d. l. qu. XXX. n.* 4. 22. 44. 77. Quod LYNCKER. *d. l. n.* 27. 28. extendit etiam ad homicidam, qui conviciis ipſum excipientem in continenti proſternit. Quod tamen judex ex perſona injuriantis, injuriati, ipſiusque injuriæ formula, caſu obveniente dijudicabit. Quid enim v. c. videtur, ſi paſtor paſtorem ob quodcunque convicium mox ad internecionem percuſſiſſet, vulneraſſet? Paucis: verbis injurioſis læſus non poteſt allegare: eine Nothwehre, cum nulla periculoſa invaſio adſit. Poteſt tamen, pro atrocitate injuriæ & contumeliæ, occiſoris excuſatio aliunde peti v. c. quod non e dolo proprie dicto, ſed ex impetu, e furore quodam occiderit, adeoque extraordinariæ tantum locus ſit. adde CZ. *IV.* 10. 67.

ARTIC. *CXLIII.*

Von Entleibung das niemands anders geſehen hat, und eine Nothwehr fürgewendet würde.

So einer jemand entleibt, das niemand geſehen hat, und will ſich einer Nothwehr gebrauchen, die ihm die Kläger nicht geſtehen: in ſolchen Fällen iſt anzuſehen, der gute und böſe Stand jeder Perſon, die Statt, da der Todtſchlag geſchehen iſt, was auch ein jeder für Wunden und Wehr gehabt, und wie ſich jeder

jeder Theil in dergleichen Fällen, vor und nach der That gehalten habe, welcher Theil auch aus vorgehenden Geſchichten mehr Glaubens, Urſach, Bewegung, Vortheils oder Nutz haben möge, den andern an dem Ort, als die That geſchehen iſt, zu erſchlagen oder zu benöthigen. Daraus kan ein guter verſtändiger Richter ermeſſen, ob der fürgewendten Nothwehr zu glauben ſey: und wo die Vermuthung der Nothwehr, wider die bekänntlichen That ſtatt haben ſoll, ſo muß dieſelbige Vermuthung gar gut, ſtarck und beſtändige Uhrſach haben: Aber der Thäter möchte wider den Entleibten, ſo viel böſer, und ſein ſelbſt halb, ſo viel guter ſtarcker Vermuthung darbringen, ihn wegen der Nothwehr zu glauben: Solche Urſach alle zu erklären, kan durch dieſe Ordnung nicht wol gründlich, und jedermann verſtändlich, beſchehen. Aber nemlich iſt zu mercken, daß in dieſem Fall, aller obgemeldten Vermuthung halb, die Beweiſung dem Thäter aufgelegt werden ſoll: Doch unabgeſchnitten dem Kläger die Weiſung, die er darwider fürbringen wolte: Und wo dieſer Fall vorgemeldter Maaſſen, redlich Zweifel hat, ſo iſt noth in der Urtheil der Verſtändigen Rath, mit Fürlegung aller Umſtänden, ſtattlich zu gebrauchen. Wann ſich dieſer Fall, mit gar viel Zweifels und Unterſcheid, für, und wider die berühmten Nothwehr, begeben mag, die vor der Geſchicht nicht alle zu bedencken, oder zu ſetzen.

ARTIC. *CXLIII.*

NOn differt a projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *CXLIII.*

Quæ probatio adhibenda, ſi

§. I. Probandam eſſe vidimus ab allegante neceſſariam

riam defenſionem. Sed, quid ſi teſtes deſint? Reſpondet Cæſar, quod tunc recurrendum ad conjecturas *1 varias *2 a perſonæ ſtatu *3 morali, naturali, item a loco pugnæ, *4 vulneribus *5 a parte utraque inflictis, armis *6 utrinque geſtis, factis utriusque partis ante occiſionem, nec non a geſtis utriusque partis *7 poſt conflictum, item a ſpe commodi e morte occiſi ad occiſorem, aut vice verſa ab hujus fato ad illum pervenientis, *8 deſumtas. cædem nemo vidit.

*1 Nec aliter in rebus facti fieri poteſt, quam ut iſtas, ſi ipſi non fuimus præſentes, nec easdem ex aliis, qui viderint, diſcere poſſumus, e circumſtantiis, quæ nobis cognitæ ſunt, conjecturando pro poſſibili eruamus. Atque hoc labore præcipue occupabantur veterum judices, nec diffitendum eſt, quod vivida oſtenſio nexus circumſtantiarum, plus veroſimilitudinis & fidei operetur in mentibus hominum, quam nuda & cruda dictio multorum teſtium. Cur hic ad conjecturas confugiendum.

*2 Diximus varias, nec enim numerus iniri poteſt, ſed huc referendum eſt, quicquid ulla ratione jactatæ neceſſariæ defenſioni fidem conciliare, vel eam tanquam falſam impugnare poteſt. Quæ conjecturæ huc pertineant.

*3 Dicitur in textu: der gute und böſe Stand jeder Perſonen. Quod cum ita generaliter effertur, tam ad corporis robur, & infirmitatem ſive morbis contractam, ſive naturaliter v. c. ſexui ſequiori inhærentem, quam ad animi virtutes atque vitia, textum in verſione applicuimus. Nec enim negari poteſt, quin hæc omnia judicem aliquatenus inſtruant, quid judicare debeat de allegata neceſſaria defenſione occiſoris. Præcipue quidem ratione ſtatus moralis, vitia naturalia animi huc pertinent, quod occiſor ſit perſona crudelis, audax, pugnax &c. cum ejusmodi affectus facile irritent ad cædem perpetrandam: attamen improbitas quoque in genere (gottloſe, ruchloſe Lebens-Art) item vita vagabunda, furtis & ſceleribus ſuſtentata, Quomodo perſonæ ſtatus examinandus.

denegatio honoris debiti v. c. parentibus, vel ipſi perſonæ occiſæ, pariter aliquod indicium faciunt: in terminis *vid.* FICHARD. *Conſil. 122. Vol. II. p. 419.*

Quomodo loci circumſtantiæ,

*4 De loco inſpectio inſtituitur, ut conſtet, an occiſor facile commodeque potuerit diſcedere ad locum alium ſecurum. Immo interdum locus etiam indicium facere poteſt primæ inſultationis, v. c. ſi quis alium ad domum ſuam fortuito venientem occidat, & quod primo fuerit invaſus, alleget, ſane regulariter probabile non videtur, aliquem rixam pugnamque facile inchoaturum in domo aliena, cum ſciat, quemlibet pauliſper animoſum, omni molimine adhibito, ſe in ſuis ædibus (ut gallus ſe in ſuo fimo) defendere. Idem dicendum, ſi homicidium factum haud procul ſpectantibus occiſoris amicis vel aſſeclis, vel ſatellitibus.

cum vulneribus, mutuis læſionibus,

*5 v. c. ſi in occiſore leves percuſſiones, aut levia vulnera apparent, in occiſo autem graviſſimæ læſiones, magnaque vulnera conſpiciuntur, vel quoque, ſi occiſus ſit ictu bombardæ, nec tamen ipſe habuerit bombardam, aut ſclopeti genus. Ut proinde non defenſionem in caſu oblato, ſed primam offenſionem arguat ipſum occiſionis genus.

armorumque comparatione hic a judice inſpicienda.

*6 Paritatem armorum quidem nemo ſapientiorum JCtorum requirit, negari tamen nequit, ſi arma occiſi nullo modo conferri poſſint armis occiſoris, quod tunc non levis præſumtio oriatur, occiſorem eſſe auctorem conflictus.

De circumſtantiarum cædem conſequentium examine.

*7 v. c. Quod occiſor poſt cædem aufugerit, ſalvum conductum oblatum acceptare noluerit, in fuga nova facinora commiſerit. Item, quod ante cædem alterius hoſtis fuerit, minas ſparſerit, arma conquiſiverit, primus e convivio abierit, occiſum alicubi expectaſſe ſuſpectus ſit &c. Interim videndum ſimul, annon hæc talia omnia, de quibus hactenus, magis poſſint probari contra occiſum, cujus pariter dicta factaque hic obſervari jubentur. Meretur his jungi. *ſupr. cit. conſil.* FICHARDI, ubi in ſpeciali caſu ſingulas rationes Articuli percurrit.

*8

*8 Reſpectu utriusque partis probe etiam æſtimanda eſt hæc circumſtantia, de emolumento vel commodo ex alterius morte in alterum redundaturo. Imo licet commodum ſive quæſtus, ſive honoris (eines Characters, oder einer Charge) aliquatenus appareat, non tamen ſtatim occiſor usque adeo nefarius, ni vilis ipſius & avarus animus jam aliunde cognitus ſit, præſumendus videtur, ut commodi cauſa occiderit adverſarium. Nam 1) propter quæſtum, aut ſpartam alterum occidere, extremus malitiæ gradus eſt. 2) Regulariter incertum eſt, an per cædem alterius homicida quæſtum vel ſpartam ſit conſecuturus. Itaque, ut præſumtioni Articuli locus ſit, opus mihi videtur, ut alia quædam accedant v. c. vel illud, quod ſupra *Artic. XXV. ſ. erſtlich* habetur: ob der Verdachte eine ſolche verwegene leichtfertige Perſon u. ſ. w. vel, ut conſtet v. c. quod Titius Cajo ratione certi officii, quod uterque ambiebat, prælatus, Cajus valde inde laceſſitus, item quod ad Titium redierit inſigne lucrum, quod Cajus jam in ſpe devoraverat. Nec obſtat 1) quod honores & opes ſint illa duo calcaria, quæ homines ad facinora ſua excitant & inſtigant, ut nemo gratis malus eſſe dicatur, 2) quod Imperator ita argumentari videatur: *commodum aliquod adeſt, Ergo cauſa occiſionis fuit.* Etenim circa 1) obſervandum, quod quidem hominum actiones magnam partem honore & opibus regantur, inde tamen non mox ad homicidia ſpeciatim inferendum ſit, quippe quæ plerumque non quæſtui, non promotioni, ſed iræ, vindictæ, vanæ gloriæ, ſive honori, non pro dignitate ſpartæ officioque, ſed pro fama atque exiſtimatione, accepto, debeantur. 2) Eſto cum etiam cædes a valde nefariis, opum dignitatumque conſequendarum cauſa, in partes vocari, hoc tamen non poteſt conficere regulam generalem. 3) Non refragabor multos eſſe, qui illis, per quorum mortem ad opes & dignitates ſe aſpirare poſſe credunt, apprecentur illud antiquum: *ſit divus, modo non ſit vivus.* Interim regulariter caute agunt, non adhibent remedia

Quomodo medium tenendum a judice circa indicium a ſperato ex cæde lucro deſumtum.

aperte periculoſa, ad quæ homicidium, de quo hic tractatur, pertinet, ſed celat ut plurimum ſua furta Venus. Igitur ſi occulto veneno, ſi denegatione auxilii, denegatione medicamentorum ſimili arte, invidendum, è medio tollere poſſunt, occaſionem ſæpe non omittunt; aſt violenta occiſione & facinore in publicum ſenſum veluti incurrenti vix in hunc uſum defunguntur. II. Quod alteram objectionem attinet, repono 1) me Imperatorem explicuiſſe ex ipſo Imperatore, Articulum ſc. noſtrum CXLIII. ex Articulo XXV. ſupra. Accedit, quod et ſecundum præſentem Articulum prima & præcipua inſpectio eſſe debeat: von gutem oder böſen Stande des Todtſchlägers, adaturque in fine textus: mit Fürlegung ALLER Umſtände. Unde non ſimpliciter uni circumſtantiæ inhærendum, nec quidlibet ex quolibet ſine ulla meditatione inferendum. Imo diſtinguendum inter præſumtionem aliqualem, & indicium ad quæſtionem ſufficiens. Inter cupiditatem honoris, opum, deliciarum, & viciſſim vehemens deſiderium declinandi ignominiam ſummam, ſummam egeſtatem, dolores exquiſitos. Unde v. c. certius præſumitur ſtuprator occidiſſe ſtupratam; cui a manifeſtatione ſtupri ignominia inſignis, amiſſio dignitatis honorificæ & proficuæ metuenda; quam v. c. Titius occidiſſe patruum ſuum hereditatis opulentæ lucrique adipiſcendi cauſa.

Conjecturæ debent hic eſſe concludentes.

§. 2. Monet ulterius Imperator, quod occiſori; non ſtatim quocunque prætextu utenti, ſed conjecturas valde veroſimiles *1 pro ſe & contra occiſum allegant probantique, circa neceſſariam defenſionem ſit credendum. *2 Ceterum contra rei probationem accuſatori ſalva eſſe debet reprobatio.

Per verba articuli.

*1. Die Vermuthung, ut expreſſe ſtatuitur in textu, muſs gar gute, ſtarcke, beſtändige Urſach haben. Notat hic ZIERIZ, quondam JASONEM *in l. ut vim ff. de J. & J.* etiam dubias leveſque præſumtiones admiſiſſe, BOLOGNETUM autem non niſi graves, & hujus doctrinam Imperatorem hic conſervaſſe.

*2 Et

Digitized by Google

*2 Et quidem, ſi graves conjecturas pro ſe adducat occiſor probetque, plene ipſi credendum; quis enim ordinariam per teſtes probationem ſalva fronte deſideret, in ſpecie ubi notorie teſtes defuerunt? Si vero aliquod dubium ſuperſit, mediante juramento purgatorio elidendum erit. Sin plane non uniæ graves ſuſpiciones contra occiſorem militent, mediante tortura ſuis allegationibus faciet fidem. Quid vero obtinet, ſi res veluti in æquilibrio pendeat? v. c. occiſus fuit rixator, occiſor etiamnum talis eſt, occiſio contingit in loco, qui nil ad certam præſumtionem formandam conferre poſſit, arma utrinque fuerunt æqualia, gravia vulnera a parte utraque illata, fides utriusque partis & occiſi & viventis non adeo magna, utraque ante & poſt facinus ſigna edidit animi ferocis & truculenti. An abſolvendus, an ad jusjurandum admittendus ejusmodi occiſor? Sane neutrum videtur. Nec enim ſimplici aſſertioni hominis nequam, niſi bonas & prægnantes conjecturas alleget, & demonſtret, credendum eſt, nec jurisjurandi religio adhiberi poteſt contra eum, qui vix religionem agnoſcit. Itaque nihil aliud, quam eculeus reſtare videtur. Nam confeſſio cædis ſimplex, loco graviſſimi indicii in tali ſpecie, ubi confeſſus propria vita anteacta adeoque proprio facto, ſuaque culpa fidem ſuam deſtruxit, habenda videtur. Interim, ne quid diſſimulem, ego caſu oblato magis inclinarem ad pœnam extraordinariam. Nec enim tortura dictitanda, ideo quia torquendus innocentium probare nequit, ſed quia præſumtiones contra eum, præſumtionibus pro illo notabiliter præponderant, adeoque, quia contra eum ſemiplene probatum eſt. Aſt mitius adhuc in hac ſpecie pronunciarem v. c. ſi bonus civis bonum civem remotis teſtibus occidiſſet, nec indicia contra occiſorem de initio pugnæ adeſſent. Nam cum talis occiſor fidem non decoxerit, uti ille, de quo jam diximus, ne ſola abſentia teſtium adeoque fatum & caſus fortuitus ipſi noceat, merito ad juramentum purgatorium admitti debet. Modo non aliunde

De conjecturarum effectu &c.

Quid ſi conjecturæ adſint in utramque partem.

An quæſtioni locus.

v. c. fuga, contumacia vel alias ſe reddiderit ſuſpectum, ſed manſerit, cædem ſtatim ingenue confeſſus fuerit *vid.* quos citat CZ. *qu. XXXIII. n. 59.* Nec obſtat, quod requirantur reſpectu occiſoris: gar gute ſtarcke Urſachen. Videntur enim hæc verba loqui de abſolutione omnimoda, ſine ulla purgatione. Interim ſi dubium judici incidat, laudabiliter agit, ſi pro evitando perjurio pœnam extraordinariam loco purgatorii periculoſi, ſecundum doctrinam BARTOLI quam alii: *auream, ſingularem, mirabilem & de pane lucrando* dicunt *vid.* quos citat. GAIL. *L. I. C. XVII. n. 6. ſequ. de P. P.* decernit. Ceterum quæſtionem; an pars, quæ certo ſcit, vel judex, qui probabiliſſime prævidet hominem pejeraturum, homini juramentum, ſalva conſcientia deferre poſſit? contra Auguſtinum affirmative reſolvit THOMAS. *§. 9. diſſ. de protract. juſtitiæ per delat. jurisjur.* partim ex ea ratione: quod delictum tantum prævidens, præſciens, non ſit vera delicti cauſa, licet illud, dum poterat, non impedierit, ut Theologi noſtri contra reformatos docent: partim ex ea ratione: quod hæc præſcientia non ſit certa. Exiſtimare enim deferentem, alterum non juraturum, ſed ſuæ conſcientiæ rationem habiturum. Dein videri poſſit per Philoſophiam communem admiſſam, argumentum jurisjurandi in utroque proceſſu noſtro egregie turbatum iri, cum judici nunquam fere defuturus ſit prætextus, ſe metuere, ne juraturus perjurium committat. Interim ego ex ante dictis nil mutandum puto. Nam judices noſtri in criminalibus raro ipſi decernunt juramenta, ſed extraneus extra partium ſtudium poſitus, qui perjurii periculum æſtimabit ex actis. Dein certe melius eſt, in hominem ſuſpectiſſimum, quique innocentiam nulla ratione, nullaque conjectura demonſtrare poteſt, ob cædem hominis, quam confeſſus eſt aliqualiter animadvertere, quam nomine divino in vanum uſurpato, plane impunem dimittere, & eidem ad novum ſcelus animum addere. Jure germanico medii ævi, vide

An purgatorio.

An extraordinariæ locus in dubio

de probabiliter pejeraturi purgatoriis? conf. diſſert. de poſſeſſ. & juram. p. 55.

Schwäbſ.

Schwäbſ. Landr. Artic. CCIX. opus erat, ut qui remotis teſtibus cædem commiſerat, *mox ad judicem pergeret*, ejus arbitrio ſe traditis armis permitteret, qui occiſi cadaver ad tribunal ferri jubebat, & occiſori purgatorium injungebat, ſalvo agnatorum ad duellum provocandi jure. Habitum enim fuit purgatorium pro tortura ſpirituali, e principiis juris canonici. Quæ tamen tortura ſpiritualis ſupponit, quærendum habere ſpiritualem conſcientiam, dolorem e perjurio futuro præſentientem. Alias fruſtranea eſt. Ceterum in ſecundis his curis, in controverſia de jurejurando pejeraturo deferendo, diſtinguere placet 1) in cauſis civilibus etiamnum placent dicta *p. 55. diſſ. de poſſ. & jurej.* 2) in criminalibus, ubi indicia gravia & delictum grave, decernatur quæſtio 3) ubi delictum non grave, indicia tamen gravia, decernatur loco jurisjurandi pœna arbitraria 4) ubi nec delictum grave nec indicia gravia, perſona tamen impia, irreligioſa, res relinquatur judicio divino, & reus dimittatur, ſolutis tamen expenſis, quia inquiſitioni cauſam dedit.

*3 In proceſſu criminali ultima allegatio competit reo, adeoque & ultima teſtium defenſionalium productio, licet judici quoque integrum ſit, plus vice ſimplici teſtes producere BR. *C. VIII. membr. II. n. 85. in Proceſſ. inquiſ.* poſtremo tamen admittenda eſt defenſio rei. *confer.* THORNNICKER. *c. XVII. in advoc. prud. crimin.*

ARTIC. *CXLIV.*

Von berühmter Nothwehr, gegen einem Weibsbild.

So einer ein Weib erſchlüge, und ſich einer Nothwehr berühmet, in einem ſolchen Fall iſt auszuführen, und anzuſehen die Gelegenheit des Weibs und Manns, auch ihrer beyder gehabte Wehr und That, und darinnen nach Rath der Rechtsverſtändigen, wie hernach ſtehet, zu urtheilen. Denn wiewohl nicht leicht-

lich

lich ein Weib einen Mann zu einer entſchuldigten Nothwehr urſachen mag, ſo wäre doch müglich, daß ein grauſam Weib einen weichen Mann zu einer Nothwehr dringen möchte, und ſonderlich, ſo ſie ſo ſorgliche, und er ſchlechtere Wehr hätte.

ARTIC. *CXLIV.*

ARma mulieris, quæ hic ſimpliciter dicuntur: ſorgliche, deſcribuntur in projecto An. 1529. ſorgliche und erſchreckliche.

NOTÆ AD ARTIC. *CXLIV.*

Nothwehr contra fœminam.

Sequitur caſus ſpecialis, ſi ſcilicet quis occidiſſet fœminam, & circa hoc ſuum factum ad moderamen inculpatæ tutelæ provocaret, tunc ſane vel teſtibus, vel conjecturis hæc allegatio ab allegante demonſtranda foret. *

De dabilitate caſus ex hiſtoria.

* Quod hæc ſpecies non pertineat ad caſus non dabiles, Imperator binis rationibus veroſimile reddit 1) quod dentur ferociſſimi ingenii fœminæ 2) quod armorum diſparitas, præcipue ex quo varia ſclopetorum genera inventa, tanta eſſe poſſit, ut fœmina mari præſentem necem intentare valeat. Ne exempla fœminarum ferocientium deſint, ſiſtamus VALASCAM, *quæ Bohemiæ Principatum per ſeptennium potenter obtinuit,* & DIEVIZVM *ſeu caſtrum virginum coadunatis pluribus puellis exſtruxit. Res eo tempore viſa patribus plebique perniciosiſſima, cum propter admiſſum ſcelus, tum quod illarum exemplo reliquas adduci fœminas vererentur, & hoſtem cuique domi eſſe formidabile videretur. Regina* VALASCA *in prælio ſeptem viros interemit, ſingularis audaciæ puellæ præterea erant* MALADA, NODEA, SVATACIA, VORASTA, RADGA, ZASTANA, TRISTANA. Aſt quam jucunda, puelliſque oppido digna nomina! Ceterum hæc omnia totidem verbis habentur apud ÆNEAM SYLVIUM *c. VII. hiſtor. Bohem.* qui omnino legi meretur ab iis, qui hic uxorum ſuarum blanditiis decepti, ſibi

ſibi vana dubia, propter non ſatis perſpectam quarundam atrociorum fœminarum indolem, excogitant. Ipſe novi maritum, qui irruentis in ſe cum candente furca culinaria (mit einer glüenden Ofen-Gabel) uxoris impetum, arrepto ligneo ellychnio (mit einem höltzernen Schleuſſen-Leuchter, ut in loco dicebatur) represſerat & furibundam oppreſſerat, argumento hujus Articuli abſolutum fuiſſe. Interim non nego, fortem eſſe contra marem ociorem præſumtionem, quod neceſſariæ defenſionis cauſa, non proſtraverit, mulierem, cum per verba: *denn wiewohl nicht leichtlich*, tum propter differentiam roboris, animique utriusque ſexus naturalem, *vid.* TIRAQVELL *tom. II. p. 12. n. 55. Leg. connub.* Unde regulariter paulo clarius hic, quam in præcedentibus articulis innocentia erit deducenda. Alias TIRAQVELL. *d. l.* e fœminarum imbecillitate deducit: 1) quod brevius maſculis credantur reſiſtere vitæ periculo, 2) quod gemellis natis, præſumantur poſt maſculum prodiiſſe, 3) quod quondam apud Germanos fas non fuerit de remittenda faida cum fœmina tranſigere, ſed demum cum maſculo fœminæ hærede.

Species recentior.

Scholia Tiraquelli ex feminarum imbecillitate collecta.

ARTIC. *CXLV.*

So einer in rechter Nothwehr, einen Unſchuldigen wider ſeinen, des Thäters, Willen entleibt.

So einer in einer rechten beweiſenen Nothwehr, wider ſeinen Willen, einen Unſchuldigen mit Stichen, Streichen, Würffen oder Schieſſen, ſo er den Nöthiger meynet, treffe, und entleibt hätte, der iſt von peinlicher Straff entſchuldiget.

ARTIC. *CXLV.*

Concordat cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *CXLV.*

§. I. A pœna criminali *1 quoque eximitur, qui in confli-

De eo, qui in der Noth-

wehr læſit innocentem.

conflictu cum aggreſſore conſtitutus *2, forte fortuna *3 tertium innocentem *4 adſtantem, vel jactu lapidis, vel ſclopeti ictu, vel alius inſtrumenti percuſſione enecavit.

Annon civiliter teneatur & quid de jure civili, deque,

*1 Von peinlicher Straffe dicitur in fine textus. Unde colligunt ZIERIZ, STEPHANI, BULLÆUS, quod nihilominus civiliter teneatur occiſi liberis, alumniſque talis occiſor, idque propter *l. 45. §. 4. ad L. Aquil.* Ubi caſus in terminis ita decidi videtur. Interim alios diſſentire & occiſorem, utpote in actu licito ſuique defenſione conſtitutum, nec dolo aut culpa delinquentem, plane abſolvere, notat CLASEN *in f. h.* Nam & L. Aquilia præſupponit caſum ubi de culpa occidentis conſtat. Ut patet cum ex regulis hujus tituli generalibus, tum ex incauto jacientis facto, in *c. l. 45.* adducto *vid.* GOMEZ. *II. 3. 35. Var. reſol. in fin.* Unde nullo hic opus diſſenſu, cum lex civilis cum *Artic. noſtro* conſentiat, vel potius quæſtionem, de eo quod civiliter intereſt, hic omiſſam ſuppleat, decidat. Nec aliter dicendum putarem de jure naturæ.

jure naturæ.

Niſi 1) per culpam, vel exceſſum defenſionis invaſus tertium occiderit, vel niſi 2) invaſus non in loco conflictus adſtantem, ut caſus in textu ſupponitur, ſed fugiens in loco anguſto ad VIAM ſibi MUNIENDAM innocentem proſtraverit. Nam tunc ad exemplum illius, qui ad vitæ ſuæ conſervationem alterius panem abſtulerit, aut equum peſſum dederit, ad damni civilis reſtitutionem omnino obligabitur, licet reſpectu criminalis jurisprudentiæ non injuſte egerit. Non enim ſequela eſt: *Poſſum hac vel illa re ſine crimine uti, atque ſine pœna. Ergo etiam gratis uti poſſum.*

An ab eo, quod impune fit arguendum ad id quod gratis fit, traditur hic per diſtinctionem.

Imo ſi aggreſſoris facultates ſufficiunt, non iniquum foret aſſerere, illum læſis civiliter de ſuo teneri, cum ſane aggreſſor totius damni fuerit primaria cauſa. *vid.* MOLIN. *diſput. 697. n. 10.* ita etiam BRUNNEM. *ad l. 45. §. 4. ad L. Aquil.* Plane aliquando & in ipſo læſo, qui imprudenter rixæ accedit, culpa hæret, ut nil petere poſſit. Diſputant alias hanc quæſtionem GROTIUS II. 1. 4. *J. B. & P.* PUFENDORF. *II. VI.*

4. ſed

4. ſed quæſitum: annon aliquando civiliter de damno teneatur tertium occidens, aut vulnerans, non tangunt. Nos in ea ſpecie, ubi cædes aut vulnus nil contulit ad invaſi defenſionem, v. c. ſi ſe defendens a tergo ſtantem caſu vulneret, non teneri putamus, ſecus ſi cædes, aut vulnus tertio invaſo, ad evadendum tanquam medium profuerunt, v. c. ſi mortem fugiens arrepta miſeri cymba miſerum merſiſſet, aut ei valde nocuiſſet, quo cymba ad trajiciendum potiretur. add. GROT. ſ. 9. PUFFENDORF ſ. 6. d. l. Interim quod jus civile attinet, jam in hac tertia editione exiſtimamus recte ſenſiſſe ZIERIZ, STEPHANUM, BULLÆUM, quod jus civile a damni reſtitutione non abſolvat defenſorem vitæ, qui tertio inter defendendum nocuit, per verba *l. 45. ſ. 4. ad L. Aquil. illum enim ſolum, qui vim facit, ferire conceditur*, quod etiam confirmat *Art. noſter in fin.* NB. Peinl. Straffe.

*2 Vel ut eſt in Articulo: in einer rechten erwieſenen Nothwehre, alias enim pro ratione exceſſus, omnino extra ordinem coercibitur homicida.

*3 Wider ſeinen Willen redditur in textu. Quod de excluſione doli mali capio, aut inſignis oſcitantiæ culpæque. Nam ad ſui *neceſſariam* defenſionem licet quoque ſcienti volenti tertium occidere, ſiquidem in hac ſpecie licito fine nempe ſui defenſione licita quoque debent eſſe neceſſaria finis media. **Quid velint verba: wider ſeinen Willen.**

*4 Iterum in textu: einen unſchuldigen mit Stichen. Ergo multo magis einen ſchuldigen, der entweder gar Gegenparthey nimmt, oder auf eine gantz ungereimte und impertinente Art die Partheyen zu ſcheiden ſuchet, und dabey dem Defenſori in den Wurff oder Hieb, Schlag, Stich u. ſ. w. kömmt oder fällt. Nam hic omnino obtinet proverbium: Wer ſich in Gefahr giebt, verdirbt darinnen. Solent quoque commentatores hic quærere, an & ille occiſor, qui volens occidere A ſcopo ſuo excidit & B proſtravit ad ductum hujus Articuli abſolvendus ſit? quod merito uno conſenſu negant, *legiſque Corneliæ de ſicariis* **De læſione tertii non innocentis.**

 reum

reum eſſe pronunciant. Diſſentit DAMHOUDER. *prax. crim. c. 87.* qui tamen fruſtra præſidium quærit in *L. 45. ad L. Aquil.* Aliud dicendum, ſi de dolo animique propoſito cædem committendi plane non conſtet, vel hic probabiliter abſit. v. e. triturator & equiſo verbis & verberibus per ruſticum jocum ſe exceperant, triturator dein arrepta fimi furca ante fores horrei, quod ingreſſus erat equiſo, hunc exporrecta furca expectabat, ſed forte exibat alius e horreo, cujus oculum & cerebrum triturator rudiſſimus perfodiebat, ut poſt triduum moreretur. Decreta pœna relegationis temporariæ an.1729. M.Mart. Quæ etiam ſecundum *L. 4. §. 1. ad L. Cornel. de ſicariis* decernitur HERT. *l. III. p. 582.* conf. **2 ad Reg. 1. ad Art. 177.*

De occidente in perſona aberrante.

§. 2. Jam addere placet huic quæſtioni, de homicida in perſona aberrante, ſequentia. MATTHAEI *cap. 3. n. 12. ad l. Cornel. de ſicar.* exiſtimat, in univerſum non excuſari a pœna ordinaria, in perſona errantem. Sufficere enim, quod reus delinquere voluerit, & effectus ſecutus ſit. Nec enim plura ad corpus delicti requiri. Quod diſtinctius illuſtrat furis, adulteri, & injuriam facientis, in perſona aberrantium exemplis. Secus dicendum, ſi dolus abſuerit: v. c. ſi læſerit Cajus Titium, animo ſe adverſus Mevium tuendi, *l. 45. § 4. ad L. Aquil.* aut ſi Damon ſuum ſervum percuſſurus, adſtantem liberum præter opinionem percuſſit, *l. 3. 4. l. 15. §. ſi quis virg. 15. de injur.* Plures diſſentientes allegat HARPRECHT. *conſil. 1. n. 101.* motus *l. 18. §. 3.* de Injur: ubi diſtinguitur ita: Titius Cajo injuriam illaturus, eam Sejo, quem Cajum eſſe putat, infert; Titius Cajo injuriam facturus, Sejo, quem neſcit, nec Cajum eſſe putat, aberrans facit. Ibi ordinariæ locus eſt, hic non eſſe dicitur: quia Titius Sejo plane injuriam inferre noluit. Noſcitur præterea regula

gula *l.* 1. §. 3. *ad l. Cornel. de ſicar. Legis reus eſt, qui animo occidendi cædem ſuam commiſit:* quam tamen in genere non agnoſcunt Tubingenſes ap. HARPRECHT *d. l.* Secernamus ſpecies etiam ita: 1) Titius conſtitutus in defenſione, à ſcopo aberrat; 2) Titius extra ſpeciem defenſionis conſtitutus, in ictu aut jactu aberrat; 3) Titius non occidere, ſed laſciviam exercere volens, aberrat. In caſu 1. aberrans in perſona, ſecundum *l.* 45. §. 4. *ad L. Aquil.* tenetur de damno dato: in cauſa 2. tenetur, ut homicida MATTHÆI *d. l.* in caſu 3. extra ordinem punitur *l.* 4. §. 1. *ad L. Cornel. de ſicar.*

ARTIC. *CXLVI.*

Von ungefährlicher Entleibung, die wider eines Thäters Willen geſchicht, auſſerhalb einer Nothwehr.

So einer ein ziemlich unverboten Werck an einen Ende oder Ort, da ſolche Werck zu üben ziemlich iſt, thut, und dadurch von ungeſchickten gantz ungefährlicher Weiß, wider des Thäters Willen jemand entleibet, derſelbige wird in viel Weg, die nicht müglich zu benennen ſeyn, entſchuldigt. Und damit dieſer Fall deſto leichter verſtanden, ſetzen wir dieſe Gleichniß: ein Balbierer ſchieret einem den Bart in ſeiner Stuben, als gewöhnlich zu ſcheeren iſt, und wird durch einen alſo geſtoſſen oder geworffen, daß er dem, ſo er ſchieret, die Gurgel wider ſeinen Willen abſchneidet. Ein ander Gleichniß: So ein Schütz in einer gewöhnlichen Zielſtatt ſtehet, oder ſitzet, und zu dem gewöhnlichen Platz ſchieſt, und es laufft ihm einer unter den Schuß, oder ihm löſt ungefährlicher Weiß und wider ſeinen

Willen ſeine Büchſe oder Armbruſt, ehe, und bevor er recht anſchlägt, und abkommt, und ſcheuſt alſo jemand zu todt, dieſe beyden ſeyn entſchuldiget. Unterſtünde ſich aber der Balbierer an der Gaſſen, oder ſonſt an einer ungewöhnlichen Statt jemand zu ſcheeren oder der Schütz an einer dergleichen ungewöhnlichen Statt, da man ſich verſtehen möchte, daß Leute wanderten, zu ſchieſſen, oder hielte ſich der Schütz in der Zielſtatt unfürſichtiger Weiß, und würde alſo von dem Balbierer, oder dem Schützen, als obſtehet, jemand entleibet, der Thäter keiner wird gnug entſchuldiget: Aber dennoch iſt mehr Barmherzigkeit bey ſolchen Entleibungen, die ungefährlich aus Geilheit, oder Unvorſichtigkeit, doch wider des Thäters Willen geſchehen, zu haben, dann was argliſtig, und mit Willen geſchicht. Und wie ſolche Entleibungen geſchehen, ſollen die Urtheiler bey den Verſtändigen, ſo es vor ihn zu ſchulden kommt, der Straff halb Raths pflegen.

Aus dieſen obangezeigten Gleichniſſen, mag in andern unbenannten Fällen ein Verſtändiger wohl mercken und erkennen, was eine ungefährliche Entleibung iſt, und wie die Entſchuldigung auf ihr trägt. Und nachdem dieſe Fälle offt zu ſchulden kommen, und durch die Unverſtändigen darinnen etwa gar ungleich gerichtet wird, iſt die angezeigte kurtze Erklärung und Warnung derhalben aus guten Urſachen geſchehen, damit der gemeine Mann etwas Verſtand der Rechten daraus nehme. Jedoch haben dieſe Fälle zuZeiten gar ſubtileUnterſcheid, die dem gemeinen Mann, ſo an den peinlichen Gerichten ſitzen, verſtändig oder begreiflich nicht zu machen ſeyn: Hierum ſollen die Urtheiler in dieſen obgemeldten Fällen allen (wenn es zu ſchulden kommt) angezeigter Erklärung

Erklärung halben, der vorgemeldten verſtändiger Leute Rath nicht verachten, ſondern gebrauchen.

ARTIC. *CXLVI.*

REmittuntur hic judices: an Verſtändige, item verſtändiger Leute Rath. In projecto An. 1521. ſimpliciter: an die Obrigkeit und verſtändige Leute. Scilicet per totam fere ordinationem obſervari poteſt, quod ſenſim magis magisque judices, ad petenda ex academiis conſilio ablegati fuerint.

NOTÆ AD ARTIC. *CXLVI.*

§. 1. Jam ſupra dictum præter excuſationes, de quibus hactenus, aliquando etiam de caſu fortuito, vel certe deficientia doli excipere ſolere homicidas, id quod per exempla * in hoc articulo ulterius declaratur & illuſtratur. De excuſatione cædis ex improviſo factæ.

* *Ex tit. ad L. Aquil.* deſumta, cujus evolutio & accurata lectio multum juvabit culpam a caſu diſtinguere, culparumque gradus conſtituere geſtientem. Licet negari nequeat, quod interdum nimis in hoc argumento ſubtiliſaverint, interdum vice verſa craſſius verſati fuerint, vel plane negotium in circulum veluti reſolverint, veteres jurisprudentes, ut *Cap. II. Diſſert. de rat. decid.* annotatum. Alias de cæde ex petulantia commiſſa, aut per laſciviam, relegatione coercenda v. *L. 6. ſ. 7. de re milit. L. 4. ſ. 1. ad L. Cornel. de ſicar.*

§. 2. Regulæ traduntur a Cæſare 1) homicidium plane caſuale impune eſto 2) cædes autem in qua non merus caſus, ſed aliquid ſimul culpæ ſubeſt, puniatur arbitrarie, arbitrio ſcilicet juſtitia & miſericordia prudenter *1 temperato. Quod ſi forte judicii criminalis vulgaris aſſeſſoris *2 captum hoc temperamentum ſuperet, ſuaſor eſt Imperator, ut ab ignaro in ſubſidium voce- Regulæ de cæde ex improviſo, aut culpa.

vocetur conſilium *3 ſapientis. De culpa regula occurrit in *L. 7. ad L. Cornel. de ſicar.* quod etiam LATA non ſpectet ad legem CORNELIAM capitalem.

De medio in puniendo homicidio culpoſo tenendo.

*1 Reſpicit prudentia ad humanam imbecillitatem: Ob der Todtſchlag nicht mit Willen, ſondern ohngefährlich aus Geilheit oder Unvorſichtigkeit geſchehen, ut in textu *h.* Varios caſus recitat CZ. *qu. XXVII. n. 40. ſeq.* plures diſci poſſunt e jure decretalium *c. 8. 9. 17. X. tit. de homicid.* Poteſt tamen pœna extendi ad corporis afflictionem, ſi culpa ſpeciem doli contineat. Licet neget BOSS. *h. t. n. 68.* Continet autem doli ſpeciem, ſi craſſior, vel lata ſit. Cum enim regulariter nemo in negotiis alicujus momenti negligentiſſime verſetur, nec imbecillitas humana regulariter tanta ſit, ut vel in craſſis & evidentibus hominum mens fallat: veroſimilis utique doli ſuſpicio, contra oſcitantiſſime agentem, & craſſa culpa occidentem, emergit. Quamvis regulariter, ni alia dolum arguant, ad eculeum adhibendum non ſufficiat, corporis tamen afflictivæ pœnæ omnino locum aliquando facere poteſt. *vid.* CZ. *d. Qu. XXVII. n. 34.* Ad hanc claſſem potiſſimum referrem caſum, ubi de animo inſigniter lædendi liquet, de animo occidendi autem reſtent adhuc dubia quædam alicujus momenti. Imo rectius MATTHÆI *pag. 494. n. 16.* qui inſigniter lædere voluit, & occidit, de occiſione tenetur, ni conſtet, quod mors aliunde ſecuta ſit. Item illos homines, qui necem proximi deliberato quidem non intendunt, attamen actionibus ſuis ſocordibus & veluti brutis, inſignem animi indifferentiam erga ſanguinem humanum oſtendunt, ut ipſis perinde ſit, ſervetur, an occidatur concivis. Quæ beſtialitas omnino ſenſibili aliquo malo corrigenda eſt, atque moderanda. De commiſſis in ebrietate *ſupr. diſſ. ad Artic. CVI.* Homicidium plane a clerico ebrio commiſſum, caſualibus homicidiis accenſet WIESTNER *X. de homicid. Artic. 6.* ſi clericus vim vini neſcivit; imo addit: etiam ſi ſcivit, certe ſecundum jus naturæ, *n. 74.* culpandum

Animus lædendi an animus occidendi. (margin)

De homicidio ebrii in ſpecie clerici. (margin)

dum enim tantum, quantum ebrietas, non quantum cædes meretur, ſecundum AVGVSTINVM. Quaſi doloſe ſe quidem inebriaſſet, non autem mente per ebrietatem occæcata, per dolum cædem commiſiſſet. Sane *l. 6. §. 7. in fin. de milit.* plane militem in ebrietate delinquentem arbitrarie coërcet, utut capitalem remittat. Cur ergo non clericum, alioſque arbitraria maneret? adde CARPZ. *quæſt. 146.*

*2 Jam in fine Articuli CXLII. & paſſim Imperator queſtus eſt: daſs der eigentliche Unterſcheid dem gemeinen Mann zu erklähren nicht möglich, auch wohl ärgerlich, quod explicatius hoc articulo CXLVI. explicat: daſs der Unterſcheid gar zu ſubtil, daſs er dem gemeinen Mann, *ſo an den peinlichen Gerichten ſitzet*, verſtändlich oder begreifflich nicht zu machen. Itaque non ad turbam in genere hic reſpicitur, ſed ad aſſeſſores quondam e vulgo deſumi ſolitos, de quibus ſupr. *Art. I.* Excuſat hoc inſtitutum CVSAN. *L. III. c. 28. de concord. cathol.* ex ea ratione, *quod per hos aſſeſſores populares* atque *vulgares obtentum fuerit, ne in poteſtate præſidum eſſet pro lubitu & ex animi affectu ſubjectos punire.* Unde forte hodienum hic mos in judiciis militaribus, quæ milite quoque gregario conſtant, ſupermanſit. Superſunt pariter adhuc ejuſmodi judicia, quæ populares componunt in Cherſoneſo Cimbrica, quæ tamen caſu dubio eveniente, acta ad collegium juridicum transmittunt, ut plus vice ſimplici factum ad ordinem noſtrum in regia ducali Julia. In eo abuſus erat, quod olim ſententiam rogaret judex a circumſtantibus; vulgo: von dem Umſtand, qui debitam ſæpe cauſæ cognitionem non præmiſerat, ſed crimine perfunctorie audito diſcedens, mox reverſus, quicquid ipſi viſum judicabat. Exempla recitat DATT. *de pace publica lib. 4. c. 5. adde pag. 734. Aſſert. Lib. Brem.*

De ſcabinis plebejis ſupra p. 7. & p. 16.

*3 De quo plura ad finem conſtitutionis, ubi quoque: die Oberhöffe aliquatenus exponentur, & exemplis practicis illuſtrabuntur. Ceterum in populari judicio facile irrepunt

Comparatio judiciorum doctorum & plebejorum.

punt falſæ rationes æquitatis, licet populares homines ſatis quoque apti ſint, ad redarguendas doctorum Aſſeſſorum ſubtilitates & vanitates.

ARTIC. *CXLVII.*

So einer geſchlagen wird, und ſtirbt, und man zweifelt, ob er an der Wunden geſtorben ſey.

SO einer geſchlagen wird, und über etliche Zeit darnach ſtürbe, alſo, das zweifelich wäre, ob er der geklagten Streich halben geſtorben wär oder nicht, in ſolchen Fällen mögen beyde Theil (wie von Weiſung geſetzt iſt) Kundſchafft zur Sachen dienſtlich ſtellen, und ſollen doch, ſonderlich die Wund-Aertzt, der Sach verſtändig, und andre Perſonen, die da wiſſen, wie ſich der geſtorben nach dem Schlagen und Rumor gehalten habe, zu Zeugen gebraucht werden, mit Anzeigung, wie lang der geſtorben nach den Streichen gelebt habe: und in ſolchen Urtheilen die Urtheiler bey den Rechtsverſtändigen, und an Enden und Orten, wie zu End dieſer unſer Ordnung angezeigt, Raths pflegen.

ARTIC. *CXLVII.*

IN hoc Articulo denuo loco: den Rechtsverſtändigen, in utroque projecto nominantur: die vorgemeldete Obrigkeiten.

NOTÆ AD ARTIC. *CXLVII.*

Quomodo cæſo poſt aliquod tempus mortuo percuſſionis, aut vulnerato lethalitas vulneris probanda.

§. I. Quodſi vulneratus, percuſſus vel alia *1 quacunque ratione læſus, poſt aliquod temporis *2 intervallum moritur, ut ita dubium ſubnaſcatur, utrum læſio mortis cauſam præbuerit, an mors aliunde ſecuta ſit: tunc accuſator & accuſatus de probatione cogitare debent, adhibitis præcipue in teſtimonium Chirurgis *3 læſio-

læſionum & ſymptomatum peritis, quibus tamen & illæ perſonæ adjungendæ, quæ diætam & reliquum regimen *4 defuncti, poſt læſionem illatam obſervarunt, ſimulque per quotnam *5 dies vitam, acceptis v. c. plagis, protraxerit adhuc, ſciunt.

*1 Dicitur in textu: geſchlagen, ſed quamcunque percuſſionem, contuſionem, læſionemque hic intelligi nemo negabit. **geſchlagen, quid hic notet.**

*2 Ita diſerte Imperator: über etliche Zeit darnach. Unde quæri ſolet, an ſectione & peritorum teſtimonio quoque opus, ſi læſus in continenti poſt læſionem mortuus? Ex mente Imperatoris quæſtio omnino neganda videtur, dicit enim: über etliche Zeit, alſo daſs zweifelich wäre, ob der Geſchlagene der Streiche halben geſtorben, oder nicht. Ergo ſi ictum confeſtim mors ſequatur, non erit adhibenda ſectio, quæ tantum ad dubium tollendum præſcripta, atque in hac ſpecie non ſubeſt caſus: da zweifelich ob der Geſchlagene der Streiche u. ſ. w. Nec aliud paraphraſtæ & commentatores GOBLERUS, REMUS, ZIERIZ & alii tradunt. Conſentiunt e practicis OLDECOP. *decad. I. contr.* CARPZ. *qu. 8.* BRUNNEM. *c. VII. proc. inquiſ. n. 20.* STRYK. *c. III. n. 23. ſeq. Diſſert. I. de jur. ſens.* SCABINI LIPSIENSES *vid.* CZ. *qu. XXVI. n. 44. 46.* quondam ubique teſtimonium Medicorum ſectionemque requiſiverunt, licet v. c. gladio, aut Bombarda vulneratus, mox in terram procubuerit & ſpiritum reddiderit. Nam poteſt, inquit GRANZ. *P. II. p. 76. n. 24.* mortuus deceſſiſſe e morbo latente, cujus terminus, jam eo momento, quo vulnus accidebat, inſtabat. Refert quoque ibi caſum, quod poſt ſemihorulæ ſpatium vulnerato decedente, vulnus tamen non repertum fuerit lethale. Ita quoque CÆPOLLA *apud* KLOK. *tom. III. Conſil. 193. n. 11.* Potiſſimum vero hujus ſententiæ patroni urgent, quod nemo ultimo ſupplicio afficiendus propter præſumtiones, & quamvis STRYK. *c. l.* reſpondeat, præſumtionem in præſenti ſpecie verificari ipſo

An caſo mox occumbente inſpectio cadaveris neceſſaria.

cur quondam creditum.

ipſo facto, ſeu morte mox ſecuta, replicari tamen ſolet, mortem accidiſſe quidem indubitato, verum unde acciderit, certo non liquere, propter jam recitata e GRANZIO. Enimvero cum tale effugium non probabili ratiocinio, ſed mero temerario figmento nitatur: imo ſi admitteretur in foro, exinde quoque contra ipſa lethalia vulnera putari, dicique poſſet, forte hominem non e lethali vulnere, ſed e morbo latente & veneno inſito deceſſiſſe; merito LIPSIENSES veterem cantilenam una cum CARPZOVIO valere juſſerunt, prout patet e Scabinorum relatione ad Electorem Ann. 1691. *p. 268. ſequ.* apud BERGER *Elect. trimin. jurispr.* Quod jus in pronunciando etiam adoptarunt JCti Halenſes *vid. præj. apud.* LUDOVICI *h.* Debet tamen de inſtrumento percuſſionis, deque loco vulneris inflicti res certa eſſe. Nam ſi circa tales circumſtantias v. c. an inſtrumentum mortiferum, an locus vulneris periculoſus &c. dubia adhuc occurrerent, nec ſectio amplius adhiberi poſſet, capitali non foret locus. Verba enim Imperatoris: Zweifelich, ob der Geſchlagene von den Streichen u. ſ. w. non tantum de dubio, ratione temporis, ſed de omni dubio ex quacunque momentoſa circumſtantia exorto, explicari debent. Ceterum tota ſectio & inſpectio pertinet ad media eruendi veritatem & certitudinem, quod ſi itaque per teſtes de perſona occiſoris, vi adhibita, inſtrumentis uſurpatis, vulnerum loco, tempore mortis, adeo evidenter conſtat, ut de facto, quod accuſatus vel inquiſitus certo & revera occiderit mortuum, nullum rationale dubium ſuperſit, quid quæſo opus eſt de omiſſa inſpectione querelam movere, aut exinde impiam defenſionem petere? *adde* KLEIN. *in Diſſert. p. 175. n. 70. usque ad 75.* Deinde non definit Imperator, quid ſit: über etliche Zeit. Speculum Saxonicum triduum præfinit, indice GOBLERO *h.* Licet, ut verum fatear, locum citatum ab ipſo in Speculo reperire non potuerim. Potentiſſimus Boruſſorum Rex deceſſum percuſſi intra quinque

An cædes etiam aliunde quam a temporis ratione dubia.

Etliche Zeit quid?

que dies, lethalis vulneris indicium eſſe, peculiarie dicto ſancivit. In aliis provinciis lex deeſt. Sane ſi percuſſus non in loco percuſſionis *vid.* KLEIN. *d. l.* mortem oppetierit, facile defenſor ad alia accidentia, v. c. daſs der Entleibete im Gehen nach Hauſe, oder Fahren, geſtoſſen, gerüttelt, gefallen u. ſ. w. ſey, oder ſonſt Schaden bekommen, provocabit, mitioremque ſententiam obtinebit a dubitante ſcrupuloſoque JCto. Neque diffitendum, quod mors paulo poſt vulnus inſecuta, lethalitatem, ſi alia cauſa probabiliter demonſtrari poſſit, non arguat *vid.* CRAVETT. *Conſil. CCCCLI. n. 11.* Unde Medicum cum Chirurgo re integra ad inſpiciendum cadaver advocare, utique præſtat, ne vel cum conſcientiæ ſcrupulo inquiſitus ad mortem damnetur, vel defenſoris artificio promerito ſupplicio ſubtrahatur. Quod intendiſſe videtur Rex Boruſſorum, in *Nov. ordin. crimin. c. III. §. IX.* ubi peritum medicum cum chirurgo ſub pœna amittendæ jurisdictionis, conſulere jubet, quoties homo occiſus reperiatur. Id quoque Scabini Lipſienſes expetunt ab Electore ſuo, ut omnis diſputationis, vel querelæ evitandæ cauſa, lege univerſali pœnalique ſanctione, inſpectionem cadaveris ubique corroborare atque confirmare velit. Ceterum ſpecie oblata putavit facultas ſufficere XII. horas verſus H. 1731. M. Octobr. KAYSER *p. 113. pr. crimin.* Jurisprud. cavens ſemper ſecat, inſpicit.

*3 Chirurgis ſolis hodie inſpectio multis in locis non committitur, præcipue ubi Medicorum copia eſt *vid.* RULAND. *P. I. L. III. c. XVI. n. 7.* aucto quippe Medicorum numero, qui quondam in oppidis rarius habebantur. Conſuli tamen debent leges provinciales, ſic v. c. *in der Fürſtl. Sachſen-Goth. Gerichts-Ordnung P. III. c. 2. §. 1.* requiritur tantum: ein gnugſam erfahrner Barbier oder Bader. CARPZOVIUS *qu. XXVI. n. 36. 37.* & VALENTINI auctore AMANNO *in pandect. medico legal. p. 15. 127. 129.* ſoli quoque Chirurgo perito fidem habet, eamque opinionem communem eſſe putat, ut proinde, Quibus perſonis conſtet ſectio an chirurgo ſolo, an medico, ſimul? quid Carol. quid ſæpe in foro.

proinde, ubi jure provinciali aliud cautum non reperitur, ibi inhærendum videatur ordinationi Carolinæ noſtræ, ſecundum quam peritus chirurgus ſufficit. Ita quoque in caſu vulnerationis pronunciatum in Camera Spiræ Ann. 1541. d. 26. Febr. *tom. II. p. 902. in fin. apud* BARTH. daſs der gedachte L. ſeinen zugefügten Schaden, durch die geſchwornen Meiſter des Scherer Handwercks dieſer Stadt Speier, mittel ihres Eyds, darum von ihnen zu nehmen, beſichtigen laſſen müſſe, und ſolgends auf deren Beſichtigung und Relation, begehrter Mäſſigung halber ergehen ſoll w. r. i. In ordinatione medicinali Caſſelana definitum, ut ſectio non relinquatur, niſi medico per Collegium medicum Caſſelis approbato. Ceterum fruſtra moveri puto quæſtionem, chirurgo an medico, (vel ut loquuntur quidam Itali Phyſico) magis credendum ſit, ſiquidem illi credendum erit, qui plus rationum adfert, ſi res propter utriusque diſſenſum dubia, ſit transmiſſio ad facultatem aliquam medicam, quæ non facile deſeret medicum ſuum, licet quondam ALDOBRANDINUS, MASCARDUS & alii *vid.* ZIERIZ. *h.* KAYSER *p. 106. prax. crim. ibique in cumulo cit.* pro fide chirurgi quæſtionem deciderint. An & pharmacopola inſpicere poſſit cadaver? N. WELSCH. apud VALENT. *II. ff. p. 15.*

Medico an chirurgo plus credendum.

Quæ inſpectio regiminis hic deſideret. Caſus ſingularis.

* 4 Non tantum reſpectu cibi, potus, uſus aëris, affectuum animi, motus corporis, adhibitorum medicamentorum, curæque (der Wartung und Pflegung) u. ſ. w. hoc regimen examinari ſolet, ſed ad minutias quoque hæc diſquiſitio extenditur. V. c. vulneratus erat a filio mercatoris Boëthus chartarii (ein Papiermacher-Geſelle) in pomæriis civitatis Z. vulnus ita comparatum erat, ut non poſſet curari, niſi miſer per aliquot dies noctesque in lectulo, uno non immutato ſitu quietus jaceret, fatebantur Medici iſtius civitatis una cum miſero, ſitum tamdiu firmum & inconcuſſum ſervare, ſuperare vires naturales miſeri: attamen cum dein ipſe ob ſitum quippe non ſatis exacte cuſto-

cuſtoditum moreretur, Facultas Medica in Academia X. nihilominus reſpondebat, vulneratum non ex vulnere, ſed ex malo regimine deceſſiſſe. Quærebam per amicum, quæ ratio decidendi hic ſubeſſet? reſcribebat, quendam profeſſorem medicum reſpondiſſe, quod cum adhuc fuiſſet in Galliis, lectum vidiſſet variis loris munitum præcinctumque, quorum ope milites aliique vulnerati ligari & conſtringi potuiſſent, ita, ut vel inviti ſitum eundem ſemper obſervarent, itaque ejusmodi lecti carentiæ & ligaturis deficientibus, indeque ſecuto malo regimini, non vulneri inflicto mortem deberi Boëthi. Licet nec Boëthus nec forte medici civitatis Z. unquam, nequidem per ſomnium, talem lectum vidiſſent. Similis eſt jam adducta alia deciſio, qua in praxi vulnus non lethale judicatur, licet vulneratus ob defectum chirurgi, ſanguine ſtillanti nimiumque effluente, neceſſario animum exhalaverit. Imo lubet ex BERGERO huc transferre in compendio complexum variorum caſuum, quem Scabini Lipſienſes Electori ſuo Ann. 1693. exhibuerunt: Ferner müſſen wir berichten, daſs wir im Sprechen durch der Medicorum und Wund-Aertzte Berichte öfters irre gemacht werden, wenn die Wunden deswegen nicht vor tödtlich geachtet werden wollen, weil von ihnen 1) gewiſſe Mittel benannt werden, welche doch dem Anſehen nach, bey den Geſchlagenen ſich nicht appliciren laſſen, oder doch aus Mangel in ſolchen Mitteln erfahrner Aertzte und Inſtrumenten, nicht gebrauchet werden können, v. c. daſs trepaniren. 2) Weil wo gar in genere, a Collegio Medico auf Leute die vorhanden, oder ſich noch finden mögten, die den Schaden heilen könten, provocirt wird, ohneracht ſpecifice weder hie noch anderswo etwas ſichers davon bekannt. 3) Auch wol überhaupt v. c. per formulam, daſs wenn der Patiente ſofort gehörig verbunden worden u. ſ. w. ohne zu überlegen, woher ſogleich die Mittel, oder der Wund-Artzt zu nehmen, auf die Heilbarkeit der Wunde geſchloſſen wird. 4) Wird das Vulnus beſchrie-

Scabini Lipſ. petita ab electore.

Digitized by Google

beſchrieben, quod poteſt ſanari, ſed non niſi cum magna difficultate, adeoque ſit ut plurimum incurabile, dabey aber nicht unterſuchet wird, ob der getödtete in individuo die Cur aushalten könne oder nicht u. ſ. w. Addi poteſt, quod medici de numero vulnerum abſolute lethalium, nequidem conſentiant. Item, quod in quolibet medico cujusvis oppidi, omniſcientiam medicam veterem, & novam, Germanorum, Italorum, Gallorum, Anglorum, Belgarum &c. præſupponant Facultates & prærequirant. Legi inſuper aliquando, quod ſæpius ſupponantur circa totam curam vulnerum caſus ſimillimus huic v. c. Titius e loco excelſo præceps agitatus mortem oppetiit, ſed, ſi in pavimento extitiſſet plauſtrum in altum fæno, ſtramine, mollibusque lectis probe onuſtum, & Titius lapſum per artem in illud direxiſſet, ſalvus & incolumnis evaſiſſet. Sane, ſi ita argumentari fas eſſet, nec aliquem in profundum maris projicere, aut ex infelici arbore ſuſpendere, lethale foret. Nam ſi ſtatim poſt projectionem, artis natandi periti, vel ſtatim poſt ſuſpendium, quicunque homines præſto fuiſſent, projectus & ſuſpenſus non periiſſet. Quaſi vero non ſufficerent, actus atrocior illicitus, malus effectus, effectusque illo tempore ſine facto occiſi propter certas circumſtantias inevitabiles, ad conſtituendum homicidium. Minimum Imperator noſter ita non philoſophatur. Hic enim non quærere & indagare jubet, annon Medicus Hippocrate & Apolline ſapientior, curare potuiſſet aliquo Ægyptiaco amomo, aut alcaheſt, miſerum proſtratum, ſed annon ipſe proſtratus malo regimine factoque proprio ſibi acceleraverit mortem. Imo hæc ipſa quæſtio & indagatio inaniſſima & tantum non ridicula foret, ſi Imperator, ut hodie creditur, abſolutam, nulloque medicamento, aut regimine declinandam lethalitatem vulnerum, ut neceſſarium requiſitum ſtabilire voluiſſet. Nam hoc ſuppoſito, de nulla alia circumſtantia, quam de SOLA abſoluta lethalitate indaganda, quæſtio diſcutienda fuiſſet.

difficultas judicii de lethalitate a medicorum diſſenſu.

*5 Eſſet

*5 Eſſet & hoc quærere fruſtraneum, ſi Imperator inhæſiſſet abſolutæ lethalitati, ſic enim perinde foret, quo tempore poſt vulnera vita deceſſiſſet vulneratus. Igitur inquiſitio in tempus mihi videtur eo pertinere, ut conſtet, annon tantum temporis interceſſerit, ut e curæ negligentia, malo regimine, aut per accidens ſupervenientibus ſymptomatibus, veroſimiliter demonſtrari poſſit, quod vulneratus vulnerando, non immediata & ſolitaria mortis cauſa extiterit. Duo enim homicidiorum genera, ſecundum ſanam rationem legemque Cæſaris, omnino capitalia ſunt 1) ubi vulnus per ſe lethale eſt; deinde 2) ubi doloſum graveque vulnus ſine culpa vulnerati, aut tertii, atque ſine interveniente novo fatali caſu, aut ſymptomate, mortis cauſam præbuit. Licet peritiſſimus Medicus inaudito arcano, ſi advolare potuiſſet, vulnus curare valuiſſet. Interim inficias ire nequeo, quod, caſu in princ. not. *2 excepto, gloſſa contraria hic obſervetur in praxi, dubioque de lethalitate quocunque ſubnato, pœna ordinaria homicidii mitigetur. Unde, ſi forte fortuna contingit, ut medici vel in regula, an tale vulnus in genere lethale, vel in hypotheſi, an ſpeciatim in Titio lethale, diſſentiant, vel etiam medici & chirurgi atteſtata una cum regiſtratura judicis amittantur, licet medicus atque chirurgus denuo de inſpectione vulneris quondam facta interrogentur, attamen ſi non amplius omnium circumſtantiarum recordentur, inquiſitus ab ultimo ſupplicio abſolvatur: *vid.* KEYSER *prax. crim. pag. 115. ſeq.* ubi notabilis caſus. Ceterum occaſione verborum: wie lange der Geſtorbene nach den Streichen noch gelebt, de certis diebus criticis cœpit diſputari. KLEINIUS poſtquam *p. 150. ad 156.* varias variorum opiniones cumulavit, tandem recurrit ad arbitrium judicis medicum; & recte. Nam 1) quæ Legiſlator non definivit, relicta ſunt prudenti judicis arbitrio 2) diverſa vulnera, diverſo quoque tempore mortem accerſere ſolent. Unde res in praxi dependet a relatione medicorum viſoque ut loquuntur reperto. Quod ſi diſſentiant

An Carol. requirat lethalitatem abſolutam, & quæ ipſius, quæ fori ſententia.

tiant medicorum collegia, aut aliquando in cæde Rudolpholi haud procul commiſſa, W. & E. lethale vulnus fuiſſe negabant, H. viciſſim J. L. affirmabant, JCti eligunt non ex arbitrio, ſed ſecundum rationum pondus.

Requiſita lethalitatis vulneris ex WELSCHIO.

§. 2. Requirit alias WELSCH. *pag.* 28. ad vulnus lethale 1) partis nobilitatem, 2) vulneris magnitudinem & profunditatem, 3) impoſſibilitatem applicandi remedia, 4) ſymptomata graviora & periclitantis vitæ brevitatem. Singula illuſtrat exemplo medullæ cerebri vulneratæ. Deinde monet, non tantum attendendum eſſe, utrum vulnus aliquando ſanatum, ſed an idem contigerit e regulis medicorum? *pag.* 191. Quæ extra ordinem ſingulari naturæ beneficio eveniunt, non magis reſpicienda, quam in moralibus aggratiationes principum. Proinde cædem homicidium v. c. in Titio eſſe, licet forte in Milone non fuiſſet. Perſonæ rationem habendam, ubi ratio ſuadet, v. c. ſi vetula, cachectica; non autem indagandum, an occiſo fuerit corpus inter mille robuſtiſſimum, uti quidem defenſores contendere ſueverunt. Neque forte negandum, plura ambitionem * medicorum curabilia jactare, quam in his eſt. Apposite medicus non incelebris C. D. *medici, ait, noſtræ ætatis plus profecerunt in cadaveribus mortuorum ſecandis, quam in corporibus viventium ſanandis.*

De medicorum ambitione & modeſtia hic.

* Hæc enim ſæpe parandæ famæ, vel opum quærendarum cauſa plus de ſuis viribus, quam in his eſt, gloriatur. Laudem viciſſim meretur omnino illorum modeſtia ſtudiumque veritatis, qui novorum inventorum, ut: trepani uſum, non in infinitum extendunt, quaſi omnis cruor coagulatus, ſive in capite, ſive in reliquo corpore, certo per illum educi, & percuſſus vigori priſtino reſtitui poſſit, cum utique trepanum fruſtra adhibeatur, ubi nimia cruoris copia, cujus moroſam edu-

ctio-

Digitized by Google

ctionem non permittunt vires humanæ percuſſorum & vulneratorum, ut reſponſum 1729. M. Nov. verſus O. Nec aliter dicendum, ubi vulnerati citiſſima mors omnis trepani uſum excludit.

ARTIC. *CXLVIII.*

Straff derjenigen, ſo einander in Morden, Schlagen und Rumorn, fürſetzlich, oder unfürſetzlich Beyſtand thun.

WO etliche Perſohnen mit fürgeſetztem und vereinigten Willen und Muth, jemand bößlich zu ermorden, einander Hülff und Beyſtand thun, dieſelben Thäter alle haben das Leben verwirckt. So aber etliche Perſohn ungeſchickts in einem Schlagen oder Gefecht bey einander wären, einander helffen, und jemand alſo ohn gnugſam Urſach erſchlagen wird: So man denn den rechten Thäter weiß, von des Hand die Entleibung geſchehen iſt, der ſoll als ein Todtſchläger mit dem Schwerdt zum Todt geſtrafft werden. Wär aber der Entleibt durch mehr dann einen, die man wißt, gefährlicher Weiß tödlich geſchlagen, geworfen und gewund worden, und man könt nicht beweißlich machen, von welcher ſonderlichen Hand und That er geſtorben wär, ſo ſeind dieſelben, ſo die Verletzung, wie obſtehet, gethan haben, alle als Todtſchläger vorgemeldter maſſen zu dem Todt zu ſtraffen. Aber der ander Beyſtänder, Helffer und Urſacher Straff halber, von welcher Hand obbeſtimmter maſſen der Entleibt nicht tödlich verletzt worden iſt, auch ſo einer in einer Aufruhr oder Schlagen entleibt würd, und man möcht keinen wiſſen, davon er (als vorſtehet) verletzt worden wär, ſollen die Urtheiler bey den Rechtsverſtändi-

ſtändigen und an Enden und Orten, wie hernach gemeldt wird, Raths pflegen, mit Eröffnung aller Umſtände und Gelegenheit ſolcher Sachen, ſo viel ſie erfahren könten: wann in ſolchen Fällen nach Ermeſſung mancherley Umſtände, das nicht alles zu ſchreiben, unterſchiedlich zu urtheilen iſt.

ARTIC. *CXLVIII.*

ARticuli usque ad CLV. conveniunt cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *CXLVIII.*

De homicidio in tumultu pactitio ubique.

§. 1. Circa homicidium a pluribus commiſſum, varias conſtituit Imperator regulas 1) homicidium a pluribus ex compacto commiſſum *1 ſingulis complicibus capitale eſto. Regulæ rationes in promtu ſunt. Nam 1) ejusmodi compactata & conſpirationes plane pacem publicam vellicant turbantque. 2) Si hic indulgentius pronunciaretur, daretur occaſio homicidis per ejusmodi pacta ſemper pœnam capitalem eludendi, & quaſi pro arbitraria pœna innocentes occidendi. 3) Non ſimplex homicidium, ſed impium mordrum in hac conſpiratione ſubeſſe videtur. Unde in textu dicitur: jemand böſslich zu ermorden. *2 Quod omnino accidit, ſi cædes ex compacto peragitur.

Capitali quodcunque auxilium præſtitum.

*1 Von etlichen, dicitur in textu, die einander Hülffe und Beyſtand thun. Itaque ſufficit ſolum auxilium mutuum pactitium, ut omnes occiſum percuſſerint, vulneraverint, a Cæſare non requiritur. CLASEN *n. 1.* verbis *ſive unum ſive plura inflicta vulnera.* BEYER *n. XIX. Sufficit,* inquit CARPZ. *qu. XXV. n. 13. quod mutua aſſiſtentia homicidam audaciorem, cæſum autem timidiorem reddiderint.* Juſte proinde pœna capitis dictitata fuit Pedrono cuidam, qui ex compacto hominem ad cellam vinariam, ut ibi occi-

occideretur, callide duxerat, licet dein nil amplius egiſſet, ſed facinori tantum armatus adſtitiſſet, *vid.* TESSAVR. *deciſ. XXXI. in princ.* Nec Imperator hic inquirere jubet in cædis auctorem, ſed omnes conſpirantes vocat auctores cædis, verbis: dieſelben Thäter alle. Nihil idcirco prodeſſet complicibus illum, qui læthale vulnus intulit, indicare & quaſi digito demonſtrare, omnes enim hic propter conſpirationis ſcelus in eodem malitiæ luto hærent. Præcipue vero notandum, quod hic dicatur: mit *fürgeſetzten* und *vereinigten Willen* und *Muth.* Nam alias, ſi alius alium extra hanc ſpeciem adjuvat, mitius regulariter cum illo agitur; ut mox, cum ex ſequentibus Articuli verbis, tum ex *Art. CLXXVII. infr.* videbimus. Ceterum recte & ad mentem Imperatoris noſtri accommodate cooperatorem ſimplicem, ab eo qui 1) opem tulit, & 2) ſimul particeps fuit TRACTATVS (ſive conſpirationis, der Abrede oder des Complots) ſecernit TESSAVR. *libr. ſingul. quæſt. forenſ. quæſt. XLVI. circ. fin.* Quodſi de compacto non conſtet, pro gravitate ſuſpicionum, vel torturæ *vid.* CLAR. *ſ. homicid. n. 37. med.* vel purgatorio locus erit.

Cooperator quotuplex.

*2 Sed quid ſi actu mordrum ſive homicidium non ſit ſecutum? Reſpondetur: regulariter obtinet pœna arbitraria, cum Carolina conatum ſolum non ſubjiciat ultimo ſupplicio. Divortium tamen a nobis fecit, ultimumque ſupplicium decrevit Senatus Pedemontanus apud TESSAVR. *d. qu. 46.* in ea ſpecie, ubi ſervulus ex compacto ſicarium in conclave domini admiſerat, homicidio adhuc divina providentia averſo, qui rigor haud difficulter excuſabitur, ſi quis relationem inter dominum & ſervum, indolemque inſidiarum atque periculorum domeſticorum rite expendat. Imo dicere poſſes, hic concurrere notata ad Artic. CXXIV.

Compactum de homicidio ſolum non eſt capitale.

§. 2. Deinde hæc eadem verba: *vorſetzlich jemand zu ermorden* arguunt, quod mitius pronunciandum ſit de ea ſpecie, ubi v. c. duo adverſus ipſos conjunctim laceſ-

ſocietas defenſionis cauſa minus odioſa.

laceſſentem & percutientem, tandem graviſſime offenſi, ad repellendum communem inimicum uniuntur & vires inter ſe jungunt. Quamvis deinde crebrius laceſſentis cædes forte ſequatur. Nam Imperator utique hic tantum in adgreſſores & invaſores pactitios, non autem in eos, qui ad injuriam depellendam ſe tandem ſociarunt, ultimo ſupplicio animadverterit.

De homicidio ex ſocietate fortuito.

§. 3. Sequitur altera ſpecies homicidii a pluribus commiſſi. Scilicet, ſi plures fortuito *1 rixæ immiſceantur, ſibique invicem ſuppetias ferant, *2 homo vero quidam citra cauſam *3 ſufficientem occidatur. Tunc enim tum demum unus e conflictantium cœtu, ſi oſtendi poteſt, quod ejus manu occiſus perierit, *4 gladium ſentit ultorem. *5

Quæ hæc?

*1 In textu: ſo etliche Perſohnen *ungeſchickts* non deliberati, non communi ſceleſto conſilio pactoque præparati, in rixam incidunt, res facile patet, ex oppoſitione caſus præcedentis. Hujus loci & illa ſpecies eſt: v. c. Titius inimicum, quem jam in certo loco præſentem ſcit oppreſſurus, convocat amicos ſub ſpecie, quod vellet eum illis exſpatiari per ſuburbia ad campos liberos, deinde autem illos inſcios & nil tale cogitantes deducit ad locum cædi a ſe animo deſtinatum. Sane reſpectu Titii homicidium quidem deliberatum, conſultumque eſt, reſpectu reliquorum adjutorum autem non æque. CLARVS *d. ſ. homic. n. 37. poſt med.*

Species hujus.

*2 Nam fieri ſolet v. c. in cauponis, diverſoriis, nundinis publicis, aliisque hominum conventibus, ut integer cœtus ibi congregatus, quoad partes ſuas iterum ex diverſis factionibus, unterſchiedenen Landes-Leuten, Freunden, Compagnons u. ſ. w. componatur. Ubi tumultu exorto ſimilis ſuccurrit ſimili, natura, vel conſuetudine humana ita volente, itaque jubente.

Quæ cauſa dicenda ſufficiens.

*3 Ut v. c. occiſus atrociſſimis contumeliis, aut verberibus laceſ-

laceſſiverit, velutique in furorem egerit, aut integram ſocietatem, aut nominatim occiſorem. Alias enim obtinet ratio, quod ignoſcendum ſit illi, qui ſe voluit ulciſci provocatus.

*4 Nam ſi plures percuſſerint ita, ut percuſſiones ſingulæ lethales non ſint, ſed junctim ſumtæ demum mortem acceleraſſe videantur, arbitrarie coërcebuntur rixatores. **Qualis percuſſio plurium capitalis.**

*5 Reliqui autem non plane inultum ferunt facinus, ſed quilibet illorum pro ratione admiſſi extra ordinem punitur. Nec aliter de jure civili. Nam ſecundum *l. ſi in rixa ff. h. t. ictus unius ejusque collectorum contemplari oportet*, ut nempe quilibet percipiat mercedem facinori ſuo conformem. *vid.* GOMEZ *t. III. c.3. n. verſic. ſecundo conc.* Ceterum ſola provocatio ad rixam ſubitaneam, ſeu exceptio homicidii in exorto tumultu facti non excuſat a pœna ordinaria. Nam in rixa quoque, aut tumultu ex animi propoſito, doloque malo cædes committi poteſt, ni v. c. inſtrumenti qualitas accedat, quæ dolum purget; ut recte e jure communi annotat HUBER §. 6. *præl. h. t.* Pleraque ſane homicidia in rixis ſubortis committuntur, ut proinde ex ſolo capite rixæ homicidas a pœna ordinaria abſolvere velle, ſaluti humanæ haud levem jacturam allaturum foret. Quare opus eſt, ut adhuc aliud pro inquiſito præſidium aliunde accerſatur. Quorſum præter dicta de inſtrumento inſpiciendo, referrem quoque, nimiam animi anxietatem & conturbationem, ut ſi v. c. tumultu inter feroces homines nocturno tempore excitato, candelæ extinguantur, fores præcludantur, clamores horribiles undique perſonent, minæque capitales audiantur, innocens, qui ibi fortuito præſens eſt percutiatur, hinc inde jactitetur. Sane ſi talis in nimio angore conſtitutus, nec inſtrumentorum diſcrimina ſecernere jam ſatis potens, quocunque telo in affectu arrepto, viam ad evadendum e periculoſo tumultu, cujusdam tumultuantis cæde, ſibi aperiat; veniam ultimique ſupplicii remiſſionem facile a prudenti judice conſequetur.

Pœna homicidii citra pactum commiſſi.

De homicidio in rixa.

Cum diſtinctione inter capitale & non capitale.

§. 4.

§. 4. De ſenſu *l.* 1. §. 3. *ad L. Cornel.* contenderunt HVBER. *ad L. Cornel.* §. 6. & NOODT. *c. VII. VIII. IX. L. IV. probat. jur.* Hic voluit legis Corneliæ capitali pœnæ, in homicidio in rixa fortuito commiſſo, quodcunque inſtrumentum cædens arripuerit, locum non eſſe. HVBERVS autem ſpecies ſecundum arma arrepta a cædente, lethifera fuerint an non fuerint, ſecrevit. Nam ſi fuerint, dolum & animi occidendi propoſitum cædem arguere. NOODT. viciſſim urget: impetum, non: dolum, in rixa animadverti *v. l. XI. de pœn.* Aſt vereor, ne Carolus Huberi ſententiam jam olim ſuam fecerit, modo ſciens lethale telum cædens arripuerit, ut propoſitum occidendi ſubfuerit. Unde aliud dicendum, ſi in tenebris ejusdem manus in mortiferum telum inciderit. Alias impetus ſolus ſive ut in artic. CXXXVII. redditur: Jägheit und Zorn ultorem gladium non effugiunt *vid. ſupr. artic. CXXXVII. ibique dicta.* Neque vero in noſtro articulo CXLVIII. qui de cæde in tumultu, ſeu in rixa pluribus agit, quicquam reperitur, quod armis lethiferis uſum a dolo, aut capitali excuſet.

Quid ſi quis, in tumultu pluries lethaliter percuſſus, nec conſtet, quis primus lethaliter percuſſerit.

§. 5. Tertius caſus eſt, ſi conſtet quidem in tumultu unum alterumque lethale vulnus inflixiſſe, non conſtet autem, quis primum mortifere percuſſerit, adeoque ignoretur, quis verus homicidii auctor ſit, in hac ſpecie Cæſar omnibus lethaliter percutientibus gladii pœnam * minatur.

Durities legis.

* Lex quidem clara attamen durior Doctoribus viſa, *vid.* quos citat ESBACH *ad* CARPZ. *P. IV. Conſt. 7. def. 3.* ipſe *CZ. qu. XXV. n. 25.* BERLICH. *P. IV. Concl. XI. n. 35.* Interim praxin hujus deciſi aſſerunt *U. M. ſ. 7.* LAUTERBACH. *ſ. 15. n. 3. int.* CARPZ. *IV. 7. 3. & in prax. crimin. d. l. n. 30. 31.* quam tamen diffitetur *cit.* BERLICH. Neque

que ſine ratione cum utique unus eorum primus vulnus inflixerit, adeoque ſolus verus homicida ſit, nec propter judicis in facto ignorantiam, reliquos, qui ſine effectu lethaliter percuſſerunt, proindeque veri homicidæ non ſunt, ſecum una veluti ruina ad ultimum ſupplicium trahere poſſit BEYER *h.* Minimum ZIERIZ requirit, ut omnes dolo malo iteratis ictibus, aut vulneribus in miſerum ſæviiſſe certo conſtet, quod monitum adoptarunt, CLASEN *h.* LAUTERBACH *d. l.* quaſi textus ad ſpeciem *crudelis mordri* reſtringendus ſit, nec proinde extendi debeat ad caſum, ubi plurium armis inter ſe collidentibus e nimio pugnantium & inter ſe conflictantium fervore, duorum, aut plurium tela mortifera ex impetu in unum irruerunt. Neque vero nobis diſplicet hæc philoſophia, aſperiori enim pœna, utique coërcendi ſunt in aliorum exemplum illi maleferiati, qui in rixis aliquando ſubortis data veluti opera in unum debacchantur, quam illi, qui inter armorum clangorem, virorumque clamorem, ex animi confuſione telis incertis in unum fortuito ruunt. Nec enim magno in tumultu plagæ, percuſſiones, vulnera ſingulis pro rata exactaque proportione diſtribuuntur, ſed inſtar imbris impetuoſi veluti caſu in hunc, vel illum effundi ſolent, ſine certo effundentium conſilio decretoque.

Addi poteſt JULIANUS L. LI. ad L. Aquil. §. 1.

§. 5. Quarto, caſus quoque ita, ut quidem plura lethalia vulnera inflicta, neſciantur autem infligentes, contingere poteſt. Circa hunc Imperator deciſum remittit ad conſilium Juriſprudentum. Atque hi æſtimabunt ex actis transmiſſis, an remedio eruendæ veritatis, quonam & quo gradu veluti opus, an vero hoc fruſtraneum & crudele, *1 resque ita ſit obſcura & perplexa, ut magis præſtet ſecundum ea, quæ diligentia judicis hactenus indagare potuit, quæque accurata actorum lectio e naturali connexione adhuc ſuppeditat, ſtatim definitive pœnam arbitrariam decernere. Quod ultimum, præcipue ſi ſimul expenſarum ſportularumque ratio a

Quid ſi vulnera lethalia plura, nec conſtet de infligentibus.

Digitized by Google

collegio juridico in ſententia habeatur, regulariter magis in votis habent judices hodierni acta transmittentes. *2

Cautio circa decernendam quæſtionem.

*1 Plura indicia hic requirit BERLICH. *IV. XI. 60.* Sane complices de ſcientia facti alieni multum cruciare velle, res incerta, & immane videtur conf. BURSAT. *lib. III. conſil. 316.* Cum in tumultu alter alterius actiones ſæpe non adeo obſervare ſoleat.

Auctores conſulendi.

*2 Ad hunc Articulum de homicidio a pluribus commiſſo conferri poſſunt ROLAND a VALLE. *Lib. II. Conſil. 63.* COVARRUVIAS *tom. I. 542. ſeq.* TESSAURUS *deciſ. 32.* CLARUS *d. l.* TESSAUR. *jur. qu. 46.* MENOCH. *Caſ. 362. A. J. L.* BERLICH. *P. IV. concl. XI. per tot.* In genere obſervandum, quod rixa ex improviſo exſurgente, tumultuque ſuborto, ſi quis proxima inſtrumenta v. c. ellychnium, heminam, cucumam & ſi quod levius telum aliud arripiat & inter tumultuantes unum ad necem usque percutiat, regulariter præſumtio ſit, quod caſu aut culpa magis, quam occidendi animo, percuſſio facta *l. 1. §. 3. in fin. ad l. Cornel. de ſicar.* Non ſine ratione tamen hoc limitat HUBER *§. 6. h. t.* niſi occidens ſine neceſſitate ſciens volens arripuerit arma mortifera & ad cædendum adhiberi ſolita, ne alias occaſio detur plura homicidia, contra communem ſecuritatem hominumque ſalutem, citra metum pœnæ capitalis committendi, excuſandique ſed *vid. ſupr. §. 3. h.*

ARTIC. *CXLIX.*

Von der Beſichtigung eines Entleibten vor der Begräbniß.

Und damit dann in obgemeldten Fällen, gebührlich Ermeſſung und Erkänntniß ſolcher unterſchiedlichen Verwundung halb, nach der Begräbniß des Entleibten deſto minder Mangel ſey, ſoll der Richter, ſamt zween Schöpffen, dem Gerichtſchreiber, und einen, oder mehr

mehr Wund-Aertzten (ſo man die haben, und ſolches geſchehen kan) die denn zuvor dazu beeydigt werden ſollen, denſelben todten Cörper vor der Begräbniß mit Fleiß beſichtigen, und alle ſeine empfangene Wunden, Schläg und Würff, wie der jedes funden und ermeſſen würde, fleißig mercken und verzeichnen laſſen.

NOTÆ AD ARTIC. *CXLIX.*

§. I. Deſcribitur hic inſpectio cadaveris 1) adſit judex *1 2) adſint duo ſcabini 3) Actuarius *2 4) unus vel, ſi haberi poſſunt, plures Chirurgi *3 juramento ad actum conſtricti 5) inſpiciantur, annotentur omnes ictus, jactus &c. *4 exacte ſecundum quale & quantum 6) fiant hæc omnia mature *5 atque ante ſepulturam. vid. late GRASS. in *collat. receſſ. imper.* & *jur. civil.* — Requiſita inſpectionis.

*1 Sunt qui putant ſufficere medicorum atteſtatum. Nam judicem cum ſuis aſſeclis vulnera non intelligere, ſed tantum dependere a fide peritiaque medicorum. BEYER *h. n. 16.* Aſt hæc objectio ſine dubio quoque cognita fuit Carolo noſtro, & tamen judicem inſpectioni adeſſe voluit. Accedit quod 1) hæc inſpectio ſit pars inquiſitionis judicialis 2) quod & ipſa inſpectio *judicialis* dicatur 3) judex ſi ipſe ſimul inſpicit, de præcipuo futuræ ſententiæ fundamento, certus redditur, animadvertitque, an nihil odio aut favori datum a medico, chirurgoque. Imo 4) ſi unum valde peritum medicum vulnera inſpicere viderit, poteſt dein nondum ſatis exercitatorum inſpicientium inſtituta, dum v. c. ante ſectionem inſtrumentis acutis vulnera imprudenter explorant, & ita per incuriam dilatant, vel altius infigunt *vid.* STRYK. *de jur. ſenſ. 1. 2. 3. 4.* KLEIN. *p. 166. diſſert. n. 8. ſequ.* CARPZ. *1. 26. n. 31.* BLUMLACHER *h.* KEYSER *n. 108.* reprehendere, vel plane præcavere. Ne corpus delicti deinde in certo, — An opus ut judex præſens ſit.

 relin-

Digitized by Google

relinquatur. Igitur ſectio ſine præſentia judicis facta, quia legi Caroli repugnat, legitima non eſt, nec ſufficiens ad pœnam ordinariam irrogandam MAVRIT. *Conſil. Chilon. P. I. conſ. 24.* CARPZOV. *n. 32. d. l.* STRYK. *c. III. n. 21. d. l.* Nec aliter in terris regiis ut hoc ipſo Anno 1735. ex reſcripto regiminis Zellenſis ad præfecturam B. conſtat. Supplevit tamen regimen illuſtre hunc defectum, quod ſectioni non ipſi officiales (Beamte) ſed der Vogt, Paſtor, Untervoigt, und Kirch juraten interfuiſſent, & fidem protocolli jurejurando ab his exacto. Interim non nego, cum Carolina non ubique in univerſum ſit recepta, e ſpeciali obſervantia locorum, inſpectionem cadaveris hinc inde, ut ex actis obſervavi, ad ſolum medicum & chirurgum illorumque atteſtata redactam eſſe. Accedit, quod actus non ſtatim pro nullo habendus ſit, ſi quid ex eis omiſſum, quod majoris utilitatis & cautionis gratia præſcriptum: Conſenſerunt Scabini Lipſienſes Anno 1734. & Scab. Halenſes Anno 1735. cum veneno ſponſum ſuſtuliſſet ſponſa, ſectio autem & inſpectio veneni celebri medico cum chirurgo absque judice peracta eſſet *add.* BERGER *pag. 94. elect. jur. crimin.* Aliud dicendum, ſi judex cum ſcabinis quidem abſuiſſet, ſed ſine medico, aut chirurgo. Tunc enim illorum teſtimonium de vulneris indole, utique inhabile foret, ut imperitorum.

Actuarii munus. * 2 Requiritur Actuarius regulariter ad regiſtranda omnia judicaliter acta HESER *de Act. jud. n. 176. cap. 1. mult. ſequ.* Sedes eſt in *cap. XI. X. de probat.*

De medico adhibendo. * 3 Præter chirurgum, medicum hodie ubi haberi poteſt, ſimul in conſilium adhiberi, jam ad *Art. præced.* diximus. Exigitur quoque medicorum juramentum, niſi publico nomine ſub jurisjurandi religione ſint aſſumti, tunc enim hujus juramenti vis extenditur ad omnes actus ſpeciales OLDECOP. *tit. 2. obſ. 7.* STRYK. *c. 2. n. 30. d. l.* Quæritur, an ſufficiat juramentum in promotione a medico præſtitum? Ita videtur RVLANDO *P. I. L. IV. c. XV. n. 10.* quod concedi poteſt, ſi formula in Academia, ubi promo-

promotio facta, in hunc ſenſum concepta ſit, ut actus ſectionis inſpectionisque ſub ſe complectatur, ut recte obſervat KLEIN. *p. 171. pr.* plura *vid. apud* VALENTIN. *II. p. R. d. l.*

*4 Quomodo omnia exacte exploranda, ſtatusque vulnerum in loco inſpectionis regiſtrandus *vid.* per exempla apud KEISER *p. 109. p. 902.* Aliquando medici non tantum omnia judici præſenti exponunt, ut protocollo inſerantur, ſed deinde quoque ex poſt facto relationem, rationibus artis expolitam adjungunt. Afferunt autem lethalitatem tantum juramento credulitatis. Nec illorum judicium nanciſcitur vires rei judicatæ, nec excludit probationem per peritiores in contrarium. In medicorum incertitudine, vel diſſenſu, judex inclinare debet ad pœnam extraordinariam, niſi Collegium medicum ad quod acta dein transmiſſa, litem atque diſſenſum componat, adque ſecundum principia artis, perſpicue decidat, tunc enim hujus judicium ſequendum.

*5 Nam ſi ſectio differtur, propter corruptionem & putredinem, deinde totum negotium circa inſpectionem fit dubium, ut corpus delicti ipſum in ambiguo hæreat. Inſuper judex vulneratum quoque, ſi poſſibile, cum monito, ut in fine vitæ conſtitutus rancorem deponat, examinare debet, de cujus fide agit KLEIN. *diſſ. de in & exculpat. moribund.* STRYK. *de fide agonizant.* Nec abs re erit proxime adſtantes domeſticos pariter interrogare, ſpeciatimque ex illis, ubi inſtrumenta percuſſionis ſint, ſciſcitari, illaque vulneri ſcrutando immittere. Quamvis non diffitendum plus roboris ineſſe argumento negativo: telum non quadrat, ergo, qui illo uſus eſt, vulnus non inflixit, quam telum quadrat E. dominus teli, vulnus inflixit. Poteſt enim fieri, ut dum gladius anceps & utrinque acutus extrahitur, vulnus dilatetur, ut dein majoris formæ gladium admittat. Accidit quoque interdum gladium unum altero melius quadrare ad aperturam, interim utrumque tam profunde immitti poſſe,

 ut

ut ab utroque vulnus inflictum eſſe queat. Quo caſu alia indicia certiora conquirenda ſunt. Pertinet cetera tota: gladii immiſſio ad ſpeciem, ubi inter plures de occiſore non conſtat. Nam ſi de eo conſtat, merito ceſſat LUDOVICI *p. 6. §. 16. proc.* ex ſana ratione:

Quis judex inſpectionem curet.

§. 2. Pertinet hæc inſpectio ad jurisdictionem *1 ſuperiorem, uſus quondam illius ad ſecernenda vulnera: ſchlechte Wunden, Kampfer Wunden. Nam propter vulnera: ſo Kampffwürdig, vulnerans poterat arreſtari. *2 Cognoſcebat de illis: der Voigt ſo die Blut-Gerichte hatte *3 Reus ſe purgabat manu ſeptima. Chirurgus conſultus falſa atteſtatus fiebat: Menedig und Rechtloſs *vid. LL. cellenſ. p.* 483. *Goslar* 496. *apud* LEIBNIT. *tom.* 3.

Pro judice ſuperiori etiam reſponſum M. Sept. 1734.

*1 Quare Elector Colonienſis, qui ſcabinorum ſuorum collegio Jurisdictionem criminalem aſſerebat, ferre nolebat ſtatutum civitatis, daſs ſeine Schöppen nicht ehr bis ſie darum gebethen entleibte beſichtigen ſolten *vid. Apolog. Elector. p. 164.*

*2 Vorfeſtiget vel in die Hacht gebracht werden dicitur *in dict. Stat. Cellenſ. & Goslar.*

*3 Uſus utriusque hodienum ſupereſt.

Monitum ad medicum, qui defunctum curavit.

§. 3. Cum ratione honoris medici, qui vulnerato operam præſtitit, aliquatenus interſit, vulnus pro abſolute lethale haberi: conſultum utique eſſe, & ad prudentis judicis officium pertinere videtur, ut ſi fieri poſſit ad ſectionem *1 alium medicum advocet. Quamvis ſuſpicio non tanta videatur, ut hoc monito neglecto corpus delicti fluctuet, aut plane pro incerto habeatur. *2

De quorundam cautione in ſufficiente.

*1 Quorundam medicorum in hac ſpecie conſilium eſt, ut vulnus tantum, relicto aliis judicio, deſcribant. Sed hoc ſcrupulos quidem minuit non autem plane tollit.

*2 Nec enim medico, qui vulneratum curare aggreſſus eſt

eſt abſque ſucceſſu, neceſſario ratione famæ intereſt, ut falſa de lethalitate adferat. Cum in vulgus notum ſit, non eſſe in medico, ut ægrotus ſemper ſanetur.

§. 4. Quis expenſarum inſpectionis moderator? Reſpondet VALENTIN. *in pandect. medico-legal. II. p.* 10. medici. Medicos utpote artis inſpiciendi, & ſecandi magiſtros audiendos eſſe, non negamus, ſed JCtos veros arbitros eſſe exiſtimo, qui ex legibus loci, aut ſi deſint, ex judicii uſu arbitrari poſſunt, ne quid nimii exigatur v. c. vor die Reiſe, Pferd und Wagen, Zehrung u. ſ. w. De expenſarum inſpectionis moderatione.

* Sed quid videtur de hac ſpecificatione expenſarum ſectionis, ad ordinem noſtrum e Gambrivia Anno 1732. d. 15. April. transmiſſa.

Deſignatio der Apprehenſion des Kayſerl. Mousquetiers Celos und der Section des entleibten Kilian Heyens aufgewanten Koſten.

	Rthlr.	Schl.	ſtr.
Pro Mand. de apprehenſ. für die Beamte - - -	2	-	-
Voigt und Gerichts-Diener für die Apprehenſion und Verzehrung - - - -	3	1	10
An die Commandirte als: ein Corporal a 9. Schl. und 6. gemeinen jeden 9. ſtr. - - -	1	9	-
Zwey expreſſen nach Cæſarien ausgezahlt allemahl 10. Schl. 10. ſtr. - - - -	-	21	-
Für 2. Wagen Fracht nach Jöppen, die Beambte hinzubringen -	-	22	-
Vermöge ſpecial deſignat. dem Hochfürſtl. Hoff-Medico für Viſitirung und Section des entleibten Kilian Heyens -	14	20	7

Dem

Dem Chirurgo Hartwig Linge krafft ſpecial deſignat: für oberwehnte Section - -	8	-	-
Dem Chirurgo Neumann zu Bernhaus competiret für ſeine Beſichtigung an 15. Apr. und der Section an 17. Apr. - -	8	-	-
Dem Fuhrmann Aliw kömt zu wegen Wagen-Fracht den Herrn Hoff-Medicum von Cæſarien her und wieder zurück zu bringen à 13. gl. 6. ſchl. - -	5	1	-
Den Beamten competiret der Section zu aſſiſtiren zu den 4 fl. -	8	-	-
Bey Theodoric iſt zu Abel verzehret worden an Bier und Brantewein bey der Beſichtigung -	-	18	-
Summa	52	11	10

Habes hæc B. L. ex ipſiſſimis actis, nil niſi nominibus mutatis, interim licet cariſſime fiſco conſtaret ſectio, nihilominus gratia principis omnia ſolvit.

ARTIC. *CL.*

Hernach werden etliche Entleibung in gemein berührt, die auch Entſchuldigung auf ihn tragen mögen, ſo darinn ordentlicher Weiß gehandelt wird.

ES ſeyn ſonſt andere mehr Entleibung, die etwan aus unſträfflichen Urſachen beſchehen, ſo dieſelben Urſachen recht und ordentlich gebraucht werden, als da einer jemand um unkeuſcher Werck willen, die er mit ſeinem Eheweib, oder Tochter übet, erſchlägt wie vor in dem 121. Articul des Ehebruchs anfahend, Item ſo ein Ehemann einem andern ꝛc. geſetzt iſt.

Item

Item, ſo einer zu Rettung eines andern Leib, Leben, oder Gut, jemand erſchlägt: Item, ſo Leut tödten, die ihre Sinn nicht haben: Mehr, ſo einem jemand von Amtswegen zu fahen gebühret, der unziemlichen, freventlichen und ſorglichen Widerſtand thut, und derſelbig Wiederſäßig darob entleibt würde.

Item, ſo jemand einen bey nächtlicher Weil, gefährlicher Weiß in ſeinem Hauß findet, und erſchlägt: oder ſo einer ein Thier hat, das jemand tödtet, und er dergleichen Boßheit davor von dem Thier nicht geſehen oder gehöret hat, wie hievor im 136. Articul anfahend, Item, hat einer ein Thier, ꝛc. darvon geſetzt iſt: Die nächſt obgemeldte Fäll alle haben gar viel Unterſcheid, wann die Entſchuldigung oder keine Entſchuldigung auf ihnen tragen, daß alles zu lang zu beſchreiben und zu erklären wäre, und dem gemeinen Mann auch irrig und ärgerlich ſeyn möchte, wo ſolches alles in dieſer Ordnung ſolt begriffen werden: Hierum, ſo dieſer Sach einer für den Richter und Urtheiler kommt, ſollen ſie bey den Rechtsverſtändigen, und an Enden und Orten, wie zu Ende dieſer unſer Ordnung angezeigt, Raths gebrauchen, und ihn nicht eigen unvernünfftige Regul oder Gewohnheit, darinn zu ſprechen, machen, die dem Rechten wiederwärtig ſeyn, als je zu Zeiten an den peinlichen Gerichten bißher beſchehen, daß die Urtheiler die Unterſcheid jeder Sach nicht hören und bewegen: das iſt ein groſſe Thorheit, und folget daraus, daß ſie ſich zu vielen malen irren, thun den Leuten Unrecht, und werden an ihren Blut ſchuldig: So geſchicht auch viel, daß Richter und Urtheiler die Miſſethäter begünſtigen und ihre Handlung darauf richten, wie ſie ihnen das Recht zu gut verlängern, und wiſſentliche

Übelthäter dadurch ledig machen wollen: vermeinen vielleicht etliche einfältige Leut, ſie thun wol daran, daß ſie denſelben Leuten ihr Leben retten: Sie ſollen wiſſen, daß ſie ſich ſchwerlich damit verſchulden, und ſind dem Ankläger derhalben vor GOtt, und Welt Wiederkehrung ſchuldig: Wann ein jeder Richter und Urtheiler iſt bey ſeinem Eyd und ſeiner Seelen Seligkeit ſchuldig, nach ſeinem beſten Verſtehn, gleich und recht zu richten: Und wo eine Sach über ſein Verſtändniß iſt, bey den Rechtsverſtändigen, und an Enden und Orten, wie hernach zu Ende dieſer Ordnung gemeldet wird, Raths pflegen: Wann zu groſſen Sachen, als zwiſchen den gemeinen Nutz, und der Menſchen Blut zu richten, groſſer ernſtlicher Fleiß gehöret, und angekehret werden ſoll.

NOTÆ AD ARTIC. *CL.*

Utrum defenſio proximi ſpectet ad officia human.

§. I. Commendant communia officia humanitatis *1 hominem homini quoque inter alia ad communem, contra vim injuriamque aliorum, defenſionem, toties quoties de alterius vita, *2 inſigni læſione corporis, bonorumque *3 agitur, usque adeo, ut his caſibus impune liceat occidere proximi aggreſſorem, definiente ita Imperatore.

An ad juſtitiam.

*1 Regulæ juſtitiæ ſtricte ſic dictæ aliorum defenſionem nobis non injungunt. Unde qui periculum metuens inſultato non ſuccurrit, in foro non punitur ZIERIZ. *h.* Qui tamen ſine metu periculi potuit defendere concivem, arbitrarie coërcendus videtur.

An a juſta defenſione alterius rerum, liceat inferre ad defenſionem alterius honoris.

*2 Honoris non fit mentio hic. Viciſſim ſupra, ubi de ſui ipſius defenſione agebatur, omittebantur bona, quæ hic tamen in defenſione aliorum nominantur. Unde *Dd.* textum ſupr. *Artic. CXL.* ſupplent ex hoc Articulo. Annon itaque pari ratione ſupplementum ulterius extendere

atque

atque ab honore proprio ad defenſionem honoris alterius argumentari licebit, præcipue cum bonorum & honoris idem videatur ſubeſſe favor? Sane licet regula in genere pro ſententia ajente efformari nequeat, poſſunt tamen hujus defenſionis ſpecialia quædam ſat probabilia exempla adferri. 1) Si inferenda atrocior injuria & acerbior ignominia ſimul ad nos redundet v. ç. ſi quis filium noſtrum, commilitonem noſtrum &c. ignominioſiſſime, ſine juſta cauſa tractare vellet. Item ſi 2) ſalax nebulo pudicitiam innocentis puellæ per vim quaſi corrumpere aggrederetur, & ſi quæ ejusmodi ſpecies aliæ, ſane ſi tale quid accidat, dubitandum non eſt, quin impium invaſorem honoris, ſi aliter deſiſtere nolit, ſed vim opponere malit, intentato quoque mortis periculo, a proximo noſtro repellere queamus.

*3 Circa defenſionem bonorum ſobrie philoſophantur GROT. *Lib. II. de J. B. & P. cap. 1. §. n. 12. 13.* PUFEND. *Lib. II. c. 11. §. 120.* Licitæ videntur cædes 1) raptoris armati, aut invaſoris armati, cum hic periculum vitæ non improbabiliter a talibus metuatur 2) furis nocturni ignoti cum clamore, item 3) ejus, qui ædibus ignem ſubjicere conatur. Nam circa furem adeſt diſerta lex permiſſiva civilis, poſterior autem irreparabile damnum inferre conatur. 4) Toleratur cædes der Spitzbuben, imo & aliorum, qui in nundinis publicis tabernis inſidiantur, forte, quia tale homicidium regulariter fit in tumultu, ut auctor oſtendi nequeat; accedit, quod vix uno lethali vulnere, ſed plurium ictuum mole velutique cumulo miſer occumbat. Imo & ſecuritati nundinarum publicarum oppido neceſſariæ, hic aliquid dandum eſt. Principium Articuli de adultero occiſo jam adfuit *Artic. CXLII.* Extra ejusmodi ſpecies vero, & ubi auctoritate Magiſtratus damnum facile recuperari, aggreſſorque rerum debita ratione coërceri poteſt, non impunis erit mortifera defenſio, quamvis non quilibet exceſſus pœnæ ordinariæ locum faciat. Atque hæc tam ad defenſionem

De rerum defenſione qui videndi & defenſione rerum cum cæde licita.

atque illicita.

rerum propriarum, quam ad auxilium ratione rerum concivi præſtandum, pertinere puto. Vid. THOMAS. *lib. II. cap. 2. §. 20. in jurisprud. divin.*

An defenſioni rerum violentæ non obſtet l. non eſt ſingulis de R. jur.

§. 2. Alias circa defenſionem rerum notandum, quod contra illam non ſat commode allegetur *L. non eſt ſingulis concedendum de R. J.* Nam hic textus pertinet ad poſſeſſionem rerum acquirendam, vel recuperandam, non autem ad retinendam, ſive defendendam. Unde *L.* 3. §. 4. *ad. L. Cornel. de ſicar.* lege Cornelia teneri dicitur, qui recuperandæ vel acquirendæ poſſeſſionis cauſa arma capeſſit, non autem qui: retinendæ tantum. Sed age videamus de hac defenſione diſtinctius.

Leges juris commun. de occiſione furum.

§. 3. Quod attinet res mobiles illarumque poſſeſſionis defenſionem, dicitur *in L.* 4. *ad L. Aquil. occidi non poſſe furem diurnum, ni telo ſe defendat. Qui furem* (habetur in L. 5. ſeq.) *occidere, quam prehendere cum poſſet, malit, tenetur Lege Cornelia.* *1 *Repetit. Leg.* 4. *ad L. Aquil.* totidem verbis *L.* 54. §. 2. *de furt.* De fure nocturno cautum eſt *L.* 9. *ad L. Cornel. de Sic.* tunc eum occidere fas eſſe, *ſi quis ei ſine periculo ſuo* *2 *parcere non potuit.* In L. 51. §. 1. *ad. L. Aquil.* qui in continenti lucernam ab altero ablatam oculum ipſi excutiendo recuperaverat, culpæ reus dicitur, ſi ab auferente vis ipſi non facta, ſi vero auferens initium fecerit percuſſionis, a culpa immunis pronunciatur.

*1 Rectiſſime emendat hanc legem NOODT. *L. I. c. IX. probabil. & c. 3. ad L. Aquil.* & loco: CORNELIA, reponit AQVILIA.

*2 Vel vitæ, vel rerum ut *Gloſſ. hic.* De jure civili tentandum domino, annon clamore furem abigere & res ſuas ſervare poſſit *d. l.* 4. *§.* 1. *ad L. Aquil.* Alias impune furem non occidit.

§. 4.

§. 4. De defenſione poſſeſſionis immobilium contra invaſores, conſtitutum *eſt L.* 1. *Cod. unde vi. Quæ ſine vi poſſidentur*, MODERATIONE INCVLPATAE TVTELAE SERVATA, *vi defendere licet*. Dein *l.* 3. §. 9. *de vi & vi arm.* permittit: armis venientem invaſorem, armis etiam repellere, imo, modo in continenti fiat, poſt occupationem dejicere. Tandem *L.* 6. *Cod. de vi publ.* ſancitur, *ut ſi forte quis vel ex poſſidentis parte, vel ex ejus, qui poſſeſſionem temerare tentaverit, interemtus ſit, in eum ſupplicium exerceatur, qui vim facere tentaverit & alterutri cauſam malorum præbuerit.* In Carolina noſtra breviſſimis, & curſim hæc controverſia tantum inter alias tangitur, quod ſcilicet juſte hominum occidiſſe cenſeatur: Der zu Rettung Leib, Leben oder eines andern Guth jemand erſchlägt.* — De defenſione violenta immobilium.

* Jure pontificio occurrunt *Cap.* 2. & 10. *X. de homicid.* utrumque agit de fure, aut latrone occiſo, abſolvitque pontifex eum, qui furem *pro* SE & *ſua liberando occidit*, adeoque qui pro vita & rebus ſimul occidit *vid.* late FAGNAN. *in commentario*, ubi contra eos, qui textum alternative pro ſe VEL ſua exponunt, diſputat, aſſeritque: nec clericum, nec laicum ſolarum rerum cauſa impune hominem occidere in foro pœnitentiali. — Sententia jur. canonici.

§. 5. Concludimus ex his 1) defenſionem rerum tam mobilium, quam immobilium conſtituere defenſionis caput ſingulare, non miſcendum cum defenſione vitæ aut membrorum per LL. & verba articuli 1) Leib 2) Leben 3) oder Guth, itaque ad defenſionem rerum non opus eſſe, ut reus demonſtret * ſe adductum in periculum vitæ. — Summa LL. & Regul. I.

* Satis hoc exinde conſtat 1) quia defenſio rerum deducitur in jure noſtro e periculo rerum *d. L. I. C. unde vi:*

Quæ ſcil. res ſine vi poſſidentur & ſeq. 2) Quia defenſio rerum non eſt pars defenſionis vitæ, ſed propria & ſingularis ſpecies. 3) Quia in *L. 3. §. 9. de vi & vi arm.* plane per vim licet poſſeſſionem vi ereptam dejecto recuperare. Atqui ſemel dejectus, non eſt amplius in ullo vitæ periculo, *vid.* omnino THEODORIC. *Coll. crim. p. 1528.*

Regul. II. §. 6. Inde 2) in defenſione rerum non quærendum, an defenſor commode potuerit *diſcedere*. Nam ſi defenſor rerum ſuarum tenetur *diſcedere*, ceſſat omne jus defenſionis rerum, nec enim quis res ſuas defendere poteſt abeundo, diſcedendo & ſimul repugnando.

Requiritur 1) aggreſſio furis 2) periculum rei amittendæ. §. 7. Opus tamen eſt ad defenſionem rerum cum cæde conjunctam, 1) aggreſſione aut violenta oppoſitione furis domino rem ſuam tueri volenti, partim quod ita ſuadeat definitio defenſionis, partim quod ita habeatur in *d. l. C. de vi publ.* 2) opus eſt, ut aggreſſio raptoris, aut invaſoris ſit talis, ut res mobilis aliter retineri nequeat contra furem, per *d. l. 9. ad L. Cornel.* * Quare ſi fur re nondum arrepta, aut mox abjecta aufugere tentet, vel facile capi poſſit *d. l. 4. ad L. Aquil.* impune occidi nequit rerum cauſa, quia res noſtræ tunc non ſunt in periculo THEODOR. *p.* 1532. *p.* 1533.

De cæde furis cum re aufugientis cum epicriſi. * Sed quid ſi fur cum rebus aufugere intendit? An & hunc occidere fas erit, an non potius pro recuperatione judex adeundus? Reſpondet THEODORIC. *p. 1535.* fas videri ob difficultatem & moleſtias proceſſus noſtri in foro. Viciſſim CARPZOVIO *n. 28. qu. XXXII.* viſum: fas non eſſe. Diceres hunc recte ſentire, cum in hac ſpecie ceſſet rerum periculum, & proinde cædendi neceſſitas. Interim ſi quis dum v. c. vicinum ſuum ſine teſte videt res ſuas ſibi clamore ſuo non attento auferentem, non defendus eſt THEODORICUS. Nam utique hic periculum

lum rei amittendæ ſubeſt, cum maxime opinabile ſit, contumaciter ſpreto clamore furari auſum, etiam mentiri & furtum factum negare auſurum eſſe, caſu quo non viſus a teſtibus.

§. 8. Dein III. opus quoque eſt, ut ne res furto ablata ſit viliſſimi pretii. *Quod licet THEODORICUS ex alleg. *L.* 52. §. *ad L. Aquil.* probare nequeat, probat tamen ſana ratio certe extra ſtatum naturalem. **Regula III.**

§. 9. Quod attinet invaſionem rerum immobilium, cum in iis ceſſet periculum rei amittendæ, * cædes hominis, ut cædens plane, ſine arbitraria quoque pœna abſolvi poſſit, requirit, ut vel (1) armis veniat poſſeſſionem noſtram occupaturus *L.* 3. §. 9. *de vi & vi armat:* vel (2) ut alias nobis periculum an Leibe, oder Leben immineat vid. THOMAS. §. 42. *de judic. ſent. ab act. remov.* ibique præjudicium in terminis. Imo (3) ſi invaſor poſſeſſionis cedere nolit, ſed colluctari & manum conſerere cum defenſore malit, inter colluctandum autem occidatur, cædes impunis erit, *vid.* COTHM. Conſil. 34. n. 40. Nam defenſor rerum ſuarum verſatur in actu licito, poſſeſſionis ſuæ ſcilicet tuitione, quam cum ipſe invaſor ad vim & cædem excreſcere, quam cedere maluerit, habet quod ſibi imputet. **Requiſita defenſionis rerum immobilium.**

* Nam ſpoliatus per tot remedia poſſeſſionem recuperare poteſt, ut hominem citra neceſſitatem & citra periculum rerum occiderit, ſi in hac ſpecie occiderit. Ceterum de rerum defenſione conferri merentur in foro COLER. *conſil.* 39. COTHMANN. *conſil.* 34. CARPZOV. *Qu.* XXXII. & LYNCKER. *d. conſil.* **Cur defenſor rerum immobilium non facile occidere debeat alium.**

§. 10. Præter ea uti defenſio ſui ipſius, ut ſupra adduximus, intra modum præſcriptum ſe continere debet: ita multo magis defenſio aliorum iisdem limitibus **Moderamen tutelæ aliorum.**

bus circumſcribitur. Inſuper quoque diſpiciendum, quas perſonas defendamus *1 an rixoſas taleſque, quæ conflictui cauſam dederint; præcipue cavendum, ne ejusmodi defenſio pariat ſuſpicionem conſpirationis, de qua Artic. CXLVIII. *2

*1 Facilius enim ignoſcitur ei, qui uxorem, parentes, filium, licet cum aliquo exceſſu defenderit, quam qui audacter nimis & ſine cauſa aliorum jurgiis ſe immiſcuerit.

*2 Quæ ſuſpicio ſane, ſi quis auctori rixarum vel plane iniquo aggreſſori, ſuppetias violentas fert, vero diſſimilis non eſt.

De homicidis inſanis, dementibus. De cæde commiſſa von der Wache, oder Gerichts-Folge &

§. II. Præter favorem defenſionis, de quo paſſim hactenus ſatis, merito quoque reſpicitur ad habilitatem ipſius homicidæ, mentem, atque intentionem. Quare merito parcet Imperator homicidis, quibus non eſt mens ſana *1 in corpore ſano. Item apparitoribus, *2 qui ad capiendum prehendendumque delinquentem miſſi, vi injuſta oppoſita ab illo excepti, cæde *3 repreſſerunt audacis pervicaciam.

*1 Hæc excuſatio non tantum ad homicidium ſpeciatim pertinet, ſed omni delicto communis eſt, ex natura rei. Unde de illa dicetur infra ad *Artic. CLXXIX.* GRANZ. infelicitatem fati hanc inſcripſit & operoſe expoſuit *tom. II. p. 85. ſeq.*

Quodnam hic judicis officium, quæque attendat n. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

*2 Dicitur in textu, der unziemlichen, freventlichen und ſorglichen Wiederſtand thut. Quod GOBLERUS extulit: *ſi improba temeritate & periculoſe reluctantem occidat.* KEMUS haud multo aliter: *temerario periculoſoque conatu reſiſtentem &c.* reddidit. Supponitur quoque in textu, ut apparitor ex officio demandato prehenſionem intendat verbis: von Amts-wegen zu fahen gebühret. Unde requiritur 1) ut apparitor juſſu auctoritateque Magiſtratus agat, & intra limites mandati muneris ſe contineat, ut non privato auſu in aliquem irruat, vel non ſervatis prehenſionis terminis armis, gladio, fuſte &c. in miſerum ſæviat

2) ut

2) ut capiendus indecenter (unziemlich) ſe opponat, ſecus foret, ſi ferocitatem vel violentiam temerariam apparitoris tantum ferre nollet, & eatenus decenter ſe opponeret, 3) requiritur, ut reſiſtentia ſit audax & metum incutiens: freventlich, ſorglich, ut jam vidimus, itaque non ſufficit, ſi tantum intentet capiendus evaſionem, ſine armis, ſine percuſſione, vel ſi tantum aufugiat, nec enim talis mox necandus, nec media ad juſtitiam perveniendi duriora eſſe debent ipſo fine. Ceterum ſatis conſtat, quod aliquando in mandatis dari ſoleat, ut vel vivus, vel mortuus ad judicem rapretur delinquens, ſed hæc ſpecies non pertinet ad regulam, verum ad exceptionem. Deinde 4) ex natura rei quoque opus erit probatione, nec enim mox credendum apparitoribus, hominibus ſæpe exiguæ conſcientiæ, truculentis & crudelibus. Neque 5) ſi nemo actui cædis adfuit, mox pro apparitore præſumendum, ſed repetenda ſunt hic omnia, de quibus *ſupr. Art. CXLIII.* Alias 6) ſculteti, Rügemeiſter & ſimiles, etiam non expectato magiſtratus juſſu, recte prehendunt deprehenſos in GRAVI CRIMINE FLAGRANTI PEREZ. ad *tit. C. de curioſ. n. 8. tit. de cohortal. n. 9.* Tandem prehendendum atrociter ſiſtentem, plane ad ECCLESIAM confugientem, recte occidi poſſe habeturque in *l. 4. l. de his qui ad eccl.*

*3 Quanta vero ſit plerorumque apparitorum & lictorum malitia ferocia atque crudelitas, ſatis exponit DAMHOUDER *cap. XVII. n. 1. 2.* Plane ſi nimium ſuo officio abutantur atque enormiter excedant, vim vi repellere ipſisque reſiſtere licet, non tantum *arg. l. 33. C. de decur. L. 5. C. de Execut. & Exact. L. 5. C. de jur. fiſc.* Sed ita ſuadente & jubente ipſa ſana ratione. Ceterum qui ſe per vim opponunt apparitori munus commiſſum exercenti, merito pro ratione admiſſi coërcentur. In *ordin. provinc.* hujus ducatus de An. 1647. *Artic. VIII.* tantum mulcta trium florenorum Mariæ decernitur in reſiſtentem, quod ſine dubio de levi reſiſtentia capiendum. Nam ſi quis

 gladio,

gladio, aut alio telo ferociter repugnet, gravius citra controverſiam in illum animadvertetur. Quod ſi vero quis apparitores, cum quibus nihil ipſi negotii eſt, per petulantiam invadit, pœnæ corporis afflictivæ v. c. fuſtigationi, manus amputationi pro gravitate admiſſi locus eſſe poteſt, *confer.* GVID. PAP. *deciſ.* 557. & DOPLER. *P. I. p.* 522. Unde plura in præcedentibus hauſimus.

Qui homicidæ alias ab homicidio doloſo excuſandi.

§. 12. Porro homicidii doloſi rei non ſunt 1) qui aliquem nocturno tempore *1 formidabili ſub ſpecie deprehenſum occidunt, nec 2) quorum beſtia aliquem occidit. *2

gefährlicher Weiſe quod in articulo

*1 In textu dicitur: gefährlicher Weiſe, GOBLERVS vertit: *malitioſe repertum*; REMVS *rem illicitam tentantem* ZIERIZ: *malitioſe rem illicitam tentantem,* STEPHANI: *ſi quis furem deprehenſum.* Sane licet alias verbum: gefährlich, plerumque in Carolina notet: doloſe, malitioſe, hoc loco tamen explicare maluimus de eo: quod metum incutit. Nam verba: gefährlicher Weiſe, hic non prædicantur de deprehenſo, ſed deprehendente, cujus profecto nulla malitia, nullusque dolus argui poteſt. 2) Omnis v. c. fur, qui noctu accedit, nec tamen omnis indiſtincte occidi poteſt, ſiquidem tunc demum furicidium impune eſt, ſi furi SINE PERICVLO (ut diſerte habetur *l. 9. ff. ad L. Cornel. de ſicar.*) occiſor parcere non potuit: 3) Convenit quoque idioma verbi, cum vocabulum gefährlich ſæpius adhibeamus, ſi de metu, deque periculo ſermo eſt. Unde etiam eſt, quod clamor requiritur in *l. 4. ſ. 1. ad L. Aquil.* Nempe, ut tentet deprehenſor, an deprehenſum non ſolo clamore in fugam conjicere queat *V. M. ſ. 18. ad L. Aquil.* Quare reddidimus *formidabili ſub ſpecie.* Quod ejusmodi hoſpes armatus deprehenſus fuerit, quod clamorem non curaverit. Attamen cum in occiſore dolus malus, proprie non adſit, ipſeque audax hoſpes nocturnus in periculum ſe conjiciat, exceſſus domini ædium tantum extraordinaria pœna notatur *vid. præj. apud* STRYK. *d. l.* CARPZOV. *Qu. XXXII. n. 40. ſeq.* Ceterum imperator

Pœna exceſſus in cæde furis nocturni.

Digitized by Google

tor non exſerte de furibus loquitur, ſed in genere dicit: ſo jemand einen bey nächtlicher u. ſ. w. Ergo eadem ratio erit: Wenn jemand Ehebrechens, Mordens oder Verrathens wegen bey der Nacht einſteiget, einbricht *vid.* SCHILTER. *§. 46. Exercit. XLIX.* Secus dicendum, ſi inermis improbæ meræ curioſitatis cauſa, clam ſe dirigeret in proximi ædes tempore nocturno. Nec enim hic deprehenditur gefährl. Weiſe.

*2 Remittatur hic caſus ad *Art. CXXXVI.* ubi & nos eundem expoſuimus.

§. 13. Duplex vitium Imperator notat in textu noſtro: Primo quod judices ſui ævi regulas ſibi effingant generales, nec diſtinguant diſtinguenda *1 in caſibus. Deinde quod aliquando ex intempeſtiva miſericordia, *2 falſaque religione ſceleratos promeritis pœnis eximant iisque parcant. Inde fieri, ut vel miſero delinquenti e primo, vel Reipublicæ ex ſecundo hoc præjudicio, valde noceatur. Prudentem itaque judicem merito ſibi ab his omnibus cavere, vel ſi propriis viribus fidere non poſſit, ad conſilium prudentum confugere debere. **Duo judicum criminalium vitia.**

*1 Sine diſtinctione legem applicare, eſt eandem abſurde, imo aliquando etiam impie, atque perverſe contra intentionem Legiſlatoris applicare. Craſſiora hujus rei exempla adducit PUFEND. *L. V. XII. de J. N. & G.* v. c. ſi quis legem de non effundendo ſanguine, ad ſectionem venarum a Chirurgo factam cum Monachis extenderet. Erat hoc vitium, inter alia plura, proceſſus contra ſervatorem inſtituti, dicebant enim Judæi ſe habere legem, & ſecundum hanc illi moriendum eſſe, ſine conſideratione, ſineque diſtinctione circumſtantiarum in facto emergentium, an legi in præſentiarum locus foret, annon foret. **De judice bruto & audaci.**

*2 Hoc vitium priori oppoſitum eſt, illud enim literæ ſcriptæ omnia, prudenti ratiocinationi nihil tribuere vult, hoc viciſſim de legibus judicandi, illas reſtringendi, vel iisdem plane derogandi ineptum & audax arbitrium, con- **De vano periculoſo & intempeſtive miſericorde.**

Digitized by Google

Philoſophia ſobria circa pœnas capitales 1) an abrogandæ 2) an multiplicandæ 3) exacerbandæ.

conſcientiæ religionisque prætextu ſibi arrogat. Graviter reprehendit hanc arrogantiam Imperator noſter, quod ſit magnum peccatum coram Deo & hominibus. Circa pœnas capitales noſtra ætate diſputari cœpit, an recte juſteque uſu frequententur in republica Chriſtianorum. Negandum id ſibi ſumſit, qui ſub nomine *Juſtiniani Clementis Leucopolitani* latere voluit. Scopus ipſius eſt, ut loco pœnarum ſanguinis, condemnationes ad operas perpetuas principibus commendet, tamquam magis efficaces & Reipublicæ utiles. Aliorum doctrina eſt 1) pœnas capitales non poſſe præſenti rerum ſtatu plane tolli, 2) non facile tamen eſſe multiplicandas, ſufficere enim pro atrocioribus criminibus paucas, 3) omnium minime vero bono Legislatori convenire pœnas, quæ non tantum vitam auferunt delinquenti, ſed vehementiſſimo cruciatu inſuper affligunt eundem. His & nos ſubſcribimus. Nam quod forte a Chriſtianiſmo duci ſolet argumentum contra ultima ſupplicia, id tunc demum vim ſuam exſeret, quando homines præter nudum Chriſtiani nominis abuſum, quo vane gloriantur, ipſa quoque Servatoris noſtri ſanctiſſima præcepta curæ cordique habebunt. Interim temperamentum pœnarum capitalium, cum circa numerum, tum circa modum easdem exercendi, ipſæ regulæ ſanæ rationis commendant. „Secundum has ita diſſerit STOBÆ„US *ſermon' XLIV. de magiſtrat. Ignorant.* (nempe Ma„giſtratus) *quod maximum eſt, & quod adverſus reos pro„nunciaturum ſcire oportebat, ſcilicet quod mors ipſa ab „iis, qui conſtituerunt primum, non ceu malum aliquod ſon„tibus impoſita eſt, ſed tanquam extremum præſidium & „loco medicamenti, pro illis, qui malitia abſolvi nequeunt, „ut hoc ſaltim modo quoniam aliter fieri non poteſt, in præ„ſentia liberati malitiæ vinculo ipſam effugiant.„* Unde SENECA *L. 1. c. 16. de ira* juſtum benignumque judicem ex neceſſitate capitaliter animadvertentem, ita reum alloquentem introducit: „ *Tibi inſanabilis* animus *eſt, & ſcele„ribus ſcelera contexens: jam non cauſis, quæ nunquam malo „deſu-*

Digitized by Google

„defuturæ ſunt, impelleris, ſed ſatis tibi eſt magna ad pec„candum cauſa, peccare. Perbibiſti nequitiam, & ita viſceri„bus immiſcuiſti, ut niſi cum ipſis exire non poſſit. Olim mi„ſer mori quæris, bene de te merebimur: auferemus tibi iſtam, „qua vexaris, inſaniam; & per tua alienaque volutato ſcele„re, id, quod unum bonum tibi ſupereſt, repræſentabimus, mor„tem.„ Præcipue vero illud animi vitium apud judices obſervamus, quod puniendi officium ex affectibus, præconceptisque opinionibus metiantur, nec in univerſum crimina, juſta & æqua ratione deteſtentur, ſed alter in homicidas ſæviat, alter in adulteros detonet, alter furum immitis Rhadamantus apparere velit, reliqua delicta autem ad vulgo ſic dicta peccatella referat. Sed hi omnes graviter admonentur ab Imperatore: Daſs ein jeder Richter bey ſeiner Seelen Seligkeit *gleich* und Recht zu richten ſchuldig. Ceterum illud minime prætereundum, quod in intempeſtive miſericordes, Imperator nec pœna corporis afflictiva, nec regulariter plus noxia, quam utili, infamiæ pœna animadvertat, nec pro FALSARIIS, declararit eosdem, uti quidam, in diſſertationibus ſuis de hoc crimine contendunt. Ad quos tamen apprime quadrant, quæ ERYTER. *pag. 238. Part. I. pinacoth.* de FARINACIO narrat, *quod ſeveriſſime in aliis peccata vindicaverit, in quibus ipſe princeps habebatur.* Verum Cæſar noſter de judicibus aberrantibus ſancit tantum: daſs ſolche dem Ankläger Wiederkehrung zu thun ſchuldig. Nec obſtat *l. 79. ʃ. 1. de judic.* quaſi judex, qui lenius judicavit, jure conſtituto infamis fiat. Nam 1) Carolus noſter, nos non remittit ad jus civile in præſenti caſu, ſed ipſe ſtatuit, quid obtinere debeat, ergo iniquum foret aliunde, quam ex Carolina noſtra adhuc pœnas corrogare 2) *d. l. 79.* non in univerſum infamiam irrogat, ſed NONNVNQVAM, ſi forte dolo malo judex leges in mitiorem ſenſum torquet, atque inflectit, *confer.* RHEZ. *diſſ. de miſeris intempeſt. Vol. I. p. 143. n. 26.* Unde jus quoque Romanorum diſtinguit inter judicem ex imperitia, (impru-

De judice prave diſtinguente.

Pœna judicis intempeſtive miſericordis an infamia, an talis judex falſarius habendus.

 dentia)

dentia) vel quod idem eſt ex inani conſcientiæ formidine, intempeſtivaque miſericordia male judicantem, & illum, qui ex propoſito conſtitutiones principum inſuper habet, velutique diſſimulat. Prout nullo negotio deprehendet, qui *tit. inſtit. de obl. ex quaſi del.* cum aliis textibus v. c. *in tit.* ad *L. Cornel. falſ.* & *tit. C. de pœn. jud. qui male judic.* contentis, collaturus eſt. Nec aliter, quam diſcrimine a dolo culpaque deſumto ſolide ſecerni poſſunt quaſi delicta a veris Dn. THOMAS. *p. 6. de action. adverſ. jud. imperit. judic.* Maneat ergo certum atque inconcuſſum; *Judex dolo delinquens præter reſtitutionem damni infamia, vel aliis etiam pœnis coërcetur; qui autem citra dolum aberravit, non æque. vid.* THOMAS. *p. 16. d. l.*

Deciſio quæſtionis.

ARTIC. *CLI.*

Wie die Urſachen, ſo zu Entſchuldigung bekantlicher That fürgewendet, ausgeführet werden ſollen.

Wo jemand einer That bekäntlich iſt, und derhalben Urſachen angezeigt, die ſolche That von peinlicher Straff, entſchuldigen möchten, als worbey jeder geordneter peinlicher Straff, wie und wann die entſchuldigt wird, geſetzt, ſo ſoll der Richter den Thäter fragen, ob er ſolche ſeine fürgegebene Entſchuldigung gnugſam beweiſen könte: So er denn das durch ſich förderlich zu thun erbietig iſt, ſo ſoll er, was ſie für Entſchuldigung ſolcher That halb weiſen wolten, durch Rechts-verſtändige Leut, oder durch den Gerichtſchreiber, in Gegenwärtigkeit des Richters, aufzeichnen laſſen: So dann der Richter mit gehabtem Rath der Rechts-verſtändigen dieſelben Weiſungs-Articul dafür erkannt, wo die bewieſen würden, daß dieſelben angezeigten Urſachen, die beklagte und bekanntliche That von peinli-

peinlicher Straff entſchuldigten: So ſoll der Thäter auf ihr Anſuchen mit ſolcher erbotenen Beweiſung, auch was der Ankläger dienſtlicher darwieder beweiſen wolte, zugelaſſen, auch durch dieſelbe Oberkeit deshalb Kundſchafft-Verhörer und anders verordnet, gehandelt und gehalten werden, wie vor im 62. Articul, anfahend, Item, wo der Beklagt, &c. und etlichen Articul darnach, von Form und Maaß der Weiſung, geſetzt iſt, ſammt etlichen hernachfolgenden Articuln, ſo es zu ſchulden kommt, angeſehen, und darnach gehandelt. Wo gezweiffelt würde, ſoll Raths, wie hernach gemeldet wird, gepflegt werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CLI.*

§. 1. Articulus CLI. & ſequens CLII. non ad homicidium, ſed ad officium judicis in genere pertinent. Scilicet judicis criminalis eſt Cæſare jubente 1) ut rei crimen confeſſi exceptiones audiat 2) reum, an illas probare poſſit, interroget *1 3) eaſdem per actuarium, vel hominem juris peritum *2 annotandas curet 4) ipſas adhibitis in conſilium juris ſapientibus ponderet, æſtimet *3 utrum probatæ confeſſum a pœna criminali liberaturæ ſint. Tandemque 5) hujus indolis & efficaciæ easdem deprehendit, ut reum ad probandum admittat, & hanc probationem ſervato juris ordine, reprobatione accuſatoris ſcil. peragendam curet. Quodſi dubium aliquod emergat, judex ſciſcitatum ire debet e JCtis, quid conſilii capiendum. *4 *De officio judicis circa allegata rei æſtimanda.*

*1 Plane ſi reus ſtupidus, hebetioris ingenii, judex circa ipſas allegationes miſerum juvat, ne forte ex ſimplicitate optima exceptionum momenta prætervideat *vid. ſupr. Art. XLVII.* *De reo ſimplici.*

*2 Alternative in textu: Durch Rechtsverſtändige Leute, oder *De protocolli ſcriptore.*

oder durch den Gerichts-Schreiber. Unde colligeres: Protocollum criminale non a ſolo actuario, ſed & ab alio homine fide digno & juris gnaro præſente judice ſcribi poſſe. Interim cum in aliis Articulis vi XLVII. CLXXXI. ſeq. ſcribendi officium in ſolum actuarium transſcribatur, protocolla in foro criminali conſcribi debent ab actuario jurato. Quod ſi abſit, vel ægrotet, ab alio viro idoneo, qui ad acta JURAVIT.

An opus transmiſſione actorum.

*3 Hujus quæſiti cauſa raro transmitti ſolent acta, nec præciſe ita præceptum, ſed judex tantum ſecum reputat rei allegata, ni eadem rejicere velit, de quo *ad Artic. ſeq.*

Nævus compilatoris articuli.

*4 Ceterum nimia eſt compilatoris negligentia hujus Articuli in fine verbis: Geſetzet iſt ſammt etlichen, uſque ad: Gehandelt, quæ ſenſu carent.

§. 2. Ceterum ex textu articuli probatur quidem judicem ex cauſa per alios quidem viros honeſtos, protocollum conſcribendum curare poſſe, non autem, quod ipſe ſcribere poſſit.

ARTIC. *CLII.*

So des Thäters gegebene Weiſungs-Articul nicht beſchlieſſen.

Wo aber die obgemeldeten Weiſungs-Articuln durch den Richter mit gehabtem Rath der Verſtändigen dafür erkannt würden, ob gleich ſolche erbothne Weiſung geſchehen, daß die dannoch nicht dienlich zu des Thäters Entſchuldigung wär, ſo ſoll die Weiſung nicht zugelaſſen, ſondern aberkannt, und alsdann durch den Richter und Gericht, da der Thäter innen läge, mit förderlichem Rechten weiter gehandelt werden, wie ſich gegen einem ſolchen bekenntlichen offenbahren Thäter gebührt.

Notæ

NOTÆ AD ARTIC. *CLI. CLII.*

De officio judicis circa allegata rei irrelevantia.

§. 1. Quod ſi allegata & exceptiones rei confeſſi adhibito jurisprudentum conſilio *1 nihil ad ſtatum cauſæ facere deprehenduntur, nec ex illorum probatione ullum pro reo præſidium ſperandum: judicis non eſt probationem rei inanem admittere, & teſtes nominatos ab eodem audire, ſed ea agere, quæ reſtant contra delinquentem confeſſum *2 & notorium.

Quæ judicia conſilium petere non tenentur.

*1 Ad hoc conſilium Cæſar judicem ablegavit in Artic. CLI. Ergo nil e ſuo cerebello decidere debet, niſi ſit ſuperior: ein Hoffgerichte, Regierung. Nam talia ſtatuum imperii judicia nulla lege imperii coguntur ad actorum transmiſſionem. Modo ipſi non plane contra ſubſtantialia proceſſus quid audeant, de quo *infra ad Artic. CCXIX.*

An omne omnis rei vanum allegatum rejiciendum.

*2 Agit quidem Cæſar diſerte de reo *confeſſo & notorio*: Bekannten und offenbahren Thäter, ut dicitur in textu. Interim aliorum reorum, qui nondum confeſſi, in hac ſpecie eſt eadem ratio, nec credendum a Cæſare hic ſtatuta ex ſingulari in confeſſos odio. Allegatio fruſtranea eſt ubique fruſtranea, nec in ullo judicio attendenda, nec in ejus probatione per vana juramenta teſtium nomen Dei unquam ſumendum in vanum. Itaque nemo ſive in civili, ſive in criminali judicio habet, quod quæratur, ſi probatio ipſius rejecta, ſi teſtes defenſionales non auditi fuerint, modo civiliter certum ſit omnem defenſionis probationem inanem fuiſſe & irrelevantem. Alias communis eſt, quod in dubio allegata rei ſint potius admittenda quam rejicienda *vid.* MEV. *Conſil. L. n. 31. LXV. n. 103.* MASCARD. *concl. CXXXII.*

Doctrina BEYERI *de defenſionibus.*

§. 2. Annotat hic defenſionis hodiernæ & veteris varias differentias BEYER, quas adjicere e re noſtra eſſe duximus.*

Et collatio veterum cum hodiernis.

*1) Ex Articulis noſtris concludit, quod olim moris eſſet, ut reus factum confeſſus judici ſuæ defenſionis capita ex-

 pone-

poneret atque recenſeret, hodie autem moris eſſe, ut ſine cauſarum ſpeciali allegatione, generatim conceſſionem defenſionis petat. 2) Hoc plane ampliari, ut licet reus aperte dicat, ſe neſcire qua ratione ſe defendere poſſit, nihilominus pro tortura, vel capitali pœna avertenda, ipſi ex officio defenſor hodie adjungendus ſit, cum olim ſummarie tantum reum pro ſua defenſione interrogaret judex *Art. XLVII. ſupr.* 3) Olim fundamenta, quæ reus allegabat, a ſcabino, vel actuario, in Articulos certos deſcripta fuiſſe, hodie vero id negotii advocato defenſorique datum eſſe. 4) Olim judicem vel certe ejus commiſſarium, teſtes defenſionales, examinaſſe. confer *ſupr. Artic. LXXIV.* verbis: ſo denn den Richter u. ſ. w. Hodie autem Notarium ad examinandum adhiberi poſſe. Enimvero licet regulariter 1) judex curam quondam defenſionis habuerit, & reus ipſi momenta defenſionis expoſuerit, judex autem deinde eadem in Articulos redegerit, ponderaverit atque e conſilio prudentum ſuper illorum admiſſibilitate ſtatuerit. Nihilominus tamen olim quoque licuit adhibere defenſorem, ſive einen Fürſprecher *vid. c. LXXIV. Specul. Svevic.* Hinc dicitur apud WINDEG. *c. 137.* wer zum Hof-Gericht ſtehet und gefordert wird zu einen Fürſprecher, der da ſein Genoſs iſt, der muſs ihm ſein Wort ſprechen. Itaque ſi quis reorum ad defenſorem provocare, quam ſibi confidere maluerit, ſane petere potuit, ut defenſor defenſionis capita congereret, atque judici articulatim exhiberet, ut proinde diſcrimina *n. 1. 3.* non videantur univerſalia eſſe. Porro e diplomatibus conſtat v. c. e diplomate Friderici IV. quo Notarium creat, quod novo Notario Petro Franciſco collatum fuerit officium JUDICIS ORDINARII & Notarii, per omnes mundi terras, quæ Romanum profitentur imperium &c. *vid.* VGHELL T. *II. p. 938.* Igitur probabile eſt, quod quondam teſtes quoque examinare potuerint. Ut adeo certa non ſit differentia quarta. Pergit BEYER, quod olim poſt examen peractum ignorata

Judicium de his, de defenſore olim

de notariorum uſu olim hodieque hic.

rata fuerit prolixa innocentiæ deductio, qua hodie imprimis ſe efferunt cauſidici. Circa hoc non adeo repugnamus. Interim Clericos aliquando ad deciſiones cauſarum ſuarum, transmiſſis actis reſponſa cum rationibus expetiiſſe jam Seculo XIV. patet e formula Reſponſi a Doctoribus canonicis conſcripti *P. I. p. 142. apud* LEVCKFELD. *in Walkenried.* Quamvis in foro criminali ſeculari ut verum fatear, ſimile quid nondum obſervaverim. Ulterius notat BEYER 1) quod Cauſidici noſtri ſeculi, magis curam habeant lenociniorum in verbis floridis ad affectum judicis ciendum, quam ponderum rationum, quæ judicis intellectum inſtruant 2) quod allegata legum & Doctorum, inſuper habitis argumentis æquitatis, quæ leges interpretentur, cumulent, officium judicis circa juſtitiam, confundant cum principis poteſtate circa gratiam delinquenti impertiendam. Nos addimus 3) quod in partem adverſariam, v. c. occiſum in homicidio, nimium quantum invehantur, in laudes clientis ſui autem immodice evagentur 4) quod præſumtiones in utramque partem diſputabiles, cum veris probationibus in gratiam inquiſiti commiſceant 5) quod teſtimoniis generalibus & injuratis amicorum de vita inquiſiti ante acta abutantur 6) quod probabilitates contra inquiſitum non admittant, textuque juris de probationibus luce meridiana clarioribus loquente, nimium quantum ſe efferant & illum ad abuſum trahant 7) quod minutiis, & anxiæ formæ proceſſus plus juſto inhæreant 8) teſtimonia teſtium probatorialium cavillatorie ſæpius anatomizent, captioſiſſima interrogatoria forment, talemque diſtinctiſſimam omnium minutiarum teſtium probatorialium ſcientiam deſiderent, quæ vix a ſpectatore alicujus actus exſpectari, aut in virum alias bonum cadere poteſt. 9) Quod indicia, quæ conjunctim circa factum contra inquiſitum pugnant, ſeparent & ſeorſim excutiant, quaſi ſufficeret: ſingula non probare. Cum tamen indicia jungenda ſint, & in criminalibus etiam obtineat regula:

De defenſorum artibus.

quæ ſingula non concludunt, conjunctim concludunt. *Artic. XXVII. ſupr.*

ARTIC. *CLIII.*

Uber wen die Atzung in obgemeldter Ausführung gehen ſoll.

Wo aber einer jemand entleibet håt, deshalb in Gefängniß kåm, auch der Entleibung bekånntlich wår, und doch der vorgemeldten Urſachen eine oder mehr, die ihn ſolcher Entleibung halb, gar oder eines Theils entſchuldigten, mit Kundſchafft, wie darvon geſetzt iſt, ausführen wolt: So ſollen des Beklagten Freund dem Klåger zufórderſt, vor dem Richter und vier Schóffen nach Ermeſſung derſelben, nothdúrfftiglich Caution, Sicherung und Beyſtand thun, ob ſich ſolch fúrgebene Entſchuldigung des Beklagten in der Ausführung mit Recht nicht erfúnde, daß dann des Beklagten Freund die Atzung des Beklagten, auch dem Klåger Koſt und Schaden, nach Ermeſſung deſſelben Gerichts ausrichten wollen, darinn derſelbig Klåger, durch die unterſtanden unerfindlichen Ausführung der berúhmten Entſchuldigung bracht wúrde: Damit gedencken wir zu fúrkommen, daß der Klåger durch berührte unwarhafftige und betrúgliche Auszúg nicht zu Schaden bracht werde. Und ſollen in dieſem Fall der berúhrten Måßigung dieſelben Schóffen und Urtheilſprecher bey den Rechtsverſtåndigen, und an Enden und Orten, wie hernach gemeldet wird, auch Raths pflegen.

NOTÆ AD ARTIC. *CLIII.*

De cautione ab agnatis ali- §. I. Ne temere, accuſati facinus confeſſi, ad varias exceptiones confugiant, atque ita inanibus ſumtibus

tibus accuſatorem onerent, jubet imperator, ut cognati accuſati, caveant *1 de refundendis in caſum ſuccumbentiæ expenſis accuſatori. * Quantitatem vero cautionis prudens judicis arbitrium definit. *3 quando accuſatori præſtanda.

*1 Sine dubio ſupponendus eſt caſus, ubi accuſatus pauper. Nam ſi ipſe habet, unde ſumtus accuſatori reſtituere poſſit, non opus videtur cognatorum ſatisdatione.

*2 Ex hoc Articulo colligo 1) quod delinquens, qui crimen fatetur, nec prolixam inanemque defenſionem prætendit ſed patienter pœnam capitis ſubit, expenſas accuſatori ex mente Cæſaris, perque argumentum a contrario, non refundat 2) quod vice verſa reus confeſſus vana defenſione uſus, a TEMPORE defenſionis ſuſceptæ, teneatur ad refundendas accuſatori expenſas, licet capitali ſupplicio affectus ſit, per verba: durch die unterſtandene unerfindliche Ausführung u. ſ. w. Unde ſimul 3) colligo, quod accuſatus non ulterius, nec quoad reliquas expenſas ante moram, quam inani defenſione fecit, ab accuſatore erogatas, ad refuſionem teneatur. De expenſis autem executionis dicetur *infra Art. CCIV.* quod has ferat judicium. Quas expenſas reus accuſatori refundat, aut non refundat, etiam capitis damnatus.

*3 Dicitur in fine: der Mäſſigung wegen Rechts pflegen. Unde concluditur, quod moderatio expenſarum in criminalibus petenda ſit a Collegio aliquo Juridico.

§. 2. Cautio autem agnatorum ex collatione hujus articuli cum *ſequ. Artic.* ex mente Carolinæ videtur eſſe neceſſitatis, ut etiam ab invitis exigi poſſit. Præcipue ſi jungimus h. artic. cum *articulo CCXIX.* Quod uſu forenſi nec in proceſſu accuſatorio, nec inquiſitorio obtinet *vid. infra Art. fin.* §. 4. *2 Niſi ſponte agnati rei defenſionem ſuſcipere velint. Quamvis in proceſſu inquiſitorio nec in hac ſpecie judici caveant, ſed ſuis ſumtibus agnatum defendant. Agnati an hodie pro reo agnato caveant.

§. 3. Certe ex hoc articulo non poteſt procudi regula: *quod accuſatus victus, in genere accuſatori victo-* An ex art. 153. fluant regulæ generales de expenſis.

victori præſtet expenſas. Nam hoc ne quidem in civili judicio verum eſt. Non tantum veritate, ſed etiam SPECIE VERI, carere debent TEMERARII litigatoris allegata, ut in expenſas condemnetur. Nec in univerſum aſſeri poteſt: ad mortem damnatum, condemnandum eſſe in expenſas per Carolinam. Ita enim nullibi in illa, nec in accuſatorio, nec in inquiſitorio proceſſu. Nec in hoc ipſo articulo noſtro, qui intra terminos accuſati: der unwarhaffte und betrügliche Aufzüge machet, ſubſiſtit.

ARTIC. *CLIV.*

Von groſſer Armuth, deß, der ſich obgemeldter maſſen defendiren wolte.

Wäre aber der Beklagte ſo gantz arm, auch nicht Freunde hätte, die jetztgemeldte Caution, Sicherung und Beſtand zu thun vermöchten, und doch zweifelich wäre, ob er ſeiner beſchuldigten Entleibung halben redliche Entſchuldigung hätte; ſoll ſich der Richter, nach Geſtalt der Sachen, mit allem Fleiß, ſo viel er kan, erkündigen, und der Obrigkeit ſolches alles ſchreiben und Beſcheid deshalben erwarten, alſo, daß ſolche Erkündigung in dem Fall Amptshalben, auf des Gerichts, oder deſſelben Oberkeit darlegen und Koſten beſchehe.

ARTIC. *CLIV.*

Poſt hunc Articulum inſeruntur quædam in projecto Ann. 1521. ſed explicatius in projecto An. 1529. ſcilicet ſub rubro Art. CLXII.: So einer um Entleibung peinlich beklagt wird, und deshalben Entſchuldigung ausführt.

Item, ſo einen jemand unleugbar entleibt hätte und

und beklagt würde, und doch ſolcher Entleibung halben, Urſachen fürbrächte, daſs er mit Recht nicht peinlich geſtrafft werden ſolte, alsdenn ſoll dieſelbe Sache zwiſchen beyden Theilen bürgerlich gerechtfertiget werden, und die Partheyen dem Richter Pflicht und nothdürfftig Caution oder Beſtand thun, ſolchen Austrag vor den Richter und Schöpffen zu nehmen und zu geben ohne Weigerung doch daſs keiner Parthey, die Appellation nach Gewohnheit und Freyheit aus jedem Gerichte damit abgeſchnitten, noch bekommen ſeyn ſoll. Und ſollen in dieſen Fällen ſolcher ihrer Erkänntniſs halben, Richter und Schöpffen auch vorgemeldter ihrer Obrigkeit und Verſtändigen Raths pflegen.

NOTÆ AD ARTIC. *CLIV.*

§. 1. Continet hic Articulus ſupplementum præcedentis, unde ſcilicet ſumtus ſumendi, ſi reus pauper ſit, nec amici, vel cognati cavere velint. Reſpondet Cæſar, quod nihilominus defenſio ipſi concedenda & expenſæ ab ipſo Magiſtratu ſuppeditandæ ſint. **Unde ſumtus criminales ſi reus pauper.**

* Nec aliter fieri poteſt ex rei natura. Modo res dubia aliquatenus ſit. Nam ſi aperte conſtet, quod frivola & falſa ſit allegata defenſionis cauſa, fruſtranei ſumtus utique ſuppeditandi non videntur. Propter verba: und doch zweifelich wäre. Quamvis cautius agat judex, qui hic ſuperiorem ſuum conſulit, ut ipſe textus indicat: und der Obrigkeit u. ſ. w. **Quod ſi aperte frivola defenſio?**

§. 2. Pauper autem in criminalibus dicitur: qui nihil plane habet. In civilibus: qui juramentum paupertatis præſtitit. Cum illo itaque durius tranſigitur, ut ad paupertatis juramentum non admittatur, in ipſi non relinquantur v. c. 80. floreni, ut alias in formula juramenti paupertatis hinc inde definitum. *vid. plur.* MARTINI *ad tit.* 1. §. 3. *proc. Saxon. & in Annal. ibid.* **Quis pauper in jure.**

Art.

ARTIC. *CLV.*

So einer in der Mordacht wär, in Gefängniß käm, und ſein Unſchuld ausführen wolt.

Wo einer in Gefängniß käm, der darvor in die Mordacht erkannt wär, wie an etlichen Orten Gewohnheit, und in der Gefängniß ſeine Entſchuldigung, wie in den vorgemeldten Articuln von den Entſchuldigungen geſetzt iſt, auszuführen ſich erböte, der ſoll, unangeſehen, daß er hievon in die Mordacht erkannt wäre, mit beſtimmter Ausführung zugelaſſen werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CLV.*

Quid ſi bannitus prehenditur.

§. I. Nova ſpecies adducitur in argumento defenſionis, nempe banniti, ſtatuiturque, quod etiam in bannum declaratus, ſi dein capitur, non obſtante ſententia in ipſum lata, ſuam innocentiam deducere poſſit. *

Quis ergo banni directi effectus.

* At, inquis, cui bono proceſſus banni, ſi defenſio integra manet bannito? ℟. bannum tamen operatur præſumtionem contra bannitum, quod delictum commiſerit, alias enim contumaciter non emanſiſſet. Itaque bannitus accuſatore quoque nihil probante non abſolvitur, ſed quæſtioni ſubjicitur CARPZ. *qu. CXL. n. 103.* Niſi probabiliter contumaciam excuſare atque indicium inde deſumtum elidere, vel alias innocentiam ſuam probare poſſit. Quamvis rectius dicatur, quod facto eveniente omnia committenda ſint prudentis judicis arbitrio, qui fugæ cauſas æſtimabit, & ex regeſtis, protocollis, actisque reliquis, quatenus bannitus gravatus ſit judicabit. Minimum lex Carolina nihil habet hic de tortura, propter ſolam contumaciam, abſenti deprehenſo applicanda. Ceterum ubi proceſſus banni non eſt in uſu, nec tamen ſecundum *tit. ff. de Requir. reis* bona abſentis ſimpliciter annotantur, nec proceſſus fuga pendente quieſcit, ſed reus varie 1)

ad

ad dicendam cauſam 2) peremtorie 3) ſub pœna confeſſi & convicti citatur & tandem pro confeſſo & convicto declaratur: ibi reo dein capto pariter permittitur probatio innocentiæ, ut tamen criminis reus interea valde veroſimiliter præſumatur. Niſi contra declarationem pro confeſſo & convicto, ſemel in judicio factam, impetret reſtitutionem in integrum, v. c. ex eo, quod citatio non pervenerit ad ipſius notitiam, hac enim impetrata omnia beneficia reorum recuperat, ut ordo noſter cenſuit ante aliquot annos in cauſa cujusdam fugitivi. *Quomodo, proceditur, ubi banni nullus eſt uſus?*

§. 2. Cetera proceſſus contra abſentes delinquentes hodie non ubique convenit. Nam in textu noſtro de banno dicitur tantum: wie an etlichen Orten Gewohnheit iſt. Sane 1) de SAXONIA conſtat, quod ibi proceſſus banni inſtituatur, de quo late KEYSER *in praxi crimin.* 2) In MARCHIA quoque banni uſum agnoſcit BRVNNEM. ut abſens poſt declarationem pro confeſſo & convicto citetur, ad videndum ſe banniri *vid.* EVND. *in proceſſ. inquiſ. c.8. Membr. VI. n.*38. 3) De ALEMANNIA ſeu Suevia refert SIGISMVND. WITTVM *Conſil. V. criminal: p.*386. der Abweſende würde viermahl citiret und hernach ſeines Bürger-Rechts verluſtig erkläret, auch ewig verwieſen, die Unkoſten aus ſeinem Vermögen genommen, und das übrige, Weib und Kindern gelaſſen. 4) De Comitatu TYROLENSI atque vicinis noſcimus ex FROELICHIO *p.* 317. *P. II.* quod reus abſens, vel relegetur, vel banniatur: entweder ewig verwieſen, oder in Fürſtliche Ungnade verfällt, und aus den Frieden in Unfrieden geſetzet wird. 5) Epiſcopatus WVRZBVRGENSIS admittit bannum etiam in cauſis civilibus in caſu extremæ contumaciæ KIRCHGESNER *p.* 177. 193. 6) MVHLHVSII abſens aliquoties citatur: *Praxis variorum locorum.*

zu hören und zu ſehen, daſs er um ſeines Ungehorſams willen in die Acht erkläret werde, oder Urſachen anzuführen, warum es nicht geſchehen könne. Dein contumax declaratur pro bannito. Aſt ſi dein deprehenditur nihilominus auditur, ſi cauſas alleget ut *in Art. Mühlhuſ. p. o.* II. *tit. XI.* In provinciis Auguſtæ domus B. L. proceditur, ut jam in not. *ad* §. *præced.* adduximus *verſic.* ſed reus varie. Formulam ſententiæ Anno MDCCXVI. M. Novembr. poſt tertiam citationem ſub pœna confeſſi & convicti fruſtra publice affixam, ita concepimus: daſs der geflüchtete N. nunmehro der ihm angeſchuldigten delictorum wegen pro confeſſo & convicto zu erklären, auch im Fall er wieder betreten werden ſolte, nach Verdienſt allerdings zu beſtraffen; die bisherigen Unkoſten aber, da weder Ankläger, noch ſo viel, daſs ſie aus des Fugitivi Vermögen erhoben werden könten, verhanden, müſſen die Gerichten als ein onus jurisdictionis über ſich ſelbſt ergehen laſſen v. r. w.

De provinciis B. L.

Formula ſententiæ

rum in provinciis B. L.

* Recordor etiam alius formulæ, qua in Collegio Anno MDCCXXI. M. Maji uſi ſumus in cauſa: eines Officiers, der einen andern Officier erſtochen, und nach erhaltenen ſicheren Geleite ſich in alle Welt begeben, das Krieges-Gerichte aber ihn ſo fort durch öffentlichen Trommelſchlag einmahl öffentlich citiret hatte. Unde cum jam ſemel citatus eſſet, pronunciavimus: Daſs Inquiſit in dreyer verſchiedenen Herren Landen noch zweymahl edictaliter, und zwar das erſtemahl bey Straffe Ungehorſams, das anderemahl aber ſub pœna confeſſi & convicti öffentlich zu citiren, ſo denn, wenn er beydemahl nicht erſcheinet, vor einen bekandten muthwilligen Todtſchläger, dieſemnach ſeiner in den Chur-Landen gehabten Ehren-Stellen und Charge, wie auch aller darinn genoſſenen Sicherheit vor verluſtig zu erklähren, aus

aus dem Frieden in den Unfrieden zu ſetzen, weniger nicht, im Fall er wieder darinn betreten werden ſolte, nach Verdienſt, als ein Todtſchläger zu beſtraffen ſey. V. R. W.

§. 3. Ubi autem proceſſus banni uſu ſervatur, ſi delinquens inquiſitione jam finita, ſententia ferali dicta & a principe cum præcluſione ulterioris defenſionis confirmata, aufugit, ridiculum foret: contra eundem proceſſum banni inſtituere, & ſub comminatione fugitivum ad ſubeundam ſcilicet v. c. patibuli, aut gladii pœnam citare velle. Verum hic pronunciatur: daſs der Geflüchtete bey gehegten peinlichen Halſs-Gericht dreymahl durch den Gerichts-Diener auszuruffen, und hernach, da er ſich ſogleich nicht ſtellet, ſo fort in die Acht, nach der daſelbſt gewöhnlichen Formul zu erklähren, und alles durch öffentlichen Anſchlag in dreyer Herren Landen bekannt zu machen ſey. V. R. W. Ita 1721. M. Octobr. Formul. ſent. ubi bannum in uſu.

ARTIC. *CLVI.*

Von Ausführung beſchuldigter peinlicher Ubelthat, ehe der Beklagte in Gefängniß kommt.

Wo ſich einer, ehe er in die Gefängniß kommt, eine peinliche Ubelthat, mit Recht ausführen will, das ſoll er thun an ordentlichen peinlichen Gerichten, wie in dieſen Fällen jedes Orts Recht und Herkommen iſt: und ſoll in dieſen Ausführungen beyden Theilen rechtmäßige Verkündigung geſchehen, auch beyder Theil nothdürfftige Fürbringen, Urkund und Kundſchafft, wie ſich in Recht gebühret, zugelaſſen, und nicht, wie in etlichen Orten Mißbrauch, abgeſchnitten werden,

Digitized by Google

und ſoll derſelbig zum Rechten für ungerechter Gewalt und nicht weiter vergleit werden.

ARTIC. *CLVI.*

ARticuli concluſi poſt verba: abgeſchnitten werden in utroque projecto 1521. 1529. ſequens eſt: So aber in dieſen Fällen, von der Urtheil die in der erſten oder andern Inſtantz geſprochen, als beſchwert appelliret wird, ſoll doch derſelbig appellirende Theil, ehe er ſolche ſeine Unſchuld endlich mit Recht ausführt, anders nicht denn zu auf, und von nothdürfftigen angeſetzten Rechts-Tagen und denn zwiſchen für peinliche Gefängniſs und rechtliche Straffe nicht von jemand vergleit oder verſichert werden mögen, es geſchehe denn ſeine Vergleitung mit ſeines Wiederntheils Wiſſen und Willen.

NOTÆ AD ARTIC. *CLVI.*

De defenſione rei ante cuſtodiam.

§. I. Subſtantia *1 Articuli eſt, quod criminaliter accuſatus, ſi ante capturam *2 innocentiam deducere velit, hanc deductionem peragere debeat coram judice criminali ordinario, modo in quocunque loco recepto & uſitato, ita ut judex partes rite citet, probationemque hinc inde admittat, minime vero more alicubi peſſime approbato, deneget. Licet ſalvum conductum, ultra defenſionem contra vim injuſtam, ipſi concedere non liceat. *3

Cur hic articulus otioſus.

*1 Si Articulum XI. relegimus, & Articulum LXXVI. denuo repetimus, cui uſui Articulus præſens CLVI. ordinationi noſtræ inſertus ſit, vix videmus. Nam primo, quod reus ſua defenſione audiendus ſit, ſalva accuſatoris contraria oppoſitione, tantum non centies dictum eſt, dein quod poſitis terminis habilibus reus præſens aliquando, abſens autem, ſi prehendi nequeat, vel ſi crimen

men levius, ſalvum conductum impetrare poſſit, jam ſatis indicarunt Articuli citati XI. & LXXVI. Ad quos & nos pro ratione inſtituti noſtri commentati ſumus. Ceterum e diſtinctione inter vim juris & facti, defendit MANZIUS combuſtionem IOANNIS HUSSI.

*2 Vel etiam poſt capturam, ſi dimiſſionem ſub cautione admittit, vel indiciorum, vel ipſius delicti levitas, aut excuſationum gravitas apparens.

*3 Inſpiciendus eſt tenor literarum ſalvi conductus, v. c. an habeant. Biſs was peinliches erkannt vel: biſs zum End-Urtheil. Cautela ſalvum conductum impetrantis.

§. 2. Illud quoque obſervandum, quod hic Articulus valde mutilatus ſit, ſi quis vetera projecta adjungit, prout eadem *ſupra* exhibuimus.

ARTIC. *CLVII.*

Von Diebſtahl, und zum erſten, vom allerſchlechteſten heimlichen Diebſtal.

So einer erſtlich geſtohlen hat unter fünff Gülden werth, und der Dieb mit ſolchen Diebſtal, ehe er damit in ſeine Gewahrſam kommt, nicht beſchrien, berüchtiget, oder betreten würde, auch zum Diebſtal nicht geſtiegen, oder gebrochen hat: und der Diebſtal unter fünff Gülden werth, iſt ein heimlicher und geringer Diebſtal, und wenn ſolcher Diebſtal nachmahls erfahren wird, und der Dieb mit oder ohne Diebſtal einkommt, ſo ſoll ihn der Richter darzu halten, ſo es anderſt der Dieb vermag, dem Beſchädigten den Diebſtal mit der Zweyfach zu bezahlen. Wo aber der Dieb kein ſolche Geldbuß vermag, ſoll er mit dem Kercker, darinn er etliche Zeitlang liegen ſoll, geſtrafft werden: Und ſo der Dieb nicht mehr vermag, oder zu wege bringen kan, ſo ſoll er doch zum wenigſten

ſten dem Beſchädigten den Diebſtal wieder geben, oder nach einfach Werth bezahlen, oder vergleichen, und ſoll der Beſchädigte mit derſelben einfachen Vergleichung des Diebſtals (aber mit der Ubermaß nicht) der Obrigkeit Geldbuß vorgehen: Doch ſoll der Dieb im Auslaſſen ſeine Atzung, ſo er in der Gefängniß gemacht hat, auch zu bezahlen ſchuldig ſeyn, und den Bütteln, ob er es hat, ihren gewöhnlichen Gebühr für ihre Mühe und Fleiß entrichten, und zu dem allen nach der beſten Form um Enthaltung Willen des gemeinen Friedens ewige Urphede thun.

ARTIC. *CLVII.*

POſt zweyfach zu bezahlen in Norico additur: anders, und mag der Richter von der Obrigkeit wegen, auch als viel (ergo duplum) vom Dieb nehmen, als er dem Beſchuldigten giebt und ſoll der Richter dazu den Dieb im Kercker an dem Leib ſtraffen und nachfolgends des Lands verweiſen, lang oder kurtz nach Gelegenheit der Perſohn und Sachen; wo aber der Dieb keine ſolche Geldbuſſe vermag, ſoll er deſto härter im Kercker am Leibe geſtrafft werden. Inde nota 1) olim quoque notum fuiſſe duplum non ad actorem, ſed ad magiſtratum ſpectans 2) non abſurde habitum quondam aliquem, ære, carcere, relegatione ſimul punire ob unum factum 3) pœnam carceris habitam fuiſſe pro pœna corporis afflictiva.

Tria notabilia e project.

NOTÆ AD ARTIC. *CLVII.*

Pœna furti primi ſimplicis.

§. 1. Sequitur tractatio de furtis. * 1 Regula prima hic traditur; fur, qui prima * 2 vice rem, quæ infra quinque ſolidos * 3 communiter * 4 æſtimatur, abſtulit, * 5 nec vim adhibuit effringendo, * 6 vel adſcen-

ſcendendo, nec ante *7 quam rem ad locum deſtinatum pertulit, deprehenſus eſt, duplum læſo, judicique *8 mulctam perſolvito, ſi non habet in ære carcerem ad tempus intrato. *9

*1 Crimen furti jure civili vel civiliter actione ad duplum, aut quadruplum inſtituta, vel extraordinaria animadverſione, inſtituta accuſatione coram præfecto vigilum coërcebatur, ut conſtat ex *l. 56. §. 1. de furt.* & apertius ex MATTHÆI *p. 102. ſeq. de crim.* Franci quondam furtum hominis ultimo ſupplicio, aliarum rerum autem v. c. bovis, vaccæ, reſtitutione quintupli puniebant *vid. L. VI. Capitular. c. XVIII.* ſed Burgundiones bovis, caballi, & vaccæ furta capitalia eſſe volebant *tit. IV. LL. Burgund.* Bavari, Saxones & Suevi, *vid. tit. VIII. §. 8. LL. Bajoar. Spec. Sax. L. II. Art. 13. Spec. Suevic. Art. 148.* rem nummarie æſtimabant. Et quidem Bavari rem X. Saxones III. Suevi V. Schillingis æſtimatam ablatam eſſe, ad pœnam capitis decernendam ſufficere putabant, Bremenſes, vid. *Ordel. 102. inſtat. MSt. Brem.* ſi fur furatus 2 Marck, ſuſpendium decernunt. Sin infra hanc ſummam: ſchall man ön mit enen gleenden Schlötel in die Backen bernen, und he ſchall de Stadt verſchwehren. Sed hoc jure antiquo ante Carolinam uſitato. Severiores his omnibus Goslarienſes, qui quondam in LL. ſuis *§. 55. p. 500. tom. II. Rer. Br.* ita ſtatuebant: We ſtehlet 5. Schillinge werth, de verſculd den Galgen, is dat myn, ſau ſchal man öhne dor de Täne bernen unde to der Stupen ſchlaen. Erat vero Schillingii valor illo tempore 16. denariorum, ſeu duorum groſſorum Marianorum. Unde judica, quam vilis olim eſſet judicibus noſtris humanus ſanguis. Imo de BERTOLPHO Palatino de Witilinibach refert HEISTERBAC. *L. VI. c. 26.* eum furibus pro damno unius oboli vitam ademiſſe, periiſſe tamen violento mortis genere, nec miſericordiam, quam miſeris ſæpius denegaverat, ipſum invenire potuiſſe. Aliter longe Fridericus I. qui in LL. Siculis datis *L. I. tit. 41.* oppido

Hiſtoria pœnæ furti e jur. civil. & jure Germanorum.

quæ olim alicubi ſatis crudelis.

Digitized by Google

Friderici I. lex in hanc rem.

oppido magnam, viginti ſcilicet auguſtalium (de quorum valore DU FRESNE *h. verb.*) ſummam ablatam pro ultimo ſupplicio infligendo definivit. Nam quæ in *II. Fud. XXVII. in fin.* duriora extant, ad furtum violentum armisque commiſſum pertinere, non ſine ratione creduntur.

*2 Pertractat Cæſar furta ſecundum reiterationem, ut ſequela Articulorum oſtendit.

Gulden quid in foro, & de neceſſitate probandi quantum furti.

*3 Solidum ſive: *Gülden* jamdiu praxis ducatum cum ſuo lagio interpretata eſt. Cum vero Cæſar præter reiterationem præcipue ſimul ad quantitatem reſpiciat, atque exinde pœnam definiat: conſequens eſt, ut certo de quantitate ſive pretio rei certus eſſe debeat judex. Deficiente probatione alia, res quidem committitur religioni juris jurandi læſi. Sine dubio tamen & hic inquiſitus audiendus eſt, ſi, vel læſi ſubleſtam fidem ante juramentum vel inſuper minorem rei valorem poſt juramentum quoque præſtitum, noviter demonſtrare poſſit. Certe ad ultimum ſupplicium, ſi quantitas dubia, vel ſi læſus jurare nolit, non devenitur *CZ. qu. 78.*

Von Auf-Geld auf die Ducaten.

*4 Unde ſi caſu fortuito accedente, e ſingulari affectione pretium ducatorum creſcit, incrementum non attenditur 1) propter verba generalia 5. Gülden werth, non ex ſingulari affectione ſcilicet, ſed communiter & revera, 2) quia Imperator hic non præcipit nominatim de furto ducatorum, ſed de furto cujuslibet rei pecunia æſtimabilis.

*5 Non tantum contrectavit, ut olim jus civile Romanorum.

*6 De hac effractione paulo poſt dicetur.

Cenſura diſtinct. inter furtum manifeſtum & non manifeſtum.

*7 Diſtinctio in furtum manifeſtum & non manifeſtum, omni genuino moralitatis fundamento caret, & veteri Græcorum invento, quo cives ſuos ad bella præparabant, debetur. Inde enim cum fure manifeſto, tanquam vecordi, inertique, nec ad prædas in hoſtico capiendas idoneo, ſeverius agebant, quam cum non manifeſto, utpote, qui eo ipſo, quo in furto non erat deprehenſus, bellis-

Digitized by Google

belliſſimæ artis prædatoriæ, non exiguum ſpecimen ediderat. Unde apud nos mira hæc philoſophia ſuo merito non amplius attenditur, nec ex deprehenſione atrocitas criminis non amplius dijudicatur, adeo ut hanc in rem Doctores teſtes citare velle, otioſum fore certo credam. Adde GELL. *L. II. c. XVIII. noct. Artic.*

*8 De mulcta quidem diſerte textus non præcipit, opus tamen eſt, mulctam hanc præſupponere. Nam mentio fit in textu concurſus mulctæ & dupli actori ſolvendi, atque mulctæ præferentia tribuitur, niſi quatenus huic duplo actori ſolvendo ſimplex rei pretium ineſt, verbis: Der Beſchuldigte ſoll mit der Vergleichung (ſive ſimplici rei pretio) nicht aber mit der Ubermaſſe (ſive integro duplo) der Obrigkeit Geldbuſs vorgehen. Accedit quod in antecedentibus dicatur: Wo aber der Dieb keine Geldbuſſe u. ſ. w. ſoll er mit den Kercker u. ſ. w. ut ſi non habeat in ære mulctam, ſentiat in corpore carcerem. Imo in projecto de Anno 1521. mulcta & carcer plane conjunguntur verbis jam ſupra expreſſis. Der Richter mag von der Obrigkeit wegen, auch als viel von dem Diebe nehmen, als er den Beſchädigten giebt, und ſoll der Richter den Dieb dazu im Kercker, an den Leibe ſtraffen, und nachfolgend des Landes verweiſen. Itaque plane quatuor; duplum, mulcta, carcer & relegatio combinata fuerunt quondam, ut adeo fures in hac ſpecie quadrifariam coercerentur. **De mulcta in furto ſimplice primo.**

*9 Si uſum fori reſpicimus, ceſſant ibi 1) monitum de furto manifeſto 2) ſolutio dupli 3) ſolidorum antiquus computus. Deinde mulctæ non præciſe inhæret judex, nec carceris pœna perpetua eſt, ſed relegatio quoque ſi v. c. quantitas furti parum abſit a quinque ducatorum pretio, decerni ſolet. Ubi tamen nec lex nec conſuetudo ſpecialis allegari poteſt, ibi furti reus jure ſuo provocat ad hunc Articulum, niſi inſignis illius malitia, quo in furto uſus eſt, vitaque male ante acta, deficiens facultas damnum læſo reſtituendi, vel læſi ſtatus &c. aliud ſuadeat **Quæ capita hujus articuli obſoleverint.**

 & ju-

& judicem ad graviorem carcere pœnam dictitandam moveat.

§. 2. Monetur inſuper fur ejusmodi ſimplex, ut tempore incarcerationis finito, in ipſo dimiſſionis actu expenſas *1 pro alimentis ſuis, nec non mercedem ſive ſportulas commentarienſibus pro opera præſtita ſolvat *2 & urphedam præſtet. *3

De fure paupere an mulctam & expenſas in corpore luat.

*1 Quod ſi expenſas una cum mercede commentarienſium fur ſolvere nequeat, onus in fiſcum recidit §. 51. LAUTERBACH. *Coll. Maj. h. t.* An vero judex furi pœnam hoc caſu augere poteſt? in textu id certe non aſſeritur, ſed ſimpliciter dicitur: ſeine Atzung u. ſ. w. ob er es hat. Quod tamen paulo ante in projecto non inique circa mulctam additur: Wo aber der Dieb keine ſolche Geldbuſſe vermag, ſoll er mit dem Kercker u. ſ. w. ne ſcilicet paupertas plane ab omni pœna liberet fures, id merito ſervatur & in articulo noſtro repetitur. Ut vero propter inopiam etiam, quæ commentarienſi pro ſtudio & labore ſuum præſtare, aut alimenta ſolvere vetat, pœna inopis exaſperetur, Cæſar noſter non jubet. Sed in hac ſpecie commentarienſi e publico ſatisfit. Poteſt tamen inquiſito injungi, in penſationem hujus, ut gratis per aliquod tempus operas publicas præſtet, v. c. plateas purget.

De prioritate inter judicem & læſum.

*2 Quæri etiam ſolet; an & hic circa alimentorum, & cuſtodiæ ſumtuum ſolutionem, læſus ratione rei perſecutionis præcedat, uti quidem mulctam fiſcalem præceſſit. Reſpondetur, vel res furtiva adhuc extat, quo caſu ſimpliciter læſo ſine ullo detractu eadem reſtituitur *Art. CCXIII.* infra, vel non extat, & tunc læſum judiciali fiſco poſtponerem. Nam 1) verba: doch ſoll der Dieb, quæ ſequuntur proxime verba: Wehrt bezahlen oder vergleichen und ſoll der Beſchädigte mit demſelben u. ſ. w. videntur eſſe correctoria priorum, læſo reſpectu rei, vel pretii prælationem concedentium, 2) accedunt regulæ de concurſu creditorum, cujus ſpecies omnino hic ſubeſt, atqui in concurſu creditorum, expenſæ judiciales quorſum referendæ:

rendæ: Atzungs-Geld, Wächterlohn u. ſ. w. creditoribus ſimplicibus præferri ſolent *vid.* in terminis BERLICH. *P. I. concl. LXIV. n. 21.* BLUMLACHER *ad h. Artic.* Nec e naturali jure ulla idonea ratio aſſerri poterit, quare fur, qui judici ſumtus reſtituere debet, & tantum habet, ut reſtituere queat, læſum, qui ſæpius mala cuſtodia furto anſam dedit, judici nihil plane peccanti, in ſolutione pretii, præferre deberet. Quodſi judex vero immodicos, vel circa alimenta vel cuſtodiam rei feciſſet ſumtus, competeret læſo per furtum, omnino querela deſuper hoc fine, ut judex ipſe in partem damni veniat & non omnia ei præripiat, alimentorum cuſtodiæque prætextu, coram ſuperiori inſtituenda. De caſu expenſarum immodicarum in concurſu.

*3 Moribus ſi furi tantum pœna carceris dictitatur, clauſula de aliqua urpheda præſtanda non annectitur. Quodſi tamen aliqualis periculi ſuſpicio ſubſit, vel emergat, quin à judicio urpheda exigi queat, non dubito propter ea quæ *N. XV. p. 714. & p. 437.* habeantur apud DOEPLER. *Part. I.* De Urpheda a fure præſtanda.

ARTIC. *CLVIII.*

Von erſten öffentlichen Diebſtahl, damit der Dieb beſchrien wird, iſt ſchwerer.

So aber der Dieb mit gemeldten erſten Diebſtahl, der unter fünff Gülden werth iſt, ehe, denn er an ſeine Gewehrſam kommt, betreten wird, oder ein Geſchrey oder Nach-Eil machte, und doch zum Diebſtahl nicht gebrochen oder geſtiegen hat, iſt ein offner Diebſtahl, und beſchwert ihn die gemeldte Aufruhr und Berüchtigung der That alſo, daß der Dieb in Pranger geſtellt, mit Ruthen ausgehauen, und das Land verboten, und vor allen Dingen dem Beſchädigten den Diebſtahl, oder Werth dafür, ſo es in des Diebs Vermögen iſt, wiederum werden: Und ſoll zu dem allem in der beſten Form ewige

Urphede thun. Wäre aber der Dieb eine ſolche anſehnliche Perſon, dabey ſich Beſſerung zu verhoffen, mag ihn der Richter (jedoch ohne der Obrigkeit Zulaſſen und Verwilligung nicht) bürgerlich und alſo ſtraffen, daß er dem Beſchädigten den Diebſtahl vierfältig bezahlen, und ſonſt allenthalben gehalten werden ſoll, als oben im nächſten Artickul, vom heimlichen Diebſtahl, geſetzt iſt.

ARTIC. *CLVIII.*

IN Norico verbis: Ein Geſchrey oder Nach-Eil, inſeritur: Aufruhr hoc modo: oder ein Geſchrey, Aufruhr oder Nach-Eile. Quæ vocabula dein in Vinarienſi, & impreſſo minus concinne omiſſa ſunt. Nam in ſequentibus verbis dicitur: die gemeldte Aufruhr, nec tamen, prout nunc textus legitur, ulla mentio facta eſt: der Aufruhr in antecedentibus.

NOTÆ AD ARTIC. *CLVIII.*

Pœna furti manifeſti.

Fur manifeſtus *1 ſeverius *2 punitur, in ſpecie Articuli præcedentis. Nam ad numellas publico ſpectaculo ſiſtitur & virgis cæſus relegatur, præſtita antea urpheda in forma conſueta. Hæc ſecunda regula eſt. Addit Cæſar exceptionem; *niſi fur ſit perſona ceteroquin bonæ famæ,* ut de futura emendatione bene ſperandum ſit, tunc enim conſilio prudentum adhibito ſufficere, ut judici læſoque ſolvat quadruplum. *3

Diſtinctio inter furt. manif. & non manif. & ejusdem injuſtitia.

*1 Duas claſſes furti manifeſti conſtituit Imperator 1) wenn der Dieb, ehe er in ſeine Gewähr kömmt, betreten wird, 2) wenn ſeinet wegen ein Geſchrey oder Nach-Eil entſtehet.

*2 Sed quare ſeverius? An 1) quia ita quondam jus Romanum. An 2) quia deprehenſionis tanta turpitudo. An 3) quia clamorem, tumultum, Aufruhr, Berüchtigung,

gung, Nach-Eil, ut redditur in textu, excitavit. Enim vero 1) ratio e jure Romano deſumta, non eſt ratio, ſed mera oſtenſio, quod Romani etiam ita diſtinxerint. Imo falſa inſuper eſt, ſiquidem Romani revera ita non diſtinxerunt, nec enim Romani pœnam numellarum, & fuſtigationis in fures manifeſtos ſtatuerunt, nec circa hos ad perſonæ indolem atque ſpem de futura emendatione reſpexerunt, nec apud illos reliqua: von der Nach-Eil, Aufruhr u. ſ. w. extant, nec de quinque ſolidis philoſophati ſunt, & ſi quæ alia *vid.* THOMAS. *cap. III. §. 42. de uſ. act. pœn.* 2) Deprehendi & non deprehendi, non ingrediuntur factum furis, uti quidem: einſteigen, einbrechen, vel quoque dem Beſchädigten Erſetzung thun oder nicht thun u. ſ. w. quæ utique rectiſſime attenduntur. Accedit, quod deprehenſus ſæpius ſit quaſi tyro in arte furandi, item quod ſemper poſſit læſo ſatisfacere, quæ momenta ſuadent, ut plane mitius habendus videatur, fure non deprehenſo. Siquidem deprehendi & non deprehendi ad caſum fortuitum pertinet, non ad furis factum, ut jam dictum. 3) Non omnis fur deprehenſus tumultum, ſeditionemque excitat, ſed plures fures deprehenſi titubant, & contremiſcunt. Ut adeo: die Nach-Eil, Aufruhr u. ſ. w. ſi quando oriuntur, iterum magis caſui, quam furis malitiæ debeantur. Nec eſt, quod objicias, Cæſarem loqui de fure, qui in deprehenſione vim & arma opponit, atque complices ſuos conquiritat. Nam reſp. talis fur pertinet ad *Art. CLIX.* Interim, ſi ſpeciem deprehenſionis ſingularem quis ſupponat v. c. furem hominem robuſtum ſine armis quidem deprehendi, arripere tamen lapides, fuſtes & ſi quæ alia in promtu, vociferari, tumultum excitare, conquiritare quo accurrant, forte in vicinia latentes ipſius ſocii, oriri exinde ſpeciem ſeditionis, vulnera dari & accipi cum maximo tumultu, tunc concederem, quod ejusmodi fur quidem durius coercendus ſit, alio, ſed an propter deprehenſionem? imo non, ſed propter facta

Quando furtum manifeſtum de jure ſeverius coercendum.

poſt deprehenſionem nequiter commiſſa. Unde non diſcedo a not. *7 *ad* §. *1. Artic. præced.*

Uſus hodiernus articuli.

*3 Nec ex hoc quadruplo, quis apud nos diteſcet, propter adducta a THOMASIO *d. l.* Igitur nil amplius reſtat, quam, ut dicamus, in foro furtum manifeſtum & non manifeſtum haberi pro iisdem ratione pœnæ. Ut tamen perſonæ vita ante acta & ſpes emendationis, omnino judici ante oculos verſentur, quotiescunque in furto primo hactenus deſcripto pœnam definiturus eſt.

ARTIC. *CLIX.*

Vom erſten gefährlichen Diebſtahl, durch einſteigen oder brechen, iſt noch ſchwerer.

Wo aber ein Dieb in vorgemeldtem Stehlen, jemands bey Tag oder Nacht, in ſeine Behauſung oder Behaltung bricht, oder ſteiget, oder mit Waffen, damit er jemand, der ihm Widerſtand thun wolte, verletzen möchte, zum ſtehlen eingehet, ſolches ſey der erſte, oder mehr Diebſtähl, auch der Diebſtahl groß oder klein, darob aber darnach berüchtiget oder betreten, ſo iſt doch der Diebſtahl, darzu, als obſtehet, gebrochen oder geſtiegen wird, ein geſtieſſener gefährlicher Diebſtahl. So iſt in dem Diebſtahl, der mit Waffen geſchicht, eine Vergewaltigung und Verletzung zu beſorgen. Darum in dieſem Fall der Mann mit dem Strang, und das Weib mit dem Waſſer, oder ſonſt nach Gelegenheit der Perſon, und Ermeſſung des Richters, in andere Wege, mit Ausſtechung der Augen, oder Abhauung einer Hand, oder einer andern dergleichen ſchweren Leibſtraffe geſtrafft werden ſoll.

ARTIC. *CLIX. CLX. CLXI.*

JAm in projectis habentur eadem ratione, uti in impreſſo. Niſi quod in fine Articuli CLIX. pœnæ arbi-

arbitrariæ v. c. Abhauung der u. ſ. w. nondum extent, ſed textus his verbis: mit dem Waſſer vom Leben zum Tode geſtrafft werden ſollen, plane finiatur. Itaque in comitiis An. 1532. in quibus ordinatio noſtra publicata eſt, mitius in furtum violentum ſtatui arbitriumque judicis admitti cœpit, cum antea ejusmodi furtum in genere capitale haberetur.

NOTÆ AD ARTIC. *CLIX.*

§. I. Accedimus ad furtum qualificatum. *1 Eſt autem hoc ex mente Cæſaris: furtum, quod ſive die ſive noctu a fure, qui alicujus habitationem, *2 vel receptaculum *3 effringit, vel certe in ſuperiores ædium partes adſcendit vel armatus *4 ædes furandi cauſa ingreditur, committitur. **Quæ ſpecies furti qualificati.**

*1 Imperator dicit: einen gefliſſenen gefährlichen Diebſtahl, voluntarium & malitioſum latine expreſſit GOBLER.

*2 Dicitur in textu in genere: in eines Wohnung ſive in urbe, ſive ruri, ſive ſplendidam & lapideam, ſive miſeram in & e quocunque tigno confectam. Hanc enim ſanctitatem Imperator cuilibet domicilio tribuit, ut in eo dominus ſecurus ſit, & ne a furibus illi vis inferatur. Nec ſolida ratio differentiæ allegari poteſt, cur v. c. burgenſibus major ſecuritas publica auctoritate præſtari debeat, quam ruricolis & pauperibus. **An ruri committatur.**

*3 Cæſar dicit: in ſeine Behaltung; ædes vertit GOBLER, ZIERIZ autem reddidit: *receptacula & arcam*, REMVS ſimpliciter: *arcam.* Nobis placuit vocabulum: *receptaculum*, quod optime vernaculæ reſpondet. Interim huc referimus: horreum, ſtabulum, cellam, bibliothecam & ſi quæ alia rerum noſtrarum conditoria. Idem dicendum de ædibus vacantibus. Nam & his vis fieri poteſt, in terminis LYNCKER. *dec. CCLX.* Sed an recte ſolius arcæ, ſcrinii vel ciſtæ effractio huc trahitur, & an arcæ ſub **Behaltung quid in articulo.**

Digitized by Google

von Schräncken und Kiſten

ſub vocabulo: *Behaltung* continentur? CARPZOVIUS *P. II. prax. crim. qu. LXXIX.* non ſine ratione diſtinguit, an arcæ bene clauſuris, aut ferro fuerint munitæ, adeoque vis ingens & violenta inſtrumenta adhibita, an vero minus; ut proinde prior effractio hujus loci ſit, poſterior non æque, licet nudis manibus per vim rumpantur, vel inſtrumento minus periculoſo aperiantur. Imperator enim, ut ipſa denominatio (ein gefährlicher Diebſtahl) indicat vim magnam, unde læſionis violentæ periculum eſt, innuere videtur. Imo inſuper videndum: an fures ciſtam aut ſcrinium effregerint violentis inſtrumentis in domo læſi? an fures ſine vi domum ingreſſi, ciſtam aut ſcrinium optime clauſum ſecum abſtulerint, & deinde per vim in loco ſecuritatis aperuerint? Ut ibi furtum cum vi commiſſum eſſe, ad ductum Articuli noſtri dicamus; hic autem ad furtum ſimplex jam ſemel perpetratum, dein poſt factum vim acceſſiſſe ſtatuamus. De qua ſpecie non agitur in Articulo noſtro.

cum diſtinctione.

Quæ ratio trium caſuum furti qualificati.

*4 Si quis contextum reſpicit, Imperator tres caſus hic furti qualificati recenſet 1) ſi fur ingreditur per effractionem: wenn jemand in eines andern Behauſung bricht 2) ſi ingreditur non quidem per effractionem, ſed improviſus ex alto in ædes penetrat per adſcenſionem, per verba: oder ſteigt 3) ſi fur per januas quidem vel alios aditus accedit, ſed armatus tamen ingreditur, verbis: oder mit Waffen, damit er jemand, der ihn Widerſtand thun wolte, verletzen möchte, zu ſtehlen eingehet. Atque de hoc caſuum diſcrimine, & numero nemini, qui vel pauliſper ſolam verborum cohærentiam in textu intuetur, dubium ſubnaſci poteſt, ni ſimul ſuæ lectioni & ſimplici textus interpretationi, alias quæſtiones v. c. annon durum ſit furtorum qualificatorum ſpecies ita adaugere, item an ſalva æquitate omne furtum qualificatum patibulo puniendum, immiſcere, atque ita ſibi inania terriculamenta objicere, perque eadem, data veluti opera, meditationem turbare velit. Sane ſi quis furta

Digitized by Google

furta magis improba conſiderat, illaque juridice pro diverſis illorum circumſtantiis, in certas claſſes deſcribere vult, tria genera ſua ſponte & ſine multa cogitatione, ſtatim ſe offerunt. Nam furtum ſimplex videtur, quod a læſo rerum ſuarum ſatagente, regulariter præcaveri poteſt, & ubi fur, nihil aliud agit, quam, ut non ſatis attento ad res ſuas, easdem illi e domo, vel receptaculo auferat. Viciſſim fur improbus, vel vim, vel aſtum adhibet, ut furtum a læſo conſueta hominum diligentum induſtria averti nequeat. Illius ſpecies eſt, ſi ædes armatus ingreditur, ſi parietes, vel fores effringit, hujus autem, ſi ſuperiores ædium contignationes, qui regulariter valvis, vel alio munimento, muniri non ſolent, aſcendit. Quibus ſuppoſitis ex ipſa quoque Imperatoris mente fluit, cum circumſtantiæ illæ, quas de effractione, armis & adſcenſione adducit, tres diſtinctas ſpecies atque caſus furti qualificati conſtituant. Patet hoc evidenter ex rationibus decidendi Cæſaris. Nam de furtorum: wo geſtiegen, oder gebrochen, gravitate, reddit has rationes: weil ſolches ein gefliſſener, gefährlicher Diebſtahl. Furtum autem armis factum exinde exaggerat: weil dahero eine Vergewaltigung, oder Verletzung zu beſorgen. Diverſæ itaque rationes decidendi diverſa arguunt furta. Accedit quod Imperatori particula disjunctiva: *oder*, quam inter effractionem, aſcenſionem & arma inſeruit, non per incuriam pro copula: *und* vel ſimili, ſubrepſerit, quia toties in Articulo CLVII. CLVIII. & hoc noſtro iteratur. Uſus forenſis tamen verba Cæſaris: Steiget, ODER bricht, junctim accepit pro: ſteiget und bricht. A quo in judicando non recedendum. Nec audiendus HARPRECHT qui *ad* §. 5. *de oblig. ex del.* plane præter ſteigen und brechen arma furis requirit; quem in pronunciando ſequuti ſunt Gieſſenſes Anno 1699. *vid.* HERT. *Reſp. CCCVII.* Nam hæc interpretatio Articulo noſtro aperte vim facit, conjungitque contra mentem Cæſaris non conjungenda.

Uſus forenſis circa numerum furt: qualificator.

An ad furtum qualificatum

§. 2. Occaſione verborum: Bricht, ſteiget, der zu ſtehlen eingehet, quæritur, quando furtum violentum dicendum ſit perfectum conſummatumque, ut ultimo ſupplicio locus? An opus, ut fur rem quandam jam apprehenderit, ceperitque, an ſufficiat deprehenſum fuiſſe effractione facta, aut cum armis ingreſſum, in locum furti, etiam ante rei apprehenſionem aut capionem? Videri poſſet per verba jam adducta, capionem non requiri, verbum Brechen, Steigen, mit Waffen eingehen ſufficere. Accedunt verba: der Dieb ſey DAROB oder darnach berüchtiget, oder betreten.

opus rei capione & quare.

§. 3. Enim vero cum Articulus non inſcriptus ſit de: *effractione, aſcenſione, aut ingreſſu armato*, ſed: Von geſährlichen DIEBSTAHL *1 item cum in Articulo addatur: der DIEBSTAHL ſey *2 groſs oder klein; item: der Diebſtahl ſo mit Waffen geſchicht, *3 magis eſt, ut ad conſummationem, capitisque pœnam judex prehenſionem reique capionem requirat; conſentit CZ. *Qu.* 79. *n.* 33. 56. *add. infr.* *4 *n.* 4. *ad* §. *V. h.*

*1 Atqui furtum moribus noſtris eſt: *prehenſio, capio* rerum alienarum. Unde Nahm und Diebſtahl ſynonyma in diplomatibus.

*2 Sed quomodo furtum dici poteſt vel parvum, vel magnum, ſi plane nil captum a fure?

*3 Ecquis autem furtum tentatum diceret: einen geſchehenen Diebſtahl?

*4 CLASEN cum TABORE ſuo ſufficere ait: Contrectationem. Magis ad ſenſum juris Romani, quam noſtri Germanici, per jam dicta *1. Itaque in mitiorem reſpondimus ann. 1735. M. Maj. verſus R. in ſpecie, ubi fur aperta jam per vim ciſta in fugam conjectus, & dein prehenſus erat, ſed ſine ulla recula capta.

Quando de capione non adeo diſputandum.

§. 4. Quodſi tamen contingeret, fures per vim & cum armis irruiſſe domum, hominesque vinxiſſe, percuſſiſſe,

cuſſiſſe, & tantum terrore non exanimaſſe, non putarem, ſine * articuli noſtri perpenſo, de: *apprehenſione* aut *capione* adeo ſubtiliter diſputandum eſſe ad ultimum ſupplicium decernendum. Licet ab aliis fures furtum conſummare impediti fuiſſent.

* Nam pro ratione atrocitatis hujus furti, non tam rerum ablatio, quam violenta invaſio & hominum concuſſio in verbis: eine Vergewaltigung und Verletzung zu beſorgen, adducitur in textu. Imo pro exaggerando ter furantis ſupplicio provocatur in *Art. CLXII.* auf die Vergewaltigung. Et quare non

§. 5. Cum vero furtum qualificatum, in triplici illa ſua ſpecie hactenus recenſita, ſit furtum præmeditatum, publico periculoſum, & innocentum concuſſio, *1 oppreſſio, vel læſio inde metuenda: idcirco Imperator furem maſculum laqueo: fœminam autem merſione in aqua necare, vel aliquando facinus *2 ſecundum ſtatum perſonarum, aut prudens judicis arbitrium, oculorum effoſſione, *3 manus amputatione, aut alio inſigni malo coerceri jubet. Illas vero circumſtantias, an furtum primum, an ſecundum, magnum, an parvum, in æſtimanda pœna, impræſentiarum attendere diſerte vetat. Pœna furti qualificati.

*1 In textu: daſs eine Vergewaltigung zu beſorgen. CARPZOVIUS, SEDITIONEM hic plane ſupponit, quaſi furtum violentum tum demum ſubeſſet, ſi coadunatis hominibus facinus ad tumultum ſpectaret *vid. qu. LXXIX.* CARPZOVII *prax. crim.* Quod non videtur. Nam Fridericus *I. II. F. 27.* jam in ſeditioſos & pacem publicam violantes fures ultimum ſupplicium conſtituit, quæ ſanctio ſucceſſu temporis non ſuffecit, ut proinde Carolus aliquid novi in ſupplementum ſtatuiſſe videatur. Accedit 1) quod furtum violentum praxi poſſit committi etiam v. c. in molendino in ſolitudine exiſtenti, 2) ab uno fure ſine Vergewaltigung quid in articulo.

re ſine ſociis, quæ circumſtantiæ, neceſſitatem ſeditionis a CARPZOVIO ſuppoſitam, utique excludunt. Ut taceam, quod regulariter fures etiam violenti clam agere velint, & ſeditionem excitare nolint, regulariter armis tantum in ſubſidium ſecum ſumtis. Rectius itaque redditur: CONCVSSIO, OPPRESSIO: das Vergewaltigung alſo nichts anders iſt, als wenn dem Beſtohlnen Gewalt geſchiehet, oder angſt gemacht wird. Ob ſchon pax publica, welches ein eigenes beſonderes crimen iſt, dadurch nicht gebrochen und violirt wird.

De furtis qualificatis a capitali per Dd. exemtis.

*2 Itaque non omne furtum qualificatum capitale eſt, ut ex hoc additamento patet, ſimulque occaſio data eſt Doctoribus varia furta e pœna capitali eximendi 1) Furtum *quod ſola adſcenſione* perpetratum eſt BOCER. HARPRECHT apud LAUTERBACH *ſ. XIV. Coll. maj. h. t.* 2) Furtum *ubi non adeo magna vis* in effringendo adhibita, vel certe de illa non adeo evidenter conſtat. Hanc limitationem, ſi caſum *aſcenſionis* a furto qualificato ob deficientem violentiam ſeparamus, probo. Nam tunc, verba Imperatoris nach Ermeſſung des Richters, vix aliter, quam ut judex circa effractionem VIM æſtimet in pœna determinanda, intelligi poſſunt. Quare Menſ. Jun. MDCCXIX. cum ſexagenarius ope ſerræ (einer Stoſs-Sage) gallinarium aperuerat & aliquot gallopavos abſtulerat, extraordinariam pœnam, quæ in Electoratu noſtro, ictu fuſtium a ſapientiſſimo REGE ſublato, condemnatio ad opus publicum eſt, in collegio dictitavimus. Debet autem de violentia exercita conſtare per inſpectionem loci, vel rei, quæ vim paſſa dicitur, ocularem. *vid.* CLARUM *ſ. fin. qu. 4. n. 4.* Unde inſpectionem hanc exigit CLARUS *d. n. 4. circ. fin.* nec ſine ratione cum in violentiæ circumſtantia plane de hominis vita agatur *vid. omnino Art. LIV. ſupr.* in terminis. 3) Sed quid ſi *ruſtici villæ, caſæque vis illata*, & parietes limo confecti perrupti? Sane hic Articulo noſtro non eſſe locum, contendit CARPZOV. *qu. LXXVIII. n. 34.* quem ſequitur FROELICH. *p. 294. P. II.* Ab his recedit TABOR.

De cura judicis & inſpectione quanta vis ſit neceſſaria.

An in ruſticorum caſis vis hic committatur.

Racem.

Racem. p. 48. Inter prædium ruſticum & urbanum hic male diſtingui, jam ad *§. 1. not.* * 2 obſervavimus. Interim effractio omnino cognoſcenda & examinanda eſt, ut jam circa aperturam ſcrinii, ciſtæque monuimus. Tanta igitur vis requiritur, quæ effractio dici queat. Utitur enim Cæſar vocabulis: der in ſeine Behauſung oder Behaltung *bricht.* Atqui de eo quoque, qui parietem limo confectum pertundit, dicimus noſtro idiomate: er ſey durch eine leimerne Wand gebrochen. Itaque etiam in ruſticorum caſis, receptaculiſque, furtum qualificatum, parietes eorum e limo confectos perrumpendo, committi poteſt. Accedit, quod non veroſimile ſit, Cæſarem furtum qualificatum ejusque pœnam in ſolum burgenſium urbes, aut magnatum arces inhabitantium gratiam definire voluiſſe, ruriculas autem furibus præ ceteris expoſitos inſuper habuiſſe. Secus ac de jure civili, quod ſingulari ratione ſecuritatem ruricularum contra fures quondam reſpexit, ut infra *2 *ad Artic. CLXVII.* Ridicule autem hic CLASEN. allegat. *l. 3. §. de off. præf. vigil.* & ex ea probare vult: etiam de jure civili effractionem circa tuguriola, ſtabulaque ruſticorum committi poſſe. Deceptus vocabulo: HORREI quod in textu exſtat, quaſi hoc: eine Bauer-Scheure notet, nec adtendens ſatis, de officio præfecti vigilum, quod ſane non ruri, ſed in urbe exercebatur, in lege ſermonem eſſe. 4) Si vis quidem adhibita & receptaculum effractum, nihil tamen ablatum, ut proinde conſummatio furto deſit, quæ praxi communi Germaniæ ad pœnam ordinariam requiritur, *vid.* MARCI *in Reſponſ. Reſp. VI.* BLUMLACH. *h.* Porro quoad furta ab armatis commiſſa excipiunt 5) eam ſpeciem, ſi fur quidem arma attulit, ſed quibus nocere non potuit, frameam vetuſtam, rubigine obſitam & vix e vagina prodeuntem, vel ejusdem farinæ ſclopetum, cui globulus plumbeus ingeſtus non eſt, MARCI *dict. Reſp.* per Verba Cæſaris: Mit Waffen damit eine Vergewaltigung oder Verletzung zu beſorgen. Item, ſi fur ſit

Error CLASENII innoxius tamen.

De furto qualificato non conſummato.

De fure tantum in ſpeciem armato.

perſona arma gerere ſolita v. c. eruditus, miles & ſiqui alius, fieri ſolet, ut defenſores ſub ſpecie conſuetudinis geſtationem armorum tempore furti excuſare tentent. Quaſi v. c. fur non nocendi, aut plane occidendi animo, ſed e more conſueto, vitæ ſuæ conditione ita volente, gladium accinxiſſet. Verum non facile credendum eſt talia aſſerenti, furta enim violenta ab arma geſtantibus regulariter & ut plurimum metuenda ſunt. Ut proinde, ſi hæc excuſatio ſæpe admitteretur, pleraque furta armis commiſſa adeoque qualificata, promeritam pœnam effugerent. Unde ni alia accedant pro reo, hoc allegatum ſolum admittendum non eſt. Igitur 1725. M. Octobr. non attendimus excuſationem: eines Müller-Burſchen, der bey dem Diebſtahl eine Mühlen-Axt bey ſich gehabt hatte; licet defenſor conſuetudinem & uſum: der Mühlen-Burſche circa geſtionem aſciæ allegaret. Sufficit enim in Artic. armis furem ædes ingreſſum eſſe, adeoque in actu furandi armis munitum fuiſſe.

An excuſatur armatus fur armis alias incedere ſolitus.

Imo 6) quodſi fur juvenis honeſte ante furtum commiſſum vixerit, a callido autem nequam in conſortium pertractus ſit, & cum illo ſemel fores alicubi effregerit, res aliquas abſtulerit, homini alicui autem vim non intulerit, commiſſo crimine, mox ſerio pœniteat & crimen deteſtetur &c. videtur & huic parcere voluiſſe Cæſarem in verbis: oder ſonſten nach Gelegenheit der *Perſon* und Ermäſſigung des Richters in andern Wegen u. ſ. w. Interim hoc temperamentum minime gentium extenderem, ad illam ſpeciem, ubi homo probæ vitæ, ARMIS LETIFERIS alicujus ædes ingreſſus hoſpitem percuſſerit, vulneraverit & tantum non terrore necaverit, atque ipſi res quaſdam abſtulerit. Nam hic prudens arbitrium judicis (Ermäſſigung des Richters) ne quidem innocentiſſimum alias, a pœna ſuſpendii, ſalva juſtitia abſolvere poteſt, atrocitate quippe facinoris in ſenſum incurrente.

De fure armato juveni ſeducto.

7) Si non lucri, ſed petulantiæ cauſa ædes effractæ & aliquid ſublatum, pœna furti violenti pariter ceſſat & arbitraria ſuccedit,

De furto ex petulantia violento.

ſuccedit. Modo petulantiam, vel improbum jocum allegans dictis ſuis fidem conciliare queat. In dubio enim circa rerum ablationem furandi lucrandique animus præſumitur FARINAC. *P. VII. qu. 174. n. 16.* pluribus GRANZ. *P. I. p. 513. ſequ.* 8) Huc quoque *non pertinet furtum* clave adulterina adhibita factum. Nec enim vis hoc caſu ſubeſt. Ut perperam proinde ad furta violenta hanc ſpeciem retulerit BERGER. *in elect. crim. p. 35.* Viciſſim vero rectius inter furta violenta cenſetur judice STRYKIO in *§. 2. V. M. h. t.* das Auffprengen der Schlöſſer mit Pulver. Cum nomine tantum differant, non autem violentiæ gradu: aufbrechen, aufſprengen. Interim quod clavem adulterinam attinet, cum civium ſecuritati, peſſimo hujus inſtrumenti abuſu non minimum periculum creetur, ejusmodi callidi fures pœnam fuſtigationis vix evitant *vid.* LYNCKER. *Reſol. 693.* Licet non omne judicis arbitrium hic exulet *vid.* ZIERIZ *h.* 9) A pœna furti violenti eximit CARPZ. *qu. 79. n. 61.* furem, qui per vim feras abruperat, ut tantum ipſas feras ſibi haberet.

Von Diedrichen und Pulver bey Diebſtählen.

De fure ferarum.

*3 Extraordinariæ pœnæ hic referuntur: oculorum effoſſio, manus amputatio, tandem in genere additur aliud inſigne malum: eine andere ſchwere Leibes-Straffe. Verum in projecto de Anno 1521. de his pœnis omnibus nihil legitur, ut proinde demum Ann. 1529. ubi primum in projecto illius anni obſervavi, eædem revera acceſſiſſe videantur. Carolingi quondam etiam in proprios filios oculorum effoſſione, diro & tyrannico utique ſupplicii genere, ſæviebant, ut Ludovici Pii, & qui eodem genere miſericordiæ in filium Carolomannum delectatus eſt, Caroli Calvi exemplis, apud EGINHARD. *ad Ann. DCCCXVIII. & Auctor. Annal. Mentenſ. ad A. DCCCLXX.* conſtat. Cauſæ cognitionem tamen præcedere volebat Carolus M. ut docet conſtitutio illius in comitiis Theodonis villans *An. DCCCVI. p. 145. t. I. Conſt. Imper.* GOLD. Eandem pœnam tempore Ottonis ab Heroldo Archi-Epiſcopo Salisburgenſi ſumi juſſit Henricus Dux Bavariæ p. 339.

Qui Cæſares pœna effoſſionis oculorum uſi.

Digitized by Google

339. DITHMAR. LEIBNIT. *p. 5.* HVND. *metropol.* Deinde idem ſupplicium in Joannem XVI. ſtatuit Otto III. Ann. DCCCCXCVII. *vid.* SCHATEN. *ad h. ann.* Oculis quoque proditores & transfugas mulctavit Fridericus I. *vid.* GVNTHER. *Ligur. L. VIII. verſ. 400.* Imo quidam Tili Bolack, qui puellam vi ſtupraverat Halæ Saxonum, Ann. 1481. in pœnam oculis privatus eſt, teſte *Chronic. Halenſ. MSCt. inter* SAGITTARIANA. Habetur aliquid ſimile in lege divina, ubi dicitur: *oculus pro oculo.* Nec eatenus divina lex durior eſt, ferat enim merito quis idem malum, quod alteri intulit. Enim vero extra hanc ſpeciem, ubi aliquis per proterviam & meram malitiam alteri oculum excuſſit, pœna excuſſionis, vel effoſſionis oculorum, extremam crudelitatem ſapit, nec illi quibus oculi effodiuntur, diu adhuc vivunt, ut proinde humanius ſit, vel ſueto mortis genere miſerum e medio tollere, vel ſi ultimum ſupplicium meritus non eſt, mitiori pœna eundem plectere. Merito itaque ipſe vulgo ſic dictus Ludovicus pius, acerbiſſime deflevit crudele ſupplicium Bernhardi, teſte THEGANO *p. 75. §. 23.* apud CVLPIS. Aliquando hanc pœnam monetæ falſificatori, ſed neſcio quo jure, dictatam fuiſſe refert B. STRYK. *de jur. ſenſ. II. 5. 18. 19.* Sed videamus, quid ad hanc pœnam privationis oculorum commentatores noſtri GOBLERVS, REMVS, qui antiquiores & primi ſunt; contenti ſunt dirum ſupplicium vernacula expoſitum a Cæſare, latinitate donaſſe. ZIERIZ, qui hos inſequitur, non ſatis concinne addit, quod ab uſu receſſerit ſupplicium, quod nunquam fuit apud nos plene VSITATVM. BVLLEVS allotria hic miſcet, v. c. an juſta ſit furum pœna ſuſpendii. STEPHANI plane omittit effoſſionem oculorum, quam excuſare nequit. BEYERVM miror, qui tanquam rem vulgo notam, hoc horrendum ſupplicium inter regulas ſuas hic commemorat. De reliquis Doctoribus dicere jam non vacat. Sane hujus ſupplicii non uſus indubius omnino eſt. Ad ſecundam hanc editionem de oculorum effoſſione accedat adhuc

Quando atrocitas hujus pœnæ excuſetur.

Negligentia commentatorum circa hanc pœnam.

Digitized by Google

adhuc ſequens auctarium: Aliquando ſub Ludovico Pio decollatio & oculorum effoſſio in pœna criminis perduellionis junctæ ſunt *vid.* ALBERIC. *in Chronic. p. 168.* Sed cum vergente ſecul. XVI. Dux Würtenbergicus oculorum effoſſione animadverteret: gegen die Wildſchützen: injuſtum & crudele hoc ſupplicii genus cenſuit FERDIN. I. imo plane ad felonias retulit. Reſpondit Dux, quod ad duram hanc pœnam contra fures ferarum ſero deveniſſet, & non niſi furto ferarum repetito, ſpretaque a furibus præſtita urpheda. Quæ reſponſio ſævitiam tamen tantum aliquatenus emollire, minime autem plane excuſare videtur. Additur aliud pœnæ genus, manus ſcilicet amputatio, in textu, ſed manum hic de tabula, cum non uſus & non receptio, in furto ſit manifeſta CLASEN *h. circa fin.* Licet alias nec olim v. c. in luſores in caſtris *vid.* DATT. de expeditione Huſſitica *p. 168. Vol. Rer. Germ.* Item in violatores pacis burgenſis, *vid.* FRITSCH. *pag. 64. de palat.* falſarios notarios, *vid.* BITSCH. *ad II. F. 55.* violatores pacis publicæ, *vid. II. F. 27. pr.* violatores excubiarum publicarum, CARPZ. *qu. XL. n. 14.* manuum amputatione animadvertere inſolens furit, nec hodie ſit, idem CARPZ. *d. qu. XL. & CXXIX.* Exemit expreſſe quondam hoc pœnæ genus a juriſdictione Abbatiſſæ Eſſendienſis Altfridus præſul Hildeſienſis Ann. 873. *p. 624. apud* LEUCKFELD. *antiqu. Halberſtad.* Ultimo, quod attinet verba generalia: mit ſchwerer Leibes-Straffe, putat CLASEN *in fin. h.* narium, vel aurium abſciſſionem per ea indicari, ratione illa motus, quod Imperator poſt manus amputationem addidiſſet; oder einer andern dergleichen u. ſ. w. quæ ratio nos neutiquam movet, propter Artic. CIV. CV. ſupra, ubi toties, quoties pœnæ genus non expreſſum, judex remittitur ad pœnam arbitrariam. Ergo hodie fuſtigationi, vel condemnationi ad opus publicum in hac ſpecie locus eſſe poterit.

Ferdinandi I. indignatio.

§. 6. Novum dubium ſubortum nobis ad hunc Articulum, cum Ann. 1728. ex Gambrivia ordini noſtro exhi-

Species de fure arma non apportante,

Cccc

ſed in loco furti arripiente. exhiberetur hæc ſpecies? Antonius Freccia apud ruricolam nocte fere media, occæ adjumento ad feneſtram ruſticolæ abſentis adſcenderat, in domum irrepſerat, reculas ibi repertas compegerat, & cum iis per eandem feneſtram erepſerat. Deinde autem redeuntem ruricolam conſpiciens abjectis reculis, furcam (eine Mesgrepe vulgo) arripuerat hoſpitemque adpropinquantem, ictu licet fallente, & quidem tanta vehementia, ut furca parieti illiſa media frangeretur, percutere tentaverat. Quæſitum in collegio noſtro, an ſpecies hæc ex Articulo noſtro decidenda foret. Obſtare videbantur verba: mit Waffen zu ſtehlen eingehet. Atqui A. F. cum furca non advenerat, nec domum ingreſſus erat, ſed dein furto conſummato, ne forte prehenderetur, furca caſu reperta nefarie abuſus erat. *

De occiſione furis nocturni jure civili. * De jure civili, lege ſcil. XII. tabul. civibus fas erat furem nocturnum citra diſcrimen occidere, diurnum, ſi telo ſe defendere auſus eſſet. Verba LL. XII. Tabul. recitant e GELLIO, MACROBIO, CICERONE, SENECA, VLPIANO rhetore & AVGVSTINO, duumviri GODOFREDVS *p. 58. 195. 196.* BALDVINVS *p. 116. ad LL. XII. Tab.* . Quod quidem dein interpretatione prudentum ad ſpeciem, ubi acclamatio acceſſit, furique ſine periculo dominus parcere non potuit *L. 1. ad L. Aquil. L. funera ad L. Cornel. de Sicar.* BALD. d. l. reſtrictum eſt. Sane circa occidendi licentiam utrumque hoc jus recurrit in caſu propoſito. Noctu acceſſit A. F. noſter, telo ſe defendit, in periculum ingens adductus ruricola, ut ſine dubio, ſi A. Frecciam cecidiſſet, jure hic cæſus fuiſſet. Præcipue, cum, quantum ex actis conſtabat, ruſticus nequidem tentaſſet prehenſionem ſceleſti, ut proinde, nec vel injuſta defenſionis ſpecies allegari poſſet factæ fruſtratæque percuſſionis. Aſt jam de pœnali judicio diſputamus.

tamus. Nam privati jus furem cædendi in foro hodierno expoſuimus *1. *ad ſſ. 4. Art. CL. ſupra*, *adde* ARUM. *Diſp. X. ad ſſ.*

Etiam arreptio armorum in loco furti & uſus utut ſine effectu pœnam auget.

§. 7. Enimvero, uti quidem non negandum furem, qui ante facinus mox initio arma circumſpicit, conſulto eadem conquirit, & quo ſecurius dein furtum exequi, dominoque invito res ſuas juſtiſſime tuituro, easdem per vim, illato plane internecino malo extorquere, & auferre poſſit, magis deliberato peccare, hominisque cædem evidentius cum furto jungere velle, quam qui in medio, aut ſine furti, tela ipſi caſu oblata arripit, illorumque ope viam ad aufugiendum ſibi *1 parat. Ita tamen viciſſim fatendum eſt, nec hunc pro fure ſimplici, & qui non niſi rerum ablatarum crimine ſe obſtrinxit, habendum, ſed omnino tanquam furem improbiorem, quique ſciens ac volens, adeoque dolo malo facinus facinori ſuperaddere, & utcunque eventus, de quo parum ſollicitus eſt, tulerit, præter furtum homicidium inſontis committere intendit, graviter puniendum. Ut proinde in ejusmodi ſpecie, ubi etiam impetus fugiendique cupido arma ſubminiſtraverit, utut eventus propoſitum eluſerit, nihilominus exorbitans ſceleſti nequitia ſeverius coerceri debeat, quam ſi manus truculentas a telo letifero cohibuiſſet. *2 Re quamvis furtiva reſtituta, aut furto non niſi prima vice admiſſo *3 aut alio communi mitigante intercedente.

Differentia furis armis ſubito arreptis exitum ſibi parantis a fure carcerem effringente.

*1 Fatemur quidem, quod recte doceatur alias in naturali jure, injuſte quidem agere delinquentem, quod delinquat, ſed novum crimen non committere, ſi v. c. abjectis compedibus in publicum erumpendo, cenſuram pœnamque judicis eludat. Ex ratione, quod pœna imponatur invito. Unde conſequens eſſe, quod fur novo

 ſcelere

ſcelere ſe non contaminet, eo ipſo, quod per dolum, aut vim, quibus tamen denuo nemo læditur, cuſtodientis induſtriam fallat, aſt hoc nihil ad præſentem ſpeciem facit, ubi fur peſſimo quocunque modo comparato telo, homini, quem initio reculis ſuis ſpoliare aggreſſus erat, nunc plane necem teli vibratione intentavit.

Demonſtratio aſſerti in §.

*2 Nec aliena hæc a mente Cæſaris nobis aſſerere videmur. Nam ratio ejusdem: So iſt in den Diebſtahl, ſo mit Waffen geſchicht, eine Verletzung zu beſorgen, pertinere ſuo modo etiam videtur ad illa furum tela nefaria, quæ medio crimine, aut jam conſummato, in perniciem innocentium capeſſunt, quatiunt, vibrant & reliqua.

An opus, ut fur armis uſus nocuerit, an voluntas utendi, aut certe uſus innoxius ſufficiat.

*3 Nec obſtat dicere, quod ſpeciem ſupponamus, ubi percuſſio non nocuit, ſineque ſuo quacunque cauſa, citra furis factum, interveniente excidit. Nam & Cæſari ſufficit: furem armis nocere VOLUISSE. Imo nec conatus ubique impunis eſt, nec percuſſio teli incaſſum facta, intra metas ſimplicis conatus cohibita fuit. Interim in furem in furto deprehenſum, deprehendentem vulnerantem, extra ordinem animadvertit CZ. *P. IV. C. XXXII. def. XXI. & qu. XI. C. IX. n. 65. in prox. crim.*

§. 8. Quid ſi fur armis non in ædes ipſas ingreſſus ſit, ſed armatus excubias ex COMPACTO egerit? R. verba: *zum Stehlen eingehet* & ad hunc pertinere videntur, quia ex COMPACTO furti ſocius eſt *vid. infr. ad Artic. CLXXII.* Unde juſto indulgentius mihi videtur R. GIESSENSE *t.l.* R. *CCLXXIII.* apud HERT. quod furibus die bey den Stehlen 1. Flinte, 1. Piſtole, 2. Puffer und Brech-Eiſen mit ſich gehabt, auch der eine ſich mit der Flinte zur Wehre geſetzet, tantum extraordinariam decernit, ex cauſis 1) daſs der Hauſs-Dieb nur 18. Jahr *v. n. Art. CLXIV.* 2) die andern mit dem Gewehr nur Schildwache geſtanden 3) nur einen Diebſtahl a 14. Gulden 7. Albus begangen, und der læſus das ſeinige

ſeinige wieder erhalten hätte. Nam *Art. CLIX.* in furto qualificato reſpicit tantum ad ea, de quibus §. 1. * 4 & §. 5. *ſupr.*

ARTIC. *CLX.*

Vom erſten Diebſtahl, fünff Gülden werth oder darüber, und ſonſt ohn beſchwerliche Umſtände, ſoll man Raths pflegen.

So aber der erſte Diebſtahl groß, und fünff Gülden oder darüber werth wäre, und der Umſtände, ſo den Diebſtahl, wie oben davon gemeldet iſt, beſchweren, keiner darbey erfunden wird, aber dennoch angeſehen die Gröſſe des Diebſtahls, ſo hat es mehrere Straffe denn ein Diebſtahl der geringer iſt. Und in ſolchen Fällen muß man anſehen den Werth des Diebſtahls, auch ob der Dieb darob berüchtiget oder betreten ſey. Mehr ſoll ermeſſen werden der Stand, und das Weſen der Perſon, ſo geſtohlen hat, und wie ſchädlich dem Beſchädigten der Diebſtahl ſeyn mag, und die Straffe darnach, an Leib oder Leben urtheilen. Und dieweil aber ſolche Ermeſſung in Rechtsverſtändiger Leute Vernunfft ſtehet, ſo wollen wir, daß in ſolchen jetzt gemeldten Fall, ſo offt ſich der alſo begiebt, die Richter und Urtheiler bey den Rechtsverſtändigen, und an Orten und Enden, wie hernach gemeldet wird, Raths pflegen, mit Entdeckung der berührten Umſtände, und nach ſolchem erfundenen Rath ihr Urtheil geben. Wo aber der Dieb zu ſolchem Diebſtahl geſtiegen, oder gebrochen, oder mit Waffen, als vorſtehet, geſtohlen hätte, ſo hätte er damit, wie oben gemeldet, das Leben verwürcket.

NOTÆ AD ARTIC. *CLX.*

§. 1. Furtum ſimplex prima vice commiſſum, ſi pre- *De pœna furti magni primi.*

pretium rei ablatæ quinque ducatos excedit, dicitur magnum & ſeverius * punitur furto parvo.

* Non quidem ultimo ubique ſupplicio, ut mox videbimus.

Quænam ante ſententiæ dictionem excutienda.

§. 2. In hoc furto conſiderari jubet Cæſar 1) rei ablatæ valorem * 1 2) ſtatum * 2 vitæque genus furis 3) quantum damnum læſo * 3 per furtum illatum ſit. Atque his tribus rite perpenſis ſententia demum, pœnam vel capitalem, vel corporis afflictivam, * 4 determinare & ſtatuere debet.

Cur de valore rerum diſpiciendum.

* 1 Valor enim differentiam inter furtum parvum & magnum conſtituit: Itaque omnino exacte æſtimari debet. Diximus tamen ſupra ad valorem communem, pretiumque commune hic oculum adjiciendum eſſe. Unde ducatus cum lagio non æſtimatur ultra quatuor florenos imperii, licet militum præfecti forte ad illos corrogandos plus impendant. Ubi verò ducatus vulgo ultra quatuor florenos adhuc aliquot crucigeros valet v. c. in Suevia, Auſtria, ibi quoque magnitudo furti creſcit, & ſecundum hunc valorem dijudicatur. Quæritur autem quomodo quantitas valorque rerum a fure ablatarum per læſum probari debeat? ℞. ſi teſtes haberi poſſunt, utendum ipſi teſtibus, tanquam ſpecie probationis ordinariæ. Sed an quoque in ſubſidium læſi juramento? Negat famoſus & eruditus inquiſitorum defenſor GRANZIUS, nec ſine rationibus. Nam licet *in L. ſi quando Col. unde vi* auctore ZENONE, ſpoliatus juris jurandi religione, damnum a ſpoliante ſibi datum æſtimare poſſit, & ab ipſo CAROLO noſtro *in Art. CCVIII.* actor rem furtivam repetiturus ad jusjurandum admittatur: Conſtat tamen ex his textibus, quod uterque Cæſar non de ultimo ſupplicio infligendo, ſed de civili perſecutione in legibus ſuis loquatur, vid. iterum GRANZ *P. I. p. 511. ſequ. P. II. p. 71.* Enimvero uſus forenſis hoc jusjurandum, in defectu probationis ordinariæ etiam in criminali judicio omnino, nec ſine cauſa recepit. Nam

Quomodo valor probandus.

An etiam læſi jurejurando?

An certe uſu forenſi & quare?

(1)

Digitized by Google

(1) jurantis in hoc juramento adeo regulariter non intereſt, ut perjurium metuendum. Vel enim res oblatæ adhuc extant, & tunc æſtimantur a peritis ſine juramento, vel non extant, & tunc ſi majoris pretii ſunt, rariſſime caſus contingit, ut fur ſolvendo ſit, & eas penſare poſſit, ſi non magni pretii ſunt, nec magnus perjurii metus ſubeſſe poteſt. (2) Fures ob ſolam quantitatem raro ſuſpenduntur, ſed propter reiterationem furti, vel adhibitam violentiam, quam confeſſi ſunt. (3) Si hoc jusjurandum exularet, ſæpe deeſſet juſtitiæ medium veritatem eruendi. Accedit (4) quod inquiſitus, ſi caufas allegare poſſit, quare juraturus de perjurio ſuſpectus ſit, audiatur, nec temere læſus ſuſpectus ad jusjurandum admittatur. Contigit quondam in Gambrivia hæc ſpecies. Doctor quidam Medicinæ habebat filium peſſimæ vitæ, qui cum vix annos pubertatis egreſſus eſſet, patri Doctori ſenſim varias res pretioſas furatus erat, & easdem ad parentes amaſiæ ſuæ homines de turba pertulerat. Adibat Doctor judicem & urgebat, ut inquiſitio inſtitueretur contra parentes amaſiæ filii, & ſe ſimul offerebat ad jusjurandum de rerum ablatarum pretio præſtandum. Defenſor dictæ familiæ hac cautione utebatur. Inquirebat clanculum in vitam doctoris quondam juvenili ætate apud parentes transactam, cumque ex teſtibus, qui Doctorem noſcebant, intelligeret, doctorem parentibus ſuis juvenem adhuc ſæpius varias res ſuiſſe ſuffuratum, ad doctorem properans, exponebat ipſi, quæ teſtes ſuggeſſerant. Quo invento facile doctoris conſilium & ad jusjurandum oblationem, veriti ſcil. ne vita ipſius ante acta jam paucis ſenibus clam in patria nota, ubique palam non ſine ipſius dedecore exponeretur, eludebat.

An fur contra jusjur. audiendus? Caſus in terminis.

* 2 Ætatem, mores, malitiæ gradum, calliditatem, ſimplicitatem, ſeductionem furis expendi debere, nemo negabit; ſed an quoque dignitas, officium, & familia hujus loci ſint? ut vult CLASEN. *h.* Sane ſi dubium ſit, an inculpatus furtum commiſerit, facile concedo, quod

Quænam qualitates in fure attendendæ, & quid de dignitate, & proſopolepſia attendendum.

quod exinde indicia contra accuſatum, vel denunciatum æſtimari, & contra furti ſuſpicionem aliquales præſumtiones pro illo capi poſſint, ſed hæc inſpectio non eſt hujus loci. Ceterum circa pœnam arbitrariam determinandam ad dignitatem & ſimilia reſpicere licet, ſed in quæſtione de pœna capitali, nulla illorum ratio habenda eſt. Nec enim in delictum influunt, nec circa pœnam ſanguinis proſopolepſiæ locus eſt. Nec *l. 1. 2. ff. de termin. mot.* quæ conditionem delinquentium etiam ex illorum ſplendore cenſent, ad alias, quam arbitrarias pœnas hodie applicantur. Merito ea demum proſopolepſia genuina eſt, quæ qualitatem perſonæ tunc attendit, ſi in delictum influit v. c. tutor ſtupratur pupillam, pediſſequus matronam nobilem, miles ſalvam guardiam, ut loquimur, datus, furatur in hoſpitio.

Quæ juſta?

De furis lucro, & læſi damno, an utrumque hic attendendum.

* 3 De lucro furis Imperator non eſt ſollicitus, nec vult, ut inſpiciatur: Wie vortheilhafftig der Diebſtahl dem Diebe geweſen und wie hoch er ſelbigen genoſſen, ſed ſimpliciter: wie ſchädlich der Diebſtahl dem Beſchädigten geweſen. Nihilominus quidam criminaliſtæ, quantitatem lucri a fure percepti ſimul attendunt. Unde inquit STRYK. *in not. ad Lauterb. tit. de furt. verb. quinque aureos: ſi fures diviſionem fecerunt, & uni non tribuerunt quinque aureos, hic a pœna ſuſpendii liberatur,* & ita expreſſe ſtatuitur *P. IV. conſtit. Elect. Saxon. XXXII.* Aſt cum, ſi v. c. fur rem ablatam viliori pretio diſtraxerit, vel plane donaverit, aut perdiderit, nihil inde redundet ad læſum, nec damnum ipſi datum inde minuatur, iniquum foret malam œconomiam furis, inter pœnas temperandi cauſas referre *vid.* CARPZOV. *qu. LXXVIII. n. 51.* Quare ipſe STRYKIUS *ſ. 7. U. M. h. t.* ſententiam ſuam tantum ad eam ſpeciem reſtringit, ubi plures furati ſunt, & uni ſociorum exiguam particulam, quæ infra quinque aureos venit, reliquerunt. Ut proinde nec ex mente STRYKII, ſi unus furtum fecit, licet rem perdiderit, donaverit, vel viliſſime vendiderit, modo verum

rum pretium illos quinque aureos ſuperet, locus ſit pœnæ mitigationi, *vid. tamen §. ſequent. 3.* Ex eo autem, quod ad damnum læſi reſpiciendum ſit, ſequitur quod reſtitutionis rei a fure facta ratio haberi debeat. Fit vero hæc, vel ſtatim e libera furis pœnitentia, vel coacte, fureque jam carceri mancipato. Prioris magna vis eſt, ut etiam furto plane cum violentia commiſſo a ſuſpendio furem liberet. *Conſ. præjud. apud* CZ. *IV. conſt. 32. def. 17. in fin.* Poſterior autem, nec in furto violento, nec in tertio *vid. infr. ad Artic. CLXII.* attenditur. Alias & reſtitutio pro parte quoque prodeſt furi, modo non læſio quinque ducatorum remaneat. Quodſi tamen emtori rei furtivæ fur ſatisfacere non poteſt, reſtitutionis vix eſt effectus CZ. *qu. LXXX. n. 51. ſequ.* Tunc enim læſio hominis innocentis ex furto reſtat. Ceterum 4) addidit Imperator, ut quoque inſpiciatur, an fur deprehenſus fuerit, an vero minus, ſed hanc circumſtantiam, ob ſupra dicta, merito omiſimus.

Cur reſtitutio rei furtivæ minuat pœnam.

Cur nil dictum de furis deprehenſione in furto.

*4 Ex mente Cæſaris, ſi furtum 1) magnum 2) læſoque ſupra 5. ducatorum valorem, ob deficientem reſtitutionem noxium 3) fur homo malæ famæ, ſuſpendio etiam in primo furto locus eſt. Quodſi vero, vel circa quantitatem ablatam dubium reſtet, vel læſo, an in totum, aut ex parte ſatisfactum, vel læſus damni reſtitutionem furi remiſerit, vel fur alias bene audiat, & a callidis nebulonibus in ſceleris ſocietatem tractus ſit: pœna arbitraria, aliquando etiam in corpore luenda, applicatur. Enim vero, praxis hinc inde a conſtitutione noſtra divortium fecit. Sic v. c. HAHN *ad IV. h. t. N. XV. ad verba, non etiam &c. verſic. capitalis autem tum demum &c.* diſerte negat, quod furtum primum magnum extra caſum effractionis capitale ſit 4) JCti Jenenſes in Saxonia ducali tum demum pœnam patibuli decernunt, ſi res ablata ultra 20. Joachimicos æſtimatur, STRUV. *in Syntagm. XLVIII. 22.* 5) *in Archiepiſcopatu Salisburgenſi* furtum primum & magnum arbitrarie coerceri, notat BLUMLACH. *in not. h.*

De pœna furti magni.

Forenſi, non capitali.

Digitized by Google

Eadem 6) de *Bavaria* dicenda *vid. tit. VIII. de Maleſiz-Ordn. Art. 5.* 7) In comitatu *Tyrolenſi* quantum pro ultimo ſupplicio infligendo, definitur: über 25. Pfund Perner. *Lib. VIII. tit. 44. Tyrol. Landr.* 8) In vicino ducatu *Magdeburgico* primum furtum arbitrarie punitur *M. P. O. tit. LXXI. §. 1.* Unde HARPRECHT. *ad inſt. §. 5. n. 56.* & STRYK. *U. M. §. III. h.* generaliter, vel ut LAUTERBACH. *§. 23.* hic docet, plerisque in locis, pœnam capitalem in hac ſpecie ceſſare volunt. Ni jura localia, quibus præcipue ſtandum eſt, pœnam mortis infligere jubeant.

Qua quantitate opus in furto a pluribus commiſſo.

§. 3. De ſpecie, ubi plures furtum commiſerunt circa valorem adhuc notandum, quod licet non videndum ſit, utrum ſinguli in diviſione tantum acceperint, quantum pretium V. ducatorum æquet: videndum tamen, an ſumma tanta fuerit læſo ablata, ut accipere potuiſſent BERGER. 43. OEC. I. * Nec enim ſi tanta ſumma non ablata ſingulis furibus imputari poteſt furtum magnum commiſſum. Nec itaque ſingulis furti magni pœna imponi.

Diſtinct. JCti cujusdam Sundenſis.

* Diſtinguebat in actis S. An. 1723. M. Novembr. defenſor: Ob jeder Inquiſit 5. Ducaten bey der Theilung bekommen, und ſolche hernach ſelbſt verwahrloſet, oder ob einer davon keine 5. Ducaten, ſondern nur etwas, wie ein Handlanger und Lehrling der andern älteren Diebe bekommen. Quaſi illud non attendendum, hoc autem pœnam mitiget. Quod concedendum videtur.

ARTIC. *CLXI.*

Vom andern Diebſtahl.

So jemand zum andernmahl, doch auſſerhalb Einſteigens oder Brechens, als obſtehet, geſtohlen hätte, und ſich ſolche beyde Diebſtähle auf gegründete Erfahrung der Warheit, als hiervor von ſolcher Erfahrung klärlich geſetzt iſt, erfunden: Auch dieſelben

zween

zween Diebſtähle, nicht fünff Gülden, oder darüber werth ſeyn, ſo beſchweret der erſte Diebſtahl den andern: Darum mag derſelbige Dieb in Pranger geſtellt, und das Land verboten, oder in demſelben Zirck oder Ort, darinnen er verwircket hat ewiglich zu bleiben, verſtricket werden, nach Gefallen des Richters, auch nach der beſten Form ewige Urphede thun: und mag der Dieb in dieſem Fall nicht furtragen, ob er mit dem Diebſtahl als vor vom erſten Diebſtahl gemeldt iſt, nicht beſchreyen oder betreten würde. Wo aber ſolche zween Diebſtähle fünff Gülden, oder drüber treffen, ſo ſoll es mit Erfahrung aller Umſtände, auch Gebrauchung der Rechtsverſtändigen, wie hernach geſchrieben, auch, als im nechſten obern Articul ſtehet, gehalten werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXI.*

§. 1. Quodſi fur ſecunda *1 vice furatus eſt, nec tamen res utroque furto ablatæ quinque ducatorum æſtimationem excedant, fur ad numellas, ſiſtitur, præſtitaque deinde urpheda relegatur, vel confinio excedere vetatur. *2 Nec hic ad deprehenſionem in ipſo crimine attenditur, nec illa deſideratur ab Imperatore. De furto ſecundo non magno.

*1 Requirunt Doctores, ut furta re & tempore ſint diſtincta CLARVS *§. furtum verſic. unum &c.* Unde ſi quis apud eundem hominem, eademque nocte quaſdam res e conclavi, quaſdam e cella, quaſdam e bibliotheca auferat, facinora pro uno furto habentur. MATTHÆI *de crimin. L. XLVII. tit. 1. c. 3. n. 11.* An opus quoque, ut fur jam ſit propter furtum punitus in computatione furtorum? Carolus certe id non dicit, ſed ex ſola reiteratione furis malitiam arguit. Sed quidam Doctores furem jam punitum eſſe requirunt, quo evidentius conſtet de inemendabilitate, *arg. Artic. CLXIII. verſic. Beſſerung u.ſ.w.* Quod tamen non adeo ſtringit, cum Articulus de furto primo ab homine, alias, ut contextus ſuadet, non malo commiſſo, neutiquam Requiſita Dd. hic. an opus furem jam ſemel eſſe punitum.

 de eo,

de eo, qui jam reiterata vice furatus eſt, loquatur. Ut proinde vita anteacta, non pœna ſemel inflicta, ſpem emendationis ſecundum textum ſuppeditet. Interim ſi de pœna capitali v. c. in furto ſecundo magno quæſtio oritur, HARPRECHT *ad I. §. 5. n. 60. h. t.* LAUTERBACH. *Colleg. M. §. 56.* HERT. *Reſp. CCCVII.* MAVRIT. *P. II. Conſil. IV. num. 21. vid. not.* *1 *ad Artic. ſequ. §. 1.* an fur nondum punitus ſit, attendunt, ſimul ad praxin Würtenbergicam provocando. Nec nos adeo repugnamus.

& quando

De confinationis pœna.

*2 Dicitur in textu: in denſelben Zirck oder Ort, darinn er verwürcket hat, ewiglich zu bleiben, verſtricket werden. In *Palatin: ordin. crim. Tit. 43.* dicitur mit Verbietung ehrlicher Geſellſchafft und Verbannung in die Marckung. Quæ pœna in Ducatu Würtebergico, ut ex MAURITII *conſil. Tubingenſ.* conſtat, uſu ſervatur.

De pœna furti ſecundi magni arbitraria.

§. 2. Quodſi vero bona furtis oblata, valorem quinque ducatorum ſuperent, ad conſultationem Jurisprudentum res demum decidenda eſt, ut in Articulo præcedente. *

Differentia pœnæ in furto II. & I. parvo.

* Secundum furtum parvum gravius vocat Cæſar furto uno & ſimplici in verbis: ſo beſchweret der Diebſtahl den andern, graviorem quoque illi generatim pœnam impoſuit, quam primo furto parvo, quod ſecundum Articulum CLXII. ſola carceris pœna fur luebat. Neque a rationibus juris abludit, furtum ſecunda vice factum, in quæſtione de arbitraria pœna, ſi ceteræ circumſtantiæ primi & ſecundi furti parvi, reſpectu ætatis furis, malitiæ & alia, æquales ſint, ubique ſeverius coercere. Enim vero, quæ circa furtum magnum utriusque generis differentia ſit, perſpicue non traditur, ſed in fine *Artic. noſtr. CLXI.* fit remiſſio ad Jurisprudentes, uti in *Articulo CLX.* Unde ex mente Cæſaris capitali ſimplici in ſecundo furto locus non aliter erit, quam ſi concurrant ea, de quibus *in not.* *4 *ad Art. CLX.* Alias enim ſi capitalis in ſecundo furto ſæpius, quam in primo infligenda eſſet, Cæſar utique id diſertius ſtatuiſſet. Sed an & hic praxis forte a Carolina receſſit, ut in *fin. Artic. CLX. verbis: Enimvero &c.* de

De eadem differentia in furto I. & II. magno.

Digitized by Google

de furto primo magno annotavimus, an & hic tantum in foro regulariter extraordinariæ locus? Arbitrariam certe, ſive extraordinariam pœnam infligendam eſſe dicunt STRVV. *§. XXI. ad ff. h. t.* STRYK. *§. 4. ibid.* BEYER. *§. 37. ad h. Art.* Interim ſi nihil adſit alicujus momenti pro fure, quod judicem movere queat, ſane pro furis malitia, damnique dati magnitudine ad mortem omnino pœna extendi poteſt *v.* LAVTERBACH. *§. 54. inf. h. t.* BLVMLACH. *h.* BERLICH. *P. V. concl. v. 43. n. 79.* Nec enim a rationibus conſtitutionis noſtræ criminalis, citra rationem, tantum ob generale hujus, vel illius JCti aſſertum nimium abeundum eſt. Nec in ſecundo furto eadem plane pœnam mitigandi cauſa ſubeſt, quam quidem in primi furti ſupplicio temperando. Et ita judicavit ordo noſter Anno MDCCXIV. verſus N. & fœminam ſuſpendi juſſit, cum caſus illi offerretur, quo 1) ancilla hero ſuo ruſtico e ciſta 60. imperiales abſtulerat & poſtquam 30. reſtituerat, reſpondentibus JCtis Erfurtenſibus virgis cæſa relegata erat, dein autem ſtipem quærendo mox evangelicam, mox catholicam ſe finxerat, usque dum 2) W. Paſtori operas ſuas certa mercede addiceret, paulo poſt autem die dominica, cum paſtor in templo eſſet, arcam ejus ſecuri aperuerat & denuo centum & viginti Joachimicos furata erat, quos in militum conſortio in urbe N. nequiſſime conſumſerat. Tandem vero denuo furandi cauſſa, ædes Paſtoris catholici clanculum ingreſſa, deprehenſa erat. Quam capitalem ſententiam E. M. confirmavit & executioni dandam curavit. Quodſi vero duo furta quinque ducatorum pretium vix excedant, nec proinde læſis adeo noxia ſint, nec magna malitia in fure appareat, nec pœna jam ob primum furtum fruſtra inflicta, animum obduratum oſtendat, ultra fuſtigationem, aut condemnationem ad opus publicum, non proceditur. Nec enim Imperator noſter tam rigoroſo & veluti in puncto, ultimum ſupplicium in furtum ſecundum magnum, ut clauſula Articuli noſtri docet,

Quando furtum magnum II. capital. &

Quando extra ordinem foro coercetur.

 decre-

Beyeri obſervatio hic.

decrevit. Atque ita capio STRUV. STRYK. Tandem obſervavit BEYER. *d. l.* quod furtum reiteratum, mitius puniatur ſimplici manifeſto, quod parum convenit cum regulis Jurisprudentiæ criminalis veræ & genuinæ, nec uſu obtinet.

ARTIC. *CLXII.*

Vom Stehlen zum drittenmahl.

Würde aber jemand betreten, der zum drittenmahl geſtohlen hätte, und ſolcher dreyfacher Diebſtahl mit gutem Grund, als zuvor von Erfahrung der Warheit geſetzt iſt, erfunden wird, das iſt ein mehrer verleumbdter Dieb, und auch einen Vergewaltiger gleich geacht, und ſoll darum, nemlich der Mann mit dem Strang, und die Frau mit dem Waſſer, oder ſonſt in andere Wege, nach jedes Lands Gebrauch, vom Leben zum Todt geſtrafft werden.

ARTIC. *CLXII.*

Obſervatio pragmatica ex hoc projecto in uſum fori.

IN hoc articulo poſt verba ultima geſtrafft werden additur in Norico: der Diebſtahl wäre groſs, oder klein, mit oder ohne die obgemeldeten beſchwerlichen Umſtände geſchehen; Es möchte auch denſelbigen Dieb nicht entſchuldigen, ob er die Diebſtähle nicht alle an einen Ort gethan hätte. Denn die Straff dieſer Diebſtähle würde in Rechten durch die böſe Gewohnheit dermaſſen beſchweret. Itaque in puniendo furto tertio quantitatis omnino ratio habenda videtur in praxi. Cur enim Cæſar & ſtatus imperii alias verba An. 1521. in projecto extantia: der Diebſtahl wäre groſs oder klein, in comitiis ultimis An. 1532. in exemplo jam impreſſo, ſi nullum quantitatis reſpectum habere voluiſſent, omiſiſſent? Art. CLXIII. concordat cum projectis,

Notæ

Digitized by Google

NOTÆ AD ARTIC. *CLXII.*

§. 1. Tractat hic Articulus quæſtionem de furto tertia vice reiterato. Summa eo redit: Si quis tertia *1 vice furatus ſit, & judex furta revera eſſe facta, *2 inquiſitione deſuper inſtituta deprehenderit, fur tanquam fur inveteratus, famoſusque & talis cujus factum, a facinore atroci furis violenti adeo non differt, vel laqueo, *3 ſi maſculus, vel aqua, *4 ſi fœminini ſexus ſit, ſuffocari debet. — De pœna furti III.

*1 De modo furta computandi jam dictum, ad *Artic. CLXI. not. 1.* quam totam huc repetimus. *add. mox ſequ. §. 2.*

*2 Mit gutem Grund u. ſ. w. Ipſa inquiſitio in veritatem criminis delati deſcribitur *Artic. LIV.* De 1) quantitate 2) reſtitutione rerum furtivarum 3) condonatione læſi item 4) quod furem jam bis oporteat eſſe propter furta ſua caſtigatum, in hoc Articulo nihil habetur. Nam atrocitas facinoris in ſola reiteratione, ab Imperatore poni videtur verbis: ein Mehrer, Verleumbter, u. ſ. w. Accedit, quod alias, ſi tot mitigantibus locus foret, furtum tertium, vix a primo, ſecundoque differret, cum tamen repetitio criminis, merito crimen aggravet. Neque vero hic remiſſio ad arbitrium Jurisprudentum, ſed breviter & decretorie ſtatuitur: und ſoll darum der Mann u. ſ. w. Imo quod omnium maxime ſtringit, Imperator in textu diſerte conſtituit: daſs ein ſolcher Dieb, der nehmlich dreymahl geſtohlen, einem Vergewaltiger gleich zu achten. Atqui fur violentus nec furti exiguitatem, nec remiſſionem nec reſtitutionem, pro obtinenda mitiori, quam ſuſpendii pœna allegare poteſt. Interim 1) quod attinet quantitatem, quæ uſuali interpretatione, ut ſæpius vidimus, quinque ducatorum valore abſolvitur, ejus rationem omnino praxis habet BERLICH. *IV. 43. n. 39.* LAUTERBACH. *§. LV. h. t. in fin.* STRUV. *§. 21.* STRYK. *h. t.* Nec ſine cauſa cum & reiteratio non unice ex numero, ſed ex læſione aliorum innocentum dijudicanda. Accedunt & — An hic attendenda mitigantia n. 1. 2. 3. 4.? item quid ſpeciatim de quantitate,

ea

ea, quæ ad projectum Noricum *ſupra* adjecimus. 2) Reſtitutionem rerum ablatarum inter cauſas mitigandi referunt CLASEN. *h. verſic. deinde videndum*, LAUTERB. *d. l.* aliique quos citat CLASEN. *d. l.* 3) Huc etiam pertinet, ſi cum læſis transactum *iid. d. l.* Imo 4) quidam ex hoc capite pœnam temperant, vid. STRYK. p. IX. *d. l.* quod fur nondum ob priora facinora punitus. Enim vero dicta quidem de quantitate facile defenduntur. Alias enim 1) non haberetur ratio damni dati, quamque noxium fuerit læſo furtum. Quæ inſpectio tamen cum jure naturæ, tum quoque ex mente Imperatoris in *Artic. præced.* ad pœnas furtorum definiendas, primum & genuinum fundamentum conſtituitur. Nam fures ideo puniuntur, quia concivem lædunt; & ſuſpenduntur, quia graviter lædunt. Alia idonea pœnarum cauſa hic adferri nequit. Deinde ad ſolam a quibusdam tantopere exaggeratam reiterationem, numerumque furtorum ſatis reſpondet MATTHÆI *p. 93. ſequ.* Et quis crederet Imperatorem tantum per digitos veluti furtorum numerum ſupputaſſe, non autem mente ponderaſſe eorundem magnitudinem aut noxietatem. Dein 2) homo propter tres v. c. groſſos, quos tribus vicibus abſtulit ſuſpendendus foret 3) fur tres groſſos auferens, eandem pœnam lueret, quam fur, qui ingentes plane ſummas abſtulit. 4) Furtum tertium unum & ſolum etiam rei minimæ, graviorem pœnam operaretur, quam duo præcedentia aliquot Imperialium. Accedit 5) quod Elector Bavariæ in ſua ordinatione criminali ſat antiqua *tit. VIII. Artic. V.* noſtrum Articulum de furto magno ratione pœnæ capitalis interpretetur. Item 6) quod verba: einem Vergewaltiger gleich, non inferant ſimilitudinem omnimodam, cum, qui vim intentat & ſimul furatur, duplicis utique generis delicti reus ſit, & omnem legum reverentiam ſe exuiſſe palam veluti teſtetur, fur autem tertio clanculum furatus non æque. Ut taceam, quod ne quidem fur violentus ſcelus ſuum ubique ultimo ſupplicio luere ſoleat, *ſupr. Artic. CLIX. in fin.*

Neque

Marginalia: de reſtitutione, — transactione cum læſo, — aut nondum punito fure hic dicendum. — Cur ratio quantitatis omnino habenda.

Neque vero ſic omnis differentia inter furtum primum, ſecundum, & tertium tollitur, ut mox de cauſſis pœnam mitigantibus dicenda probabunt. Aſt quod reliqua tria mitigantia attinet, negari nequit, quin magis autoritati Doctorum, trituræque defenſorum forenſi, quam regulis bonæ interpretationis debeantur. Nam 1) facultas reſtringenda ad caſum, non ad furis virtutem, emendabilitatem, aut inemendabilitatem, de qua in *Artic.* noſtro, referenda videtur. 2) Condonandi facilitas aut difficultas, affectus humani regulariter intempeſtivus fœtus eſt, non rectæ rationis effectus *vid. tamen* quos citat MARCI *n. XVIII.* Tandem 3) quod fur ter furatus nondum punitus ſit, calliditatem & artes furis magis arguit, quam ut genuinum pœnam mitigandi fundamentum conſtituat. Licet in furto primo ſecundoque talia attendantur, & nos ipſi ex mente aliorum *not.* *1 *ad Art. præced. ſupra* talia huc transtulerimus. Unde quoque multi hæc mitigantia, in quæſtione de furto tertia vice facto rejiciunt, quibus & ordo Juridicus Halenſis accedit *vid.* præjudicium apud LVDOVICI *h.* Interim nos ex illis eſſe nolumus, qui contra intentionem Cæſaris *arg. Art. CLIX.* verſic. Ermäſſigung des Richters, caſu oblato, omne judicis arbitrium, v. c. ſi reſtitutio ſponte ante accuſationem facta *vid. ſupr. ad Artic. CLX. §. 2. not. 3. in fin.* excludunt. Præcipue nobis non placet illorum rigor, qui tunc etiam furtum tertium, quando priora duo jam per decurſum annorum præſcripta ſunt, capitaliter puniunt, *vid.* BERLICH. *IV. 43. n. 110.* BAJARD. *n. 62. ad* CLAR. *§. furtum*, atque hac ratione pœnam ſemel præſcriptam vita jurisprudentia, denuo ſuſcitant, & miſeris ſua beneficia juris, contra æquitatem extorquent, quæſitoque illos jure ſpoliant. Non autem poſſumus aſſentiri BLVMLACHERO & illis, quos citat *h. n. 2.* ubi refert: Daſs das Hof-Gericht zu Saltzburg, da in einer Nacht einige Diebe in 3. Häuſer (nach einander, ut nexus orationis ſuadet) eingebrochen; ſolches vor einen Diebſtahl geachtet. Sunt

Epicriſis de reliquis mitigantibus.

enim hic tria furta, rebus, locis, tempore, licet modico diſtincta. Atque ter utique homicida eſt, qui tres mox unum poſt alterum doloſe occidit. Ex eo quidem BLUMLACHERI & ſequacium opinioni, ſpecies accedit, quod ejusmodi fures non ſatis accurate dici queant: *mehrere verläumbdete Diebe.* Nec enim mala illorum fama, tam brevi temporis ſpatio inter illorum furta intercedente, diſpergi potuit. Ego tamen circa dicta nihil muto, & extraordinaria ejusmodi furum malitia, mihi tractum temporis aliqualem, qui alias furta diſtinguere debet, abunde compenſaſſe videtur. Tandem illud non prætereundum eſt, quod quidam inter furtum magnum & parvum veluti media via incedere, & non res minimas, nec tamen quinque ducatos valentes, ſed res alicujus momenti in trino furto, pro pœna capitali infligenda requirant. confer. THEOD. *p. 147. n. 51.* Enimvero ſi hoc admitteretur, daretur occaſio in infinitum de quanto furtorum diſputandi & arbitrandi. Unde melius eſt quanto quinque ducatorum tanquam certo inhærere, in tam ardua capitalique quæſtione.

De non uſu pœnæ aquæ in furto reiterato.

*3 Pœna aquæ non eſt in uſu. De Bavaria *vid. Maleſiz-Ord. in fin.* In Palatinatu alternative quidem pronunciatur: mit dem Schwerd, oder Waſſer. Sed nec ibi pœna aquæ uſu obtinere videtur *Tit. XLIII. ord. crim. palat.* In Comitatu Tyrolenſi adhuc *ord. prov. 4. L. VIII.* frequentatur. In provinciis autem juris Saxonici fœminæ pariter, ut mares ſuſpenduntur.

An omne furtum infamet?

*4 Dicitur fur ter furatus: ein Verläumbdter Dieb. Sed quæritur an omne furtum inf. met? De jure civili affirmatur *L. 63. de furt. l. 8. C. ex quib. cauſ. infam.* Sed quoad furtum rei minimæ diſſentit LYNCKER. *deciſ. DCXXIII.* & ante eum WESENB. *tit. de furt. n. X.* quorum rationes nobis potiores ſunt, quam nuda & cruda generalia verba textuum juris Romani, quippe quæ interpretanda ex æquitate. Accedit, quod Imperator noſter in genere, in quodlibet furtum non animadvertat infamia, ſed tantum tertia

tia vice furem dicat: einen verläumbdeten Dieb. Imo furti pœnam in genere æſtimat non ex facto ſolo, ſed ex damni quantitate. Ut proinde de aliis furtis illorumque infamia, & pœnæ in illa ſtatutæ genere demum, v. c. an fur ad numellas poſitus, fuſtigetur &c. ſit judicandum. Neque facile aliter ſentiet, qui gravitatem pœnæ infamiæ vel ex ipſius infamiæ natura & effectu, vel certe ex CARPZ. *qu. 94. n. 73. qu. 13. 5. n. 47.* religioſe perpendet æſtimabitque. Nec analogiæ juris Germanici tam faciles circa pœnam infamiæ judices eſſe convenit.

§. 2. Quæritur autem an & quatenus æſtimentur furta jam punita. Tractat hoc quæſitum THEODORICVS binis locis *p.* 147. dein *p.* 1414. 1415. ibi dicit, *quod non quid æſtimentur reſpectu præteriti, cum pœna delicti ſemel ſoluta pareat liberationem*, æſtimentur tamen, *reſpectu aggravationis pœnæ furti novi nondum puniti.* Hic vero: *Quod furtorum jam punitorum ratio adhuc habeatur in pœna furti novi, quoad reiterationem & incorrigibilitatem*, quam inferunt, ſed ad computandam *rerum ablatarum quantitatem, eamque in furto novo ſupplendam, nihil conferre furta præcedentia jam punita, nec ſi ob magnitudinem pœna noviter infligenda, æſtimari poſſe*, imo potius *pro non commiſſis haberi.* * An & quatenus imputentur, vel computentur furta jam punita.

* *Pro illuſtratione addamus hanc ſpeciem;* Maria Behmens hatte an ſieben Orthen, und zwar an einem vier, alſo zuſammen eilfmahl Garn, Linnen, Kleider und Eſs-Wahren geſtohlen, war auch deswegen zu Lycopolis mit Staupenſchlagen auf ewig verwieſen. Hierauf hatte ſie wieder bey ihren Herrn Jacob Alten zu Wieckler allerhand Wollen und Flachſen Zeug geſtohlen, auch es zu dreymahlen wiederholet, und zwar zu Wehrenburg eingeſetzet, flüchtete aber aus dem Gefängniſs, ſtahl wieder Garn, Hühner, Erbſen und ein Leibſtücke, wurde darauf Illuſtratio furti reiterati ultimo ſupplicio coerciti ex capite incorrigibilitatis.

auf von dem Gerichte zu Lohſtat an Kack geſtellet und Landes verwieſen; allein ſie ſtahl aber eins zu Everſtadt bey ihrem Brodt-Herrn drey Pfund Wolle, ferner eine Wurſt, 4. Thlr. Geld, und zum letzten mahl 18. gr. hatte dem Ambt Wehrenburg ins Geſicht geſagt: ſie müſte ſtehlen, maſſen ſie die Frau, ſo ſie erzogen, ſchon als ein Kind beſtohlen, und zu Lycopel, wie ſie ausgeſtäupet worden, unter dem Rock dem Voigt ein Paar neue Schuhe mit genommen. Rationem habuimus tot furtorum, & incorrigibilitatis, & decrevimus, ob tot furta non minima, accedentemque malitiam inemendabilem, pœnam ſuſpendii. Licet non ſatis probatus valor quinque aureorum eſſet. Nam licet propter omiſſa ex projecto de Anno 1521. verba: der Diebſtahl ſey groſs oder klein, in furto tertio non ſit regulariter deveniendum ad pœnam patibuli: verſabamur tamen hic in caſu oppido ſingulari, ubi non ter, ſed tredecies inquiſita furata, inemendabilitatem confeſſa, bis punita, ſemel vincula ruperat, aliquando ad furta facienda tectum adſcenderat, & teli genus: einen Klumphammer in loco reliquerat; ut proinde opinabile eſſet, cum præcipue quantitas furtorum, attentis ſimul furtis punitis, furtum magnum longe ſuperaret vel impunita plane ad minima ſpectarent, ex mente Caroli noſtri mitius pronunciari non poſſe. Ceterum, ſi præter reiterationem frequentiorem nihil adſit, quod furtum aggravet, tutius eſt operas publicas perpetuas decernere.

An judex & quando furi famam reſervare poſſit.

§. 3. Tandem circa infamiam; de qua *in fin. not. fin. ad* §. 1. quæritur: an judex famam aliquando reſervare poſſit furi? Quod affirmat HARPRECHT §. 4. *diſſ. ſingul.* ſi furtum *modicum*. Ita enim famam reſervaſſe Anno 1687. boetho fabrili qui Wetzlariæ porcum abſtulerat, Tübingenſes. Parcendum quippe eſſe inprimis famæ opificum, *vid.* quos in terminis citat HERT. *Reſp.* CCCLVI.

Artic.

ARTIC. *CLXIII.*

Wo mehr denn einerley Beſchwerung bey dem Diebſtahl gefunden wird.

WO bey einem Diebſtahl mehr dann einerley Beſchwerung, ſo in den vorgeſetzten Articuln unterſchiedlich gemeldt ſeyn, erfunden würden, iſt die Straffe nach der meiſten Beſchwerung des Diebſtahls zu erkennen.

ARTIC. *CLXIII.*

COncordat cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXIII.*

Generalis hic continetur obſervatio criminalis, quod nempe pœna in delictis, adeoque etiam in furtis, commenſuranda ſit e circumſtantia facinoris atrociſſima. * *Quid ſi furtum plures circumſtantiæ aggravent.*

* Nach der meiſten Beſchwerung dicitur in textu: GOBLER: PRO GRAVAMINE MAJORI, REMUS minus recte: CONDIGNAM AUDACIÆ DELICTO, nec melius ZIERIZ: POTISSIMAM CIRCUMSTANTIAM transtulerunt. Nos magis ſecuti ſumus contextum & reddidimus, ATROCISSIMAM. Ita quoque exponere jubet regula juris criminalis: *pœna major abſorbet minorem.* Unde ſi quis furtum parvum & aliud magnum, ſimplex & aliud qualificatum commiſit, punitur ut magni, aut qualificati reus Item Titius bis furtum commiſit, ſed ultima vice arma geſtavit, punitur non ut in *Articulo 159. ſed ut in Artic. 161.* Ulterius Imperator loquitur quidem tantum de ſpeciebus in præcedentibus recenſitis, per verba: ſo in den vorgeſetzten Articuln gemeldet: attamen ſi plane nova aggravans circumſtantia, vel novum atrocius facinus cum furto concurreret, v. c. Titius furatus eſt & ſi- *Quis ſenſus verborum: nach der meiſten Beſchwerung.*

ſimul occidit, Titius furtum commiſit, & læſi ædibus ſimul ignem ſubjecit, pariter non ut fur ſuſpenditur, ſed ut latro, ut incendiarius, rota contunditur, vel vivus comburitur. Inter aggravantia recte refert *ordin. crim. palatin. tit. XLVI.* wer ſich in Feuers-Noth als ein Freund ſtellet, und unter den Schein das Feuer zu löſchen, liſtiger Weiſe in ſolcher Noth ſtiehlet. In terris regiis extat de furto occaſione incendii commiſſo edictum ſingulare, quod integrum recitabimus ad calcem.

De furto tempore calamitoſo, incendii, ruinæ, vid. t. de incend. ruin. naufrag. commiſſo.

ARTIC. *CLXIV.*

Von jungen Dieben.

So der Dieb oder Diebin ihres Alters unter vierzehen Jahren wären, die ſollen um Diebſtahl ohne ſondere Urſach, auch nicht vom Leben zum Tod gerichtet, ſondern der obgemeldten Leibs-Straff gemäß mit ſamt ewiger Urphede geſtrafft werden. Wo aber der Dieb nahe bey vierzehn Jahren alt wäre, und der Diebſtahl groß, oder obbeſtimmte beſchwerliche Umſtände ſo gefährlich darbey gefunden würden, alſo daß die Boßheit das Alter erfüllen möchte, ſo ſollen Richter und Urtheiler deßhalben auch (wie hernach gemeldet) Raths pflegen, wie ein ſolcher junger Dieb, an Gut, Leib oder Leben zu ſtraffen ſey,

ARTIC. *CLXIV.*

Verba: der obgemeldten Leibes-Straffe gemäſs, in Norico leguntur: der obgemeldeten Leib - oder GELD - Straffe gemäſs. Et licet in impreſſo mulctæ mentio amplius hic non fiat, cum tamen concluſio articuli, imo res ipſa pœnam arbitrariam ſuadeat, nulla revera correctio hic ſubeſt; licet OMISSIO quædam, ſcil. der Geld-Straffe negari nequeat. In eo tamen non ſatis cohæret Articulus impreſſus, quod in fine verbis: an

an Gut, Leib oder Leben, mulctam iterum commemoret & quidem in ea ſpecie, ubi non ſimplex, ſed magnum aut qualificatum furtum commiſſum, adeoque juſtior de pœna pecuniaria dubitandi ratio adeſt, quam in ea, ubi mentio mulctæ expreſſa in Norico erat. Unde non omnis OMISSIO verborum in projectis contentorum, correctionem SOLA infert, verum circumſtantiæ & rationes ejusdem examinandæ ſint, ut in *Artic. præced. CLXII.*

NOTÆ AD ARTIC. *CLXIV.*

Ratione ætatis *1 tenendum, quod fur nondum pubertatem *2 egreſſus, arbitrarie tantum coercendus ſit. Aliquando tamen propter circumſtantias furtum aggravantes e conſilio prudentum æſtimandum eſt, annon forte malitia ſuppleat ætatem, *3 ut vel capitali locus eſſe poſſit *4 vel corporis afflictioni. *5 De furis ætate impubere.

*1 Ratio ætatis in omni crimine haberi ſolet. Excipitur ſpecies *in l. 14. ad SCt. Silan.* ubi *puer* ad pedes Domini cubans non prodidit Domini ſicarium. In quo delicto impuberes puniuntur.

*2 Quæ XIV. annis hic definitur. Fur infans autem plane non punitur, ſed ab honeſtis virgis caſtigatur, ne furtis aſſueſcat. De fure infante.

*3 In dicta *l. 14. ad SCt. Silan.* dicitur, quod in nullo plane crimine pueri impuberes veniam mereantur. Interim cum & puerilis malitia non certo firmoque judicio nitatur, ſed multum impetus, vanitatiſque regulariter admixtum habeat, merito extra atrociſſima crimina, impuberis vitæ membriſque parcetur. *Arg. l.108. de R. jur.* THEODOR. *p. 1314.* MATTH. *p. 20. 21.* Sed ſola minorennitas, licet facile liberet a pœna ſuſpendii, non tamen liberat furem a pœna gladii. Nec Imperator minori in hoc *Artic.* ſubvenit, ſed diſerte tantum impuberum meminit, atque pro omni diſputatione de ætate tollenda, certos annos XIV. ſcil. definit. Nec aliud jure civili obtinet *l. 37. ff. in delictis* Impubertas veniam meretur. Minorennitas non niſi ex cauſa.

ctis ff. de minor. Agnoſcunt tamen & hic aliquod judicis arbitrium CARPZ. *qu. CXLII. circ. fin.* BERLICH. *P. V. concl. XLIV. n. 37.* TIRAQVELL. *c. VII. de cauſ. mitigand. pœn.* BLVMLACHER. *in fin. h. t.* Hic ſpeciatim hoc judicis arbitrium tuetur ex *l. 16. §. 3. de furt.* in qua lege tamen MINORENNITATIS non fit mentio, ſed ÆTATIS, quæ de impubertate intelligi poteſt, ne committatur cum *l. 37. de min.* & antea dictis, quod ſola minorennitas a pœna mortis non abſolvat, *ni aliquid ſit, quod judicem movere queat.*

Conciliatio l. 37. de minor. cum l. 16. §. 3. de furt.

An & impubes & quando capitaliter puniri poſſit, cum SENTENTIA Maximil. I. ad conſilium doctorum lata.

*4 Dicitur in textu: daſs ohne ſondere Urſache ein impubes nicht am Leben geſtraffet werden ſoll. Quæritur ergo quænam illa PECVLIARIS cauſa ſit. CARPZOV. *qu. LXXXII. n. 20. ſequ.* commemorat hic magnitudinem, violentiam, atque reiterationem furti. His enim accedentibus, furem mox puberem, malitioſumque ſuſpendi poſſe *n. 21. ubi præjud.* Sed violentiam armorumque impetum in impuberem nequidem cadere animadvertit CLASEN. *h.* Concedit tamen in fine, aliquando impuberem ſuſpendio puniri poſſe, ſi malitia inſignis cum aliis circumſtantiis concurrat. Sane quod aliquando magnitudo damni, reiteratio, calliditas, inemendabilitas, *& inſidiæ vitæ læſis ſtructæ* ultimo ſupplicio cauſam in hac ſpecie præbere poſſint, negari nequit, cum ipſe Cæſar ita ſtatuat; in dubio tamen in tam lubrico caſu, judex magis inclinabit ad pœnam extraordinariam. REMVS & ZIERIZ. provocant hic ad HVNDII *Bayeriſch Stamm-Buch ſub Rubr. Machſelreyn p. 116.* Cumque hic liber non in omnium manibus verſetur, ſubjiciemus caſum: Georg (comes ſc. de Machſelrain) dieſer wohnete An. 1490. zu Augſpurg innerhalb heiligen Creutzes-Thor, hat kein Weib, aber das Podagra hefftig; ward von ſeiner eigenen Gehalten, einer Dieren, item ein Mägdlein bey 13. und einen Buben bey 12. Jahren, ermordet, ſeine Baarſchafft und ſein Silber-Geſchirr von ihr geplündert, doch die Thäter damit in der Flucht begriffen, alle drey gerichtet,

richtet, gleichwohl des Mägdleins und Buben Jugend halb faſt diſputirt. Dann der Stadt-Buch nach, ſoll man keines am Leben ſtraffen, es wäre 15. Jahr alt. Derhalben ſchickte ein Rath, Conraten Pöntinger der Zeit Rathſchreiber, und Jörgen Raths Freund, zu dem Römiſchen König Maximilianen, ihn zu fragen, der ſchuff ſie nach gehaltenen Rathſchlag der Gelehrten zu tödten, dieweil es eine ſo böſe Mordthat war. Als wurden ſie den 16. Jan. 1505. ausgeführt, die Dieren und Mägdlein lebendig vergraben, dem Buben das Haupt abgeſchlagen. Ita *Chron. Augſpurgenſe cit.* HUND. Quod cæſareum adhibito conſilio conceptum decretum, in ſimili ſpecie judex omnino quoad ultimum ſupplicium imitari poteſt. Fluitque ex eo regula: impuberes ex cauſa aliquando ultimo ſupplicio puniri poſſe.

*5 Dicitur in textu: obgemeldeten Leibes-Straffen gemäſs. Supra autem adductæ ſunt: Aushauen mit Ruthen Art. CLVIII. Ausſtechung der Augen, Abhauung der Hand Art. CLIX. Sed an praxis moderna admittet, & quidem contra miſerum impuberem, ejusmodi ſuppliciorum portenta, quibus perpeſſis vita ipſis ſupplicium, mors ſolatium? Sane vix eſt, ut tam immane jus obtineat. Cui bono enim alias ergaſtula publica, quam ad emendationem horum petulantium juvenculorum? *vid.* SIMON. *P. II. diſp. VIII. §. 8.* Imo & de urphedæ uſu in præſenti caſu dubito, nec enim Articulus noſter rationes ætatum immutare poteſt. Alias de pœna: des Handabhauens, formula pronunciandi eſt: Mit Abhauung einer Fauſt, welcher er am beſten entrathen kan. *vid.* DOEPLER. *Part. I. Theatr. ſupplic. integro Cap. ſingul.* Quæ pœnæ impuberum extraordinariæ.

ARTIC. *CLXV.*

So einer etwas heimlich nimmt von Gütern, deren er ein nächſter Erbe iſt.

So einer aus Leichtfertigkeit oder Unverſtand, etwas heimlich nehme von Gütern, da er ſonſt ein nech-

Ffff

nechſter Erbe iſt, oder ſo ſich dergleichen zwiſchen Mann und Weib begebe, und ein Theil den andern der- halben anklagen würde, ſollen Richter und Urtheiler mit Entdeckung aller Umſtände bey den Rechtsverſtändigen und an Orten und Enden, wie zu Ende dieſer unſer Ordnung angezeigt, Raths pflegen, auch erfahren, was in ſolchen Fällen das gemeine Recht ſey, und ſich darnach halten. Doch ſoll die Obrigkeit oder Richter in dieſen Fällen von Amtswegen nicht klagen noch ſtraffen.

ARTIC. *CLXV.*

Concordat cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXV.*

Quot ſpecies dentur hereditatis expilatæ jacentis.

§. 1. Circa ablationes rerum ex hereditate jacente duæ occurrunt ſpecies, totidemque diverſa jura. 1) Si quis abſtulit rem quandam, qui non eſt heres, caſus pertinet ad *Tit. ff. de expil. heredit.* *1 Pœna hujus delicti tanquam extraordinarii, de jure civili non eſt definita, ſed modo lenior, modo acerbior infligenda cum jus hic in facto poſitum. Poteſt tamen hoc jure extendi ad corporis cruciatum. *2 An, & quod hactenus expoſuimus, ultimum ſuſpendii ſupplicium in iis ſpeciebus, de quibus *Artic.* CLIX. CLXII? Quod videtur affirmandum. *3 Add. FABER. in *C. IX.* 19. 3. qui itidem diſtinguit, ut nos in §. 1. 2. diſtinximus.

*1 Furtum fit de jure communi poſſeſſori *L. 25. ff. de uſucap.* Iacentis hereditatis non eſt poſſeſſor, ergo nec furtum *L. 2. §. 1. h. t.* Imo ante aditam hereditatem, res hereditarias plene nullius dicit CAJUS *l. 1. §. 1. de R. D.* quo ſuppoſito; longus adhuc exulat ratio & definitio furti, in ſpecie certæ rei ex hereditate jacente ablatæ. Quamvis VLPIAN. *d. l. 2. h.* reſpectu criminis expilationis, non diſtinguat inter aditam & non aditam hereditatem, ſed utroque caſu auferentem, rem hereditatis nondum poſ- ſeſſæ,

ſeſſæ, *expilatorem* vocet, nec proinde a pœna abſolvat. Nec aliter PAVLL. *in l. f. h. t. de expil. hæred.* Unde collige, quod JCti Romani res hæreditarias, in quæſtione pœnali, non habuerint pro rebus NVLLIVS.

*2. Ita GOMEZ. *tom. III. reſol. V. n. 16.* MATTHÆI *pag. 232.* pro ratione, ad naturam criminis extraordinarii, cujus pœna ſæpe in corpore luitur, provocantes. Nec ſunt etiam, qui diſſentiunt. **An expilator hereditatis extraneus poſſit peinlich aut ultimo ſupplicio puniri? Reſpondetur CARPZOVIO &c.**

*3 Nam 1) quod jacens hæreditas ſit res nullius, frivolum eſt, 2) quod deficiens hereditatis aditio vel poſſeſſionis apprehenſio auferentis cauſam juvet, ſapit metaphyſicam, non rationem juris & æquitatis naturalis. 3) Jure Germanico tranſiit poſſeſſio in heredes ab inteſtato ipſo jure, quod hodienum hinc inde ſupereſt. 4) Carolus noſter in conſtitutione ſua, expilatoribus hereditatis non magis fecit locum ſingularem, quam abigeis, aut furibus balneariis, adeoque omne hoc furum improbum genus ſub communi furum nomine complexus eſt, ſuppliciumque illis definiit idem. 5) Sentiunt nobiſcum SCHILTER. *Exerc. XLIX. §. 48.* STRYK. *in V. M. h.* Diſſentiunt CARPZ. *qu. 83. n. 79.* LAVTERB. *h.* MATTHÆI *d. l.* BERGER. *pag. 811. in œcon. jur.* CLASEN. *noſter h.* LYNCKER. *dec. CCXXXI.* ex cauſa: quod Cæſar hic remittat ad jus civile; atqui pœnam illius juris eſſe arbitrariam. Sed hæc ratio aperte falſa eſt. Carolus enim noſter nullibi de expilatore EXTRANEO in ſua lege ait, ut jam *n. 4.* notatum. Ut proinde impoſſibilis ſit commentitia ad jus commune remiſſio. Lipſienſes Scabini Anno 1547. variarunt. Initio pronunciarunt verſus Eulenburg: So werden alle drey Inquiſiten mit dem Strange &c. Sed ſtatim in eadem cauſa formula: ſo werden ſie alle 3. eurer Gerichte verwieſen, uſi ſunt. THEODORIC. *pag. 416.* COLER. *deciſ. 188. n. 7.* refert: in ea ſpecie, ubi defunctus liberos SVOSQVE heredes reliquerat, eosdem ultimum ſupplicium mutaſſe: in fuſtigationem, utut reſpectu SVORVM hereditas nequidem de jure communi res nullius dici poſſit.

Ffff 2 §. 2.

Spec. II. de expilatore coherede cognato.

§. 2. Species II) quæque hoc ipſo noſtro Articulo continetur, eſt: ſi coheres, ex hereditate ſibi pro parte delata, aliquid ſubtraxit, & coheres læſus ipſum accuſet. In hac Cæſar jubet judicem circumſtantias probe ſcrutari, easdem juris ſapientibus transmittere, & ſimul ex illis ſciſcitari: quænam juris communis deciſio ſit in ejusmodi caſu?

Officium judicis hic ſi cognatus, ſi conjux aliquid abſtulerunt.

§. 3. Addit Cæſar, quod eadem judici ſint obſervanda: ſi rerum amotio inter conjuges contingat. Imo in his ſpeciebus, ſi inter coheredes, vel conjuges amotio facta, nec accuſatorem ex officio conſtituendum, nec in facinus ex officio animadvertendum. *

De incertitudine pœnæ juris civilis h.

* Verum quæ coheredum res communes auferentium pœna ſit, e jure civili vix intelligi poteſt. Nam in *l. 3. C. famil. erciſc.* dicitur: inter coheredes nequidem accuſationi de crimine expilatæ hereditatis locum eſſe, ſed familiæ erciſcundæ judicio. Nec aliter in *l. 1. C. de crim. expil. heredit.* Actionem furti contra coheredem inſtitui poſſe, ſi dolus ingens acceſſerit, contendit MATTHÆI *pag. 229.* cum & ſocius in ſimili ſpecie, ſi valde doloſe egerit, eadem furti actione teneatur *l. 47. pro ſoc.* Sed nec ex hoc allegato conſtat, quæ pœna expilantium coheredum. Unde recte concludit ipſe MATTHÆI *pag. 230. ſ.* conſulendos hic eſſe juris interpretes. Secernendi videntur coheredes ab inteſtato, & heredes teſtamentarii, inter quos (ut in præſenti ſupponimus) & teſtatorem, aut coheredes inſtitutos ceteros, nullum ſanguinis vinculum intercedit. Circa illos occupatur caſus noſter: & edicit ſequentia: 1) quod de illorum facinore judicium ferri non debeat ex ſeverioribus conſtitutionibus præcedentibus circa fures, ſed quod in illos animadvertendum pro admiſſo, & ſecundum arbitrium jurisperitorum juraque communia. 2) Quod nec ex officio accuſandi, nec puniendi. Accedit 3) quod illos non appellet fures, nec ſurreptionem ab iis factam: furtum; ſed:

Quid Carolus hic definiverit.

So

Digitized by Google

So jemand von Güthern, deren er ein nächſter Erbe iſt HEIMLICH *etwas nimbt*. Ex quo evidens eſt, quod Cæſar reſpexerit favorem familiarum, ne ob amiſſionem rei cujuſcunque, ſe invicem accuſationibus famoſis pulſent. Nec judex bene audientes alias familias, intempeſtiva inquiſitione turbet, aut accuſatione, aut pœna ex officio decreta. Quare non placent nobis, quæ LYNCKERUS habet *deciſ. CCXXX. & MCCCIV.* quaſi Cæſaris ſcopus fuiſſet tantum pœnam patibuli in hac ſpecie excludere, reliqua iis juribus, quæ de furibus communiter quoad inquiſitionem & pœnam ex officio conſtituta ſunt relinquere, ut proinde & hic expilatores ex officio accuſari, aut puniri poſſint; quod aperte committit in articulum. Quodſi tamen heres ab inteſtato, agnato ſuo, doloſo & lucri cauſa res maximi pretii, e communi hereditate intercipiat, non dubito, quin gravius, extraordinarie tamen, agnato læſo querente (non ex officio per Artic. ipſum) facinus coerceri poſſit. Nam in articulo non ſine cauſa extant verba: aus Leichtfertigkeit oder Unverſtand; ſive petulanter, temerarie, ex impetu & inconſulto: quaſi aliud dicendum, ſi lucri cauſa per ſummam malitiam, avaritiam, & deliberato inter agnatos ablatio facta. Ceterum in furtis ejusmodi familiæ & agnationis, lædentis & læſi jam diu habita ratio apud noſtrates. Exinde parœmiæ: Niemand ſchändet ſein eigen Geſichte, niemand ſpeyet in ſeinen eigenen Barth; ut proinde juri Germanico oppido conformis ſit Articulus noſter, in furto agnatorum lenius animadvertens. Imo & jus civile in variis juris argumentis neceſſariorum favorem reſpicit *v. l. 1. in jur. voc. ut eant. l. ſ. de poſtul. l. 35. de procur. l. 9. de ſuſp. tut. l. 1. de receptat.* Illud in foro hodienum obtinet, quod ablatio rerum ab agnato agnatis facta, non veniat in computum, ſi quæſtio de homine, ob furtum tertio reiteratum ſuſpendendo. Quia hæc ſunt generis diverſi, & ab ipſo Cæſare noſtro diſcreti. Alia omnia dicenda videntur de heredibus in teſtamen-

LYNCKER. reſpondetur.

Quando expilator cognatus gravius puniendus.

De favore familiæ & cognationis in jure.

An furtum agnato factum computetur.

An initior etiam habendus expilator coheres teſtamentarius, &.

ſtamento inſtitutis, quos inter nulla intercedit neceſſitudo. Nam de horum pœna mitiganda, nil in Articulo, aut analogia juris Germanici, aut ipſa ſana ratione. Nec video, qua ratione de ſociis in *l.51. proc. ſoc.* dicta, quod hi non facile furti inter ſe teneantur, huc faciant. Nam ut taceam, quod etiam ſocii, ſi dolus & fallacia evidens, furti inter ſe agant *l. 45. d. t.* inter coheredes teſtamentarios nulla intercedit amicabilis ſocietas, ſed tantum communio, quam ſors introduxit. Illud tamen pro mitigando facinore coheredis teſtamentarii, qui e communi hereditate res quaſdam communes, lucri cauſa, in fraudem coheredis ſubtraxit, ſibique ſoli recondidit, aut alias in ſuum commodum vertit, allegari poteſt, quod rem non cuſtodiam alterius invadendo abſtulerit, ſed tantum contra bonam fidem egerit, adeoque tantum commiſerit aliquatenus in *Artic. CLXX.* dum res, quas partim ſuo jure apud ſe habebat, in ſolidum ſuis uſibus applicuerit. Furtum vero ſecundum analogiam juris germanici non mera perfidia abſolvi, ſed in ablatione e poſſeſſione alterius, adeoque in quadam violatione cuſtodiæ alienæ conſiſtere. *conf. Dd. ad tit. ad L. Jul. de reſid.* & fatentibus omnibus mitius animadverti in cuſtodes rerum alienarum parum fidos, quam in reliquam proprie ſic dictam furum & raptorum colluviem, certum eſſe videtur.

quæ ex cauſa.

Agnatio, conjugium pœnam furti mitigant.

§. 4. Ex Articulo & dictis itaque certum & indubitatum eſt, quod non tantum inter conjuges, *1 ſed quoque inter alios ſanguinis vinculo ſibi junctos, nexus intercedens inter cauſas pœnam furti minuentes referri debeat.*2 Quod tamen non extendendum ad furta ſingulari ratione improba, de quibus Artic. CLIX. *3 Sed hoc jus Dd. non ultra quartum conſanguinitatis gradum extendunt. *4

Diſtinctio circa viduam amoventem.

*1 Opinabile tamen eſt, ſeverius puniendam uxorem, quæ divortium factura, res mariti malitioſe amovit, quam quæ lucri

lucri cupiditate vel alio affectu faſcinata, quædam ex hereditate mariti mortui, vel moribundi arripuit. *vid. V. M. tit. rer. amot.*

*2 Jus civile *l. 16. 17. de furt.* TANTUM excludit actionem furti, ſi liberi parentibus aliquid furati ſunt, ex cauſa, quod de his ipſi ſtatuere poſſint. Quid jus civile, hic diſponit?

*3 Nam, qui vi & armis v. c. fratris ædes effringit, fratrem ligat, percutit, vulnerat, cum non tantum furtum qualificatum committat, ſed quoque impingat contra rationem Articuli CXXXVII. verſic: oder nahen geſipten Freunden, u. ſ. w. merito duriori ſupplicio afficiendus eſt, quam qui tale quid contra perſonam extraneam auſus eſt. De cognatorum furto qualificare.

*4 Vid. CARPZOV. *prax. crim. qu. 82. num. 44. ſeq.* BERLICH. *V. LIV. 17.* CARPZOV. *IV. 38. 4.*

§. 5. Recte autem hic annotant Doctores, quod lex noſtra non debeat exporrigi ad famulitium domeſticum conductitium, quo hodie utimur, cum id herum, ſuum, vel heram ſuam per furtum lædendo, plane fœdius *1 agere videatur furibus reliquis, qui fidem ſuam parti læſæ non lege ſingulari addixerunt. Quamvis Carolina noſtra famulorum furtum non notet ſanctione peculiari, forte reſpiciens ad doctrinam juris civilis legis Juliæ de crimine reſidui. *2 De furto famulitii domeſtico.

*1 Ita jam olim HERMANNUS dux Saxoniæ magnam juſtitiæ laudem conſecutus, quod: *manentes* SUOS *pro furto* in judicium delatos, data ſententia ſimul omnes ad mortem damnaverit. Quæ *novitas* mire & *populo & palatio placuit.* ADAM *Bremenſ. Cap. 54.* Adduxeram *in prima edit.* hunc locum pro demonſtranda ſupplicii furti domeſtici antiquitate. Enimvero poſtea facile animadverti: ducem HERMANNUM non in furtum ſibi a familia aulica factum, ſed in furtum a famulis ſuis apud alios commiſſum, ultimo ſupplicio animadvertiſſe. Ut evidenter innuit additamentum ADAMI: *quod nova hæc ſeveritas grata fuerit populo,* antea ſcilicet gratis ab iis, qui principi in deliciis Origo pœnæ furti domeſt.

liciis erant, vexato. Edicta recentiora Auguſtæ domus Guelphicæ, furem domeſticum, qui annum ætatis XVIII. egreſſus, lucri cauſa rem V. Imperialium pretium ſuperantem, hero aut heræ ex cuſtodia abſtulit, ſuſpendi jubent.

De domeſticorum crimine reſidui, & furti, pœnaque juris noſtri communis.

*2 Non ubique ſcilicet, ſed in ea ſpecie, ubi domeſtici in officio ipſis commiſſo res ipſis concreditas, alìorſum vertunt. V. c. ſi in foro quædam emere juſſi, ut carnem, aſſatam, amaſiis ſuis dederunt, & in computo herum deceperunt, ut pariter innuit *Artic. CLXX. infr.* in qua ſpecie plus vice ſimplici in Collegio arbitrariam decrevimus. Nam ſi e domo & cuſtodia heri aut heræ quid furati ſunt, puniuntur praxi communi, ut fures reliqui *Carpz. Harpreçht. Matth. Bocer. Hahn. Berlich. Brunnem.* conſentientes allegat ESBACH *ad Carpz. IV. XXXVIII. defin. 1.*

ARTIC. *CLXVI.*

Stehlen in rechter Hungers-Noth.

So jemand durch rechte Hungers-Noth, die er, ſein Weib oder Kinder leiden, etwas von eſſenden Dingen zu ſtehlen geurſacht würde, wo dann derſelbe Diebſtahl tapffer, groß und kündlich wäre, ſollen abermahls die Richter und Urtheiler, als obſtehet, Raths pflegen. Ob aber derſelbigen Dieb einer unſträflichen erlaſſen würde, ſoll ihm doch der Kläger um die Klag deshalb gethan, nichts ſchuldig ſeyn.

ARTIC. *CLXVI.*

IN Norico legitur: wo denn derſelbe Diebſtahl *nicht* tapffer, groſs und kündlich. Rectius affirmativa lectio in impreſſo ſubſtituta. Nam ubi tale furtum nullius pretii, quid opus eſt defatigare judicem petitione conſilii?

NOTÆ AD ARTIC. *CLXVI.*

De furto magno neceſſario.

§. I. Si quis *1 famis neceſſitate *2 adactus, quam vel

vel ipſe, vel uxor liberique ejus ſufferunt, *3 eſculenta, *4 & quidem in tali quantitate & qualitate, ut furtum magnum, *5 manifeſtumque concurrat, ſtatuetur de illo ex conſilio prudentum. Quamvis vero hi pro re nata, impunem *6 miſerum interdum dimittant, actionem tamen ille contra accuſatorem ad ſatisfactionem privatam inſtituere nequit.

*1 Hunc Articulum argumentùm de furto in caſu neceſſitatis commiſſo, confuſe & obſcure aliquatenus tractare, nec diverſas ſpecies & quæſtiones rite ſecernere, nemo lectorum, ut puto, negabit. Confer itaque GROT. *L. II. 2. §. 6.* PUFEND. *L. II. c. 6. J. N. & G.* **Obſcuritas articuli.**

*2 Hæc neceſſitas non omnimoda & veluti in idea imaginaria requiritur. Quomodo enim poſſibile eſt, ut pauper aliquis, omnia & ſingula humana individua v. c. in ſuo pago & alibi conſtituta, adeat, precibusque fatiget, & vel aliquid ab invitis veluti extorquere tentet, vel illis ſua tenuia officia offerat, atque dein in futurum probationis uſum, atteſtatum, quod ipſi auxilium ferre noluerint, emendicet? An prudenter judex quæſo talia ab afflictis exigit, quæ præſtare moraliter nequeunt? Itaque ſufficiet 1) indigentiæ ſtatum, teſtibus qui ſimul jurent, quod non credant furem pauperrimum pretio rerum creſcente, cum numeroſa prole vitam honeſta ratione tueri potuiſſe, demonſtrare, 2) vel calamitatem publicam, quæ jam aliquot famelicos conſumſit, docere. Imo 3) ſi furtum non adeo magni momenti commiſſum, & aliquatenus de infortunio v. c. incendio alioque a fure perpeſſo, adeoque de paupertate ipſius conſtet, reliqua probatio furtis jurisjurando committi poterit, ut in dubio homicidio moderaminis inculpatæ tutelæ oſtenſionem religioni inquiſiti relinquimus. **Quomodo hic prudenter & ex æquo probanda neceſſitas.**

*3 Eadem dicenda ex mente Cæſaris, ſi quidam frigus ſufferunt, atque integumenta, emere non valentibus deſunt junge *capit. 3. X. h.* **Frigus etiam ſpecies neceſſitatis.**

*4 Sed quid ſi fur non eſculenta, ſed alias res abſtulit? mihi caſus ceteris paribus differre non videntur. Imperator enim eſculenta tantum commemorat, quia hæc ſunt **An præter eſculenta & aliæ res huc ſpectent.**

Gggg para-

Digitized by Google

paratiſſimum contra famem remedium, ut fures famelici regulariter, atque veluti naturali ratione in ea ruant. Nam alias quilibet facile videt, quod, ſi eſculentis in actu furandi potiri nequeunt, æque naturali impulſu in talia, quibus venditis eſculenta parari poſſunt, fures ferantur. Nec læſi intereſt, quale auferatur, ſed quantum auferatur. Unde ſi fur in caſu neceſſitatis non eſculenta, ſed res alias arripuit, modo non plus arripuerit, quam quanto ab ſublevandam præſentem neceſſitatem famemque opus erat, ſeveriori pœna plectendus non eſt. Imo textus Articuli CLXXV. omne dubium tollit. Nec enim in templis eſculenta furari quis poteſt & tamen ſacrilegio ratio habetur exceptionis neceſſitatis famisque.

De furto neceſſario parvo impuni.

*5 Idcirco argumento a contrario ducto, ſi furtum ſit parvum, non opus erit prolixa inquiſitione & actorum ad JCtos transmiſſione, ſed de ſimplici & plano cauſa cognoſci, levique, aut aliquando nulla coercitione in furem fatalem animadverti poterit; v. c. boetho fabrili, qui tempore belli in itinere reculis ſuis a militibus omnibus ſpoliatus, curæ vulnerum ab iisdem illatorum pecuniolam impenderat, dein ædes piſtoris ingreſſus, & an geringen Kleydungen, einen Brodtmeſſer und 2. Brodten furtum commiſerat, quod pretio Joachimici & XIX. Groſſorum Miſnenſium æſtimabatur, pœna carceris ad octiduum decreta a Curia Witebergenſi, ut refert COLER. *de olim. II. VII. 52. ubi plura præjudic.*

De furto neceſſario magno.

*6 Licet hæc verba immediate ſequantur dicta de furto magno, vix tamen credo, ex mente Imperatoris furtum magnum plane impune eſſe. Nec enim famis neceſſitas furtum magnum pro neceſſario veluti remedio requirit, ſed pauciorum rerum occupatione fami ad interim tolerandæ conſuli poteſt. Itaque impunitatem, quamvis compilator omnia combinaverit, ad furtum parvum reſtringendam eſſe perſuaſus ſum. Niſi ſumma ſit annonæ caritas, familia furis domi tabeſcens amplior, cujus neceſſitati aliquot imperialibus comparata annona, per breve tempus conſulitur, ut major neceſſitas excuſet paulo majoris furti auſum.

auſum. Ceterum de pœnæ genere nil definit Cæſar, quæritur itaque, an ad corporis cruciatum, vel ultimum ſupplicium aliquando extendi queat? 1) Videtur in hoc furto una cum lucri intentione abeſſe verus dolus 2) obſtat quoque ratio articuli CIV. ſupr. ut pœnam proinde usque eo exacerbari poſſe non crediderim. Interim ſi 1) non tantum magna violentia furto acceſſit, ſed 2) res maximi momenti raptæ, & 3) denique furta aliquoties reiterata: tunc ſane cum 1) de dolo aperte conſtet 2) neceſſitatis limites manifeſto perrupti ſint, nec 3) favor conſervationis humanæ vitæ, crimini enormi ſpeciem conciliare, judicisque clementiam movere poſſit, quin corporis afflictioni, aut interdum plane capitali pœnæ locus ſit, nullatenus ambigimus, *confer.* STEPHANI *h. Diſſert.* BLUMLACHER. *h.* Res illuſtrari poteſt e doctrina de homicidio & moderamine inculpatæ tutelæ; uti enim hic vitæ contra aggreſſorem defendendæ favor: ita in præſenti furto vitæ neceſſitas prudenti judicis arbitrio ordinem præſcribit & menſuram conſtituit. Jus canon. *c. 3. X. de furt.* reſpectu cenſuræ eccleſiaſticæ præcipue attendit ad reſtitutionem meliori fortuna affulgente inſecutam, hac enim facta jejunii pœna remittitur. Quamvis canoniſtæ alias circa reſtitutionem non conveniant, nec eam in foro criminali & quæſtione de pœna neceſſariam putent *vid.* ZOES. *ad tit. X. de furt. n. 14. 16.* Duo præterea quoque ſuppeditat textus *cit. cap. 3.* notanda 1) quod regulariter furtum in neceſſitate commiſſum, aliquatenus caſtigandum ſit 2) quod pecus ablatum ad furta neceſſaria ceteris paribus papa referat. E priori itaque colligo, quod aliquando quoque in accepto ſcandalo aliquid dandum ſit vulgo, licet in delinquente non ſit, dolus, aut verum delictum. Deinde poſterius confirmat ſupra dicta, quod edulia, ſive eſculenta magis exempli, quam regulæ loco adlata ſint in Articulo noſtro. Nec enim pecus ad ſola eſculenta ſpectat, ſed ad res promercales pertinet, dum v. c. corium venditur ad alium uſum. Imo pecus non infimam opum ruricolarum partem conſtituit, qua non

ejusque pœna cum diſtinctione.

Doctrina juris can. de furto neceſſario.

Gggg 2 facilius

faſilius carere poteſt, quam aliqua pecumola, *confer.* PIRHINGIUS, qui *in Synopſi jur. can. d. t.* in plerisque nobiscum conſentit.

An Articulus noſter poſſit extendi ad caſus præter famem & quare

§. 2. Rubrum & nigrum cetera legis noſtræ habent: Von der Hungers-Noth, * nec ad alios caſus impunitatem extendi poſſe putant CLASEN h. verſic. *extra illas res, vid.* BERGER *in elect. crimin.* Sed aliter Papæ viſum in *c.* 3. *h.* qui frigoris rationem habet, adeoque & indumenta ad neceſſaria homini refert, ſine dubio idem de lignis hyeme a paupere ex neceſſitate ablatis judicaturus. Imo nec aliter ſana ratio, quæ inter frigore horrere, & fame contabeſcere, diſcrimen, in judicio certe pœnali, non conſtituit. Unde nobis hic fas erit papizare cum pontifice in *d. c.* 3.

recte fiat?

* Quod argumentum tamen exigui momenti eſt. Nec enim Cæſar in fame rationem, ſed exemplum neceſſitatis quæſivit. Regulam neceſſitatis in genere afferunt noſtri: Noth hat kein Gebot. Modo medium eluctandi non ſuppeditet malitia humana, qua de re THOMAS. *lib. II. Cap. 2. §. 126. ſequ. Iprud. div. ibique cit.* PUFFENDORF.

ARTIC. *CLXVII.*

Von Früchten und Nutzen auf dem Felde, wie, und wenn damit Diebſtahl gebrauchet werde.

Wer bey nächtlicher Weil jemand ſeine Früchte, oder auf dem Felde ſeine Nutzung, wie das alles Nahmen hat, heimlicher und gefährlicher Weiß nimmt, und die hinweg trägt, oder führet, das iſt auch ein Diebſtahl, und wie andere Diebſtahl vorgemeldter Maß zu ſtraffen. Desgleichen, wo einer bey Tag jemands an berührten ſeinen Früchten, die er heimlich nehme, und hinweg trüge, groſſen merdlichen und gefähr-

gefährlichen Schaden thäte, iſt auch, wie obſtehet, für einen Diebſtahl zu ſtraffen. Wo aber jemand bey Tage eſſende Früchte nehme, und damit durch Wegtragen derſelben, nicht groſſen gefährlichen Schaden thäte, der iſt nach Gelegenheit der Perſon, und der Sach, bürgerlich zu ſtraffen, wie an denſelbigen End, da der Schade geſchicht, durch Gewohnheit oder Geſetz-Herkommen.

ARTIC. *CLXVII.*

Nihil hic diverſi occurrit in Impreſſis.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXVII.*

§. I. Circa furta frugum, olerumque & ſimilium *1 Cæſar duos diſtinguit caſus. Vel enim fur ejusmodi res noctu, *2 clam & malitioſe, vel non quidem nocte, attamen magnam illarum copiam, magno læſi damno furatus, & tunc facinus dijudicandum, puniendumque eſt, ut alia furta. Vel interdiu, ſine *3 notabili læſi damno, fructus comeſtibiles auferuntur, in quam ſpeciem tantum civiliter animadverti jubetur. De furto frugum.

*1 Dicitur: Früchte, Nutzung auf dem Felde, wie daſs alles Nahmen haben mag. Itaque pertinet huc: Getrayde, Hülſen-Früchte, Graſs, Obſt, Gartenwerck, Blumen, Pflantzen & ſi quæ alia tellus producit. Quæ fruges huc pertinent?

*2 An noctu, an die fiat, ad augendam vel minuendam pœnam ceteris paribus vix aliquod momentum confert, ut ipſe contextus ſuadet. Fur nocturnus quidem magis callidus videtur, difficilius quoque deprehenditur, quam fur diurnus. Interim hic aliquando æque callidus & æque difficilis deprehenſu eſt. Nec Imperator ſolam temporis circumſtantiam adeo attendit in furto præſenti, ſed: ob es heimlicher, gefährlicher Weiſe, item mit groſſen merck- An tempus noctis pœnam augeat.

 lichen

lichen gefährlichen Schaden, oder bloſs an eſſenden Früchten, ohne vorige Umſtände, und ſonder groſſen gefährlichen Schaden geſchehen. Cum tamen furta ejusmodi nocturna ſint frequentiora, & ruricolis magis tædioſa hortorum, agrorumque ſuorum nocte cuſtodia inde cum gravi illorum moleſtia augeatur, nihil impedit ſtatuere, quod in quæſtionibus de pœnis arbitrariis, carceris, mulctæ vel relegationis, gravius paulo animadverti queat in ejusmodi noctambulones, quam fures diurnos. Prout ſpeciali edicto a REGE noſtro glorioſiſſimo, in genere factum in hos fures in hoc argumento. Imo & jus civile commune Romanum plus indulſit ruricolis circa furum nocturnorum occiſionem, quam in urbe habitantibus, quaſi ibi major furum petulantia, & major audacia, quam in urbibus, ubi copia Magiſtratus vid. ARVM. *ad l. 4, 5. ad L. Aquil. diſp. ad ff. X. §. 1.* Plane etiam de jure germanico fur diurnus an nocturno ſecernitur. Unde quondam JCti Saxonici noctu tres aureos furatum, capitis reum pronunciarunt. Ut contra COLERVM & THEODORICVM defendit SCHILTER. *Exerc. 49. §. 9.* huncque correxiſſe Carolum in *noſtr. Artic.* contendit. Olim SVEVVS: wer des Nachts ſtiehlt, der iſt des Galgens ſchuldig, ſtiehlt er bey Tage, es gehet ihm an Haut und Haar, *Art. 201.* SCHANN. *Art. 265.* GOLD. Saxo autem: Wer Korn des Nachts ſtiehlt, verſchuldet den Galgen, ſtiehlt er des Tages, es geht ihm an den Halſs. Alias de occiſione furis nocturni ſecundum jus civile conduxit NOODT. *L. 1. obſerv. Cap. XIV.*

Quomodo furta frugum diſtinguenda.

*3 Quantitas rerum furto ablatarum itaque cum qualitate & modo heimlicher gefährlicher Weiſe, facinora hic potiſſimum ſecernit. Adeo, ut qui 1) die palam 2) pauca 3) veſcibilia: eſſende Früchte, vel ut dicimus: Naſcherey abſtulit, ne quidem fur dicatur a Cæſare, nec factum ipſius furtum, in materia criminali, ut alia furta reputetur. Sed coercetur illius guloſa impudentia, vel petulantia tantum: Bürgerlich, non ultra mulctam, ſi quam habet.

Minime

Minime autem infamia, propter *ſupr. dict. in fin. ad Art. CLXII.* An vero in prioribus ſpeciebus capitali, v. c. ſi violentia, debita quantitas, crebrior repetitio accedit, locus? N. BLUMLACHER *h.* citato COVARRUVIA & STRYK. *U. M. ſ. 12. de furt.* adducto CARPZOV. Mihi videtur affirmandum 1) quia jure naturæ frugum, fructuumque furta, ab aliis non differunt & ruricolis præcipue, æque, ut alia furta, noxia ſunt illorumque diuturnos atque difficiles labores fruſtrantur. 2) Qui ita quoque philoſophatur CAROLUS noſter, verbis geminatis: wie andere Diebſtähle u. ſ. w. item: für einen Diebſtahl. 3) Quia & practici quidam conſentiunt. Nam *vid.* BERLICH. *P. V. concl. LIII. n. 5. 21.* Non tamen invidenda miſero imploratio clementiæ principis, caſu obveniente. In eo vero conſuetudines ruri variant, quod alicubi pomis, uvis &c. viatoribus impune in loco ubi creſcunt, veſci, non autem hos fructus ſecum de loco auferri liceat. HARPR. *ad tit. de oblig. ex del. ſ. 1. n. 19.* alicubi vero gratis illis veſci non concedatur, ſed ei, qui tale quid audet, pignus auferatur. Quæ ultima conſuetudo magis convenit ruricolarum, alias ſub oneribus publicis gementium, ſtatui præſenti, ad exercendam liberalitatem minime amplius apto. Unde haud difficulter quoque conſtat, quid tenendum ſit: vom Reuter-Recht de quo *II. F. 27. in fin.* ita: *quicunque per terram tranſiens, equum ſuum pabulare voluerit, quantum propinquius ſecundum viam ſtans in loco amplecti potuerit, ad refectionem & reparationem equi ſui, impune ipſi equo porrigat. Licitum ſit etiam ipſi uti herba & viridi ſylva, ſine vaſtatione pro ſua commoditate & uſu neceſſario, vid.* WEIZENEGGER *de ſervit. Diſſert. IV. c. VI. n. 14.* Initio putavi textum pertinere ad Italiam, ſed deinde duos textus parallelos inveni *L. II. art. 39. & 68. ſpecul. Saxon.* Unde antiquam Germaniæ conſuetudinem hic ſubfuiſſe collegi. Loquuntur autem textus non de quolibet equitante, ſed ut ſpeculator dicit: von einem wegfertigen Mann. Ergo de ſolo *peregrinante:*

An aliquando hic locus pœnæ capitali.

Vom Reuter-Recht & ejus non uſu.

Digitized by Google

lichen gefährlichen Schaden, oder bloſs an eſſenden Früchten, ohne vorige Umſtände, und ſonder groſſen gefährlichen Schaden geſchehen. Cum tamen furta ejusmodi nocturna ſint frequentiora, & ruricolis magis tædioſa hortorum, agrorumque ſuorum nocte cuſtodia inde cum gravi illorum moleſtia augeatur, nihil impedit ſtatuere, quod in quæſtionibus de pœnis arbitrariis, carceris, mulctæ vel relegationis, gravius paulo animadverti queat in ejusmodi noctambulones, quam fures diurnos. Prout ſpeciali edicto a REGE noſtro glorioſiſſimo, in genere factum in hos fures in hoc argumento. Imo & jus civile commune Romanum plus indulſit ruricolis circa furum nocturnorum occiſionem, quam in urbe habitantibus, quaſi ibi major furum petulantia, & major audacia, quam in urbibus, ubi copia Magiſtratus vid. ARUM. *ad l. 4, 5. ad L. Aquil. diſp. ad ff. X. §. 1.* Plane etiam de jure germanico fur diurnus an nocturno ſecernitur. Unde quondam JCti Saxonici noctu tres aureos furatum, capitis reum pronunciarunt. Ut contra COLERUM & THEODORICUM defendit SCHILTER. *Exerc. 49. §. 9.* huncque correxiſſe Carolum in *noſtr. Artic.* contendit. Olim SUEVUS: wer des Nachts ſtiehlt, der iſt des Galgens ſchuldig, ſtiehlt er bey Tage, es gehet ihm an Haut und Haar, *Art. 201.* SCHANN. *Art. 265.* GOLD. Saxo autem: Wer Korn des Nachts ſtiehlt, verſchuldet den Galgen, ſtiehlt er des Tages, es geht ihm an den Halſs. Alias de occiſione furis nocturni ſecundum jus civile conduxit NOODT. *L. 1. obſerv. Cap. XV.*

Quomodo furta frugum diſtinguenda.

*3 Quantitas rerum furto ablatarum itaque cum qualitate & modo heimlicher gefährlicher Weiſe, facinora hic potiſſimum ſecernit. Adeo, ut qui 1) die palam 2) pauca 3) veſcibilia: eſſende Früchte, vel ut dicimus: Naſcherey abſtulit, ne quidem fur dicatur a Cæſare, nec factum ipſius furtum, in materia criminali, ut alia furta reputetur. Sed coercetur illius guloſa impudentia, vel petulantia tantum: Bürgerlich, non ultra mulctam, ſi quam habet. Minime

Minime autem infamia, propter *ſupr. dict. in fin. ad Art. CLXII.* An vero in prioribus ſpeciebus capitali, v. c. ſi violentia, debita quantitas, crebrior repetitio accedit, locus? N. BLVMLACHER *h.* citato COVARRVVIA & STRYK. *U. M. §. 12. de furt.* adducto CARPZOV. Mihi videtur affirmandum 1) quia jure naturæ frugum, fructuumque furta, ab aliis non differunt & ruricolis præcipue, æque, ut alia furta, noxia ſunt illorumque diuturnos atque difficiles labores fruſtrantur. 2) Qui ita quoque philoſophatur CAROLVS noſter, verbis geminatis: wie andere Diebſtähle u. ſ. w. item: für einen Diebſtahl. 3) Quia & practici quidam conſentiunt. Nam *vid.* BERLICH. *P. V. concl. LIII. n. 5. 21.* Non tamen invidenda miſero imploratio clementiæ principis, caſu obveniente. In eo vero conſuetudines ruri variant, quod alicubi pomis, uvis &c. viatoribus impune in loco ubi creſcunt, veſci, non autem hos fructus ſecum de loco auferri liceat. HARPR. *ad tit. de oblig. ex del. §. 1. n. 19.* alicubi vero gratis illis veſci non concedatur, ſed ei, qui tale quid audet, pignus auferatur. Quæ ultima conſuetudo magis convenit ruricolarum, alias ſub oneribus publicis gementium, ſtatui præſenti, ad exercendam liberalitatem minime amplius apto. Unde haud difficulter quoque conſtat, quid tenendum ſit: vom Reuter-Recht de quo *II. F. 27. in fin.* ita: *quicunque per terram tranſiens, equum ſuum pabulare voluerit, quantum propinquius ſecundum viam ſtans in loco amplecti potuerit, ad refectionem & reparationem equi ſui, impune ipſi equo porrigat. Licitum ſit etiam ipſi uti herba & viridi ſylva, ſine vaſtatione pro ſua commoditate & uſu neceſſario, vid.* WEIZENEGGER *de ſervit. Diſſert. IV. c. VI. n. 14.* Initio putavi textum pertinere ad Italiam, ſed deinde duos textus parallelos inveni *L. II. art. 39. & 68. ſpecul. Saxon.* Unde antiquam Germaniæ conſuetudinem hic ſubfuiſſe collegi. Loquuntur autem textus non de quolibet equitante, ſed ut ſpeculator dicit: von einem wegfertigen Mann. Ergo de ſolo *peregrinante;*

An aliquando hic locus pœnæ capitali.

Vom Reuter-Recht & ejus non uſu.

Digitized by Google

te: deinde impunitas tantum conceditur a pœna, non immunitas plenaria a damni reſtitutione, dicitur *in fin. Artic. 39.* der gelte den Schaden nach ſeinen Würden. Alii textus de diverſis caſibus explicant, quaſi *Art. 39.* de equitante, qui modum exceſſit loquatur, *vid.* THOMÆ *de nox. animal. cap. XV.* Ubi etiam ad caſum neceſſitatis reſtrinxit hanc paſcendi licentiam. Minimum, cum hodie in gratiam peregrinantium diverſoria ubique ſint conſtituta, miſerique ſubditi tot tributis onerati, vix eſt, ut citra voluntatem ruricolarum, illis equos ita impune paſcere liceat, quod etiam fatetur STRYK. *ſ. XII. in fin. de furt.* Quamvis non male de his RICHTER. *deciſ. V. pr. minima & neceſſaria non curat prætor.* Pœnæ arbitrariæ genera: bey den Garten-Dieben, hodie variant; alicubi illos ad numellas fructibus ablatis ad collum appenſis ſiſti vidi, alicubi ciſtæ verſatili ex arbore ſuſpenſæ immittuntur, quæ dein ſuper aquam vertitur, ut fures in illam ſaltum faciant, quod vocant: durch den Korb ſpringen, *vid. Würtenb. L. Ord. Hertzog Chriſtophr. p. 9.* extat hujus machinæ ſpecies KAHLÆ Thuringiæ oppido.

De furto luxurioſo guloſo.

§. 2. Ceterum dicta: von Obſt und Früchten * *extenduntur etiam ad res alias,* v. c. ancillam meretricem, *vid. l. 39. princ. de furt.* gallinas, luxuriæ gulæque cauſa ablatas, ut auferens & conſumens proprie fur non ſit, ſed arbitrarie puniatur. *vid. L. 13. de pœn. argum. L. 39. 53. de furt.*

* Carcere XIV. dierum in hominem, qui præter pira & poma, cereviſiam & aliquot gallinas abſtulerat, conſumſeratque animadverterunt Wittebergenſes apud COLER. *de alim. II. VII. ſq.* Cum lucri cupido, quæ alias in furto requiritur, deeſſe videatur.

ARTIC. *CLXVIII.*

Von Holtz ſtehlen, oder verbotener Weiß abhauen.

So jemand ſein gehauen Holtz dem andern heimlich

lich hinweg führet, das iſt einen Diebſtahl gleich, nach Geſtalt der Sachen, zu ſtraffen. Welcher aber in eines andern Holtz häliger und verbotener Weiß hauet, der ſoll geſtrafft werden nach Gewohnheit jedes Landes oder Orts. Doch, wo einer zu ungewöhnlicher, oder verbotener Zeit, als bey der Nacht, oder Feyertagen, einen andern ſein Holtz gefährlicher und diebiſcher Weiſe abhauet, der iſt nach Rath härter zu ſtraffen.

ARTIC. *CLXVIII.*

IN Norico: nach Gewohnheit des Lands redditur: der liefert den Förſter und wettet eine bürgerliche Straffe nach Gewohnheit des Landes. Unde irrepſerit: *wettet*, inferioris Saxoniæ vocabulum, non liquet.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXVIII.*

§. 1. Diſponit hic Articulus de furibus lignariis. Scilicet, qui ligna *1 alterius cæſa clam aufert, punitur, ut alii fures. Qui vero ligna *2 alterius cædit *3 punitur pro more regionis, *4 gravius tamen, ſi ligna furtim *5 cædit, vel noctu, vel die feſto. *6 De furto lignorum cur

*1 De furibus fructuum, lignorum & piſcium, (de quibus *Art. ſequ.*) ſine dubio ideo ſeparatim actum fuit, cum ejusmodi res in campis, ſylvis, aquis, non tam arcte in cuſtodia noſtra, nec tam exacte ſub cura noſtra eſſe videantur, ut iſtæ, quas domi ſervamus, ut proinde facile homines etiam alias non mali v. c. ad fructus auferendos irritentur, quam ad domi cuſtodita furanda: Igitur cum hujus claſſis furibus mitius agendum, nec æque rigoroſe, ut fures, qui plane domiciliorum ſecuritatem turbant, puniendi videbantur. Interim Cæſar & hos debitis pœnis ſubjecit. ſeparatim dictum.

*2 Potuiſſet & in præcedenti Articulo idem diſcrimen tradi; ut enim ligna vel auferuntur, vel damni dandi cauſa cædun- De corruptore lignorum & frugum.

Hhhh

cæduntur: ita & fruges, fructusque, cum ſi nondum ad maturitatem ſuccreverunt, tum quoque ſi jam maturuerunt, vel lucri cauſa auferuntur, vel corrumpuntur per malitiam, aut laſciviam, quæ pœnam omnino meretur, nec leviorem, ſi de arbitraria quæſtio ſit, quam furtum, cum utique non minus inſigniter malus ſit, qui gratis & ex mera malitia, quam, qui lucri cupiditate abreptus malus eſt. Unde olera, poma, fructus, fruges corrumpens, vel civiliter carcere, mulcta, relegatione temporali, vel criminaliter corporisque cruciatu, ſi aliquoties facinus repetiit, vel ruricolis magnum prorſus damnum malitioſe intulit, nec illud reparare ſive reſtituere valet, coerceri poteſt. adde LEISSER. *jur. Georg. p. 439. ibique cit.* CARPZOV. BERLICH. *Dn.* WILDVOGEL. *de jur. florum.*

An fruticum eadem quæ lignorum ratio.

*3 Holtz dicitur in textu. An frutices huc pertineant? A. BERLICH. *P. V. Concl. LIII.* Negat CARPZ. *Qu. XXXIII. n. 31.* Ubi pœnæ arbitrariæ, uti fere communiter in Germania, locus, ibi diſputatio de hac quæſtione uſu caret, ſed res judicatur ex malitia cædentis damnique magnitudine. Vites certe jus Civile ad arbores refert, & cæſionem capitalem eſſe jubet, ſed fuſtigationem JCtos JENENSES dictitaſſe refert ZIERITZ. *h.* itaque & hic pœna arbitraria eſſe cœpit.

Pœna apud Saxon.

*4 Saxo in ſingulas arbores, ſingulas mulctas conſtituit a cædente ſolvendas. Alibi judex rem ex æquo & bono æſtimat, atque punit. *adde Dn.* WILDVOGEL *de eo, quod juſtum eſt, circa arbores.*

De cauſa, cur ratio temporis in delictis circa ligna habeatur.

*5 Gefährlicher, dicitur in textu, und diebiſcher Weiſe malitioſe & clanculum ſive furtim.

*6 Nam e callido temporis ſelectu major malitia, & periculoſiores inſidiæ innocentibus ſtructæ apparent, imo temporis quoque ratio habenda eſt etiam circa lignorum cæſionem, ſi quando lignum licita ratione venditur, ut STEPHANI *h.* indicat. Sic ſpeciatim das Bau-Holtz, damit es nicht bald verfaulet, oder durch die Würmer ſchadhafft wird, ſoll von den 24. Octobr. bis zu Ende des Febr. alleine gefället werden, *vid.* die Bayriſche Jagd-

Jagd-und Forſt-Ordnung, *Art. 27. p. 91. apud* FRITSCH. *Corp. Jur. Ven.* It. in der Hohenloiſchen *Jagd-Ordnung c. XXII. p. 242.* ibid. das Eichen-Holtz ſoll gehauen werden von Jacobi biſs in den Hornung, das andere, wenn der Safft nicht mehr darinnen, keines aber, ſo lange es gefrohren; pœna conſiſtit in mulcta arbitraria.

§. 2. Diſputant Dd. de arboribus, an fures arborum ultimo ſupplicio affici poſſint. De jure civili negant JCti Itali CLARVS, FARINAC. BONIFAC. quos ſequitur MENOCH. *de A. J. Q. caſ.* 479. Viciſſim poſſe affirmat. GREGOR. CABALLIN. ANCHARAN: quos citat & ſequitur RVGINEL. *pag.* 207. *de jure arborum.* * — An pœna furum

* Utraque ſententia nititur *L. 2. arbor. furt. cæſ.* Prior urget verba: *tanquam latrones*, quæ tantum quandam ſimilitudinem cum latronibus indicent. Poſterior vero, quod dicatur: ETIAM *tanquam latrones*, particulam: ETIAM autem indicare identitatem.

§. 3. Sed an eadem dubitatio & eadem incertitudo in Carolina noſtra? Ita viſum HARTMANNO annotatori RVGINELLI *d. l. nullam etiam*, inquit, *certam pœnam conſtituit jus Carolinum, neque ut fures, arborum ablatores punit, verum reliquit hoc legibus, ſtatuis & conſuetudini locorum.* Quod tamen vix eſt ut admittatur. Nam uti facile * 1 concedimus, Carolum cæſionis arborum pœnas reliquiſſe juribus ſingularibus: ita viciſſim furum arborum ſive lignorum pœna ſat aperte definita eſt in articulo noſtro, quod eadem * 2 ſit quæ furum reliquorum, per verba: So jemand den andern ſein gehauen Holtz heimlich hinweg führet, das iſt einem Diebe gleich, i. e. punitur, ut puniuntur fures alii. * 3 — arborum aliquando &

* 1 In verbis: Welcher aber in eines andern Holtz häliger, u. ſ. w.

 * 2 Nec

Quare capitalis.

*2 Nec aliter fieri potuit. Adeſt enim hic 1) oblatio 2) rei alienæ 3) animo lucri faciendi, adeoque definitio furti. Ergo & furtum. Ergo & pœna furti. Imo & idem læſi damnum, quod furtum in ſylva factum, quod arbores ablatæ, idem delictum continet ac ſi domi pecunia; aut res æſtimabilis alia ablata. Conſentiunt CARPZ. *Qu. LXXXIII. n. 22.* BERLICH. *V. 52. 54.* & ante hos COLERUS *Deciſ. 144.* STEPHANI *h.*

Carol. non diſtinguit inter furt. arborum cum & ſine caſione.

*3 Abſurdum foret aſſerere velle: Carolum diſtinxiſſe inter furem arboris cæſæ, & hunc ut furem coercuiſſe, & eum qui ſimul cædit & furatur arborem, & hunc commiſiſſe judicis arbitrio, jurique locorum ſingulari. Cum hic aperte illo improbior ſit, & per cædentem non fur, ſed furtim cædens tantum intelligatur (ut in *Tit. ff. Arbor. furt. Cæſ.*) a CAROLO noſtro.

ARTIC. *CLXIX.*

Straffe derjenigen, die Fiſche ſtehlen.

Welcher aus Weyhern oder Behältniſſen Fiſche ſtiehlet, iſt auch einem Diebſtahl gleich zu ſtraffen. So aber einer aus einem flieſſenden ungefangenen Waſſer Fiſche fienge, das einem andern zuſtünde, der iſt an ſeinem Leibe oder Guth, nach Gelegenheit oder Geſtalt des Fiſchens, der Perſon und Sachen, nach Rath der Rechtsverſtändigen zu ſtraffen.

ARTIC. *CLXIX.*

Pœna furum piſcium in projectis mitior.

SAnctio pœnalis: der iſt an ſeinem Leibe oder Guth, in projecto Norico Ann. 1521, ita concepta eſt: der mag an ſeinem Guth, oder im Kercker, durch den Richter der bürgerlichen Sachen geſtrafft, und zu gebührlichen Abtrag dem beſchädigten Theil angehalten werden. Ergo mitius & humanitati convenientius quondam de illis judicatum, qui piſces e flumine publico,

blico, dominoque incerto auferunt, quam in ultimo imperiali concluſo. Interim & impreſſum in fine arbitrium judicis, furti quantitatem, furis qualitatem rite expendere jubet. Imo correctio textuum hic non adeo notabilis & evidens videtur. Nam Kercker ſtylo Carolinæ noſtræ comprehenditur etiam: unter der Leibs-Straffe: *vid. ſupr. project. ad Artic. CLVII.* verbis: und ſoll der Richter den Dieb im Kercker am Leibe ſtraffen. Graviores autem pœnæ corpus cruciantes, preſſius dicuntur: ſchwere Leibes Straffen, ut *in fin. Artic. CLIX. ſupr. verſic.* dergleichen ſchwere Leibes-Straffen. Ut proinde judex ad odioſum fuſtium ictum regulariter non procedere debeat in hac ſpecie.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXIX.*

De piſcibus ita cavetur: qui ex piſcinis & arcis piſcariis piſces furatur, furti pœnæ *1 reus eſt, qui vero e præterfluente privato dominio ſubjecto, corpore, vel ære pœnam luit, ſecundum arbitrium juris prudentum. *2 **Furti piſcium pœna.**

*1 Etiam ordinariæ cæteris paribus, ut ex textus ejusque ratione colligitur. STEPHAN *h.* SCHNEIDEW. *ad §. 2. n. 11. J. de R. D.*

*2 Nam prior piſcem e noſtro dominio noſtraque poſſeſſione aufert, poſterior proprie non æque, cum piſces in præterfluente non poſſideantur, facillimeque dominium cum loco mutent. *Conf.* MOHR. *c. 5. 6. de jur. ven.* Pœnis ſubjecta quoque ſunt alia circa piſces delicta, v. c. ſi quis illis noceat, durch das Flachs-Röthen *vid. Edictum* REGIS *pag. 189.* apud GEISEN. Item, ſi quis conductorum rivi publici, in modo, tempore & inſtrumentis circa piſcium capturam excedit, pœna regulariter eſt arbitraria mulctæ &c. v. c. ſi quis retibus ſuis nimis arctis, piſces cum piſciculis minutiſſimis capit, & tantum non totam ſpeciem funditus exſtirpare aggreditur. LEISS. *Jur. Georg. L. III. c. 14.* **Et diſtinctio.**

Hhhh 3

c. 14. Præterea cancrorum, eadem hic, quæ piſcium eſt, ratio REMVS. *h.* Sed, quid ſi quis piſcatur in flumine non privato, verum publico, quod fiſcus ad ſe traxit? R. erit & hic pœna arbitraria; interim recte monet BLVMLACH. *h.* quod in ejuſmodi furtorum ſpeciebus, non facile procedendum ſit, niſi inſigni malitia facinus aggravetur, ad pœnam corporis afflictivam. Cum ex ratione jam allata, quod piſces in præterfluente facile mutent dominum, nec proprie poſſideantur, tum quoque ideo, quod ejuſmodi furta læſo non adeo damnoſa, nec is, cui piſces ex præterfluente auferuntur, certo probare poſſit, eos ſe ſuis hamis capturum fuiſſe, ſi fur non abſtuliſſet.

ARTIC. *CLXX.*

Straffe derjenigen, ſo mit vertraueter oder hinterlegter Haabe ungetreulich handeln.

Welcher mit eines andern Gütern, die ihm in guten Glauben zu behalten und zu verwahren gegeben ſeyn, williger und gefährlicher Weiß dem Glaubiger zu Schaden handelt, ſolche Miſſethat iſt einem Diebſtahl gleich zu ſtraffen.

ARTIC. *CLXX. CLXXI.*

Nihil differunt hic projecta ab impreſſis.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXX.*

De pœna perfidorum. §. I. Hic articulus de perfidia ejus, cum quo contraximus, diſponit, ut ſcilicet ille, qui rem noſtram adſervandam *1 cuſtodiendamque accepit, ſi ſcienter *2 perfide, circa illam in præjudicium noſtrum aliquid egit *3 ut fur puniatur. *4

An ſoli depoſitarii. *1 Zu behalten und zu verwahren, ergo articulus ſecundum literam agit de depoſitario, ut recte monet GOBLER *h.* quod etiam vidit BACHOV. *Diſp. XXX. p. 1066.* ad

TREV-

TREVTLER. Minus recte de commodatario eum exponit REMVS *h*. Huic enim res non datur: zu verwahren, ſed uti notum: zu brauchen. Nec quoad literam ad officiales & publicos adminiſtratores applicatur, propter verba eadem & verba: eines andern, item Gläubiger, quæ hominem privatum deponentem indicant. Interim a *mente* Imperatoris, non adeo alienum videtur, plures ſpecies v. c. commodantem, mandantem, debitorem pignus dantem, dominum ad officium camerale aliquem conſtituentem, a ſuis correlatis perfide agentibus deceptos, huc referre. Nam eadem omnium 1) perfidia & lucripetacitas eſt. 2) vocabulum, Gläubiger hic in genere notare videtur, qui alterius fidem ſequitur v. c. *deponendo; mandando & ſic porro.* Imo 3) commodato, locationi, mandato obligatio, ut res commodanti, mandanti & locatori ſervetur, & cuſtodiatur, adeoque contractus depoſiti ineſſe videtur, licet ulterius commodatario & conductori uſus ſuo modo ſimul conceſſus ſit. Addamus & hoc, quod etiam 4) de jure communi civili fures quoque habeantur commodatarii, creditores pignoratitii, *§. 6. 7. J. obligat. ex del.* & conductores. Unde ſubtilitatem ſapere videntur illorum tradita, ut BERGERI in *elect. crimin.* qui cortici verborum nimium inhærentes, infidis depoſitariis tantum pœnam hic decerni, & hos ſolos furibus comparari contendunt. Nam ratio decidendi Cæſaris hic non quærenda eſt in: *depoſito*, ſed in dicenda **4 ad §. ſequ. 2.* Quamvis ſuppoſita in crimine perfidiæ pœna arbitraria, operæ pretium non facit, qui tam anxie hic depoſitarios perfidos, a reliquo commodatariorum aliorumque grege ſecernere laborat.

hic notentur.

*2 Imperator videtur hic reſpicere ad philoſophiam Juris Civilis, quaſi furtum ſola *contrectatione* fieret, dicit enim generatim zu Schaden handelt. Ergo etiam v. c. ſi doloſe alienat, corrumpit, (licet non aufugiendo cum rebus, illas plane auferat atque furetur) furtum a perfido committitur. Interim re penitus inſpecta, hoc ſimpliciter aſſeri nequit. Nam 1) rubrum articuli, *furti furis-*

An: veruntrauen idem, quod: ſtehlen, & quid in artic.

que

que non meminit, ſed conceptum eſt: Von untreulich handeln. 2) Nec in nigro diſerta furti mentio fit, ſed hæc perfidia vocatur: eine Miſſethat, die dem Diebſtahl *gleich* zu ſtraffen. Atqui omnino differunt hæc aſſerta: hoc facinus eſt furtum, item talia facientes, ut *alii* fures puniuntur, *vid. Art. CLXVII.* ab his aſſertis: *Hoc facinus punitur, ut furtum, item hæc facientes puniuntur tanquam fures, ſive ad ſimilitudinem furum.* Quæ locutiones ſæpe confunduntur *a JCtis* v. c. in explicatione *l. 1. ad L. Cornel. de falſ.* unde tot inde prodeunt falſorum monſtra in quorundam diſſertationibus vulgo cognita. Itaque magis eſt, ut credamus Cæſarem hæc facta, ubi quis perfide aliis, vel rem ipſam, vel quoque commoda contra religionem præcepti naturalis de fide ſervanda, vel ſpecialem initi contractus ſanctitatem, intercipit, pro furtis revera non habuiſſe, nec ſine entium moralium confuſione & immutatione idiomatis noſtri, ſecundum quod: Stehlen, Unterſchlagen, Veruntreuen, omnino differunt, habere potuiſſe: verum propter damnum lucri cauſa, quod cum fures, tum perfidi deceptores dant, aliquatenus comparaſſe, & alterum facinus ad ſimilitudinem alterius coerceri voluiſſe.

De dolo in hoc crimine.

*3 Requirit Cæſar, 1) ut fiat, willig und gefährlicher Weiſs 2) cum damno: mit Nachtheil des Glaubigers, quas duas circumſtantias, judex probe cognoſcere & explorare debet, pro pœna determinanda. Unde mitius agendum cum illis, qui 1) vel craſſa, vel præſumtuoſa bona fide, ſub ſpe damnum datum reſarciendi, rebus commiſſis abuſi ſunt, vel 2) qui reponendo in locum intercepti æquivalens, fidem ſuam ſecutis damnum revera non intulerunt.

Ratio cur perfidia ſecernatur reſpectu pœnæ a furto.

*4 Sane prout ſpeciem Cæſar ſupponit, quod nempe 1) perfidus ſcienter & malitioſe egerit 2) innocenter ipſi fidenti damnum dederit, contra æquitatem non peccaretur, ſi eadem hujus farinæ hominibus pœna, quæ fures alias manet, dictitaretur. Verum enim vero, cum practicis, vel

vel quod 1) proprie loquendo hic furtum non ſubſit, vel quod 2) deceptor non invadat innocentium domicilia, ut fures, vel quod 3) in hæc perfidiæ crimina incidant etiam honeſtiores, ſive eminentiores, vel 4) quod facile deceptores ad animum reſtituendi provocare, & ita dolum imputatum emollire queant, vel 5) quod Imperator non totidem verbis, ut ſupra factum, pœnam furum repetierit, vel propter quamcunque aliam rationem, durior ordinaria pœna furtorum viſa ſit: ultra fuſtigationem contra perfidos deceptores & interceptores rerum, vel contractum lucri cauſa violantes v. c. commodatarios, depoſitarios *vid.* STRYK. *U. M. ſ. 17. tit. de furt.* vix in foro proceditur. CLASEN. *cum alleg.* BEYER, BLVMLACHER *n. 3.* & ante hos NATTA *tom. III. conſil. 188. n. 10.* CARPZ. *qu. LXXXVIII. n. 66.*

§. 2. Ex his dictis haud difficulter judicium ferri poteſt de nautarum, cauponum, ſtabulariorum, aurigarum *1 nunciorum *2 & poſtilionum *3 perfidorum pœnis. Scil. interpretatio articuli noſtri uſualis *4 ab ordinaria furum pœna abſolvit omnes. *5 **De pœna nautarum, cauponum.**

*1 Aurigas arbitrarie ob perfidiam puniri teſtatur HARPRECHT *p. 101. Von Recht der Fuhrleute* ibique CARPZ. *Qu. LXXXV. n. 96.* MOLLER, BERLICH.

*2 Hos arbitraria pœna notat idem *d. l. ut. & CZ. ibid.* Diſtinguit LAUTERBACH *ſ. 53. n. 3. Diſſ. 374.* an nuncius acceperit pecuniam obſignatam, an nudam, ut ibi in eum pœna furum animadvertatur, hic non æque; ſed diſtinctionem hanc rejicit HARP. *d. l.*

*3 Horum non eſt a præcedentibus diverſa ratio, & nautarum, cauponum, ſtabulariorum, & aurigarum jure circa res cuſtodiendas merito utuntur. Conſentiunt: die Leipziger Poſt-Ordn. & atteſtatum des Leipziger Ober-Poſt-Ammts de anno 1728. JCti Jenenſes in ſententia anno 1724. BERGER. *III. 6. 8. 3.* FESCHIUS *de curſ. publ. c. 12.* Diſſent. HERT. *1. reſp. LIII.* PECK. *ad L. 1. ſ. 1. naut.*

caup. MASCARD. *concl. 833. n. 14.* VINN. *ad d. l. 1.* MAGON. *deciſ. CXI.* verum abſque idonea cauſa.

Ratio cur caupo non capite

*4 Ratio præcipua eſt, quod Germanis noſtris furari ſit: *Rem auferre e cuſtodia domini.* Atqui qui rem *ſuæ cuſtodiæ* commiſſam ſe accepiſſe negat retinetque, non aufert e cuſtodia aliena. Unde in SPEC. SAX. *L. II. Art. 29.* in caſu inundationis pronunciatur: Wenn eines andern Manns Haabe jemand zufleuſt in Waſſer u. ſ. w. leugnet er es, ſo iſt er ein Dieb, eine Dieberey aber hat er daran nicht gethan, ſo ihm an ſeine Ehre oder ſeinem Leib gehet, oder an ſein Geſund. Denn er es nie *Dieblich noch Raublich aus jenes Gewahr gebracht.* *In Spec. Suevic.* was ein Mann den andern leiht, oder zu behalten giebt u. ſ. w. man mag ihm weder Diebſtahl oder Raubs daran gezeigen *Art. CCL.* GOLD. nec obſtant verba: Einen Diebſtahl gleich Quia non inferunt identitatem, ſed ſimilitudinem & analogiam, vel quod reſpiciant furem pœnas arbitrarias, non ultimum illorum ſuſpendii ſupplicium. Conſentit CARPZ. *Qu. LXXXV. n. 26. n. 67. n. 69.* STRYK. *U. M. ſ. 17. Tit. de furt.* Diſſentiunt BOSS, TABOR, BERLICH, CRAVETTA, CLASEN quos citat *id. ad h. art.*

Niſi ſpeciali caſu puniatur.

*5 Ceſſat autem ratio v. c. ſi auriga ex ciſta ipſi commiſſa aliquid abſtulit cum ipſius effractione, vel rem abſtulit antequam currui impoſuit, v. c. ex caupona ubi poſita erat, vel poſtquam ad locum deſtinatum rem devexerat, & in loco deſtinato jam depoſuerat. Ita enim cuſtodiam rei alienæ invaſiſſe, ex alterius cuſtodia rem abſtuliſſe, adeoque ſecundum principia juris Germanici furtum commiſiſſe videtur. *confr.* HARPR. Nec aliter de cauponibus judicamus v. c. ſi ciſtas ipſorum fidei commendatas reſerant & res in illis clauſas auferunt, vel e conclavi, quod viatori aſſignarunt, ipſo ſomno oppreſſo capiunt rapiunt. Nam ſermone noſtro utique dicimus: Petrus hat mir mein Geld aus meiner Lade, oder der Cammer, wo ich geſchlafen, geſtohlen. Licet ciſta apud alium depo-

depoſita, aut conclave tantum ad aliquale tempus conductum eſſet a nobis. Quamvis ſi ipſe depoſitarius e ciſta clauſa ipſi relicta quid abſtulerit, ſec. jus Germaniæ furtum non ſubſit, ſed perfidia.

§. 3. De perfidia adminiſtratorum publicorum nil commemorat CAROLVS noſter. Sunt autem in duplici differentia. Vel enim non tantum pecuniam publicam ſibi retinent, ſed quoque rationes ſuas falſant, vel tantum pecuniam publicam expendunt, ut dein rationes illorum non conſtent, ſed labentur ruantque. Illi puniuntur ut *in Art. CXII. ſupr.* Hi autem incidunt in pœnam *L. Juliæ de Reſid.* arbitrariam, *Qu. LXXXV. n. 4. ſeq.* CARPZ. habita ratione diſcriminis, dolo *1 an culpa deliquerint. De veriorum principum edictis circa hoc delictum, STRYK. ad ff. *tit. ad Jul. pecul.* add. MANZ. *deciſ. palat. LXXXVII.* BESOLD. *Conſil. CXLI.* LYNK. I. *r. XXIII.* In reatu mortuos ejusmodi miniſtros extra cœmeterium ſepeliri juſſerunt ELECT. ERNEST. AVGVST. & GEORGIVS I. *R. Briton. p.* 109. 126. *ap.* GEISE. *2

De perfidia publicorum officialium.

*1 Unde colligimus dolum? *r.* CZ. *d. l. n. 39.* 1) Si poſt rationum redditionem libros ad revidendum edere nolunt 2) ſi ſummam expenſam in rationes non retulerunt 3) ſi demum poſt rationes redditas pecuniam expenderunt, quam jam in rationibus inter expenſas pecunias retulerunt 4) ſi rationes corruperunt. Sed n. 2. 4. pertinent plane ad crimen falſi. Potius huc referrem, ſi 5) conſtaret, quod reculis convaſatis aufugere voluerint mali adminiſtratores.

Unde officialis dolus probetur.

*2 Pœna juris civilis eſt, ut pecuniam reſiduam & trientem inſuper fiſco inferant, imo aliquando duplum *vid. L. 4. §. 5. h. L. ult. C. de frumento urb. Conſtantinopol.*

Pœna reſidui jure civili.

Digitized by Google

ARTIC. *CLXXI.*

Diebſtahl heiliger und geweiheter Ding, an ungeweiheten Stätten.

Stehlen von geweiheten Dingen oder Stätten iſt ſchwerer denn ander Diebſtähle, und geſchicht in dreyerley Weiß: Zum erſten, wann einer etwas Heiliges oder Geweihetes ſtiehlt an geweiheten Stätten: Zum andern, wann einer etwas Geweihetes an ungeweiheten Stätten ſtiehlt: Zum dritten, wann einer ungeweihete Ding an geweiheten Stätten ſtiehlt.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXI.*

Sacrilegii atrocitas & diviſio.

Furari res ſacras, *1 vel in locis ſacris eſt furtum, gravius aliis furtis, committitur autem triplici *2 ratione 1) ſi res ſacra e loco ſacro 2) ſi res ſacra e loco profano 3) ſi res profana e loco ſacro aufertur.

De diſtinctione in res conſecratas & benedictas.

*1 De jure Canonico aliæ res ſunt conſecratæ chriſmate ab epiſcopo confecto, ut: altaria, calices, patenæ; aliæ benedictæ, mit Weihwaſſer beſprenget, ut: palla altaris, candelabra ejusdem, veſtes miſſaticæ. *Conf. X. tit. de conſecr. altar.* Cæſar utrasque comprehendit nomine: der geweiheten Sachen.

Differentia jur. civil. & canon. in ſacrilegio.

*2 Jure civili non loci, ſed rei qualitas ſacrilegium facit. *l. 5. ff. h.* Ut proinde ſint duæ tantum ſpecies ſecundum hujus juris principia. Aſt JOANNES VIII. *Cauſ. XVII. qu. 4. can. 12.* triplex genus conſtituit, & furtum rei profanæ e loco ſacro, crimini ſacrilegii adjecit, *add.* MATTHÆI *p. 579. ſeqq.* Imo ſucceſſu temporis concubitus maris cum moniali, vel fœminæ cum monacho, plane matrimonium cum clerico, & ſecundum quosdam fornicatio cum illo, item offenſio gravior Clerici conficientis, extractio ſcelerati e templo, & neſcio quid non inter ſacrilegia apud Catholicos computari cœpit. *vid.* fuſiſſime DECIAN. *L. VI. a cap. XIV. ad XXXVIII. prax. crim.*

ENGEL.

ENGEL. *X. h. t.* Alia ſpecies occurrit *in c. XXXI. de decim.* ubi & ille, qui aliquid eccleſiaſtici, e manibus Laici in beneficium accipit, ſacrilegii accuſatur, quod ſatis refutavimus *in Diſſ. proœm. ad Thummerm. §. 17. 30. ſeq.*

ARTIC. *CLXXII.*

Von Straff obgemeldtes Diebſtahls.

SO einer ein Monſtrantzen ſtiehlt, da das heilig Sacrament des Altars in iſt, der ſoll mit dem Feuer vom Leben zu Todt geſtrafft werden. Stähle aber einer ſonſt gülden oder ſilbern geweihetes Gefäß, mit oder ohne Heiligthum, oder aber Kelch oder Patenen: um ſolch Diebſtahl all, ſie ſeynd geſchehen an geweiheten oder ungeweiheten Orten, auch ſo einer um ſtehlens willen in eine geweihete Kirchen, Sacramenthauß oder Sacriſtey bricht, oder mit gefährlichen Zeugen auffſperret, dieſe Dieb ſeynd zum Todt nach Gelegenheit der Sach und Rath der Rechtsverſtändigen zu ſtraffen.

ARTIC. *CLXXII.*

IN projecto Norico poſt verba: des Altars in iſt additum legitur: oder ſo einer ſonſt ander Heiligthum ſtiehlt, mit oder ohne die Gefäſs. Mehr ſo einer die Gefäſs ſtiehlet, darinnen das heilige Sacrament, oder anderes Heiligthum behalten wird, und das Sacrament oder Heiligthum daraus ſchüttet, auch ſo einer geweihete Kelch, oder Patenen und dergleichen tapfere Dinge geſtielt, um ſolche Diebſtähl alle u.ſ.w. uti in impreſſo ſequitur, in fine tamen additur: ſollen allwege der Dieb oder Diebin mit dem Feuer vom Leben zum Tod gerichtet werden. Quæ dura pœna merito in comitiis ultimis 1532. mitigata eſt.

In projecto 1521.

durior pœna ſacrilegii.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXII.*

Adducitur hoc Articulo primaria ſacrilegii ſpecies.

De furto monſtrantiæ.

cies. Scilicet ejus qui furatur monſtrantiam, cui Sacramentum altaris ineſt *1 qualis ſacrilegus vivicomburio puniri debet. Deinde additur de aliis vaſibus: qui alia vaſa *2 aurea & argentea conſecrata, ſive cum ſive ſine ſanctis reliquiis *3 vel calicem, aut patenam, ſine diſcrimine loci, an in conſecrato, an in profano, ejusmodi quid exiſtat, furatur & aufert, imo, qui tantum templa conſecrata, ſacraria, aut ſacriſtias effringit, aut noxiis inſtrumentis aperit, *4 iſte fur e conſilio prudentum mortis pœna plectetur. *5

De furto vaſium aur. & argent. de effractione ſacrarii.

*1 Das Heil. Sacrament des Altars, vocatur in textu, dicitur alias, quando exponitur diebus calamitoſis, vel ad ægrotum portatur: das Venerabile & Germanice plenius: das hochwürdige Gut, quod etiam devotiores ſacerdotes adhibent, dum inter benedictionem in eccleſia manu crucem deſignant. Unde magnum ſolatium populi adſtantis: denn der Geiſtliche hatte den Segen mit dem hochwürdigen Gut gegeben. Quare religioſiſſime aſſervandum eſt hoc ſacramentum & cuſtodiendum, ut conſtat ex *t. X. de cuſtod. Euchariſt. ibique DD.* Unde facile conjici poteſt, quam horrendum crimen, cui hæreſis, apoſtaſia, blaſphemia, ſimonia, & crimen læſæ majeſtatis divinæ ſimul inſunt, ſecundum theologiam & jurisprudentiam pontificiorum, e tali ſacrilegio prodeat. Gravius proinde facinus habetur ſacrilegium in euchariſtiam commiſſum, quam ſi quis Papam trucidaſſet. CAJETAN. *in ſumm. ſanct.* THOM. *2. 2. qu. 99. art. 1. verſic. ad ſext. dubium.* Sane hoc Sacramentum, hujus ſumma veneratio & in eo conficiendo religioſitas, veluti baſin & fundamentum conſtituunt, totius religionis Romano Catholicæ, & in ejus confectione culmen atque apex exiſtimationis ſacerdotalis conſiſtit. Unde tam ſevere puniendi illius temeratores in ditionibus Eccleſiæ Romanæ.

De furto venerabilis & cur apud cathol.

adeo atrox.

*2 Quæ recenſet DAMHOUDER. *c. CXIII. §. 4.*

*3 Ita

*3 Ita placuit transferre verba: mit oder ohne Heiligthum. Nam in variis lipſanis, ſive reliquiis, cum ſervatoris ipſius, tum Deiparæ & ſanctorum, potiſſimum apud Romano-Catholicos conſiſtunt: die Heiligthümer. *Conf.* VOET. *de peregrinant. Compoſtell.* NICOL. GALLUS *de ſanctor. reliqu.* Licet & huc referri poſſint vaſa, quibus oleum olivæ ab Epiſcopo conſecratum, & ungendos morti vicinos deſtinatum cuſtoditur. Item alia vaſa, quæ ſanctum pariter ab Epiſcopo conſecratum chriſma, in uſum potiſſimum confirmandorum paratum continet, atque aſſervant, de quo utroque *vid.* ESPEN. *p. 374. & 312. jur. Eccleſ.* Cæterum meretur hic legi Epiſtola LEONIS IX. quam ann. MLII. ad regem Gallorum Ratisbonæ ſcriptam, recitat HUND. *in metrop. p. 169. in vit.* TUTONIS præſulis Ratisbonenſis. Scilicet Gallis Imperator Arnulphus abſtuliſſe creditur corpus S. Dionyſii, quod facinus, maximi ſacrilegii ſpeciem continere videtur. Enimvero longe alia mens Leonis eſt, qui furtum ſancti corporis excuſat adeo, ut plane DEVOTUM FUREM dicat ARNULPHUM. Imo in hoc facto dicit, *regia celſitudo pii furis nomen, aut votum non erubuit in Arnulpho, dummodo beati corporis opibus, vel doli, vel furti atque ſacrilegii, modo ſatiari & diteſcere meretur, & qui fures & ſacrilegos ſolitus erat condemnare, dummodo macarii Dionyſii corpore pretioſo frueretur, fur ipſe hic fieri & ſacrilegus non contemſit.* Neque vero ſanctus Dionyſius ea propter, quod clanculum ablatus eſt, auferenti male cupiit, nec miracula facere deſiit, ut conſtat ex eadem epiſtola. Aſt non ſemper idem factum bene ſuccedit. Nam cum Anno 1027. Theodoricus pro abſente Metropolitano ſacra Auguſtæ Trevirorum faceret, & ſanctum clavum adulterino ſuppoſito ex altari auferret, egregio ſacrilegus miraculo mox terreri cœpit. *vid.* BROWER *p. 514. Annal. Trevir.* Itaque ex DEVOTIONE hic peccare, REGEM eſſe, PAPAM defenſorem nanciſci, multum confert ad purgandum ſacrilegii crimen. Quamvis ALBERICUS in *Chron. ad. a. 896.* adhuc dubitet: an verum Dionyſii corpus unquam translatum ſit.

Quid in artic. Heiligthum.

Philoſophia papæ de Cæſaris ſacrilegio.

*4

Effractoris ſacrilegi pœna hodie.

*4 Licet nihil abſtulerit, ut contextus ſuadet. Nec aliter hodie apud Catholicos vid. BLUMLACHER h. *pag. 392.* verſic. Es iſt nie frey. Apud nos autem, ubi nulla conſecratio cum chrismate, nulla aſperſio cum aqua benedicta, adeoque non eadem, quæ apud Catholicos rigoris ratio, fuſtigationis pœnam decrevimus in ejusmodi effractionem Anno 1723. M. Jun. verſus N. in H.

Sacrilegium ſine ablatione venerabilis commiſſum vivicomburio quidem non punitur.

*5 Genus pœnæ non exprimitur, nec eſt, quod vivicomburium hic tacite innui putes. Nam in projecto de anno 1521. vivicomburii mentio quidem fit, ſed cum in projecto de anno 1529. & hac ipſa ordinatione Anno 1532. publicata omittatur; conſequens eſt, quod ſtudio correctum fuerit & ad quorundam ſtatuum deſiderata emollitum. Inde JCti catholici, ſi calices, patenæ, vaſa aurea, & argentea cum lipſanis, imo ſi monſtrantiæ & ciboria, modo ſacramentum in illis non reperiatur, nec tali facto profanetur, auferuntur, fures non igne, ſed laqueo ſuffocant, quaſi pœna ignis unice ad caſum profanati ſacramenti jure Carolino pertineret *vid.* FROELICH. II. *p. 332. 333.* BLUMLACHER. *h. p. 392. med.* Reiterationem autem Cæſar in caſibus recenſitis non requirit, imo tacite eam excludere videtur, ſi quis conſideret in Art. CLXXIV. verba: und dieſe Diebſtähle alle, *davon* NB. *in dieſem Articul u. ſ. w.* atque hoc ſenſu Cæſarem etiam explicat Elector Bavariæ in der *Maleſiz-Ordn. tit. VII. Art. 7. p. 826. fin. adde* BLUMLACHER *h.* Sed quid de valore dicendum, nec enim hujus meminit diſerte Cæſar? ℞. hic non plane negligendus. Nam Cæſar vaſa aurea & argentea appellat: tapffere Stücke, pallas altaris, ceram, candelas autem: geringe geweihete Sachen. Ergo non reſpexit ad ſolam qualitatem, daſs es geweihete Sachen, ſed ſimul ad pretioſitatem. Ceterum non obſtant verba: nach Gelegenheit der Sache und Rath u. ſ. w. Nam exinde non ſequitur: ergo pœna mortis plane erit arbitraria 1) quia Imperator, ubi vult arbitrariam pœnam eſſe v. c. Art. CLX. CLXIV. CLXXIII. ibi addit: an Leib

de repetit. & valore.

oder

oder Leben, vel mit Umſtänden unterſchieden u. ſ. w. ut CLXXIV. hic vero ſimpliciter dicit: dieſe Diebe ſind zum Tode, 2) Quia in projectibus Anno 1521. &c. expreſſa fuit pœna ignis. Itaque verba: zum Tode *nach Gelegenheit* videntur reſpicere ad mortis genus v. c. an gladio, an patibulo, vel rota perire debeat miſer. 3) Accedit huc iterum clauſula Art. verbis: zum Tode, quæ fruſtranea foret, ſi pœna arbitraria regulariter hoc noſtro articulo obtineret.

ARTIC. *CLXXIII.*

Straff derer, ſo Allmoſen ſtehlen.

Item, ſo einer Stöck, darinn man das heilige Allmoſen ſammlet, aufbricht, ſperret, oder wie er argliſtiglich daraus ſtiehlt, oder ſolches mit etlichen Wercken zu thun unterſtehet, der iſt auch an Leib oder Leben zu ſtraffen, nach Rath der Rechtsverſtändigen.

ARTIC. *CLXXIII.*

Poſt verbum unterſtehet ſequitur in Norico: und der Stock ſtehet auf dem geweiheten, man ſoll ſolche Diebe verbrennen. Stehet aber der Stock nicht auf dem geweiheten, man ſoll den Dieb, als um weltl. Diebſtahl vom Leben zum Todt richten. Non ſine ratione & hic durus ad loca conſecrata reſpectus, in impreſſo mitigatus eſt.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXIII.*

§. 1. Interferitur furtum Eleemoſynarum. Qui arculam, ciſtam vel aliud receptaculum *1 Eleemoſynarum, effringit, aperit *2 vel quavis arte malitioſa *3 nummos inde capit, vel corporis cruciatu, vel mortis pœna mulctabitur, *4 e conſilio prudentum. Pœna furti Eleemoſyn.

 *1 Di-

Allmoſen-Stock quid?

*1 Dicitur ein Allmoſen-Stock, quod non ſatis diſtincte latine reddi poteſt, nec adeo intereſt, ſed ſufficit, quod omne clauſum receptaculum, in quo Eleemoſynæ conduntur, intelligatur.

Auffſperren quid hic?

*2 Etiam clave adulterina. Nam in ſuperiori Germaniæ tractu, ſperren, auffſperren, generale vocabulum eſt, & idem quoque notat, quod aufſchlieſſen in Saxonia.

Caſus furti Eleemoſyn. ſingularis.

*3 Pertinet huc caſus, quem referunt *Nov. litter. Hamburg. Anno 1700. p. 401.* ubi relictis in arca Eleemoſynarum literis, quidam inter alia confeſſus erat: Ich habe aus Noth dieſen Kaſten angegriffen, und durch ein von Bley zugerichtetes Inſtrument, ſo ſich nach der Röhre richten können, und mit einem Firniſs angemachet, 25. Rthlr. 13. gl. heraus gehoben, factum hoc 1709. Stargardiæ in Pomerania. Promiſerat hic fur in dictis literis reſtitutionem cum fœnore, ſteteritne promiſſis annon, non ſatis conſtat.

Quomodo pœna hujus furti æſtimanda?

*4 Dicitur: an Leib oder Leben, nach Rath der Rechtsverſtändigen. Sed unde deſument die Rechtsverſtändigen dieſen Rath, an in ſcrinio pectoris geſtant illud, ut papa jura? Imo cum: die Rechtsverſtändigen non habeant alia momenta, quam quorum fit mentio *in Art. ſequ. CLXXIV. verſic.* wie hiebevor u. ſ. w. putarem ad quantitatem, qualitatem, effractionem, item famem & ſimilia hic reſpici debere, ut in alio furto. Confirmor in hac ſententia exinde 1) quod circa ipſas res benedictas e TEMPLO ablatas, artic. ſequens ableget judicem ad pœnas der weltl. Diebſtähle, 2) quod in projecto de Anno 1521. diſtinguatur: ob der Stock auf geweiheter Stelle geſtanden, oder nicht, atque hoc ultimo caſu tantum additur: man ſoll den Dieb als um *weltlichen Diebſtahl* vom Leben zum Tode richten. Jam vero cum hæc diſtinctio ſit omiſſa & deciſio ad conſilium JCtorum remiſſa, nec tamen huic arbitrio ſingularis regula præſcripta, ſecundum quam arbitrentur, in ordinatione Anno 1532. ſive ea, quam jam publicatam habemus, probabile eſt, quod

Digitized by Google

quod citra diſcrimen loci conſecrati, vel non conſecrati reſpiciendum in genere ſit, ad ea, quæ pœnam in furto communiter mitigant. Atque in hunc ſenſum reſponſum memini ab ordine noſtro.

§. 2. Sed cur inquis Eleemoſynarum furibus locus datur ſingularis, ſi pœna illorum nil ſingulare continet? ℟. id ideo factum 1) quod Eleemoſynæ dicantur: Heilige* Allmoſen 2) quia cippi Eleemoſynarum eriguntur ſæpe conſenſu epiſcopi apud Catholicos in loco benedicto. Unde dubia movebantur, ut vel e projecto citato patet, annon ſeverius in fures Eleemoſynarum animadvertendum, quod utique tollendum, & pœna ad regulas furtorum communes commenſuranda erat. *Cur de furto Eleemoſynarum artic. extat ſingularis?*

* Quia Eleemoſynæ creduntur liberare a quovis malefacto.

§. 3. Propter: *wie er* ARGLISTIG decrevimus Anno 1731. M. Nov. pœnam relegationis ad biennium, furi XVIII. annorum, qui XVII. denarios mit einer darzu gemachten Haarzange, und verfertigten dünnen Bleche ex cippo Eleemoſynarum furatus, & in templo in flagranti delicto deprehenſus erat. *add. art. ſequ.* verbis: *mit gefährl. Zeuge,*

ARTIC. *CLXXIV.*

Geringer geweyhter Dinge Diebſtahl.

WO jemand bey Tag von geringen geweyheten Dingen, auſſerhalb der vorgemeldten tapfern Stück, aus einer Kirchen ſtehle, als Wachs, Leuchter, Altar-Tücher, darzu doch der Dieb nicht ſteige, breche, oder mit gefährlichen Zeugen aufſperret, oder ſo jemand weltliche Güter, die in eine Kirch geflöhet wären, ſtehle, doch ſo der Dieb in die Kirchen oder Sacriſtey nicht bricht oder die gefährlich aufſperret; Um dieſe Diebſtähl

Digitized by Google

alle, davon in dieſem Articul gemeldt, iſt die Straff gegen den Dieb, mit allen Umſtänden und Unterſchieden fürzunehmen, und zu halten, wie hiebevor von weltlichen Diebſtählen klärlich geſetzt iſt: Doch ſoll in ſolchen Kirchen-Räuben und Diebſtählen weniger Barmhertzigkeit bewieſen werden, dann in weltlichen Diebſtählen.

ARTIC. *CLXXIV.*

IN fine: denn in weltlichen Diebſtählen in Norico additum reperitur: Nachdem die Unehr, Verrückung und Verachtung der geiſtlichen Güter gröſſer iſt, denn in weltlichen Sachen. Quæ ratio cur ſanctione pœnali retenta, in impreſſo omiſſa fuerit, mihi non liquet.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXIV.*

Pœna ſacrilegorum minoris pretii.

§. I. Quod ſi quis interdiu * 1 minus pretioſas res benedictas, non autem res majoris * 2 momenti * 3 de quibus *Art. CLXXII.* e templo aufert, utpote ceram, ellychnia, pallas altaris, * 4 nec ſimul templum adſcendat, effringat, vel malis inſtrumentis * 5 aperiat: pœna ejusmodi ſacrilegii æſtimari debet ex omnibus * 6 circumſtantiis, de quibus ſuperioribus articulis de furtis ſecularibus actum: ut tamen judex difficilius * 7 parcat furibus ſacrilegis, quam reliquo furum gregi.

An ratio habenda temporis.

* 1 Die an noctu fiat non intereſſe videtur, nec ab ipſo Cæſare de ſacrilegis nocturnis diverſa ſtatuuntur, ut proinde verba: Bey Tage revera abundent. Occurrunt tamen jam in Bambergenſi, projectisque noſtris & verſione Gobleriana.

Gobleri error.

* 2 Suavis hic eſt GOBLER, qui verba: von geringen geweiheten Dingen, auſſerhalb der vorgemeldeten tapffern Stücken ita interpretatur: *ſi quis præter illa* GRAVIORA FACINORA, *de ſacris rebus* in eccleſia furatur. Quaſi:

Quaſi: Tapffere Stücke & ſchwehrere Verbrechen idem notarent. Nobiscum concordant ZIERIZII & REMI translationes, ut & ſermonis patrii genius.

*3 Cæſar hic ratione der geweiheten Stücke diſtinxit inter res *benedictas* tantum & *conſecratas*, ut alias catholicorum doctores, qui majorem ſanctitatem his, quam illis tribuunt, adeoque illorum violationem gravius ſcelus exiſtimant, vid. COVARRUV. Nam in Artic. 173. in fures rerum conſecratarum: Der Monſtranz des Kelches, ultimo ſupplicio animadvertit, in fures autem benedictarum ut: Leuchter, Altar-Tücher non æque. Interim ſimul attendit ad pretium, verbis: Geringe, auſſer der vorhingemeldeten tapfferen Stücken, ſcil. güldenen und ſilbernen Gefäſſen, oder aber Kelchen und Patenen, quæ pariter ex auro vel argento conflari debent apud catholicos. Ut proinde ex mente Cæſaris, ſi vaſcula, in quibus vel ſacrum oleum, vel ſanctorum reliquiæ cuſtodiri ſolent, vitrea ſint, aut alias exiguo pretio conſtent, ſacrilegium pro capitali non habeatur. Quantitas autem pretii non definitur exacte, ut ſupra Artic. CLX. fünf Gülden werth, oder darüber, ſed paulo latius: Tapffere Stücke. Interim cum demonſtrari nequeat, Cæſarem: Tapffere vocaſſe res, quarum pretium infra V. Gulden, benignior & certior interpretatio nobis videtur, quæ: Groſs, Tapffer, V. Gülden werth inter ſynonyma refert, præcipue cum: Tapffer hic æque, uti: Groſs ſupra Artic. 157. 160. opponatur: Geringe in Articulo noſtro 174.

De diſtinctione rerum: conſecrirt, geweihet, tapffere.

Quid in hoc furto ſtatuendum de quantitate.

*4 Exigui videlicet pretii, alias enim forent: Tapffere Stücke.

*5 Gefährlich aufſperret habetur in tx. Ergo etiam ſi clave adulterina fit. Nam ſecernuntur hic: in die Kirche brechen a gefährlich aufſperren. Imo ex mente articuli quæcunque aſtuta malitia hujus loci eſt *arg. Art.* 173. verbis: oder wie er ſonſt argliſtigl. daraus ſtiehlet. Nam ſi in eleemoſynarum furto pœnam exaggerat furis: Argliſtigkeit, idem obtinebit in ſacrilegio. vid. *§.* 3. *ad Art. præced.*

Quale furtum hic: QUALIFICATUM.

Quæ circumſtantiæ conſiderandæ?

* 6 Locutio univerſalis eſt; mit allen Umſtänden, wie hiebevor von weltlichen Diebſtählen. Unde extra caſus in Artic. 172. adductos ſacrilegorum pœna admittet mitigantia 1) reſtitutionem 2) deficientem reiterationem 3) vim deficientem 4) deficientem quantitatem 5) ætatem & 6) famem de qua ſequ. Artic. 175.

Weniger Barmhertzigkeit quid notat?

*7 Weniger Barmhertzigkeit dicitur in textu. Melius utique factum fuiſſet, ſi diſtinctius hoc; weniger fuiſſet explicatum. An v. c. capiendum ſit de furti reſtitutione, reiteratione, qualificatione ſeu violentia adhibita &c. Nunc autem cum Imperator generatim *Art. CLXXIII.* dixerit: mit Umſtänden und Unterſchieden wie hiebevor, exemplique cauſa, ſtupiditatem, juventutem mox in Artic. CLXXIV. addiderit, difficile divinatu eſt, quid ſibi velit hoc WENIGER. Dicis, id capiendum de probatione quaſi levior hic ſufficiat, ſed reſpondeo hoc periculoſe dici, judicandum enim ubique eſt ſecundum acta & probata. Imo quo gravior pœna, eo exactior probatio requiritur. Vidimus JCtos Francofurtanos ad Viadrum textum accepiſſe de triſtiori apparatu circa ſententiæ executionem adhibendo, z. e. daſs der Cörper eines Kirchen-Diebs nach vollſtreckter execution mit dem Schwerd, auf ein Rad geleget werde. vid. ✠. Francofurt. *in den Ederizziſchen. Mord P. III. p. 76.* Verum ego pace aliorum hoc capio, de pœna arbitraria, non de capitali. Hoc modo, ut non facilius in malam crucem tollatur ſacrilegus hujus articuli, quam fur ſecularium rerum, de quo ſupra; attamen facilius relegetur *v. §. 3. ad Artic. CLXXIII.* per tractum temporis ad opus publicum condemnetur; ob reverentiam loco debitam, & inviolabilitatem ſingularem ejusdem ſpretam, læſamque. Ergo addis, facilius quoque: *fuſtigetur*, ego non conſentio. Audiunt alias JCti in academiis: Staupbeſenbinder, ego titulum & elogium augere nolo. Ut taceam, quod judice Auguſtiſſimo Rege noſtro, fuſtigatio ſit pœna non adeo commendanda in republica.

§. 2.

§. 2. Cum vero monſtrantiis, vel, ut alii magis adhuc barbare: *maſtrantiis* *1 doctrinaque de venerabili una cum benedictione per aquam, nec non conſecratione cum unguento: der Kirchen-Sachen, & inde reſultante qualitate careamus: eo ipſo ſimul multis difficultatibus *2 eluctamur, & ſecundum communem opinionem JCtorum proteſtantium, ſacrilegos punimus, ut alios fures. Ut proinde ratione fori noſtri, potuiſſemus ſuperſedere tota diſputatione de ſacrilegio, ejus ſpeciebus & ſingularibus. *3 Neque hic excluderem litem de *minori miſericordia*, cum & hæc differentiæ inter furtum ſecularis rei & ſacrilegium debeatur. *4

Uſus forenſis pœnæ ſacril. apud proteſtantes unde.

*1 V. C. BLUMLACHER. *h.*

*2 De quibus in not. Art. 172. 174. 175.

*3 Teſtes laudo STRYKIUM *U. M. h. t.* BRUNNEM. *c. IX. n. 87. proc. Inquiſ.* CLASEN. *h.* Nec obſtat quod Tubingenſes fures calicum non tantum ſuſpendi, *vid.* HARPR. *ad §. item lex Julia Inſtit. de publ. jud. n. 11.* ſed ſuſpendio enecatos comburi juſſerint. Nam 1) id factum Ann. 1602. quis vero neſcit, plures opiniones in doctrina criminali fuiſſe poſt illud tempus altius repetitas & emendatas. 2) Pœnæ non judicandæ, ex hoc vel illo præjudicio. Nam alias ſæpius, vel in exceſſu, vel in defectu peccaretur. Paucis: de jure Carolino ſacrilegorum tres claſſes conſtitutæ ſunt, & triplex quoque pœna definita eſt. Nam 1) qui monſtrantiam cum venerabili furantur, comburuntur. 2) Qui aurea & argentea vaſa, calicem, patenam, tapffere Stücke, ut vocantur, ſimpliciter ad mortem condemnantur, non expreſſo mortis genere, ut tamen vivicomburio non ſit locus, cum hæc pœna in projecto de Anno 1521. expreſſa, in noſtra ordinatione omittatur. 3) Qui ceram, pallas altarium, & lychnia, geringere geweihte Sachen, ut dicitur in Articulo, auferunt, puniuntur ſecundum circumſtantias, furti ſecularis pœnam vel augentes vel imminuentes. Aſt apud nos primum genus non admittunt principia religionis noſtræ, ſecundum vero

Teſtes U. M. apud proteſtantes Reſp. TUBINGENSIBUS.

Quot claſſes ſacrilegorum in Carolina.

Quot apud

vero combinatum eſt cum tertio, partim quod conſecrationem, & diverſos veluti gradus ſanctitatis rerum eccleſiaſticarum ignoremus, nec reliquiarum, vel chriſmatis (der Heiligthümer) cuſtodia & ad cultum aſſervatio uſu obtineat, partim quod pœnæ furtorum ſecularium ſat graves ſint. Unde factum, ut revera tantum unam ſpeciem ſacrilegii agnoſcamus, & ſecundum regulas reliquas communes puniamus. *adde Lipſienſ. apud* LYNCKER. *Deciſ. CXXIV.* ubi ita: Weil nun der Kirchen-Raub eine ſpecies furti, und keine beſondere beſtändige Straffe darauf geſetzet, dahero, wo keine Statuta vorhanden, bey der pœna furti zu verbleiben. vid. BRVNNEM. *in proc. inquiſ.* CLASEN, LVDOVICI *h.* Neque vero obſtant, quod etiam apud proteſtantes, ſecundum euſchemoſynes & decentiæ præcepta, ædibus rebusque ad cultum divinum deſtinatis utamur cum quodam honoris divini reſpectu, nec eodem quo promiſcuis modo. Nam 1) furibus: des Kirchen-Geräths oder Kirchen-Zierathen regulariter non magis eſt animus Deum contemnendi, quam furum reliquorum, ſed lucrandi 2) licet in pœnis arbitrariis jam dictæ decentiæ præcepta ut: mulcta, carcere, attendamus, vix tamen perſuademur, judices, qui plane ad pœnam mortis aut membrorum mutilationem hunc reſpectum extendunt, ſecundum regulas chriſtianiſmi rem Deo gratam præſtare. Ut nihil dicam 3) quod damnum eccleſiis datum facilius ab aliis penſari ſoleat, quam damna privatorum.

Proteſtantes.

*4 Debetur conceptibus 1) quod res ejusmodi in templis ſint in Dominio divino. 2) Quod conſecratio ipſis conciliet ſpecialem qualitatem veram realem, cum tamen tantum ſit civilis & ens rationis morale. Illi conceptus apud nos ceſſant. Accedit, quod doctrina de miſericordia diverſa, jurisprudentiam criminalem aliquatenus implicet, quodque vera doctrina de miſericordia aliis circumſtantiis, v. c. ætatis, vitæ anteactæ, neceſſitatis, famis & ſimilibus magis, quam diſcrimine rerum ſacrarum & non ſacrarum innitatur. Quod ſi tamen fures, qui res ſacras aufe-

Unde catholicorum error.

auferunt, in hoc ſuo facinore ſingularibus actibus contemtum divini numinis & irreligioſitatem ſuam oſtenderint in templis, merito venia & miſericordia magis ceteris indigni habentur.

§. 3. Apud Saxones quidem eccleſiarum fures ſecundum jus Saxonicum rota contundi docetur, quod tamen non ſatis probatur ex *L.* 11. *art.* 13. *Spec. Saxon.* die den Pflug berauben *, oder Molen, oder Kirchen, die ſoll man alle radebrechen. Pœna ſacrilegii Saxon.

* Nam rapina ubique per vim peragitur, furtum autem non ubique. Imo: Diebe und Räuber, vel Diebheit und Raub regulariter ſecernuntur utroque jure Saxon. & *Suev.* *vid. Artic.* 198. *Artic.* 200. apud SCHANNAT. Ergo aliud Kirchen-Diebe, aliud: Kirchenräuber. Senſus juris Saxon.

ARTIC. *CLXXV.*
In Diebſtählen ſind alle Umſtände wol zu betrachten.

Es ſollen auch in Diebſtähl, ſo an geweiheten Dingen und Stätten begangen, die Hungers-Noth auch Jugend, und Thorheit der Perſonen, wo der eines mit Grund angezeigt würde, auch angeſehen, und wie von weltlichen Diebſtählen deshalb geſetzt iſt, darinn gehandelt werden.

ARTIC. *CLXXV.*

Conveniunt projecta cum impreſſo.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXV.*

§. 1. Hic articulus revera abundat, cum jam de mitigantibus ſtatutum fuerit Artic. præc. per regulam generalem. Cur articulus hic otioſus?

§. 2. Inter tot futura hactenus recenſita, omiſſum eſt furtum hominis ſeu plagium * de quo in ff. *ad L. Pompej.* De plagio & quæ ejus pœna.

LIII

pej. de plag. Pœna jure *Cod.* eſt ultimum ſupplicium, præcipue ſi quondam ſervi ex urbe abducebantur, ut alibi diſtraherentur, vel liberi parentibus, ut orbi eſſent, vid. *L. 7. L. ſ. C. h.*

Cur plagium a Carolo omiſſum?

* Quomodo plagium a furto & rapina olim, diſtinctum *vid.* THOMAS. *prolix. Comment. ad Strauch. p. 211.* & multis *ſq.*

§. 3. Sed hæc omiſſio facile excuſatur, quia plagium apud nos eſt de rariſſime contingentibus. *1 Referuntur huc aliquatenus 1) die verbothene fremde Werbungen *2) ſi graſſatores publici homines auferunt, quo lytrum pretioſum extorqueant. *3

Von fremden Werbern.

*1 Ut facile patebit conferenti BERLICH. IV. CZ. *Qu. 83.* HEIG. *II. qu. 32.* aliosque, qui fere eadem ſpecie utuntur & eodem præjudicio de Kunz von Kauffungen & ſociis *add.* THEODORIC. *p. 1239.* ſeq. Pœna eſt gladius reſpectu auctorum & ſociorum.

*2 De his nominatim: von fremder Potentaten Werbung im Reich, diu multumque conſultum ſine certo concluſo, prout res imperii noſtri ſunt, *vid. R. J. 1564. §. 7. ſq. 1654. §. 186.* In foro, pœna dependet a principis territorii edicto: Wie hoch die Pœn geſetzet, quæ aliquando ad ultimum ſupplicium extenditur. Nec ſine jure, ſi dolus aut vis accedit. adde MERCKLIN. diſſert. *de plagio militari* Altorfi 1727. habitam, & LVNIG. in *Corpore Juris milit.* in Indice verbo *Werber.*

*3 Quo caſu pœna capitalis eſt, utpote duplici delicto capitali concurrente HEIG. *d. l.* CZ. *n. 91. d. l.*

ARTIC. *CLXXVI.*

Von Straff, oder Verſorgung der Perſohnen, von den man aus erzeigten Urſachen, Ubel und Miſſethat warten muß.

So einer eine Urphede freventlich oder fürſetzlich verbrochen, Sachen halben, darum daß er das Leben nicht verwirckt hat: Item, ob einer über vorgeübte,

geübte, nachgelaſſene, und gerichte Miſſethat mit Worten oder Schrifften andern dergleichen Ubels zu thun, doch ſonſt ohne weiter beſchwerlich Umſtände, drohet, und aber darmit nicht ſo viel gethan hatte, daß ihm darum das Leben, wie hernach im 178. Articul, anfahend, Item, ſo ſich jemand einer Miſſethat, ꝛc. von unterſtanden Miſſethaten geſchrieben ſtehet, genommen werden möchte, und aus jetzt gemeldten oder andern gnugſam Urſachen einer Perſon nicht zu vertrauen, oder zu glauben wäre, daß ſie die Leut gewaltſamer thätlicher Beſchädigung und Ubels vertrüg, und bey Recht und Billigkeit bleiben ließ, und ſich ſolches zu Recht gnug erfünde, und dann dieſelbige Perſohn deshalben kein nothdürfftige Caution, Gewißheit, oder Sicherheit machen könte: ſolchen künfftigen unrechtlichen Schaden und Ubel fürzukommen, ſoll dieſelbig unglaubhafftige boßhafftige Perſon im Gefängniß deſſelben Gerichts gnugſahme Caution, Sicherung und Beyſtand für ſolche unrechtliche thätliche Handlung thun, durch die Schöffen rechtlich erkannt werden: Jedoch ſoll ſolche Straffe nicht leichtfertiglich oder ohn mercklich Verdächtigkeit künfftiges Ubels, als obſtehet, ſondern mit Rath der Rechts-Verſtändigen beſchehen. Und ſoll ſolcher Gefangen im Gericht, darinn er alſo beklagt und überwunden wird, enthalten werden. Und wo er ſich von ſeinen ſelbſt Gütern in ſolcher Gefängniß zu enthalten nicht vermöchte, ſo ſoll alsdann durch den Ankläger zu ſeiner Enthaltniß, dem Büttel ſein gebührlich Wartgeld nach Ermeſſung des Richters gegeben werden, und er der Ankläger derhalb ziemlich Beſtand thun. Wo nun der Ankläger ſolchen Koſten auch nicht vermöchte, ſoll die Obrigkeit denſelben Koſten tragen. So aber der gemeldte Gefangene in dem-

demſelben oder andern Gerichten an ſeinen Gütern alſ viel hätte, davon obgemeldte ſein Enthaltung und Verwahrung gar oder zum Theil beſchehen könte, die ſollen zu derſelben Unterhaltung, ohn der Obrigkeit Verhinderung, gebraucht werden.

ARTIC. *CLXXVI.*

VErba: und ſoll ſolchen Gefangenen usque ad finem non habentur in Norico. In Vinarienſi Anno 1529. poſt verba: dem Büttel nach Ermeſſung des Richters, ita redduntur: zu ſeiner Enthaltung nach Ermeſſen des Richters jedes Monaths ein Gulden Währung und dazu dem Büttel, der ſein wartet, alle Viertel Jahr auch einen Gülden, alles Reiniſcher Währung, minder oder mehr, nach Anzahl der Zeiten.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXVI.*

De iis, a quibus metuimus per tres ſpecies.

§. 1. Sequuntur nunc poſt delicta ſpecialia, adhuc quædam veluti generalia, & communia. Primum eſt, ſi futurum malum a malo metuatur, quid tunc agendum? In quam rem afferuntur tres caſus. Initio, ſi quis * Urfedam ſive Urphedam, juris jurandi religione firmatam contemnit, vindictamque privatam injuria exerceat. Deinde ſi criminis reus cauſa cognita deciſaque, denuo malum, non tamen modo adeo atroci, ut res ad pœnam capitalem ſpectet, verbis aut ſcriptis minetur. Tertio, ſi quoque extra hos duos caſus, ex aliis circumſtantiis cauſisque contra aliquem gravis præſumtio oriatur, quod civibus ab ejus malitia, vel violentia inſigne aliquod malum timendum ſit.

Quis hodie Urphedam præſtat.

* Urpheda quondam non tantum a relegandis, ſed vel a ſolis incarceratis dimittendis præſtabatur. Aſt apud nos, ſi incarceratus non relegatur, rariſſime præſtatur, interim

rim aliquando fieri poteſt v.c. ſi forenſis incarceratus dimittitur, in quem vindictæ ſuſpicio cadit, vel ſi ex cauſa alias quoque judici ita viſum. *vid.* STRYK. *de pœna impuber. in fin.*

§. 2. His caſibus omnibus judex providebit innocentis ſecuritati, vel idonea ſatisdatione *1 a minaci & nocituro exacta, vel hac deficiente, *2 incarceratione. Illius alimentis ex ejusdem bonis, vel ſi hæc non ſufficiunt e bonis accuſatoris *3 deſumendis, aut in ſubſidium e publico judicii ærario ſubminiſtrandis. De cautione & cuſtodia minantis, quis cuſtoditos alat.

*1 An & juratoria huc pertinet. ℞. 1) Quod attinet fractores Urphedæ, ſane illorum, qui fidem antea juratam jam fefellerunt, juramento non fidendum videtur. Interim cum denuo territorio ejici ſoleant, *graviſſimis minis* adjectis relegati perfide reverſi, regulariter nova præſtita Urpheda dimiſſio fieri conſuevit. Deinde 2) quod attinet incorrigibiles alios, nec illorum fides jurata magni facienda, quia propter crimen jam puniti, novas turbas nihilominus meditantur. Quare hi ad juramentum non videntur facile admittendi. 3) Illius, qui nondum facinus commiſit, ſed perpetrare aggreditur, vel inſtat, illius inquam fidem judex æſtimabit, an jurare, an aliter cavere debeat. Alias de admiſſione cautionis in utramque partem vid. MOLLER *L. III. c. 29. ſemeſtr. & diſſentientem* BERLICH. *IV. concl. XXII. n. XI.* An cautioni juratoriæ locus.

*2 Imo interdum vix ſatisdationi locus eſt v. c. ſi quis univerſitati incendium minetur. Vel ſi truculentus atque vagabundus internecionem probabiliſſime innocenti intentandam jactet. Nam quomodo talia inſignia mala mediante cautione reparabuntur? Itaque aliquando, præcipue, ſi de prodigalitate animoque efferato & irreligioſitate minantis conſtet, mox præſtat, ergaſtulo, operi publico, vel alii cuſtodiæ, pro dignitate & facultatibus hominis, minantem mancipare. Imo habetur & aliud remedium, ut militibus aggregetur, & ad caſtra remota transmittatur, vel ut in exteris regnis fieri ſolet, in novas Quando nulla cautio admittenda, ſed minans cuſtodiendus.

De miſſione minantium ad milites, ad exteros.

vas eminus ſitas colonias transferatur. Refert HERCULANUS *p. 118. c. 21. tract. de caut. de non offend.* quod is, qui conſtituta ſatisdatione, ſuæ ſecuritati non ſatis conſultum veroſimiliter exiſtimet: judicem implorare poſſit, ut ſibi arma ferre, vel homines armatos conducere liceat, vel ut ipſe judex armatum ſatellitium circumponat. Enimvero hæc media nimium periculoſa & turbas in republica paritura videntur, ut proinde in Germania noſtra non adhibeantur. Ceterum regulæ generales in hoc argumento non adeo conducunt, ſed prudentis judicis eſt, exacte periculi gradum eique opponendæ cautionis ſufficientiam rite ponderare atque expendere. Nam inter morbum & remedium omnis poſſibilis proportio ubique obſervanda eſt. MENOCH. *CXL. ad CLXIII. A. J. Q. Ubi de hac cautione ex inſtituto.*

De proportione in eligendis mediis ſecuritatis ſervandæ.

De officio judicis circa turbulentos denunciatos.

*3 Poteſt enim periculum judici tantum denunciari, & peti, ut ex *officio* ſecuritati univerſitatis, aut ſingulorum abſque prævio proceſſu accuſatorio proſpiciat, *Arg. l. 13. pr. de offic. Præſid.* CLARUS *§. fin. qu. 47. n. 2. ſeq.* Qua denunciatione & imploratione nobilis judicis officii generaliter adhibita, non opus erit, ut implorans turbulentum cuſtodiendum deinde ſuis ſumtibus alat. Cum ſecuritatis civium cura ex officio ad magiſtratum ſpectet.

Quando ultra cuſtodiam ad pœnam pergendum.

§. 3. Excipitur autem a ſatisdatione caſus, ubi turbulentus, jam ſuo facinore aliquo capitis reus factus eſt. Quorſum referenda, quæ ſupra ad Artic. CVIII. de fracta Urpheda *1 attulimus. Item ſi minæ turbulenti incidunt in crimen diffidationis *2 de quo Art. C. XXIX. vel tandem, ſi quis in maleficio cœpto *3 usque eo progreſſus ſit, ut capitaliter in eum ſit animadvertendum Art. 178. in fin. Hic enim non opus remedio cautionis interimiſtico.

*1 Huc pertinet princ. h. artic. ſo einer eine Urphede.
*2 Verbis ohne weitere beſchwerliche Umſtände *h. Art.*
*3 Verſu: Item ſo ſich jemand *h.*

§. 4.

§. 4. Quod ſi turbulentus, ſpreta ſuæ cautionis fide, nihilominus ad nocendum proſilierit, ex ipſius facinoris noviter commiſſi circumſtantiis, cum de pœna, tum de futura innocentium ſecuritate, ſtatuendum erit. *

Quid ſi turbulentus cautioni non obtemperaverit n. 1. 2. 3. & cui pecunia commiſſa cedat.

* Cautionis fractæ varii ſunt effectus 1) tenetur fractor damnum datum læſo reſtituere 2) pecunia in cautione denominata committitur, partique læſæ applicatur 3) perfidum facinus punitur, pro qualitate admiſſi, prout vulneraverit, rapuerit, occiderit &c. HERCVLAN. *d. tr. c. X. ibique* ROESNER. *in not.* Quod ſi tamen meticuloſus, ſumptibus parcere volens, rem omnem officio judicis committit, ut ille cognoſcat cauſam, & ſecuritatem procuret, magis eſt, ut quantitatem pecuniæ in cautione promiſſam, judici in caſum contraventionis commiſſam dicamus, ut tamen judex damnum læſo datum inde curet reparandum. Nam in hac ſpecie cautio arbitrio judicis interponitur, determinatur, interque illum & turbulentum contrahitur, ut merito quoque ſuperfluum ad judicem redundet, cum quo negotium geſtum eſt.

§. 5. Cum vero cautionem præſtare, ſumtuoſum, plane carcerem intrare, moleſtum oppido atque oneroſum ſit, merito cavendum eſt judici, ne quod ad ſecuritatem publicam, aut ſingulorum religioſe conſtitutum eſt, ad vindictam, ad animi voluptatem, vel ad quæſtum parum pie, minus exacte expenſis circumſtantiis trahat, ut ſapientiſſime monet Imperator. *

De judicis conſcientia a Cæſare

* Verba graviſſima ita fluunt in hoc articulo: jedoch ſoll ſolche Straffe *nicht leichtfertig*, oder ohne merckliche Verdächtigkeit künfftigen Uebels, als obſtehet, ſondern mit Rath der Rechts-Verſtändigen geſchehen.

in art. monitu.

§. 6. Præcipua judicis cura eſt inſpectio perſonarum minantis, & ejus, quem minæ petunt. Sic fruſtra clerici timidi, imbellis, infirmi contra ferocem, robuſtum armis valentem militem, metuuntur minæ. Nec quæ mi-

Ad quas circumſtantias judici hic reſpiciendum.

minans in fervore iræ ſemel forte dixit, aut in ebrietate jactavit, adeo timenda, ut mox de cuſtodia cogitandum, conf. COCCEII *de fall. crimin. indic.* *1 Nec locupletiores, quibus molliter inter opum commoda vita præterfluit, facile minas, quarum executionem, vel carceris moleſtiæ & corporis cruciatus, vel fugæ incommoda commitari ſolent, contra pauperes exequuntur. Spectandæ etiam minarum cauſæ, ut & præcedens inimicitia, an jam diu duravit, an jam aliquoties ex verbis ad verbera partes deventum. *2

Quomodo minæ æſtimandæ jure civili.

*1 Nam de his verum eſt: *nullum vehemens diuturnum.* Unde in *L. 9. C. quod met. cauſ.* dicitur, quod metus non jactationibus & conteſtationibus ſolis probari debeat.

*2 Huc refero verba *d. l. 9. quod metus cauſ.* probari debeat non ex conteſtationibus, ſed ATROCITATE facti i. e. e circumſtantiis terribilibus, v. c. quod minatus minas repetierit, aut forte jam arma præparaverit, alterum expectaverit, aut cædis præludia alia oſtenderit. confr. HERT. *Vol. II. tom. III. p. 433. ſeq.*

§. 7. Quæritur an etiam fœminæ ob minas metumque cuſtodiendæ? Reſpondetur ex cauſa cuſtodiendas eſſe *arg. Artic. CXLIV. ſupr.* dein mulieres etiam comprehendit pax publ. Accedit, quod poſſint banniri. vid. MALL. *l. c. n.* 34. *de P.* P. MOLLER. *III. c.* 29. *ſemeſtr. per tot.*

§. 8. An minæ etiam locum faciant actioni injuriarum? quidni, ſi injurioſæ v. DAMHOUDER. *prax. crim. c.* 138. *n.* 14. magis tamen *inquit* aſſecurationem quam reparationem expoſcunt. Plura de minis v. SABELLI *verbo*: MINAE.

ARTIC. *CLXXVII.*

Von Straff der Förderung, Hülff und Beyſtand der Miſſethäter.

Wo jemand ein Miſſethäter zu Ubung einer Miſſethat

thať, wiſſentlich und gefährlicher Weiß einigerley Hülff, Beyſtand oder Förderung, wie das alles Nahmen hat, thut, iſt peinlich zu ſtraffen, als vorſtehet; aber in einem Fall anderſt, dann in dem andern. Darum ſollen in dieſen Fällen die Urtheiler mit Berichtung der Verhandlung auch wie ſolches an Leib oder Leben ſoll geſtrafft werden, als obſtehet, Raths pflegen.

C ARTIC. *CLXXVII.* usque ad *CLXXIX.* Conveniunt omnia in projectis cum textu impreſſo.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXVII.*

De pœna complicum ſecunda tractatio generalis eſt noſtri Imperatoris. Regulam tradit generalem *1 quod quicunque per modum auxilii, coadjutorii, vel operæ, vel quocunque nomine demum id appelletur, *2 ad facinus aliquod concurrit, ille puniri debeat, pro ratione admiſſi & criminis ad quod cooperatus eſt, corporis cruciatu, ultimo ſupplicio, vel prout ſapientum conſilio viſum. **Summa articuli.**

*1 Nec aliter fieri potuit in generali de ſociis criminum diſpectione. **Quis revera ſocius criminis &**

*2 Non incommode a philoſophis res ita exprimitur: *quicunque realiter in actum influit;* vel *quicunque antecedenter ſe ad crimen habuit, tanquam concauſa,* ut crimen aliquatenus ab ipſo proceſſerit. Dico ANTECEDENTER, i. e. antequam facinus peragitur. Unde, qui ex poſt facto ſcelus ratihabet, laudat, approbat, impio præmio compenſat, non eſt hujus loci. Nec Imperator ratihabitionis mentionem facit in textu, ſed tantum actuum delictum antecedentium & concomitantium, Hülffe, Forderung, oder wie es Nahmen hat thut; v. c. ſi mandat, conſulit. Aſt hujus cenſus plane non eſt ratihabitio. Nec obſtat *Cap. 23. X. de excom. L. 152. de R. J. l. 1. §. 14. de vi & vi armat.* **An ratihabens & quando, puniendus.**

mat. Nam *vid. Spec. p.592.ſqq.* ZIEGLER *§.148. Diſſ. de ratihabitione* MATTHÆI *Cap. I. §.14. in proleg.* Pro noſtra ſententia laudamus 1) rationem & CAVSÆ ut & ſocii criminis definitionem jam recitatam 2) praxin forenſem, quæ nullibi pœnam criminis decernit in merum & nudum crimen ratihabentem 3) quod ratihabitione publico non noceatur 4) *L. 13. de his qui not.* Quamvis de hac lege, cum æque Ulpiani ſit, ac *L. 152. de R. I. L. 1. §.14. de vi & vi armat. conſ. §.14. tit. XVIII. L. III. Speciem.* 5) Mihi ſatis eſt, quod pro ſententia mea de nuda ratihabitione ſtat regula PVFENDORFII *L. I. V. §.14. pr. J. N.* ſcil. ratio non fert, ut effectus alienæ actionis ad nos tranſeat, niſi ad eandem influxerimus agendo vel omittendo. Ut ut enim ſceleſta approbans morali æſtimatione pro inſigniter malo habeatur, nihilominus in foro a pœna immunis eſt. *Arg. Cap. 9. R. J. in 6.* HEROLD. *de ratif. p.327. n.9.* Si eum, qui in contemptum legum plane præmium pro ſcelere dedit, excipis. Nam hic fiſco merito in tantundem ſolvendum condemnatur, ablato ſimul a turpiter accipiente quæſtu e ſcelere parto. Imo ratihabitio omnino punibilis eſt, ſi continet crimen injuriarum. Ut ſi ratihaberem plagas meo nomine Titio inflictas *cap. ſi quis de ſentent. & excommun. in 6.* COVARRVV. *t. I. p.542.* Porro ratihabitio ſtringit quoque ratihabentem ita, ut plane illi, qui ejus nomine negotium geſſit, regreſſus detur adverſus ratihabentem, ſi forte ob factum in gratiam ratihabentis geſtum in pœnam incidit, eo caſu, ſi ratihabens factum delictum eſſe negat, & vim forte commiſſam pro ſpecie defenſionis poſſeſſionis ſuæ venditat. Nam tunc ratihabens poſtea excipere nequit, quod delictorum non ſit ſocietas, quod ſocius delicti contra ſocium non gaudeat regreſſu, de quibus STRYK. *Diſſ. de regreſſu,* & ita nuper reſponſum 1730. M. Mart. verſus O. Quod ſi tamen exinde ſit, ut novum crimen occaſione malitioſæ ratihabitionis committatur, tunc aliter dicendum. Sic CICERO alicubi refert, de

de homine potenti, quod quidem ſervos ſuos delinquere non juſſerit, non antecedenter inſtigaverit, attamen peracto facinore laudaverit, defenderit, pro illis cauſam dixerit, atque hac ratione animum ſceleratis ad delicta futura addiderit. Hic ſane callidum & malignum patrocinium criminum illud ſequentium utique concauſa fuit. Ceterum varia ratione evenit, ut quis delicti complex ſive ſocius dicatur. Nempe ſi 1) ex conventione expreſſa ſimul cum alio delictum patrat 2) ſi alteri mandat 3) ſi ſpeciale conſilium dat 4) ſi opem fert 5) ſi ſciens volens non impedit ſceleratum, quem tamen impedire de jure debebat 6) ſi de criminis quæſtu participat 7) ſi criminoſum receptat. *vid.* PUFEND. *J. N. G. L. 1. c. V. §. 14.* **Quod modis quis criminis ſocius fiat.**

Si pœnas 1) reſpicimus: initio illi, qui ſceleris ſocietate inita delinquunt, omnes, licet diverſis ut in ejusmodi conſortiis, ex natura rei atque ipſius facinoris circumſtantiis fieri ſolet, impiis officiis defungantur, propter eandem tamen malam intentionem, conſpirationem, indeque oriundam criminis perpetrandi communionem, regulariter eadem pœna puniuntur, *vid. ſupr. Art. CXLVIII.* CARPZ. *qu. 77. n. 33.* **Socii ex compacto delictum committentes æqualiter puniuntur.** Niſi 1) magis callidus ſtupidiorem ad conſortium pertraxerit, adeoque fax, auctor & tuba, vel etiam 2) director miniſterii iniquitatis ſit, ita ut prima criminis admiſſi molimina, ad eum tanquam alios ducentem & veluti ad delictum pertrahentem ſpectent, tunc enim vel in pœnæ genere, vel certe in modo executionis de ſeducto, ſequiorem operam, aut merum miniſterium præſtante mitius ſtatuendum videtur. **De exceptionibus 1. 2. 3.** Imo licet 3) delinquentes, qui ad capitale delictum conſpirant & inter ſe conſentiunt, merito omnes & ſinguli ultimum ſupplicium ſubeant *arg. d. Artic. CXLVIII.* nihilominus in genere ſupplicii & triſtioris apparatus, reſpici poteſt, quid ſinguli in ſceleris executione egerint, quis eorum præ ceteris plus impietatis, crudelitatis oſtenderit, peſſimæque operæ contulerit, ut non tantum ratio ſuadet, ſed etiam ſupra dicta de falſis monetariis demonſtrant. Plane

Opinio vetus Scabin. Lipſ.

quondam Scabini Lipſienſes ſocietate licet inter facinoroſos inita, pœnam mortis non decreverunt v. c. in robaria & homicidio, ni conſtaret reum ita concurriſſe: daſs er *bey* der Ermordung die *Hand* mit angeleget, *vid.* THEODOR. *p.* 77. Sed nunc alio jure utimur. Quare in cauſa latrocinii Reburgenſis, regio nomine Georgii I. omnibus ſeptem complicibus, licet duo tantum excubaſſent, ultimum ſupplicium ante hos annos dictitabatur.

De pœna mandantis & mandatarii, cum limitation. 1. 2.

2) Mandans & mandatarius tenentur eadem pœna. Leges huc pertinentes per ſaturam allegant MATTHÆI *proleg.* I. 12. COCCEJ. *ſ. 18. de ſoc. crim.* Excipiunt: 1) furtum, niſi mandans de re furtiva participaverit. Sed minus recte, rectius: niſi mandans de re ablata participare non intenderit. Nam alias licet mandans contra intentionem ſuam, dolo mandatariorum, ſperato lucro fruſtratus fuerit, fur nihilominus eſt. Si vero lucrum ne intenderit quidem mandans, ſed tantum vexæ, odii vel vindictæ cauſa furari mandavit apud inimicum ſuum, ceſſante ex parte ipſius lucrandi animo, utpote furti charactere, extraordinarie in mandantem animadvertitur. 2) Niſi mandato ſimul annexa fuerit parendi neceſſitas, idem PVFEND. *d. l. ſ. IX. & L. VIII. c. 1. ſ. 6. ibique* BARBEYRAC. Tunc enim imperans ordinaria, executor, autem arbitraria tantum pœna coërcetur, ut judicatum refertur in cauſa præfecti militum, cujus juſſu gregarius miles ruſticum necaverat, *p. 59. n. 45. apud* STRYKIVM *de mand. delinq.* COCCEJ. *p. 17. d. l.* Ita etiam *L. 37. ad L. Aquil.* diſtinguit.

De conſilio & conſulente add. PVFEND. d. l.

3) Qui conſilium, non vagum & incertum, ſed tale alteri ſubminiſtrat, quod ſimul & futurum ſcelus viam & media oſtendit, diverſimode punitur, prout, vel conſilio ſuo plane auctor criminis, aut certe promotor, atque circa media ſceleſta ignorantis in caſu ſpeciali inſtructor eſt, adeoque in delictum, ut concauſa influit *vid.* ZOES *X. ad tit. de homicid. n. 17.* Pœnam itaque conſilii relinquit arbitrio judicis LAVTERB. *ſ. f. cap. 1. de conſil.* An conſilium

um ſpeciale detur ſua ſponte peccaturo, an ei qui alias peccaturus non erat, rem non conficit. Modo conſtet conſilium cauſam dediſſe delicto, ut recte MATTHÆI *pro-leg.* 1. 8. Nam fur etiam eſt, qui rogatus, furaturo conſilio ſuo adjutum venit. Quorſum & illam ſpeciem referrem, ſi quis ſcelerato circa facinus adhuc ſcrupulos ſibi efformanti, ſcrupulos maligno conſilio eximeret. Vel prout tantum accidentaliter ad delictum alias jam ſine eo patrandum concurrit, ibi enim ordinaria, hic extraordinaria pœna infligitur. MATH. *L. 48. tit. 18. c. 4. n. 18.* STRYK. *de imput. fact. alien c. V. n. 53. ſq.* adde MENOCH. *Caſ. CCCI. n. 17.* Capitalem quoque judicarunt JCti Francofurtani apud STRYK. *d. l.* hanc conſilii formulam aliquando: *ſi tuo loco eſſem, domini horreum incenderem.* Unde cum caupo quidam ancillam, ab hero ſuo alapis exceptam ita allocutus eſſet, dein incendium horrei herilis ſequeretur, capite amputato comburi juſſerunt cauponem. Præcipue ideo, quod ancilla ſancte conteſtata eſſet, ſe his ſolis verbis commotam, ignem alias nunquam ſubjecturam, heri ſui horreo ſubjeciſſe, ut proinde caupo vera incendii cauſa fuiſſet. Ego circa deciſum, quidem nihil notare volo in hac ſpecie ſingulari, ſed an omnia collegia juridica ita judicatura fuiſſent, non poſſum definire. Minimum extra caſum incendii, v. c. ſi caupo dixiſſet, *ſi tui loco forem, occiderem,* homicidiumque ſecutum eſſet, dubito. Deinde etiam in incendio, ſi viceverſa ancilla, ita allocuta fuiſſet cauponem & hic ejus, qui ipſum offendiſſet, horreum incendiſſet, aliter omnino pronunciarem. Certe caupo non juſſerat, non hortatus erat ancillam ad incendium, nec conſilium directo dederat, nec ut illud ancilla exequeretur diſerte voluerat, nec viam aut media demonſtraverat, ſed tantum dixerat: quid ipſe in ſimili facturus eſſet. Qualia dicteria ſæpe ex impetu & jactantia proferuntur etiam a nunquam executuris. Ancilla criminis gravitatem ſatis intelligebat, imo ipſa ædes incendere ſciebat, nec ullo

De incendii conſilio caſus cum Epicriſi

citra allum conſilium alias.

 modo

busdam dicitur. Enimvero, cum minimum ad terrendum aſſumatur, & eo ipſo quoque, quo reliquorum globo ſe addit, augendo numerum, terrorem augere videatur: habendus omnino eſt ſuo modo pro auxiliatore, ut tandem fatetur *idem* HYPOLITHVS *n. 6. in fin. d. l.* De auxilio præter *cit.* DECIAN. *Pract. crim.* v. c. de auxiliatore monetæ falſæ *L. VII. c. XXV.* Læſæ maj. *c. XXXIV.* raptus *L. IX. c. X.* BERLICH. *P. V. concl. LV.* ſpeciatim in homicidio GVAZZINI *defenſ. XXXIII. c. X. XI. per tot. adde* RAYGER. *h. verb.* BERTACHIN. *h. verb.* Cum papa Alexander II. in *capit. VI. de homicid.* ubi Exonienſem epiſcopum, qua ratione cenſuris eccleſiaſticis, adverſus eos, qui ſanctum THOMAM Archiepiſcopum Cantuarienſem occidiſſe accuſabantur, uti deberet, inſtruit, varia, quæ præſens argumentum illuſtrare poſſunt, attulerit atque decreverit: non abs re erit ejus tradita ſimul hic evolvere atque conſiderare. Videntur autem his vere regulis comprehendi poſſe.

De auxiliatoribus qui videndi.

Commentatio in c. 6. x. de homicid.

REG. I.

I. Inter plures delicti complices: non ſolum qualitas delicti, ſed etiam ætas, *1 ſcientia, *2 ſexus, *3 conditio *4 ſingulorum attenditur, cum idem factum in uno magis aliquando, quam in altero puniendum ſit.

*1 *De ætate atque pœna propter ætatem minorem mitiganda eadem docent, jus naturale & civile, ut infra ex Artic. CLXXIX. patebit.*

Scientiæ gradus auget pœnam.

*2 *Nec hoc negari poteſt, quod quo aliquis eſt jurium factorumque magis vel minus intelligens atque gnarus, eo quoque major aut minor ipſius malitia, majorem, vel minorem pœnam meretur. Unde* AVGVSTINVS Cauſ. VI. Qu. I. c. XXI. *dicit:* peccata ſcientium præponuntur peccatis ignorantium; *Et Gregorius M. in* can. XXII. cauſ. XXII. Qu. III. de pœnit. tribus, *inquit*, modis peccatum committitur, aut ignorantia, aut infirmitate, aut ſtudio; gravius infirmitate, quam ignorantia, gravius ſtudio, quam infirmitate. *Eſt vero ſcientia, vel ignorantia triplicis generis; facti, juris ſive*

ve

ve legis, & tandem generis pœnæ. FACTI IGNORANTIA a pœna plane excuſat, ſi agens 1) nec malam intentionem habeat, nec 2) temerarie atque negligenter circa actionem verſetur v. c. Titius putat arborem in loco, ubi idem fieri ſolet, occiditurque ramo putato cadente Mevius. Si vero agens mala intentione agit, plane non excuſatur in ea, quam intendit delicti ſpecie, licet per ignorantiam effectum delicti dirigat in alium v. c. Titius intendens fimo corrupto conſpurcare Mevium, in tenebris ex ignorantia conſpurcat Cajum; injuriam realem, quam intendit, omnino committit. Secus dicendum, ſi Titius intendens occidere Cajum, per ignorantiam autem occiderit proprium parentem. Tunc enim, quia parricidium non intendit, ſed homicidium, homicidii quoque tantum reus eſt, parricidio quippe extra genus delicti, quod intendit exiſtente. Æſtimandus tamen inſuper eſt malitiæ intentionis gradus hoc caſu v. c. Titius vult percutere Cajum abſque præcedente offenſa, Titius vult eundem Cajum percutere proxime præcedente inſigni offenſa, atque in utraque ſpecie per ignorantiam & errorem percutit Mevium. Sane uti ratione pœnæ diſtinctio adhibita fuiſſet, ſi Cajum ipſum percuſſiſſet: ita enim dicendum, ſi per ignorantiam incidit in Mevium. Imo ſi de damni reſtitutione quæſtio ſimul exoritur, æquum eſt, ut præter eum, qui ex ignorantia percuſſione ſua id infert, ſimul & iſte concurrat, qui excitata erronea percutientis ira, percuſſioni ejuſmodi revera ſimul cauſam dedit. Ut nuper fere in ſimili ab ordine noſtro reſponſum. Porro, qui temere & negligenter agit, malo effectu ſecuto, licet erraverit, attamen damnum reſarcire & inſuper, dolo ſcilicet deficiente, non quidem ordinariam, arbitrariam tamen pœnam pro culpæ gradu ſubire debet, ut declarat exemplum in Artic. ſupr. CXXXIV. De IGNORANTIA JURIS, res deciditur e diſtinctione juris, naturali ratiocinio noti & mere arbitrarii. Illuc refer crimina, quæ cognoſci poſſunt per regulam: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Hanc enim quilibet homo ſecum in ſcrinio pectoris geſtat. An aliud dicendum de ſodomia, inceſtu, quæ delicta ad dictam regulam reduci nequeunt? Sed de Sodomia vid. ſupr. ad Artic. CXVI. §. 3. ibique not. De inceſtu not.

de facti ignorantia.

Hic conf. dicta ad Art. 145.

De Juris ignorantia an præſumenda, quomodo indaganda.

ad Art. CXVII. *jam actum. Res eo redit: a pœna vivicombu-rii in craſſiſſima rerum moralium ignorantia educatus facile in Sodomia abſolvi poteſt, imo & a capitali aliquando, ſi appareat hominem rudiſſimum extra ſcholarum templi hominum-que honeſtorum commercium, in ſylvis atque tuguriolis v. c. armenta paſcentem ſuccreviſſe, ut contra naturam ſe quidem agere ſciat, ſceleris autem gravitatem plane ignoret. Examen vero inſtituendum eſt accuratum pro ignorantia indaganda, v. c. quid ſciat inquiſitus de ſcortatione, adulterio & aliis delictis carnis, aunon alicubi pœnæ his caſibus inflictæ recordetur &c. Sane inquiſitus cujus* ſupr. d. l. *mentionem fecimus ſciebat, quod male egiſſet ancillarum lectos tempore nocturno viſitando, nec tamen quicquam circa Sodomiam ſe ſcire affectabat. Dein, quod inceſtum attinet, hic ordinationum eccleſiaſticarum verbique divini ignaro, craſſiſſimeque educato, veroſimilius ignorantiam allegare licet. Unde quoque ſupra non negavimus, quod plane pœnam ignorantia hic mitiget, ſed quod vix ſive difficillime inter adſcendentes & deſcendentes, nec non inter fratres & ſorores, admittenda ſit pro excuſatione improbabilis ignorantia. Tandem pervenimus ad* IGNORANTIAM POENÆ GENERIS. *v. c. Titius e loco, ubi furtum equorum non indiſtincte ſuſpendio, ſed pro arbitrio, ut alia furta puuitur, oriundus, equum furatur, ubi facinus citra diſcrimen patibulo coërcetur; in genere ſe delinquere ſcit, ſed laqueum ſe mereri neſcit. An mitius habendus erit? ita videtur, cum Titius, ſi pœnæ atrocitatem ſciviſſet, probabiliter equum abacturus non fuiſſet, ut proinde ipſius non tanta malitia forte ſubſit, quæ tam ignominioſo mortis genere reprimenda atque coërcenda ſit. Viciſſim allegari poteſt, Titium habuiſſe tamen propoſitum ſpernendi legem reipublicæ in genere, doloſe turbaſſe proximi ſecuritatem, circa quam non tam de pœna gravitate, quam de criminis atrocitate curioſus eſſe, nec pœnæ genus, ſed legis juſſum & qualemcunque comminationem vereri debebat. Ut nihil dicam quod de pœnæ genere plerumque diſputent ipſi judices, altero ultimum ſupplicium, altero extraordinariam, tertio plane abſolutionem in uno eodemque caſu dictitante. Cujus exemplum habes*

De pœnæ ignorantia præcipue reſpectu forenſium.

bes apud Dn. THOMAS. de judic. ſent. ab act. remov. *Unde huic ignorantiæ nil tribuit* FROELICH. II. *p. 297. a. Quam ſententiam & nos in pronunciando ſecuti ſumus, non quidem ratione theologica, quam* FROELICHIUS ibid. *adducit, quaſi alias gentiles pœnam gehennæ ignorantes minus juſte gehenna punirentur, ſed ratione juridica moti, quod ſcilicet ipſi judices ſæpe pœnam neſciant, & a Carolo V. noſtro, ad pœnæ genus indagandum, ad peritiorum conſilium ablegentur toties in hac ordinatione. Interim & hic jus aliquando in facto poſitum eſſe poteſt, ut ad facti atrocitatem, prohibitionis rationem ſpecialem in aliquo loco attendatur. Unde ſi pœnæ per edicta in loco exaſperantur, ut in his terris bey Pferde-Dieben, Hauß-Dieben, prælectio edictorum quotannis fit, ipſique Inquiſiti interrogantur: Ob ſie in der Kirchen geweſen, und das Edict ableſen hören?*

* 3 *Sequitur* ſexus. *Hujus rationem non habuit divinum numen in puniendo primo peccato. Politice quoque rem æſtimando eadem eſt utriusque ſexus malitia, nec alia fere utriusque ſexus crimina. Nec proinde jure naturæ, ſi par ſit utriusque dolus, idemque crimen ab utroque commiſſum, magis pœnarum differentia admittitur inter maſculum & fœminam, quam inter ipſos maſculos in pari reatu conſtitutos. Negari tamen nequit, quod juris civilis legumlatoribus aliquando aliter viſum. In crimine* læſæ majeſtatis *filiabus relinquitur legitima ex hereditate materna, ut & dos, quam ſemel a patre acceperunt,* l. 5. 3. C. h. t. LAUTERBACH. 3. XXVIII. tit. eod. ad L. jul. Maj. *De adulterio idem conſtat, ut jam ſuo loco vidimus. Quamvis vix ſit, ut hic* JUSTINIANI *jurisprudentiam legislatoriam tueri poſſis, ut jam* BODINUS l. de republ. 3. *vidit, qui il*literato principi uxorem Theodoram faſces ademiſſe, *putat. In crimine peculatus* l. 1. pr. ad L. jul. pecul. *pro conditione* Sexus *animadverti jubetur. Etiam in crimine receptationis mulierem lenius puniri maſculo ex l. 40. de pœn. colligit* MATTH. *p. 221. d. tr. Ubi tamen jura nil diverſi diſponunt: ibi quoque judex intempeſtiva ſexus ſequioris miſericordia moveri non debet, ſed fœminis eandem, quam maſculis pœnam infligere, ita &* CARPZ. Qu. XII. n. 16. TIRAQUELL. cauſ. temp. pœn.

De mitigatione a ſexu deſumta.

pœn. XI. n. 23. *Nec circa incarcerationem, uti quondam* JUSTINIANUS *voluit, differentia praxi obſervatur* vid. THEOD. p. 551. adde PRUCKMANN. tr. de different. utr. ſex.

Quatenus attendenda rei dignitas.

*4 *Per conditionem intelligitur dignitas, in qua quis vivit.* vid. REUSNER deciſ. 15. *Exemplum vidimus* ſupr. *ubi de blaſphemia actum. Sane 1) circa incarcerationem dignitatis ratio, tam in quæſtione an, quam in quæſtione quomodo quis incarcerandus, habenda eſt. Ut difficilius ad capturam contra in dignitate conſtitutos, quam contra alios procedatur, dein ut quoque mitior cuſtodia velutique commodior, illis, quam his decernatur.* vid. DOEPLER. l. c. X. §. 29. ſequ. *2) Circa torturam ſecundi & ultimi gradus, quam criminum atrocitas & judiciorum evidentia expoſcunt, quare honoratiores ab aliis ſecerni debeant, ſi cetera ſint paria: nec in utriſque major boni rectique ſenſus, aut minor peccandi habitus, mihi perſpicere non datur. Dolorum exquiſitiorum eadem hic reſpectu communis humanæ naturæ ſenſio: de honore atque decoro inter homines, qui in extremo veluti gradu mali ſunt, fruſtra inſtituitur diſquiſitio. Sed viciſſim, ubi res vel primum tantum gradum, vel ſaltim territionem exigit, facile excuſarem judicem, qui ubi homini vili primum torturæ gradum decerneret, honeſtiori tantum territionem dictaret, aut ubi in illo territione opus crederet, hunc ad purgatorium admitteret. Ni aliud adſit, quod circa vitam anteactam ad omnimodam æqualitatem induceret animum pronunciantis. Nam alias in territione & primo torturæ gradu præter corporis afflictionem, ſenſus honoris etiam concurrit, quo magis regulariter honeſtiores moventur, quam viliores, ut inter utrumque gradus remediorum detegendi veritatem, non inepte obſerventur. 3) In pœnis arbitrariis pariter diſcrimen adhibendum omnino eſt. Cum enim v. c. pœna carceris, relegationis, poſitionis ad munellas &c. &c. longe acerbior accidat honeſtiori, quam perſonæ viliori, ipſa pœnarum proportio & æquitas, inæqualitatem hic ſuadet.* FARINAC. Qu. CXII. *4) Aſt aliter dicendum, ſi capitis ſententiam attendimus, ſive ultimum ſupplicium. Hic omnino peccarunt leges Romanæ, quæ dignitati locum dederunt, atque v. c. in homicidio viliores mortis pœna, hone-*

Digitized by Google

honeſtiores ſola deportatione mulctarunt. Cum tamen vitæ animarumque hic idem pretium eſſe debeat, nec IRUS *pauper & vilis minus vitam amet, quam faſtuoſus in eminentiori loco conſtitutus* THRASO? *prout* ſupra *diximus, & alii jam annotarunt.* GROT. L. II. c. 20. §. 33. & in not. *licet minus diſtincte. Interim, ſi leges ita jubebunt, judex tanquam miniſter legum diverſimode judicabit. Aſt ſi in crimine aliquo capitali, caſu eveniente propter dubia quædam, res quaſi in arbitrio poſita ſit, ut judex religioni ſibi ducat condemnare honeſtum, cavebit ſibi, ne in ſimili ſpecie vilem ad ultimum ſupplicium duci jubeat. 5) Tandem in modo exequendi ſententiam capitalem, aut mortis genere, itidem fas eſt diſcrimen aliquando obſervare judicem, non tantum ubi leges diſerte ita jubent, ſed ubi quoque prudens arbitrium ita expoſcit. Nec obſtant* L. I. fin. C. ubi ſenat. l. 12. C. de dignit. *quaſi delinquendo dignitas amittatur. Nec enim a dignitate amiſſa, ad eundem executionis modum ſervandum, neceſſario inferri poteſt. Nec dignitate amiſſa, mox omnis ejus memoria abolitur. Nec totius ordinis ejusdem dignitatis favor, ſervandaque exiſtimatio uno membro in devia delapſo, mox ceſſat.*

REG. II.

II. Qui in ſocietate *1 animo occidendi, feriendi, capiendi, ſe aliis jungit, morte innocentis ex captione ſecuta, licet ipſe manum *2 non injecerit, ut homicida, vel fere *3 ut homicida tenetur.

*1 *Papa quidem expreſſe* ſocietatis *non facit mentionem; ita tamen* GLOSSA *in ipſa rubrica hujus* §. *textum intelligit, nec aliter* BARBOSA, *nec contextus aliter ſuadet, quam quod papa ſupponat, plures inter ſe de cæde* S. THOMÆ *conveniſſe.*

*2 *Manuum injectionem non requirit papa, ut ſocius in homicidio pœna homicidii teneatur, ſed tantum, ut animo capiendi & occidendi advenerit & adfuerit. Interim ſenſus eſſe non poteſt, quaſi ſola otioſa ejusmodi præſentia præſentem in eodem cum ipſo occiſore reatu conſtitueret. Hoc enim aſſerere abſurdum eſſet, pro auctore facinoris cum aliis haberi, nec tamen quicquam ad facinus contuliſſe, nec perpetrantibus officium exhibuiſſe.*

Quando papa de præſente animo capiendi occidendi.

fuiſſe. Deinde papa ipſe, de illis, qui tantum cædi interfuerunt, poſtea agit, vid. infr. regul. VIII. *Imo in præſenti verſiculo ſupponit, quod mors ex* captione advenientium ſociorum *ſecuta. Igitur intellectus regulæ papalis eſt:*

Intelligendus.

Qui advenerunt ex compacto ad capiendum & occidendum, quamvis deinde in ipſa cæde manum non intulerint, modo cœperint, vel ad captionem operam præſtiterint, atque hanc captionem dein mors condicta ſequatur, ut homicidas, vel fere, ut homicidas teneri. *Sed annon papa hic aliquid affectibus ſuis dedit, favorique in* THOMAM *Archipræſulem, dum eos, qui nil realis operæ in homicidii actu contulerunt, ipſis homicidis veris & genuinis æquiparat? Nobis, quia papa ſocietatem hic inter complices ſuppoſuit, non videtur, prout jam* ſupr. Artic. h. CLXXVII. not. *2 verſic. ſi pœnam *&c. docuimus. Scilicet inter illos, qui facta conſpiratione in crimen conſentiunt, licet alter deinde pro re nata hanc partem criminis ſuſcipiat, alter illam, cum tamen uno affectu regantur & ad eundem effectum cooperentur, neuter altero probior videtur. Atque ita in furto, rapina* vid. præjud. Halenſ. apud LVDOVIC. *ad* Art. CXXVI. *homicidio* Artic. CXLVIII. *&c. practicatur. In crimine tamen falſæ monetæ aliud quoad pœnam ſociorum in foro receptum, ut ſcilicet diverſitas operarum ſecernatur* vid. ſupr. dict. ad Artic. CXI. *Neque ſine ratione; qui enim falſos nummos cudunt, reliquorum opera tanquam miniſteriali utuntur, ipſi autem primi auctores criminiſque directores ſunt.*

Cur aliud in crimin. falſ. monet.

*3 *Recte additur:* vel fere: *Nec enim ſociorum cooperantium ubique æqualis malitia, aut in puncto æqualis opera, quod pariter jam* d. l. ad Artic. h. CLXXVII. *obſervavimus & totam præſentem regulam diſtinctius extulimus.*

REG. III.

De eo, qui venit, ut delinquentes defendat

III. Qui non acceſſit animo feriendi, ſed percuſſoribus, ſi forte ab aliis impedirentur, opem ferendi, paulo * minori homicidis pœna coërcetur. Eſt & contra hunc præſumtio ſocietatis occultæ.

* Qui

* *Qui animo delinquentes contra alios, qui forte lædendo ſuccurrere volunt, per vim tuendi accedit, præſumtionem contra ſe habet contractæ nefariæ, cum patratoribus delicti ſocietatis. Alias enim vix credibile eſt, quod gratis ſe magno periculo expoſiturus fuiſſet ejusmodi adjutor, pro hominis ſibi non conjuncti defenſione. Deinde licet tanta ipſius animi malitia, cum non ipſe manus immediate facinori v. c. cædi admovere, aut directo delictum patrantibus opem ferre, ſed tantum impedimenta forte ſubnaſcentia pro facilitando opere removere velit, non videatur: attamen hoc ipſum propoſitum, quod malum a lædendo avertere nolit 2. quod auxilium aliorum non tantum miſero invideat, ſed plane per vim intercipere intendat 3. quod bonos in bono & impedire, & niſi exuto benigno animo ſecum mali eſſe velint, mala ipſis inferre paret, parum ipſis delicti auctoribus melior a papa habetur. Imo ſæpe 1) ſi patratores delicti ſibi ſolis aliorum lædendo ſuccurſurorum reſiſtentiam veriti, diffidebant, & demum a ſocio promiſſa defenſione ad nefas animabantur 2) ſi talis ſocius defenſor, non tantum nefariam defenſionem pollicitus eſt, ſed v. c. in gratiam furum ſociorum, ſtabulum, ne ſervi in auxilium heri prorumperent, obſedit. 3) Si alia ratione defenſio condicta in delictum notabiliter influxit, in capitali delicto, adeo, ut pœnam capitalem evitet, ejusmodi defenſor ſocius, ſociis plane melior habendus non eſt. Idcirco papam reſtringerem, ad eam ſpeciem, ubi defenſor aliorum ſollicitationibus ſeductus, non adeo neceſſariam ad ſcelus operam ſeductoribus pollicitus eſt, vel plane inter meros placiti ſeu pacti fines ſubſtitit, nec dein actu ſceleſtos adjuvit.*

& plura de malorum defenſoribus quique.

Inter hos defenſores ceteris pejores.

REG. IV.

IV. Quid potuit hominem liberare a morte & non liberavit, eum occidit. *

* *Cum natura, judice* FLORENTINO in l. 3. de I. & I. *cognationem quandam inter homines conſtituerit, cum Chriſtianiſmus proximum juxta nos ipſos diligere jubeat: in foro conſcientiæ utique vir. bonus, ſi aliorum v. c. cædi cum poſſet, non interceſſit, ſe ipſum delicti homicidiique reum reputabit. Aſt quid hoc caſu in foro fori juris ſit, quæritur add.* n. 6. infr.

Digitized by Google

modo dicta cauponis ipſa adjumento erant ad patrandum incendium.

De ope quomodo ſtatuendum.

Circa opem 1) judicium ferendum eſt, pro ratione opis collatæ, quid operæ & quomodo, an ante, vel poſt delictum, an in ipſa delicti executione ſuppetiæ latæ, videndum. Quæ ultima ſpecies ad pœnam demum ordinariam ſpectat. *confer.* ad illuſtrationem *ſupr. ſ. 1. 2. 3. 4. ad Art. CXI.* In furto ſimplici, præter auxilium requiritur participatio CARPZ. *qu. LXXXVII. n. 19. ubi præjud.* Si quidem in furto a pluribus commiſſo regula recepta eſſe dicitur: ut non ſuſpendatur, niſi qui quinque ducatos ex illo acceperit pro ſua rata, STRYK. *d. l.* COCCEJ. *de ſoc. crim. p. 14. circ. fin.* Alias ſi auxilium ſceleris expreſſæ ſocietati, de qua jam *n. 1.* diximus, opponitur, uti quidem a nobis, pro diſtinguendo mero auxilio a conſpiratione fit, in univerſum dicendum videtur; *ubi auxilium morali æſtimatione æquipollet facinori ipſius principaliter delinquentis, ita, ut delictum ab auxiliatore non minus, quam ab ipſo delinquente proceſſerit, ibi eadem pœna eſt auxilium ferentis & principaliter delinquentis, vel ut clarius in vernacula. In dergleichen Fall, wo die Hülffe und Hauptthat von einerley Wichtigkeit ſind, da haben auch billig die Hülffe und die Hauptthat einerley Straffe.. Ubi vero auxiliatori morali æſtimatione, non æque, ut ipſi delinquenti (dem Hauptthäter) facinus imputari poteſt, ibi merito quoque pœnarum differentia conſtitui debet.* (I) Ad illam ſpeciem pertinet v. c. ſi quis e ſublimi cænaculo furaturo ſcalas lucri cauſa attulerit, ædibusque admoverit, & ne ingreſſus proderetur, excubias egerit, item ſi parietem pertuderit, murum perforaverit in gratiam communis lucri & furis certo intraturi. Vel ſi quis, quo facilius Cajus a Titio occideretur, brachia illius ſtrictiſſime, ne ſe defendere poſſet comprehenderit, *v. l.* XI. *ſ. 1. ad L. Aquil.* Item ſi quis puellæ, in quam Mevius ſtuprandi animo irruit, armis minatus terrendi cauſa adſiiterit. Si quis Titii ædes occulte certo talem incenſuro, globulos peculiari arte in hunc uſum præparatos ſuppeditaverit, monſtrato inſimul nefario uſu. Si mulierculæ mari-

Regulæ de ope ſeu auxilio ſociorum & exempla illuſtrantia.

maritum e medio clam tollere geſtienti venenum dederit, ac ſimul qua ratione, ne miſer animadverteret, idem illi propinari poſſit, commonſtraverit &c. (II) Poſterioris claſſis autem ſunt v. c. ſi quis ſcalas tantum commodato furi dederit, nec comitem ſe addiderit, ſi inſtrumenta parietem perrumpendi, apud ſe capi permiſerit &c. Alii diſtinguunt inter auxilium proximum & remotum. Exempla legum civilium pro illuſtratione rei conduxit MATTHÆI *p. 800. 801. de Crim.* Alias moneri quoque ſolet, quod inter auxilium ferentem & eum cui fertur, debeat eſſe aliqua communis de nefario adjutorio conſultatio ſive nexus quidam. Minimum ad hunc effectum, ut alter de alterius facto teneatur. Ceteroquin enim quemlibet tantum e ſuo facto obligari. V. c. incido in rixam cum Sejo, accurrit frater meus, quem in propinquo eſſe *non noſcebam,* & lethali vulnere percutit caput Seji, hoc fratris factum ſane nihil ad me, licet frater meus videatur auxiliator, ego illius complex. Item perſequor Mevium, incidit ille in fuga in inimicum ſuum, ego inimicum non excito, non ad communem opem provoco, ſed Mevium ipſi relinquo, inimicus ipſum proſternit. Ego de cæde non reſpondeo, ſecus foret, ſi fratri ſignum dediſſem, aut in ultima ſpecie, ſi perſecutioni ulterius ita inſtitiſſem, ut Mevio nec pergere nec regredi licuiſſet. *vid. pluribus* HIPOLITH. *de* MARSIL. *§. conſtanter an. 40. ad 77. p. 359. Part. I. Corp. Jur. Crimin.* MODII. ubi notat, quod in quæſtione de pœna auxiliatoris, cum de facinore, tum de auxilio certo conſtare debeat *n. 40. & 52. 53.* An autem in dubio præſumendum, quod, qui auxilio ſupervenit præſens adfuerit caſu, an præſumendum, quod adfuerit ex propoſito ſtudio, tractat remiſſive *ibid. n. 61.* Sed magis eſt, ut ultimum non præſumatur, quia propoſitum eſt facti, atqui quæ facti ſunt regulariter probanda ſunt.

Ad delictum concurrentes quando ſocii ſunt, aut non ſunt?

Corpus delicti hic.

An e ſimultanea præſentia colligenda ſocietas pactitia.

Ille, 5) qui rogatus, cœtum nebulonum, per ſe ſatis ad ſcelus perpetrandum validum, comitatur & in loco delicti perſiſtit, ſimplicem *favorem* non *auxilium* præſtare, a quibusdam

De comite a ſceleratis rogato.

Digitized by Google

buſdam dicitur. Enimvero, cum minimum ad terrendum aſſumatur, & eo ipſo quoque, quo reliquorum globo ſe addit, augendo numerum, terrorem augere videatur: habendus omnino eſt ſuo modo pro auxiliatore, ut tandem fatetur *idem* HYPOLITHUS *n. 6. in fin. d. l.* De auxilio præter *cit.* DECIAN. *Pract. crim.* v. c. de auxiliatore monetæ falſæ *L. VII. c. XXV.* Læſæ maj. *c. XXXIV.* raptus *L. IX. c. X.* BERLICH. *P. V. concl. LV.* ſpeciatim in homicidio GUAZZINI *defenſ. XXXIII. c. X. XI. per tot. adde* RAYGER. *h. verb.* BERTACHIN. *h. verb.* Cum papa Alexander II. in *capit. VI. de homicid.* ubi Exonienſem epiſcopum, qua ratione cenſuris eccleſiaſticis, adverſus eos, qui ſanctum THOMAM Archiepiſcopum Cantuarienſem occidiſſe accuſabantur, uti deberet, inſtruit, varia, quæ præſens argumentum illuſtrare poſſunt, attulerit atque decreverit: non abs re erit ejus tradita ſimul hic evolvere atque conſiderare. Videntur autem his vere regulis comprehendi poſſe.

De auxiliatoribus qui videndi.

Commentatio in c. 6. x. de homicid.

REG. I.

I. Inter plures delicti complices: non ſolum qualitas delicti, ſed etiam ætas, *1 ſcientia, *2 ſexus, *3 conditio *4 ſingulorum attenditur, cum idem factum in uno magis aliquando, quam in altero puniendum ſit.

*1 *De ætate atque pœna propter ætatem minorem mitiganda eadem docent, jus naturale & civile, ut infra ex Artic. CLXXIX. patebit.*

Scientiæ gradus auget pœnam.

*2 *Nec hoc negari poteſt, quod quo aliquis eſt jurium factorumque magis vel minus intelligens atque gnarus, eo quoque major aut minor ipſius malitia, majorem, vel minorem pœnam meretur. Unde* AUGUSTINUS Cauſ. VI. Qu. I. c. XXI. *dicit:* peccata ſcientium præponuntur peccatis ignorantium; *Et Gregorius M. in* can. XXII. cauſ. XXII. Qu. III. de pœnit. tribus, *inquit,* modis peccatum committitur, aut ignorantia, aut infirmitate, aut ſtudio: gravius infirmitate, quam ignorantia, gravius ſtudio, quam infirmitate. *Eſt vero ſcientia, vel ignorantia triplicis generis; facti, juris ſi-*

ve legis, & tandem generis pœnæ. FACTI IGNORANTIA *a pœna plane excuſat, ſi agens* 1) *nec malam intentionem habeat, nec* 2) *temerarie atque negligenter circa actionem verſetur v. c. Titius putat arborem in loco, ubi idem fieri ſolet, occiditurque ramo putato cadente Mevius. Si vero agens mala intentione agit, plane non excuſatur in ea, quam intendit delicti ſpecie, licet per ignorantiam effectum delicti dirigat in alium v.c. Titius intendens fimo corrupto conſpurcare Mevium, in tenebris ex ignorantia conſpurcat Cajum; injuriam realem, quam intendit, omnino committit. Secus dicendum, ſi Titius intendens occidere Cajum, per ignorantiam autem occiderit proprium parentem. Tunc enim, quia parricidium non intendit, ſed homicidium, homicidii quoque tantum reus eſt, parricidio quippe extra genus delicti, quod intendit exiſtente. Æſtimandus tamen inſuper eſt malitiæ intentionis gradus hoc caſu v.c. Titius vult percutere Cajum absque præcedente offenſa, Titius vult eundem Cajum percutere proxime præcedente inſigni offenſa, atque in utraque ſpecie per ignorantiam & errorem percutit Mevium. Sane uti ratione pœnæ diſtinctio adhibita fuiſſet, ſi Cajum ipſum percuſſiſſet: ita enim dicendum, ſi per ignorantiam incidit in Mevium. Imo ſi de damni reſtitutione quæſtio ſimul exoritur, æquum eſt, ut præter eum, qui ex ignorantia percuſſione ſua id infert, ſimul & iſte concurrat, qui excitata erronea percutientis ira, percuſſioni ejusmodi revera ſimul cauſam dedit. Ut nuper fere in ſimili ab ordine noſtro reſponſum. Porro, qui temere & negligenter agit, malo effectu ſecuto, licet erraverit, attamen damnum reſarcire & inſuper, dolo ſcilicet deficiente, non quidem ordinariam, arbitrariam tamen pœnam pro culpæ gradu ſubire debet, ut declarat exemplum* in Artic. ſupr. CXXXIV. *De* IGNORANTIA JURIS, *res deciditur e diſtinctione juris, naturali ratiocinio noti & mere arbitrarii. Illuc refer crimina, quæ cognoſci poſſunt per regulam:* quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. *Hanc enim quilibet homo ſecum in ſcrinio pectoris geſtat. An aliud dicendum de ſodomia, inceſtu, quæ delicta ad dictam regulam reduci nequeunt? Sed de Sodomia* vid. ſupr. ad Artic. CXVI. §. 3. ibique not. *De inceſtu* not.

[Margin: de facti ignorantia.]

[Margin: Hic conf. dicta ad Art. 145.]

[Margin: De Juris ignorantia an præſumenda, quomodo indaganda.]

ad Art. CXVII. *jam actum. Res eo redit: a pœna vivicomburii in craſſiſſima rerum moralium ignorantia educatus facile in Sodomia abſolvi poteſt, imo & a capitali aliquando, ſi appareat hominem rudiſſimum extra ſcholarum templi hominumque honeſtorum commercium, in ſylvis atque tuguriolis v. c. armenta paſcentem ſuccreviſſe, ut contra naturam ſe quidem agere ſciat, ſceleris autem gravitatem plane ignoret. Examen vero inſtituendum eſt accuratum pro ignorantia indaganda, v. c. quid ſciat inquiſitus de ſcortatione, adulterio & aliis delictis carnis, annon alicubi pœnæ his caſibus inflictæ recordetur &c. Sane inquiſitus cujus* ſupr. d. l. *mentionem fecimus ſciebat, quod male egiſſet ancillarum lectos tempore nocturno viſitando, nec tamen quicquam circa Sodomiam ſe ſcire affectabat. Dein, quod inceſtum attinet, hic ordinationum eccleſiaſticarum verbique divini ignaro, craſſiſſimeque educato, veroſimilius ignorantiam allegare licet. Unde quoque ſupra non negavimus, quod plane pœnam ignorantia hic mitiget, ſed quod vix ſive difficillime inter adſcendentes & deſcendentes, nec non inter fratres & ſorores, admittenda ſit pro excuſatione improbabilis ignorantia. Tandem pervenimus ad* IGNORANTIAM POENÆ GENERIS. *v. c. Titius e loco, ubi furtum equorum non indiſtincte ſuſpendio, ſed pro arbitrio, ut alia furta punitur, oriundus, equum furatur, ubi facinus citra diſcrimen patibulo coërcetur; in genere ſe delinquere ſcit, ſed laqueum ſe mereri neſcit. An mitius habendus erit? ita videtur, cum Titius, ſi pœnæ atrocitatem ſciviſſet, probabiliter equum abacturus non fuiſſet, ut proinde ipſius non tanta malitia forte ſubſit, quæ tam ignominioſo mortis genere reprimenda atque coërcenda ſit. Viciſſim allegari poteſt, Titium habuiſſe tamen propoſitum ſpernendi legem reipublicæ in genere, doloſe turbaſſe proximi ſecuritatem, circa quam non tam de pœna gravitate, quam de criminis atrocitate curioſus eſſe, nec pœnæ genus, ſed legis juſſum & qualemcunque comminationem vereri debebat. Ut nihil dicam quod de pœnæ genere plerumque diſputent ipſi judices, altero ultimum ſupplicium, altero extraordinariam, tertio plane abſolutionem in uno eodemque caſu dictitante. Cujus exemplum habes*

De pœnæ ignorantia præcipue reſpectu forenſium.

bes apud Dn. THOMAS. de judic. ſent. ab act. remov. *Unde huic ignorantiæ nil tribuit* FROELICH. II. *p. 297. a. Quam ſententiam & nos in pronunciando ſecuti ſumus, non quidem ratione theologica, quam* FROELICHIUS ibid. *adducit, quaſi alias gentiles pœnam gehennæ ignorantes minus juſte gehenna punirentur, ſed ratione juridica moti, quod ſcilicet ipſi judices ſæpe pœnam neſciant, & a Carolo V. noſtro, ad pœnæ genus indagandum, ad peritiorum conſilium ablegentur toties in hac ordinatione. Interim & hic jus aliquando in facto poſitum eſſe poteſt, ut ad facti atrocitatem, prohibitionis rationem ſpecialem in aliquo loco attendatur. Unde ſi pœnæ per edicta in loco exaſperantur, ut in his terris bey Pferde-Dieben, Hauß-Dieben, prælectio edictorum quotannis fit, ipſique Inquiſiti interrogantur: Ob ſie in der Kirchen geweſen, und das Edict ableſen hören?*

*3 *Sequitur* ſexus. *Hujus rationem non habuit divinum numen in puniendo primo peccato. Politice quoque rem æſtimando eadem eſt utriusque ſexus malitia, nec alia fere utriusque ſexus crimina. Nec proinde jure naturæ, ſi par ſit utriusque dolus, idemque crimen ab utroque commiſſum, magis pœnarum differentia admittitur inter maſculum & fœminam, quam inter ipſos maſculos in pari reatu conſtitutos. Negari tamen nequit, quod juris civilis legumlatoribus aliquando aliter viſum. In crimine* læſæ majeſtatis *filiabus relinquitur legitima ex hereditate materna, ut & dos, quam ſemel a patre acceperunt,* l. 5. 3. C. h. t. LAUTERBACH. 3. XXVIII. tit. eod. ad L. jul. Maj. *De adulterio idem conſtat, ut jam ſuo loco vidimus. Quamvis vix ſit, ut hic* JUSTINIANI *jurisprudentiam legiſlatoriam tueri poſſis, ut jam* BODINUS l. de republ. 3. *vidit, qui* illiterato principi uxorem Theodoram faſces ademiſſe, *putat. In crimine peculatus* l. 1. pr. ad L. jul. pecul. *pro conditione* Sexus *animadverti jubetur. Etiam in crimine receptationis mulierem lenius puniri maſculo ex l. 40. de pœn. colligit* MATTH. *p. 221. d. tr. Ubi tamen jura nil diverſi diſponunt: ibi quoque judex intempeſtiva ſexus ſequioris miſericordia moveri non debet, ſed fœminis eandem, quam maſculis pœnam infligere, ita &* CARPZ. Qu. XII. n. 16. TIRAQUELL. cauſ. temp.

De mitigatione a ſexu deſumta.

Nnnn 2 pœn.

Digitized by Google

pœn.XI. n.23. *Nec circa incarcerationem,uti quondam* JUSTINIANUS *voluit, differentia praxi obſervatur* vid. THEOD. p.551. adde PRUCKMANN. tr. de different. utr. ſex.

Quatenus attendenda rei dignitas.

*4 *Per conditionem intelligitur dignitas, in qua quis vivit.* vid. REUSNER deciſ. 15. *Exemplum vidimus* ſupr. *ubi de blaſphemia actum. Sane 1) circa incarcerationem dignitatis ratio, tam in quæſtione an, quam in quæſtione quomodo quis incarcerandus, habenda eſt. Ut difficilius ad capturam contra in dignitate conſtitutos, quam contra alios procedatur, dein ut quoque mitior cuſtodia velutique commodior, illis, quam his decernatur.* vid. DOEPLER. l. c. X. §. 29. ſequ. *2) Circa torturam ſecundi & ultimi gradus, quam criminum atrocitas & judiciorum evidentia expoſcunt, quare honoratiores ab aliis ſecerni debeant, ſi cetera ſint paria: nec in utriſque major boni rectique ſenſus, aut minor peccandi habitus, mihi perſpicere non datur. Dolorum exquiſitiorum eadem hic reſpectu communis humanæ naturæ ſenſio: de honore atque decoro inter homines, qui in extremo veluti gradu mali ſunt, fruſtra inſtituitur diſquiſitio. Sed viciſſim, ubi res vel primum tantum gradum, vel ſaltim territionem exigit, facile excuſarem judicem, qui ubi homini vili primum torturæ gradum decerneret, honeſtiori tantum territionem dictitaret, aut ubi in illo territione opus crederet, hunc ad purgatorium admitteret. Ni aliud adſit, quod circa vitam anteactam ad omnimodam æqualitatem induceret animum pronunciantis. Nam alias in territione & primo torturæ gradu præter corporis afflictionem, ſenſus honoris etiam concurrit, quo magis regulariter honeſtiores moventur, quam viliores, ut inter utrumque gradus remediorum detegendi veritatem, non inepte obſerventur. 3) In pœnis arbitrariis pariter diſcrimen adhibendum omnino eſt. Cum enim v. c. pœna carceris, relegationis, poſitionis ad numellas &c. &c. longe acerbior accidat honeſtiori, quam perſonæ viliori, ipſa pœnarum proportio & æquitas, inæqualitatem hic ſuadet.* FARINAC. Qu. CXII. *4) Aſt aliter dicendum, ſi capitis ſententiam attendimus, ſive ultimum ſupplicium. Hic omnino peccarunt leges Romanæ, quæ dignitati locum dederunt, atque v. c. in homicidio viliores mortis pœna,* hone-

honeſtiores ſola deportatione mulctarunt. Cum tamen vitæ annorumque hic idem pretium eſſe debeat, nec IRUS *pauper & vilis minus vitam amet, quam faſtuoſus in eminentiori loco conſtitutus* THRASO? *prout* ſupra *diximus, & alii jam annotarunt.* GROT. L. II. c. 20. §. 33. & in not. *licet minus diſtincte. Interim, ſi leges ita jubebunt, judex tanquam miniſter legum diverſimode judicabit. Aſt ſi in crimine aliquo capitali, caſu eveniente propter dubia quædam, res quaſi in arbitrio poſita ſit, ut judex religioni ſibi ducat condemnare honeſtum, cavebit ſibi, ne in ſimili ſpecie vilem ad ultimum ſupplicium duci jubeat. 5) Tandem in modo exequendi ſententiam capitalem, aut mortis genere, itidem fas eſt diſcrimen aliquando obſervare judicem, non tantum ubi leges diſerte ita jubent, ſed ubi quoque prudens arbitrium ita expoſcit. Nec obſtant* L. I. fin. C. ubi ſenat. l. 12. C. de dignit. *quaſi delinquendo dignitas amittatur. Nec enim a dignitate amiſſa, ad eundem executionis modum ſervandum, neceſſario inferri poteſt. Nec dignitate amiſſa, mox omnis ejus memoria abolitur. Nec totius ordinis ejusdem dignitatis favor, ſervandaque exiſtimatio uno membro in devia delapſo, mox ceſſat.*

REG. II.

II. Qui in ſocietate *1 animo occidendi, feriendi, capiendi, ſe aliis jungit, morte innocentis ex captione ſecuta, licet ipſe manum *2 non injecerit, ut homicida, vel fere *3 ut homicida tenetur.

*1 *Papa quidem expreſſe* ſocietatis *non facit mentionem; ita tamen* GLOSSA *in ipſa rubrica hujus ʃ. textum intelligit, nec aliter* BARBOSA, *nec contextus aliter ſuadet, quam quod papa ſupponat, plures inter ſe de cæde* S. THOMÆ *convenisſe.*

*2 *Manuum injectionem non requirit papa, ut ſocius in homicidio pœna homicidii teneatur, ſed tantum, ut animo capiendi & occidendi advenerit & adfuerit. Interim ſenſus eſſe non poteſt, quaſi ſola otioſa ejusmodi præſentia præſentem in eodem cum ipſo occiſore reatu conſtitueret. Hoc enim aſſerere abſurdum eſſet, pro auctore facinoris cum aliis haberi, nec tamen quicquam ad facinus contuliſſe, nec perpetrantibus officium exhibuiſſe.* Quando papa de præſente animo capiendi occidendi.

huiſſe. Deinde papa ipſe, de illis, qui tantum cædi interfuerunt, poſtea agit, vid. infr. regul. VIII. *Imo in præſenti verſiculo ſupponit, quod mors ex* captione advenientium ſociorum *ſecuta. Igitur intellectus regulæ papalis eſt:*

Intelligendus. Qui advenerunt ex compacto ad capiendum & occidendum, quamvis deinde in ipſa cæde manum non intulerint, modo cœperint, vel ad captionem operam præſtiterint, atque hanc captionem dein mors condicta ſequatur, ut homicidas, vel fere, ut homicidas teneri. *Sed aunon papa hic aliquid affectibus ſuis dedit, favorique in* THOMAM *Archipræſulem, dum eos, qui nil realis operæ in homicidii actu contulerunt, ipſis homicidis veris & genuinis æquiparat? Nobis, quia papa ſocietatem hic inter complices ſuppoſuit, non videtur, prout jam* ſupr. Artic. h. CLXXVII. not. *2 verſic. ſi pœnam *&c. docuimus. Scilicet inter illos, qui facta conſpiratione in crimen conſentiunt, licet alter deinde pro re nata hanc partem criminis ſuſcipiat, alter illam, cum tamen uno affectu regantur & ad eundem effectum cooperentur, neuter altero probior videtur. Atque ita in furto, rapina* vid. præjud. Halenſ. apud LUDOVIC. *ad* Art. CXXVI. *homicidio* Artic. CXLVIII. *&c. practicatur. In crimine tamen falſæ monetæ aliud quoad pœnam ſociorum in foro receptum, ut ſcilicet diverſitas operarum ſecernatur* vid. ſupr. dict. ad Artic. CXI. *Neque ſine ratione; qui enim falſos nummos cudunt, reliquorum opera tanquam miniſteriali utuntur, ipſi autem primi auctores criminiſque directores ſunt.*

Cur aliud in crimin. falſ. monet.

*3 *Recte additur:* vel fere: *Nec enim ſociorum cooperantium ubique æqualis malitia, aut in puncto æqualis opera, quod pariter jam* d. l. ad Artic. h. CLXXVII. *obſervavimus & totam præſentem regulam diſtinctius extulimus.*

REG. III.

De eo, qui venit, ut delinquentes defendat

III. Qui non acceſſit animo feriendi, ſed percuſſoribus, ſi forte ab aliis impedirentur, opem ferendi, paulo * minori homicidis pœna coërcetur. Eſt & contra hunc præſumtio ſocietatis occultæ.

*Qui

* *Qui animo delinquentes contra alios, qui forte lædendo ſuccurrere volunt, per vim tuendi accedit, præſumtionem contra ſe habet contractæ nefariæ, cum patratoribus delicti ſocietatis. Alias enim vix credibile eſt, quod gratis ſe magno periculo expoſiturus fuiſſet ejusmodi adjutor, pro hominis ſibi non conjuncti defenſione. Deinde licet tanta ipſius animi malitia, cum non ipſe manus immediate facinori v. c. cædi admovere, aut directo delictum patrantibus opem ferre, ſed tantum impedimenta forte ſubnaſcentia pro facilitando opere removere velit, non videatur: attamen hoc ipſum propoſitum, quod malum a lædendo avertere nolit 2. quod auxilium aliorum non tantum miſero invideat, ſed plane per vim intercipere intendat 3. quod bonos in bono & impedire, & niſi exuto benigno animo ſecum mali eſſe velint, mala ipſis inferre paret, parum ipſis delicti auctoribus melior a papa habetur. Imo ſæpe 1) ſi patratores delicti ſibi ſolis aliorum lædendo ſuccurſurorum reſiſtentiam veriti, diffidebant, & demum a ſocio promiſſa defenſione ad nefas animabantur 2) ſi talis ſocius defenſor, non tantum nefariam defenſionem pollicitus eſt, ſed v. c. in gratiam furum ſociorum, ſtabulum, ne ſervi in auxilium heri prorumperent, obſedit. 3) Si alia ratione defenſio condicta in delictum notabiliter influxit, in capitali delicto, adeo, ut pœnam capitalem evitet, ejusmodi defenſor ſocius, ſociis plane melior habendus non eſt. Idcirco papam reſtringerem, ad eam ſpeciem, ubi defenſor aliorum ſollicitationibus ſeductus, non adeo neceſſariam ad ſcelus operam ſeductoribus pollicitus eſt, vel plane inter meros placiti ſeu pacti fines ſubſtitit, nec dein actu ſceleſtos adjuvit.*

& plura de malorum defenſoribus quique.

Inter hos defenſores ceteris pejores.

REG. IV.

IV. Quid potuit hominem liberare a morte & non liberavit, eum occidit. *

* *Cum natura, judice* FLORENTINO in l. 3. de I. & I. *cognationem quandam inter homines conſtituerit, cum Chriſtianiſmus proximum juxta nos ipſos diligere jubeat: in foro conſcientiæ utique vir bonus, ſi aliorum v. c. cædi cum poſſet, non interceſſit, ſe ipſum delicti homicidiique reum reputabit. Aſt quid hoc caſu in foro fori juris ſit, quæritur add.* n. 6. infr.

Digitized by Google

infr. ad pag. IX. *Apud Spartanos & Ægyptios, qui ſcelus, cum poſſet, non impediret, in eadem culpa cum delinquente erat, ut ex* DIODORO SICVLO *affert* PVFFEND. L. I. c. IV. §. 14. med. de J. N. & G. *Jure civili in delictis aperte ſeparantur:* AVCTOREM eſſe delinquenti & PATI delinquere l. 3. de noxal. act. *Quamvis dominus patiatur ſervum delinquere,* c. l. 3. *Quod de pœna ordinaria criminali capio. Alias enim de damno reſtituendo dominus ob patientiam utique tenetur, non aliter ac ſi ipſe dediſſet* l. 2. ibid. l. 5. §. 10. de his qui de jec. *Imo ſi dominus pro nefanda patientia pecuniam plane accipit, ut in* caſu II. l. 7. qui ſine manum: *tunc nec quoad pœnam:* PATI a JVSSV, *ſeu* JVBERE a PATRATIONE *ipſius delicti, differre ſtatuitur. Idem judicium eſto de patre v. c. ſi paſſus eſt filium juvenculum ſclopeto uti, cujus exploſione domus incenſa, ut in terminis refert* BRVNN. Cent. I. dec. 42. *Crimina excepta, v. c. læſæ majeſtatis, parricidii, infra in annotandis indicabimus, addi poſſunt crimen falſæ monetæ, raptus, ſervi necem domini non prohibentis. Enim vero læſæ majeſtatis conſcii facinus non prohibentes, tantum extra ordinem puniuntur* vid. MATTH. p. 334. *Nec aliter circa illos obſervatur, qui falſificationem monetæ non prohibent, nec magiſtratui indicium deferunt. Nec obſtant, quæ* ſupr. Art. CXII. §. 3. ibique in not. de falſariis monetæ commentati ſumus. *Nam & L. Corn. pœnæ, præcipue quaſi falſorum, arbitraria eſt. Imo in parricidio tantum in filium non prohibentem arbitrarie animadverti, alios autem extra pœnam eſſe vult id.* MATTH. p. 333. *Quod tamen non indiſtincte putarem, niſi non impediens rationem neglectæ interceſſionis allegare poſſet, quæ a malitia ipſum purgaret. In raptu non prohibitio omiſſa, ſed miniſterium praſtitum reum facit* l. un. C. de rapt. §. 2. DECIAN. L. VIII. c. 10. prax. crim. *Senatus conſulti Silaniani ſervorum negligentiam coërcentis, fundamentum in nexu inter dominum & ſervum, atque domeſticæ ſecuritatis neceſſitate, quærendum eſt. Plura de non prohibentibus habet* BARBOSA ad c. h. 6. de homic. *vid. ſupr.* §. 3. in not. Art. CXII. CXIII. infr. *n. 6. h. ſ. Brevibus* GROT. de J. B. & P. Lib. II. Cap. 21. *ſ. 2. duo requi-*

Aliud auctorem eſſe aliud pati delinquere.

Caſus varii patientium ſeu non prohibentium.

quirit 1) prohibere poſſe, & 2) debere. Debet autem ſuturum damnum prohibere conductor, L. XI. §. 2. L. 13. §. 7. locat. *Eadem ratio videtur: depoſitarii, commodatarii. Ceterum* COCCEI. §. 19. d. l. *textum noſtrum capit de iis: qui non tantum non prohibuerunt occidi, ſed qui prohibuerunt, ne quis occiſores impediret, proinde ſuſpecti fuerunt de conſpiratione. Enim vero hos nemo: meros permittentes, aut ſimplices: non prohibentes facile dixerit, cum actu poſitivo concurrunt, vel concurrere minantur.*

Qui non prohibentes puniuntur?

REG. V.

V. Qui delinquentem excitat ad affectum ſceleris v. c. in homicidio ad odium, non autem ad ipſum ſcelus v. c. homicidium, aſpere, ſed non ut autor ſceleris v. c. homicida punitur. *

De excitante non ad cædem, ſed ad odium.

* *Ratio in promtu eſt, qui enim tantum odium, non homicidium intendit, nec ad hoc exhortatur, nec in executione concurrit, is nec affectu, nec effectu homicida eſt, ſed tantum contra officia humanitatis & præcepta amoris peccat.*

REG. VI.

VI. Hi qui illis, quos ſcelus patraturos v. c. hominem occiſuros eſſe ſciunt, in cuſtodiendis ſarcinis * miniſterium præbent, nec a culpa nec a pœna immunes ſunt.

De cuſtodibus rerum maleficorum.

* *Qui delinquentium v. c. furum, homicidarum, ſarcinas, eo tempore, quo ad facinus perpetrandum exeunt, cuſtodiunt, nec tamen in commune cum iis v. c. de furto, aut cæde in præſenti facienda, ignari quippe machinationum arcanarum delicti a malorum globo impræſentiarum intentati, conſultant, modo ſciant generatim hos fures, aut homicidas eſſe, ſecundum* GLOSSAM *rei ſunt furti, aut homicidii pœnæ. Quod tamen non putamus, nec diſerte hoc a papa aſſeritur, ſed tantum, quod* nec a pœna, nec a culpa liberi ſint tales cuſtodes. *Reſpicit vero ſimiliter papa ad martyrium* STEPHANI, *in quo licet* PAULUS *non concurreret ad cædem, veſtimenta tamen occidentium cuſtodiebat. Cujus facti pœnitentiam poſt converſionem toties teſtatus eſt* Actor. XXII. v.

20. & paſſim. *Aſt ſicuti homo in via emendationis conſtitutus in foro conſcientiæ recte in hac ſpecie ſe pœnæ divinæ æque reum agnoſcit, ac ſi ipſius facinoris commiſſi ſocius fuiſſet: ita tamen viciſſim judex pro tribunali pœna ordinaria ejusmodi cuſtodem, qui revera & directo nec conſilii, nec executionis ſceleris particeps fuit, ſalva juſtitia regulariter adficere non poteſt; ſed circa cuſtodiam hanc e doctrina de receptatione ſupra h.* Artic. CLXXVII. in fin. & XL. *expoſita, ſtatuere debet. Scilicet receptator tunc demum cum receptato eandem pœnam luit, ſi receptatio, contracta facinorum turpisque lucri ſocietate, facta ſit.* MATTHÆI p. 222. de crimin.

REG. VII.

De ſpoliatoribus occiſorum.

VII. Qui vero poſt ſemel ab aliis commiſſum facinus v. c. cædem, tantum ſpolia ſcelere parta, v. c. veſtes occiſi occupant, ut auctores mali effectus, v. c. in homicidio mortis occiſi, puniri nequeunt. Res tamen reſtituere debent, licet easdem in uſus pauperum ſe erogaſſe dicant. *

* *Facile quemque hic papa habebit conſentientem. Nam, qui crimine jam commiſſo demum de quæſtu flagitioſo, ſine antecedente ſocietate participat, nequitiam ſuam quidem & turpem avaritiam ſatis prodit, pro cauſa tamen ipſius criminis haberi nequit, ſed tantum arbitrarie puniendus eſt.*

REG. VIII.

De clerico conſulente, adſtante.

VIII. Clerici, qui ad auſpicia ſceleris v. c. ad capiendum innocentem occiſum, conſilium dederunt, ſcelerisque executioni ad ſubſidiarium auxilium parati adſtiterunt, ſi forte eorum ope opus eſſet, puniendi ſunt * irregularitate, quam alias homicidæ incurrunt.

* *Sane, qui conſilio, ad facinoris auſpicia, & evidenti adjutorio, licet eventuali ac ſubſidiario in executione concurrit, is vix ipſis facinoroſis melior eſt. Concurrit enim affectu & effectu. Egimus cetera tam de conſilio, quam de eo, qui ad augendum terrorem ſceleratos comitatur, ſupra* hoc noſtr. Art. CLXXVII. *quorſum lectorem remittimus.*

REG.

REG. IX.

IX. Nec illi plane dimittendi, qui ob ſcelus patratum a ſocietate excluſis communicant. * De communicantibus cum excommunicato bannitoque.

* *Cui non communicat eccleſia, illi nec membrum eccleſiæ communicare debet, ne effectus excommunicationis nullus, aut fruſtraneus ſit. Applicari hoc poteſt ad eos, qui ob crimen commiſſum bannitis communicant:* die die Aechter gemeines Enthalts, oder Gerechtigkeit genieſſen oder gebrauchen laſſen, *quibus pariter pœna banni imminet.* Ordin. Camer. A. 1500. tit. 9. & ANDLER. P. II. Rec. Imp. p. 439. n. 23. *Interim, uti papa in foro pœnitentiario recte pro determinanda pœnitentia addit, quod cenſura imponenda ſit:* conſiderata temporis mora, quo (*receptantes excommunicatos*) in eadem nequitia perdurarunt: *ita & judex ſecularis commercium cum bannitis pariter pro ratione circumſtantiarum in pœnali quæſtione dijudicabit. Aſt nunc iterum in viam poſt ſatis longam digreſſionem.*

6) Regulariter, qui non impedit, aut non prohibet delictum, licet poſſet, vel non tenetur, ſi delictum levius, vel arbitraria coërcetur, ſi delictum grave v. c. incendium. Referunt huc etiam eam ſpeciem, ubi quis fatorum injuria miſeris ſuccurrere recuſat, v. c. ſi quis aqua merſum perire ſinit, COCCEJ. *p. 7. d. l.* Ratio autem, quare non prohibens, vel non intercedens, regulariter non puniatur, reddi ſolet, quod in delictis pœnæ capitales potiſſimum inventæ ſint, ne homines ſibi faciant male, non autem, ut ſibi invicem faciant bene; modo alter alterum non lædat, ſatis eſt in foro juſtitiæ, ut vero læſio tertii avertatur ab altero, ad humanitatis officia, & magis ad ethicæ, quam jurisprudentiæ ſcholam pertinet. Interim peculiaris perſonarum ſtatus ſæpe aliud poſtulat, ut prohibitio mali non indifferens, ſed præcepti atque officii ſit v. c. ſi princeps non prohibet, aut impedit in ſuo territorio latrocinia, pater in domo ſua furta a familia commiſſa, vel alia ſcelera. Item ſi miles excubias agens non prohibet hoſtem intrantem, vel ſervi dominum aggredientes.

De non prohibente adde Puffend. L. 1. c. 4. I. N.

exempla prohibere debentium.

Quatenus pater ex omiſſa prohibitione de facto filii teneatur, per diſtinctionem.

entes. Sed an v. c. pater non prohibens, ob homicidium a filio commiſſum ordinaria tenetur? *Aff.* STRYK. *n. 98. d. l.* & poſt eum COCCEJ. *p. 18. d. l.* propter *l. 18. mandat.* Sane quod pater teneatur ex facto filii ipſo ſciente geſto 1) ad reſtitutionem damni dati *v. ſupr. reg. IV. it. not.* item aliquando 2) tanquam ex tacito conſenſu, ſi factum filii ad contractum aliquem ſpectat; nec non 3) ad pœnam arbitrariam, in delictis pœnæ arbitrariæ, certum eſt. Quod vero 4) ex ſola non prohibitione, pœna capitali plane teneatur, ejus rei meliorem probationem, quam, quæ, *ex l. 18. ff. mandat.* allata eſt, una cum præjudicio executioni dato expecto. Nec enim a credito civilique cauſa, de qua in *L. 18.* ad pœnam capitalem, & cauſam criminalem argumentandum, ut vel ratihabitionis exemplum docet. Claudamus hanc meditationem verbis e Ludovici Bavari ſententia Joannis XXII. Papæ condemnatoria anno 1328. Piſæ publice publicata excerptis: ſruſtra igitur, *ait papa*, chriſtiano nomine uti videntur, qui talibus impietatibus non reſiſtunt, cum error, cui non reſiſtitur, approbetur, & negligere cum poſſis perturbare perverſos, nihil aliud ſit, quam fovere, nec careat ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare. Et non ſolum, qui faciunt, ſed etiam, qui conſentiunt, participes judicantur.

Admonitio papæ ad mala non prohibentes.

De participante, ante receptante per diſtinction.

Quod 7. 8) participantes de delicti commodo, aut receptatores attinet, de illis diverſimode pronunciandum. Dici quidem in furto ſolet: der Hähler iſt ſo gut wie der Stähler, vid. textum in *L. 6. ſſ. 2. ad L. Jul. peculat. & L. 1. de receptat.* Interim ſi 1) ante delictum commiſſum, inter participantem, vel receptantem & delinquentem, nulla fuit contracta ſocietas, nullumque commercium. Item ſi 2) participatio, aut receptatio non plus vice ſimplici, nec 3) cum quadam quaſi invitatione ad plura delicta committenda, facta. Nec 4) crimen quod receptando celatum adeo atrox ſit. Nec 5) læſo, dum v. c. in loco a participante & receptante remotiſſimo degit, adeo

adeo præſens damnum per participationem, aut receptationem illatum, nec 6) tam magna malitia factis ejusmodi, ſed v. c. neceſſitas famis reſpectu participantis, vel metus receptantis, ne alias receptati ipſi inſigniter nocerent veriti, forte ſubſit. Sane non tam ſevere animadvertitur in participantes & receptantes, quam ſi hactenus recenſita ſecus ſe haberent. Ceterum participans tantum de lucro, ſine receptatione, ordinariæ pœnæ non ſubjacet, ſed extraordinariæ. De mero receptatore eadem dicenda. Quod ſi vero participationes de lucro & conſilio concurrant cum receptatione, *vid.* COCCEJ. *d. l.* ita, ut receptator, non ſit amplius merus receptator, pœna ordinaria locum habere dicitur, *vid. Theſaur.* BESOLDI, WEHNERI & SPEID. verb. Hähler & HERT. *in Parœm. Vol. I. Tom. III. p. 567.* Quando capitali locus.

§. 2. Dicitur tandem in textu: Wie das alles Nahmen hat. Quæritur an hic ſcientia criminis comprehendatur? R. Diſtinguendo, vel ſciens ratione contractus, ſtatus, aut officii tenetur lædendo, ut mala futura ipſi indicet v. c. vaſallus domino, ſubditus principi; die Rügemeiſter judiciis ſuis, excubiatores magiſtratui ſuo & ſi qui alii. Vel tantum quæſtio eſt de ſciente tali, qui lædendo ad revelandum non tenetur, *1 ut regulariter privatus privato, & tunc ſciens in foro criminali non punitur, *vid. L.* 48. §. 1. *de furt.* & COCCEI. *p.* 10. & 21. *d. l.* Inter concives tamen & convicaneos, qui tanquam membra unius ſocietatis, ad avertendum a ſe invicem imminens *2 malum, non tantum in caſu *L.* 2. *ad L. Pompej. de parricid.* ſed etiam in aliis criminibus maxime noxiis aliquatenus obligantur, pœnæ arbitrariæ locus erit in caſu malevolæ reticentiæ. De conſciis in crim. læſ. maj. GODOFRED. *ad L. quisquis c. IX. c. f.* MATTH. *p.* 331. An ſcientia faciat complicem diſtinguitur.

*1 Futuri. Nam ſcientia criminis commiſſi, nulla ratione eſt cauſa delicti.

Reſp. ad LL. obſt.

*2 Nec obſtat *L. 48. §. 1. de furt. L. unic. C. ut nemo invit.* nec enim hi textus loquuntur de delicto damnoque in futurum concivi inferendo, ſed de jam illato. Inter quæ duo magnum diſcrimen intercedit. Pro illuſtratione *vid.* omnino HERT. *Reſp. 437. & 443.*

Quid notent verba: wie das alles, &c.

§. 3. Præterea ſub verbis: wie das alles u. ſ. w. continetur omnis fraudulenta machinatio ad ſcelus adjuvandum, licet* certo nomine careat.

Species adjutorii innominati ad h. artic.

* V. c. Vidua apud Cheruſcos anno 1725. conductori molendini ſui ob proditum arborum furtivarum commercium irata, in conſpectu militum cum amica de conductore colloquebatur in ſpeciem clanculum, revera tamen, ut milites audirent: daſs er ſie verrathen, daſs er Speck, Würſte, und Leinwand hätte, ſo ihre Magd noch heute geſehen, daſs man leicht in die Mühle da kommen, auch den Müller leicht auf dem Boden einſperren könte. Daſs er werth wäre, daſs er beſtohlen würde, ſo ſie aber weder ſelbſt thun noch andern heiſſen mögte. Sane cum deinde milites tam grata ipſis oratione intellecta furtum mox in molendino commiſiſſent, & ab damni expenſarumque reſtitutionem, ad certæ mulctæ ſolutionem, condemnavit ordo viduam malitioſam.

ARTIC. CLXXVIII.

Straff unterſtandener Miſſethat.

Wo ſich jemand einer Miſſethat mit ehrlichen, ſcheinlichen Wercken, die zu Vollbringung derſelben Miſſethat, dienſtlich ſeyn mögen, unterſtehet, und doch an Vollbringung derſelben Miſſethat, durch andere Mittel wieder ſeinen Willen verhindert wird, ſolcher böſer Will, daraus etliche Werck, als obſtehet, folgen, iſt peinlich zu ſtraffen, aber in einem Fall härter dann in dem andern, angeſehen Gelegenheit und Geſtalt der Sachen. Darum ſollen ſolcher Straff halben die

die Urtheiler wie hernach ſtehet, Raths pflegen, wie die an Leib und Leben zu thun gebühret.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXVIII.*

§. 1. Tertio ad generalia ſpectat diſpectio de conatu, ſeu maleficio cœpto. Eſt hic conatus in duplici differentia, vel enim maleficium patrare aggreſſus, ab aliis impeditur, ne ad finem perveniat, vel propria pœnitentia ductus ſibi temperat, atque malitiæ gradum ſiſtit.

§. 2. Cæſar hic decernit tantum de prima ſpecie, & quidem hoc modo, ſi quis factis *1 externis in ſenſum *2 incurrentibus, atque ad perfectionem maleficii, ſive delicti ordinatis, facinus perpetrare parat, moliturque, deinde autem aliis intervenientibus obſtaculis contra intentionem *3 ſuam, cœptum conſummare & ad finem perducere impeditur; ejusmodi homo criminaliter *4 puniendus eſt, conſultis juris prudentibus *5 pœnam, aut capitis, aut corporis afflictivam definituris. *6

*1 Mit *etlichen* legitur in prima editione Carolinæ Ann. 1533. Moguntiæ JVONIS SCHEFFERI. Qui tamen ipſe in altera editione, quæ dein pariter Moguntiæ, ſed ſine die prodiit, excudit: mit ehrlichen, loco: etlichen. Atque ita communiter habetur, nec aliter in projectis Anno 1521. & 1520. Nec ratio idiomatis noſtri adeo repugnat. Uti enim in Artic. XII. VIII. XX. vidimus, redliche Anzeigen, pro ſufficientibus nominantur, ita & verbum: ehrlichen, de non fictis, nec temere imputatis indiciis capi poteſt. Non aliter quam apud Romanos ubi metus dicitur: JVSTVS, titulus dicitur JVSTVS, pro ſufficienti metu, habilique titulo. Ut proinde non neceſſum ſit, hic compilatores arguere oſcitantiæ, quaſi non curate ſatis exſcripſiſſent Bambergenſem ordinationem criminalem.

*2 In

*2 In textu mit ſcheinlichen Wercken. Scilicet ad crimen concurrunt 1) cogitatio de crimine 2) præparatio mediorum 3) aggreſſio operis ipſius & 4) conſummatio criminis. Sola cogitatio non eſt hujus loci. Bene autem reliqua facta voluntaria. Vidi quidem diſſertationem conſcriptam *de obligatione mentali,* cujus autor etiam cogitationes pœnis ſubjiciebat, ex ea ratione, quod v. c. omnibus fatentibus in foro puniatur, qui candide ſe de nece principis cogitaſſe faſſus eſt. Jam vero in hac ſpecie dici non poſſe, quod *confeſſio* ingenua, tanquam actus laudabilis, pœnam confitenti attrahat. Sed quod ſola potius nefanda cogitatio, crimen conſtituat & reatum. Enim vero nihil hic mutandum in doctrina de cogitationum moralitate hactenus recepta, nec pœna ſtatuenda in actum a voluntate humana non dependentem, nec pœnis humanis emendabilem. Interim quod cogitatio de principis nece concepta, in ſpecie allata, crimini detur, in cauſa utique non eſt cogitatio ſola, humano imperio quippe exemta, ſed, vel callida, vel imprudens certe & periculoſa facta propalatio ſceleris cogitati, quod propter reverentiam principi debitam tacendum fuiſſet. Nec plane innocens confeſſio hic ſubeſſe poteſt, ubi nec confeſſionarius, nec judex adeſt, qui de cogitationibus examen inſtituit vel facti cogitati confeſſionem jure quodam ſuo exigit. Ceteroquin & ad laudabilem confeſſionem quoque pertineret, malitioſus ſycophantarum hiſtrionumque luſus, ſi quando de viris honeſtis ignominioſa ſomnia fingunt, vel commemorant, eademque in publico theatro recenſent, non ſine cachinno ſpectatorum. Interim jus in facto hic poſitum, nec ſemper acerbiori pœnæ, contra quemlibet, ejusmodi ſua cogitata patefacientem ſine nota crudelitatis locus erit. Quid enim, ſi qui patefecit, alias ſit perſona honeſta, talis ſceleris non capax, confeſſio facta in ſecreto, amicis intimis nec alias adeo malis &c.

*3 Sive a lædendo, ſive ab hujus amico, ſive a caſu fortuito, ſive a terrore panico, ſive ab ipſis facti circumſtan-

Digitized by Google

ſtantiis, (v. c. finge in furto murum nimis conſertum, ſeras firmiſſime & artificioſiſſime fuiſſe contextas) impedimentum procedat, non intereſt. Sufficit enim, quod non propriæ delictum commiſſuri voluntati, temperamentum vel abſtinentia a ſcelere debeatur.

*4 Peinlich dicitur in textu. Abuſive ſane, ſi noſtrum idioma reſpicis, nec enim omnia delicta: peinlich coërcentur, multo minus molimina circa eadem. Itaque late hic iterum verbum: peinlich ſumitur, ut & in *Art. præced.* ac paſſim in tota conſtitutione, pro pœna quacunque, quæ non redundat in commodum accuſatoris, adeoque etiam aliquando in delictis levioribus *mulcta* huc pertinere videtur.

*5 Sed quomodo itaque? R. CLASEN. *h.* pœnam conatus eſſe arbitrariam pro circumſtantiis, nec certam dari poſſe regulam. GOEDELMANN. *p. 141. de crim. mag.* ait, generali conſuetudine conatus ſemper mitius punitur delicto completo, adeoque extraordinarie CARPZ. *Qu. XXI. n. 41.* fere idem defendit. Imo regulam format: *conatus ne quidem in atrociſſimis delictis punitur pœna ordinaria: niſi 1) lex vel ſtatutum aliter jubeat, 2) vel ſingulares adſint circumſtantiæ, quamvis hanc limitationem ipſe rejiciat: Qu. XVII. n. 13. ſeq.* CLARUS *§. fin. qu. 82.* jubet ſequi legem, ubi non adeſt, conatum in minus atrocibus non impunem dimittendum ſed diverſimode, prout vel magis, vel minus ad factum ipſum acceſſerit coërcendum. In atrociſſimis perinde eſſe putat, an judex ordinariam, an extraordinariam inſpecta facti & perſonarum qualitate dictet, quamvis in dubio rectius ſit, ut judex magis in mitiorem pœnam inclinet. MATTHÆI *p. 796.* ita conatus punitur ipſo crimine mitius. Excipe crimina atrociſſima. Ut 1) crimen læſæ majeſtatis *per l. quisquis ad L. Jul. Maj.* 2) crimen homicidii *l. 1. ff. & l. 7. C. ad L. Cornel. de Sicar.* 3) crimen parricidii *l. 1. in fin. ad L. Pompej. de parric.* in non æque atrocibus itaque v. c. adulterii, falſi & ſic porro, mitius judicem ſecundum leges pronunciare debere, ſi de conatu

Pœna conatus ſecundum ſententias Dd. CLASENII, GOEDELMANN. CARPZOVII, CLARI, MATTHÆI,

 natu

LAVTERBACHII, natu quæſtio exoriatur, LAVTERBACHII *tit. de privat. delict.* §. 3. 4. 5. hæc philoſophia eſt, primo: *conatus in delictis levioribus non punitur v. c. in crimine injuriarum, nec in quaſi falſo l. 15. §. 10. de injur. l. 6. §. 22. ad L.* CORNEL. *de falſ.* excipit tamen ſervi corruptionem intentatam, propter §. 8. *Inſt. de Obl. ex Del.* ſecundo aſſerit in delictis gravioribus conatum, inſpecto prius facto, quousque proceſſerit, & quare delinquens ad conſummationem delicti non perrexerit, arbitrarie coërceri. Tertio quædam de criminibus exceptis addit, quorum in praxi duo eſſe dicit, *perduellionem & aſſaſſinium,* in his enim conatum æque, ut ipſum crimen puniri. COCCEJVS *Diſſ. de actib. imperf.* conatum criminis, crimen quidem eſſe, extra ordinem tamen puniri contendit §. 8. 10. *Sect. IV.* MENOCHII *CCCLX. A. J. Z.* & GEORGII ENGELBRECHTII quondam SENIORIS NOSTRI diligentia præcipuam laudem hic meretur, qui *in diſſert. de malefic. cœpt. c. VII.* rem non per regulas generales conficit, ſed per ſingula criminum exempla decurrit. Jungi poſſunt ulterius: FELINVS, TABOR *de conatu,* ROSENER *de conatu punibili,* COVARRVVIAS *ad Clement. I. de homicid. P. II. n. 6. ſeq.*

qui ulterius videndi.

*6 Nos de conatu ſubjiciemus obſervationes ſequentes.

Noſtræ obſervationes. I) Si conatus per ſe crimen.

I) Conatus per ſe certum crimen aliquando conſtituit v. c. conatus adulterii vel ſtupri, conſtituit crimen ſollicitationis alienarum nuptiarum, aut attentatæ pudicitiæ, conatus furti, dum quis furandi cauſa vicini ædes ingreditur, crimen injuriarum, aut directariatus. Qui horrea effringit furandi gratia, crimen effractionis committit. Sic & conatus incendii aliquando crimen diffidationis, item conatus homicidii, crimen ſicariatus continet. Nam de jure civili etiam ſicarius erat, qui contra L. Corneliam, cum telo occidendi animo ambulabat quondam, atque his caſibus conatus punitur, ut de criminibus, in quæ incidit, quorumque nomen induit, ſtatutum eſt.

II) Co-

II) Conatus ſæpius in ſeparatam criminis ſpeciem non incidit, ſed conſiſtit, in crimine aliquo intentato, non autem perfecto, ſive conſummato. Et tunc conatus etiam in ſpecie articuli noſtri, ubi de conatu non virtute conantis, ſed quocunque alio obſtaculo ſufflaminato agitur, nunquam punitur pœna ordinaria. Cum, quod utique gravius ſit v. c. hominem occidiſſe, quam occidere tentaſſe, toxico hominem ſuſtuliſſe, quam toxicum tantum propinaſſe, tum quod Imperator non dicat: *conatum puniri aliquando debere, pœna delicti, cujus eſt conatus, ordinaria*, ſed conſuli jubeat prudentes. Accedit, quod præſtantiſſimi JCti de praxi germanica hic atteſtentur, quod ea ad pœnam ordinariam requirat delicti effectum, *vid.* HAHN. *ad W. tit. de furt. n. 3.* STRYK. *U. M. ſ. VII. de privat. delict.* & quos citavimus *not. præced.* II) ſi crimen cœptum quæ pœna.

III) Non debent aliquem movere exempla, quæ in contrarium afferuntur. Sic non obſtat crimen læſæ majeſtatis. Nam hoc non tantum varia ſingularia continet, ſed hic vel ſola conſilia agitata, pro crimine læſæ majeſtatis habentur. Deinde non obſtat exemplum ejus, qui ignem ardentem ædibus ſubjecit, qui deinde mox extinctus eſt. Nam hic jam revera incendit, adeoque incendium commiſit. BEYER *ad Art. CXXV. ſupr.* ibique *cit.* PHILIPP. Porro non obſtat *l. 2. in. fin. ad L.* POMPEJ. *de parric.* Nam licet conatus lege Pompeja coerceatur, legis tamen hujus plures fuerunt pœnæ, quam capitales culei pœna *v. l. 2. d. t.* Nec obeſt exemplum latronis, qui homine in via ſpoliato & tantum non internecino vulnere ſaucio relicto, abiens, apud CARPZ. *qu. XXIII. n. 72. 76.* gladii pœna adfectus, rotæque impoſitus legitur. Nam hic pœnam hanc meritus eſt, ut raptor qualificatus, non autem, ut latro, vel homicida, in via regia. Latro enim ſi revera fuiſſet, rota contundendus fuiſſet. Nec aliter de conatu in aſſaſſinio tenendum. *Idem* CARPZ. *qu. XIX. n. 59. 60. ſq.* III) Reſp. ad exempla obſtant, s.

IV) Conatus quando capital.

IV) Quamvis vero conatus non puniatur ordinaria, punitur tamen aliquando pœna mortis v. c. in incendio, *vid.* COLER. *Deciſ.* CLXXXV. in parricidio, ſi ad actum proximum perventum SCHILT. *Exerc.* 49. 128. *verbis & ideo.* Et hoc indicant verba Articuli: an Leib oder Leben.

V) Officium judicis circa.

V) Ubi lex, aut conſuetudo, ſive generalis, ſive ſpecialis pœnam capitalem in conatum definiit, ibi caveat judex, ne ſit mitior jure ipſo præſcripto, ubi autem non definita capitalis pœna, ibi quoque ſibi ab eadem pro poſſibili judex temperet. Nec enim vitam hominis, Cæſar judicis arbitrio ſimpliciter committit, ſed, ut pœna mortis, conanti tantum, vel ſecundum jura loci, vel communia, vel analogiam juris firmiſſime concludentem, inferatur. *vid. ſupr. Art. CIV. CV.*

VI) Pœnam conatus.

VI) Quoad æſtimandum conatum, ejusque moralitatem, conferri inſuper poſſunt exempla e JCtis *non præced.* præcipue ex LAUTERBACHIO allata. Scilicet, ut in aliis quæſtionibus criminalibus reſpicitur ad regulam quis, quid, ubi &c. ita & hic attenditur ſtatus conantis, delicti quod intendit atrocitas, conditio perſonæ lædendæ, vel læſæ, quousque conans progreſſus ſit.

VII) De mitigantibus pœnam conatus.

VII) Quæ mitigant pœnam ipſius delicti, multo magis mitigant pœnam conatus.

De conatu conantis pœnitentia impedito.

§. 3. Reſtat conatus, qui non vi extrinſeca impeditus, aut facto alterius ſufflaminatus, ſed propria conantis pœnitentia * ſuppreſſus, intra fines conatus ſubſtitit. De quo Imperator tractare omiſit. Hic multo magis, quam præcedens veniam meretur, cum utique hominis adhuc juſti bonique ſenſu imbuti ſignum videatur, propria reſipiſcentia ſibi a ſceleris complemento temperaſſe. Nos aliquot formabimus de his ſpeciebus regulas.

* *Conf.* de pœnitentia TIRAQVELL. *cauſ.* XXVIII. & LX. *de pœn. temper.* MATTHÆI *p.* 238. 813.

§. 4.

§. 4. Pœnitentia ſecundum quosdam * minuit pœnam ordinariam, licet conatum effectus ſecutus ſit, etiam in delictis atrocioribus, modo pœnitentia intervenerit ſtatim in ipſo actu. *An pœnitentia mitiget pœnam in crimine conſummato,*

* Ita CARPZ. de infanticidio *Qu. XVIII.* de quo *ſupra Art. CXXXI.* Idem tradit de incendio, quod pœnitentia ductus, incendens extinguere aggreditur *Qu. XXXIX. pr. ſeq.* Huc referrem quoque quæ *Qu. XX. n. 46. verſic. leviuſculas cauſas,* de mitiganda pœna veneficii adfert. Interim in his ſpeciebus licet atrocior pompa ceſſet, vel genus mortis aſperioris, capitalis pœna tamen ubique dictitatur.

§. 5. Pœnitentia in caſibus ſpecialibus a lege *1 expreſſis, item in non atrocioribus delictis, ubi damnum facile reparari poteſt *2 aliquando plane tollit pœnam. *An aliquando tollat?*

*1 Species recenſet MATTHÆI *p. 238.* v. c. in ſtellionatu *l. 1. C. de ſtellionatu &c.*

*2 *vid.* CARPZ. *qu. XXXVII. n. 37.* ubi varii caſus. Mitigavit Ordo noſter pœnam in ſpecie oblata furti domeſtici, ubi ancilla ante prehenſionem pœnitentia ducta, uniones ſubtractas reſtituerat. Nam reſtitutio in edictis a mitigantibus excluſa, videtur pertinere ad reſtitutionem invitam, poſt prehenſionem furis.

§. 6. Pœnitentia minuit pœnam, ubi factum ſubſtitit in conatu. * *Pœnitentia præcipue mitigat pœnam conatus non conſummati.*

* Videtur id ſequi ex articulo noſtro. Nam ſi Cæſar pœnam arbitrari adeoque & minuere jubet, ubi conatus propter impedimentum extrinſecum plane ſufflaminatus eſt. Sane multo magis ubi virtute propria conantisque pœnitentia, effectus non ſecutus, arbitrio atque moderamini locus erit.

ARTIC. *CLXXIX.*

Von Ubelthätern, die Jugend oder anderer Sachen halben ihre Sinn nicht haben.

Würd von jemand, der Jugend oder ander Gebrech-

lichkeit halben wiſſentlich ſeine Sinn nicht hätte, ein Ubelthat begangen, das ſoll mit allen Umſtänden, an den Orten und Enden, wie zu Ende dieſer unſer Ordnung angezeigt, gelangen und nach Rath derſelben und anderer Verſtändigen darinn gehandelt oder geſtrafft werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXIX.*

De animo delinquendi ob ætatem deficiente.

§. 1. Novum commune monitum ſuccedit reſpectu perſonæ delinquentis. Scilicet cum vera delicta dolo committantur, adeoque præcedente animi deliberatione, merito Cæſar in ea ſpecie, ubi delinquens, vel propter teneram ætatem, vel propter aliud infortunium, mentis ſuæ non ſatis compos eſſe dignoſcitur, prudentum conſilium, pro pœna rite definienda adire jubet.

§. 2. Prima claſſis eorum, qui propter ætatem ſenſibus ſuis non ſatis potiuntur, ſive qui nondum ad annos *1 diſcretionis pervenerunt, conſtituitur. Tempus certorum annorum non definitur, ſed tota doli capacitatis diſpectio judici committitur. Quondam alicubi ad ſolum actionum regimen puerilis ætatis, non ad annos *2 reſpexerunt. Hodie vero potiſſimum quidem ex circumſtantiis, vitæque hactenus exactæ habitu, judicium de pueris deſumitur: ſed ita tamen, ut numerus *3 annorum ſimul attendatur.

*1 De æquitate & rationibus, quare ætati parcatur *vid.* GROT. *de J. B. & P. Lib. III, c. XI. §. 9.* PUFEND. *J. N. & G. L. I. c. I. §. 10.*

De fallaci examine ætatis veterum.

*2 Illud doli examen, quo pro malitia puerorum expiſcanda, quidam illis aurum, cum malo, vel crepundiis obtuliſſe leguntur, merito tanquam incertum & periculoſum, improbat MATTHÆI *p. 21.* Cum infantes nimium in ſuis deſideriis varient, imo vagentur, ut an ex animi propoſito v. c. aurum elegerint, an nullo conſilio, an quia aurum fulgidum ex impetu in illud inciderint, dici nequeat.

*3 Poſt

*3 Poſt infantiam; quam regulariter ſeptennio definire ſolemus, ex actionibus, iſtarumque uſu de capacitate doli ſententia fertur. Sed ante ſeptennium ſola ætas, cum exiguo annorum numero a pœna proprie dicta atque forenſi excuſat *l. 12. ad L. Corn. de Sicar.* DECIAN. *L. III. c. XXXIII. n. 43.* Computatur autem ſeptennium, non a conceptione, ſed a nativitate demum, *vid.* STRYK. *c. II. de pœn. impub. n. 9. ſeq.* Interim ne omnimoda indulgentia peccandi pruritum & tandem habitum hic excitet, ſed malo aliquo, magis dolorem quam infamiam ingerente terror incutiatur, virgis caſtigari poteſt infantis protervia. CARPZ. *qu. XLIII. n. 19. 20.* Sequitur *ſecundus* ætatis gradus, ab infantia ad pubertatem. Hunc iterum in duas claſſes deſcribunt Criminaliſtæ, ita ut ſeparatim de pœnis infantiæ proximorum, & dein nova tractatione de pœnis pubertati proximorum exponant. Illi ſunt, qui nondum dimidium anni undecimi egreſſi. Regula eſt, ut nunquam ultimo ſupplicio, ſed pro doli ratione arbitrarie coërceantur. Sed poſt hanc ætatem homines a dimidio anni undecimi ad XIV. dicuntur pubertati proximi. Hi ſi 1) inſigniter malitioſi ſint 2) non multum a pubertate abſint 3) crimen commiſſum ad atrociora pertineat, ordinariæ pœnæ ſubjacent. Ubi vero ſecus ſe circumſtantiæ habent, arbitrariæ STRYK. *d. l. c. IV.* adde *ſupr.* exemplum ex HUNDIO *ad Art. CLXIV.* Urphedam autem non præſtant, *in fin.* idem STRYK. Tertia ſpecies eſt minorennium, quorum ætas viginti quinque annis circumſcribitur, a decimi quinti complemento computato initio. His pœna non remittitur, niſi aliud ſit, quod præter ætatem judicem moveat, ut ex *l. 9. §. 2. collat. l. 37. de min.* conſtat, ZIERIZ. *h.* Interim cum ejusmodi cauſæ haud facile deſint, minorennitas inter temperamenta pœnarum refertur. TIRAQVELL. *cauſ. VII.* MATTHÆI *p. 803.* Unde GVAZZINI *def. XXXIII. c. 17.* minorem excipit a regulis pœnarum capitalium, quod in delictis carnis facile concedimus propter l. 38. §. *fratres*

De infantia & primo ætatis gradu.

De ſecundo ætatis gradu.

De tertio ætatis gradu & minorennitate.

tres ad L. jul. de adult. cum hic tam pronus huic ætati in devia lapſus, præcipue ſi aliqua ſeductionis ſpecies accedat. Idem dicendum, ubi cum ætate magna ſtupiditas concurrit, vel nuper admodum minor tempus pubertatis exceſſit. Ad atrocia delicta autem, vel illas ſpecies, ubi malitia ſupplet annos & ætatem, hoc minime extendendum, ne regula juris textibus innixa, intempeſtiva miſericordia plane ſubvertatur. Mortis genus, non ita difficulter tamen temperabitur, licet non mortis pœna ipſa remittatur. Inſuper cum in minorennibus impetus, in præcipitantia, & temeritate magis regulariter, quam in calliditate, præmeditatione, & malitia conſiſtere videatur, ſæpius quæſtio in facto erit poſita & judex omnia rimabitur, antequam ſanguinolentam ſententiam dictitet, ut quondam recte obſervarunt Scabini Lipſienſes *Qu. CXLIII. n. 88. ſeq. apud* CARPZ. Præcipue modus ultimi ſupplicii minoribus, in delictis etiam atrociſſimis haud raro mitigatur, ut jam dictum. Idem *Qu.* XXXIX. *n. 13.* ubi de minore, qui incendium fecerat.

Quid præcipue juvet minorennit.

De animo delinquendi ob defectum mentis deficiente.

§. 3. Secundo loco Imperator, propter eundem judicii defectum, merito parcit illis, qui alia quacunque calamitate, aut infortunio tacti, mentis facultatibus, communi cum aliis ſanis hominibus ratione, uti * impediuntur. Demonſtratio rei pertinet ad moralem, atque juris univerſalis diſciplinam. Imo ſine multa philoſophia, ex ipſis pœnarum finibus, condiſci poteſt, quippe homines non puniuntur e quadam ſuperioribus in corpora civium afferta indiſcreta licentia, ſed ex ſapienti, vel delinquentem, vel alios emendandi ſtudio. Accedit, quod puniatur tantum actio voluntaria, atqui, qui ignoranter agit, voluntarie non agit.

Gradus defectuum mentis.

* Secernendi utique ſunt, qui hebetiſſimo judicio pollent ab iis, qui vel ſemper, vel aliquando per intervalla plane mente alienantur, ejusque uſu penitus impediuntur.

tur. Illi ſtupidi, pardi, groſſi, fatui uno aliquibus inſani, dicuntur. Sunt autem homines, qui officiis humanis communibus cum erga ſe ipſum, tum erga alios obeundis, non ſatis ſufficiunt, ſed ſæpius craſſe contra eadem impingunt, licet aperte dementibus accenſeri, attamen ab illis quoque aliquando certo & clare diſtingui nequeant. Huc refer puellam, cujus meminit SAND. *L. II. tit. I. def. X.* quæ procis delectabatur, eos undique corrogabat, monetæ ſpecies tamen non noſcebat nec numeros. Conceſſit huic jus teſtandi & nuptiarum Curia Friſiæ occidentalis *ibid.* quaſi matrimonium magis eſſet actus naturalis, quam civilis. Aſt hæc ratio mihi ſe non commendat, nec enim matrimonium animali concubitu abſolvitur, ſed multifariis officiis, quæ civilem prudentiam utique requirunt. Interim quoad criminalia ſtupiditatem ſummam inter cauſas pœnam mitigandi recenſet. TIRAQ. *cauſ. XI. n. 1. 2.* Nam magis culpa, quam dolo ſtupidi, quibus non eſt factorum ſuorum cauſas & circumſtantias recte expendendi facultas, delinquere videntur. Itaque 1) ſtupidis remitti ſolet atrocius ultimum ſupplicium v. c. vivicomburium, ſubſtituta in ejus locum minus acerba gladii pœna, ut videre eſt apud CARPZ. *d. qu. XXXIX. n. 12.* 2) Ob eandem ſtupiditatem, *quæ difficulter a mentis captione* in aliquibus diſtinguitur in atrocibus quoque criminibus non tantum ordinariam, ſed plane omnem capitis pœnam remittendam eſſe in collegio noſtro putavimus. Nominatim cum Anno MDCCXVIII. M. Aug. de infanticidii pœna quæreretur, ita ſententiam concepimus. Species erat hæc: fœmina viliſſimæ conditionis, tetra, miſera, pauper, panem oſtiatim quærens, imprægnata erat a milite, cum vero infantem enixa eſſet in altiori ædium parte (auf den Boden hinter der Feuereſſen) poſuerat illum juxta cumulum limi, qui ibi jacebat, obruerat dein poſitum limo & particulam limi ejusdum ori immiſerat. Infans mox detecto crimine, vivus quidem adhuc protractus erat, ſed poſt aliquot horas ſtatim

Caſus infanticidii a fœmina ſtupidiſſima commiſſi.

tim exſpiraverat. Interrogabatur fœmina de ſingulis circumſtantiis, fatebatur ſine ambagibus, ſe peperiſſe partum ſepoſuiſſe, limo offudiſſe, particulamque limi, & quidem hoc fine, ut citius ſuffocaretur, ori illius ingeſſiſſe, & ſi quæ alia. Medicus teſtabatur ex inflammatione pulmonis, per dictam ingeſtionem cauſata, infantem mortuum eſſe. Videbatur his ita contingentibus, cum de corpore delicti, tum de dolo conſtare, atque tota res in eo verſari, ut ocius citius infanticida, ad juſtum ſubmerſionis in aquis ſupplicium raperetur. Enimvero eadem fœmina quondam a fratre gladio vulnerata dicebatur, eratque tam ſtupida, ut ne quidem 1) ab unitate ad numerum quindenarium una ſerie numerare poſſet 2) teſtibus illis, qui ad examen ſtatus mentis inſtituendum ablegati erant, non poterat ſecernere ludicra a ſeriis 3) ad omnia fere ridebat 4) more parvulorum ad quæſtiones propoſitas reſpondebat 5) poſtquam infantem, ut retulimus limo ſepelierat, ad aquam præterfluentem, ſpectantibus e regione aliquot pueris, corporis lavandi cauſa imprudentiſſime acceſſerat, nec 6) ulla pœnitentia facti patrati in eadem apparebat, nec 7) metus pœnæ, aut ulla triſtitia, 8) ex medico ad ſe miſſo quærebat, an matrimonio ſibi jungi vellet. Adeo, ut magis ad mente captos, quam ad ſanos homines inquiſita referenda videretur. Igitur omiſſa pœna ſuffocationis in aqua, vel gladii ob ſtupiditatem, malitiam illius, quæ cum malitia infantum, & tantum non beſtiarum conveniebat, dolore aliquo virgarumque cæſione coërcendam eſſe, per unanima apud nos concludebatur. Junge ZACHIAM *L. II. qu. VII. n. 27. & paſſim.* 3) Hujus ſtupiditatis multo magis ratio habetur in meris exceſſibus atque delictis *arbitrariæ pœnæ* ſubjectis, præcipue, ſi quæſtio de relegatione, fuſtigatione, atque infamiæ pœna, quippe quæ omnes non ſine duritie, præcipue duæ ultimæ, ſtupidis irrogantur. Dum illos, utpote conſilii rebus turbidis ignaros, plane infeliciſſimos, imo & deſperatos reddunt. Imo

Rationes pœnam mitigantes.

De abſurda ſtupidorum fuſtigatione.

Imo infamiæ & ictus fuſtium pœna, videtur utique ſingularem dolum atque malitiam ſupponere, quæ gravius coërceri debent, quam imprudens impetus. (MATTHÆI *p. 792. 793.* 4.) Videtur quoque delicti ratio habenda, an ſumme ſtupidus agendo, ſive committendo an omittendo, peccaverit. Licet enim aliquando omiſſionis major poſſit eſſe turpitudo, & noxietas, id tamen raro contingit, regulariter autem omiſſio, tantum in mera oblivione, vel inanimadvertentia, quæ veluti nativum & inemendabile ſtupidorum vitium eſt, commiſſio autem in facinore conſiſtit, quod omittere non adeo magnam attentionem requirit. 5) Cum his ſtupidis vero miſcendi non ſunt mere ſimplices, qui non adeo magno judicio pollent, nec magnis & arduis negotiis ſufficiunt, actiones tamen ſuas quotidianas dirigere poſſunt. Nam hi licet boni præſtantiam non usque quaque perſpectam habeant, malorum tamen pœnas præſentire veluti, atque metuere, adeoque & pœnis uſitatis coërceri queunt. Pariter nec hujus loci ſunt rudes, ſive illi, quibus nativa ingenii bonitas non deeſt, ſed tantum educatio, informatio, ſive inſtructio, ſpecialis. Nam licet ſæpe contingere ſoleat, ut inquiſiti eo defenſionis cauſa provocent: Sie wären nicht recht zur Kirchen und Schulen gehalten worden. Attamen, qui naturam non ſunt experti novercam, facile ex experientia poterunt addiſcere mala; ita quoque, ſi mens non læva fuiſſet, & bonorum doctrinis & exemplis proficere potuiſſent. Minime ergo gentium æque excuſandi ſunt, ac illi, qui fati quaſi ſui infelicitate, propter innatum ſtuporem peccarunt. Neque vero peculiari doctrina opus eſt, ut homicidiorum, furtorum, adulteriorum &c. moralitatem agnoſcamus, cum quod quilibet vitam ſuam, & res ſuas illæſas eſſe cupiat, tum quod paſſim furum & homicidarum publice punitorum proſtent exempla, quæ per ſenſionem quaſi quemlibet, quid in his partibus ſui officii ſit, admonent. Præterea, ſufficit quoque in genere noſſe, hoc vel illud faci-

De ſimplici a prorſus ſtupido ſecernendo.

De exc. defectus doctrinæ &

Digitized by Google

facinus prohibitum eſſe, licet non conſtet ſpeciatim de pœnæ modo, aut genere. Quot enim non quæſo ſunt ſæpe collegia juridica, quæ circa idem factum de pœnæ genere ambigunt, vel certe naturali diſſentiendi ſtudio inter ſe de illo digladiantur? Igitur audiendus non videtur, qui v. c. falſam monetam cudiſſe, crimen quidem eſſe ſe ſciviſſe fateatur, pœnæ nondum vero ſe ignoraſſe præ ſe ferat, *vid.* FROELICH. *II.* 297. Unde non admiſimus ſodomitæ excuſationem, quaſi inter pecora veluti educato, nihil de Sodomiæ atrocitate pœnæque genere innotuiſſet, ut *ſupr.* dictum. Excipimus tamen civiles, novas præcipue leges pœnales, quæ certis ex cauſis in republica emergentibus, ad aſperiora & inſolitam quaſi pœnam progreſſæ ſunt. Nam in hac ſpecie in rudem ſufficit uſitatiori cenſura animadvertiſſe. 6) Poſt ſtupidos ſequitur reliquorum, melancholicorum, phreneticorum, lunaticorum, furioſorum, & ſimilium, miſerabile agmen, de quibus ZACHIAS *L. II. per tot.* exponit. Regula eſt: *quod cuſtodiendi, non puniendi ſint.* Interim prudentia forenſis requirit, ut judex: 1) circa melancholicos gradus conſtituat, an tanta anxietate vexentur, ut ſui non compotes ſint, an remiſſior ſit affectus. *vid.* THEODORIC. *Diſſ. X. th. 4.* STRYK. *c. V. de melanchol.* 2) Cavendum, ut ne judex ſimulatione ejusmodi defectuum ſibi imponi patiatur, ſed cum ſigna naturalia, tum moralia ſedulo indaget. Imo in majorem ſecuritatem in praxi auxilium mutuum medicorum adhibeat, ne intempeſtivæ miſericordiæ, vel crudelitatis ratio ipſi aliquando reddenda ſit. In quam ultimam facile incidit, qui CARPZOVII philoſophiam *P. III. qu. CXLV.* ſimpliciter amplectitur. Ubi etiam illis melancholicis, quos ſumma anxietas forte, adeo in transverſum abripuit, ut v. c. lupos, canes, feles ſe eſſe credant, dolum, malitiam & verum delictum, ex aperto errore adſcribit. Cum hi evidenter delirent & amentes, adeoque nec doli capaces ſint, ut jamdiu cordatioribus JCtis contra CARPZOVIUM obſervatum eſt.

Caſus de ſodomita hanc allegante.

De melancholia, cautio judicis circa illam add. VALENTINI 411. in ff. & 269. in Novell. med. legal.

Pro-

Pro defenſione inquiſiti *vid.* GRANZ. *P. II. p.87. in fin. n. 1. ſeq.* Multa hic conſideratione opus eſt, an delinquentes revera ex his cauſis delirent, & quo usque alienatio mentis ſe extendat. Nam jamdiu CÆPOLLA impias ſuas cautelas, *vid. ejusd. tract. cautel. caut. 2. n.7.* furoris adfectatione adauxit. *adde* OLDEKOP. *Obſerv. XXIII. tit. III.* Vel ſi mavis, qui hunc anteceſſit ZACHIAM, qui pluribus de arte ſictam amentiam a vera dignoſcendi, *L. III. tit. 11. qu. V. per tot.* ediſſerit. Sermocinationibus & quæſtionibus non adeo multum tribuit, quas facile callidi dementiam mentientes atque ſimulantes artificioſe eludunt, ſed v. c. carentiæ omnium regularium affectum, objectis præſentibus carentiæ ſomni. Illud quoque notat, quod dementia & melancholia, quæ, ſubito naſcitur, ſimulata ſit oporteat, cum ejusmodi mala per longiores moras demum oriri atque invaleſcere ſoleant. Cæterum quod judex etiam ex officio, quod ipſum per ſupra dicta ad laborandum, pro rei defenſione adſtringit, ſigna parum ſanæ mentis, ſi quæ in facto appareant, licet ipſe defenſor eadem præterviderit, attendere debeat, probatione non eget, ſed ad prima principia pœnam recte determinandi ſpectat. Referri propter affinitatem huc 7) poteſt, diſquiſitio de perturbatione judicis ex affectibus. Sane ira furor brevis eſt. Omnis amans amens, vetus proverbium habet. Neque in foro dubitari poteſt, quin pœna illius, qui vehementiſſime laceſſitus, & ad iram provocatus eſt ab occiſo, mitigetur, ſi laceſſentem e præfervido affectu proſtraverit. GRANZ. *II. 128. ſeq.* Cum non tam proprio dolo malignoque propoſito, quam ipſius læſi culpa factoque deliquerit. Attamen iratus non debet effundere affectum in tertium plane immerentem. Unde a pœna ordinaria infanticidarum, ſed non a capitali pœna voluimus abſolvere viduam, quæ hactenus in deliciis habita a milite, dein autem ſpe matrimonii fraudata & ab hoc amaſio ſuo deſerta, cum ejus affectum denuo movere non poſſet, plena irarum

De affectibus in jure criminal. de ira.

minitata erat: Wo er ſie verlieſs, ſo ſolte ſie der Teuffel hohlen, ſie wolte ihr Kind umbringen. Neque vero fruſtra has minas ſparſerat, ſed mox a milite abiens domum redierat, filiolam e priori matrimonio natam in cunis jacentem, his verbis: Willſt du denn mit mir ſterben, mein Töchtergen, compellaverat, puellaque affirmative reſpondente, expectaverat per ſemihorulam, quousque ſomnus filiolæ obrepſiſſet, deinde autem dormientis gulam mox cultro præſciderat. Ex capite nimii amoris viciſſim aliquando mitius pronunciatum memini, cum quæſtio de puniendo furto domeſtico, capitali alias in loco commiſſi delicti, in collegio noſtro agitaretur. Scilicet ancilla quædam militi, quem deperibat, matrimonium ſpoſponderat; deerant autem ipſi ad opus ſuum perficiendum tres ducati, quorum duo capitaneo pro conſenſu impetrando ſolvendi erant, unum vero paſtor caſtrenſis par egregium copulaturus expectabat. Commode accidebat, ut ancilla cum literis clauſis, quibus tres ducatos includi viderat, ad poſtam, ut loquimur, ab hero ſuo mitteretur, illa tempus, tam neceſſaria ſibi pecunia potiundi, jam adeſſe rata, ſuaſu cariſſimi ſponſi, reſignatis & denuo aliter obſignatis literis eximebat ducatos, & ad prædictos pios uſus inter præfectum militum & paſtorem diſtribuebat. Sane præter eam circumſtantiam, quod hic magis perfidia quædam, quam furtum verum domeſticum ſubeſſet, ad pœnam arbitrariam quoque judices inclinabat, affectus vehementior amoris non illiciti, quodque ſtulta ancilla non tam lucri, quam ſponſi deſideratiſſimi adipiſcendi cauſa peccaviſſet, cauſaque interdum fatua a dolo quoque excuſet. Porro excuſat etiam miſericordiæ affectus, licet intempeſtiva ſit, a pœna ordinaria, & regulariter ab infamiæ pœna. Nam miſericordiæ affectus dolum excludit, ut ejusmodi factum magis ad ſolam culpam regulariter pertineat, v. c. ſi quis amicum delinquentem occultat, in fuga adjuvat, & ſi quæ alia.

De amoris excuſatione.

Pro

Pro illuſtratione illorum, quæ de melancholia diximus, an-nectemus hic Reſponſ. ampliſſimæ Facult. Medici in hac Academia Ann. MDCCXX. in caſu infanticidii duplicati ità conceptum: Nachdem in Actis Inquiſitionalibus wieder Silcken Sommers auf verſchiedene Fragen unſer Judicium Medicum verlanget worden: Reſponſ. medic. & jurid. de melanch.

I. Ob das Atteſtat des Medici N. dergeſtalt eingerichtet ſey, daſs man daraus zulänglichen Bericht von dem Gemüths-Zuſtande der Inquiſitin Silcke Sommers haben und nehmen könne.

II. Ob aus denen in Actis vorkommenden Umſtänden zu ſchlieſſen, daſs Inquiſitin an einer ſolchen groſſen Melancholie laborire, welche ſie des richtigen Gebrauches ihres Verſtandes berauben, und zu allerhand verzweiffelten, abſcheulichen, und wieder die Vernunfft lauffenden Handlungen reitzen könne.

III. Ob dannenhero zu vermuthen, daſs Inquiſitin, wie ſie ihre beyde Kinder ermordet, in delirio, und in einem ſolchen Zuſtande geweſen, welcher ſie des Gebrauches der geſunden Vernunfft unfähig gemacht. So haben wir Decanus, Senior, und andere Doctores der Mediciniſchen Facultät bey hieſiger König- und Fürſtlichen Julius Univerſität ſolche Acta fleiſſig durchleſen und wohl erwogen, halten dafür und ſprechen:

I) Daſs das Atteſtatum Medicum der Gebühr nach nicht abgefaſſet ſey, indem darinnen 1) von dem Mägdelein, und der Urſache ſeines Todes, nichts als eine bloſſe Relation von Einſtoſſen in den Waſſer-Graben angeführet wird, da doch billig mit mehrerer Nachſuchung in cauſam mortis ſollen inquiriret werden. 2) Von der cauſam mortis in puero nur general gemeldet wird, daſs der Adams-Apffel, ſamt denen muſculis & arteriis abgeſchnitten geweſen, da doch die Wunde ſelbſt nach ihrer Gröſſe und Beſchaffenheit, deutlicher ſollen beſchrieben und die Arteriæ diſciſſæ benennet werden, wie ſolches bey inſpectionibus vulnerum, und darüber auszuſtellenden Atteſtatis Medicis allemahl zu obſerviren iſt. 3) Daſs das Atte-

Atteſtatum nicht alſo beſchaffen iſt, daſs man daraus zulänglichen Bericht von dem Zuſtande des Gemüths, ob ſolcher bey Inquiſitin Silcke Sommers vollkommen geſund ſey, haben und nehmen könne, vielmehr aber aus dem Atteſtato erſcheinet, daſs es mit der Inquiſitin in hoc paſſu nicht alzurichtig ſey. Denn obwohl der Herr Medicus anführet, daſs Inquiſitin ihm freundlich und vernünfftig gedancket, daſs ihr nichts ſchade und ſie geſund ſey, gemeldet, in währender Unterredung keine Veränderung des Pulſes, oder Verwirrung des Haupts verſpüret worden, daſs ſie gegeſſen und eine Reue wegen der Mordthat an ſich ſpüren laſſen. So beweiſet doch ſolches alles nicht, daſs Inquiſitin nicht ſolte mit der Melancholia behafftet ſeyn, und kan dieſelbe aus dem, was angeführet wird, nicht verneinet werden, ſintemahlen bekannt, daſs melancholici manchmal in etlichen Stücken ſich vernünfftig können aufführen und antworten, da ſie doch in andern warhafftig corruptæ mentis ſind, ſo geſtehen melancholici auch niemahls, daſs ſie kranck ſeyn, oder ihnen etwas ſchade, ex pulſu kan de affectu melancholico niemahls judiciret werden, indem ſolcher mehrentheils naturali ſimilis erſcheinet, ſintemahlen in hoc affectu, nicht ſowohl corpus, als mens afficiret iſt; ſo eſſen auch die melancholici offt mehr als andere Leute, und endlich können ſie gar wohl in einem oder andern Stück eine Reue, oder dergleichen vernunfftmäſſiges, von ſich blicken laſſen, ob ſie gleich in andern Dingen erroneæ mentis ſind, wie ſolches ex multiplici experientia obſerviret worden. Wann man die Gemüths-Beſchaffenheit der Inquiſitin recht unterſuchen wollen, hätte man genau erforſchen müſſen, an ſolitudinem amaverit, conſortium hominum evitaverit, triſtibus cogitationibus indulſerit, lachrimas ſine evidenti cauſa profuderit, ſuſpiria duxerit &c. ſo hätte man den wahren Zuſtand erkundigen können. Daſs Inquiſitin aber nicht allzurichtig in ihren Sinnen müſſe geweſen ſeyn,

ſeyn, erhellet aus dem Atteſtatô Medico, welches meldet, daſs dieſelbe in deſperatione oder triſtitia deſperabunda, quæ eſt ſummus triſtitiæ gradus, zugeſtanden, weil ſie an ihrer Seligkeit gezweiffelt, wie auch, daſs ſie auf geſchehene Frage, warum ſie die Kinder umgebracht, geantwortet, damit ſie möchten ſelig werden, welches eine klare Anzeige non ſanæ & perfectæ, ſed corruptæ atque læſæ mentis.

II) Daſs aus vielen in Actis vorkommenden Umſtänden als in protocollo Inquiſit. *fol. 14. & 17. rotulo defenſ. Art. 3. 4. 5. 7. protocollo receſſ. in dupl. ad n. 2. & 3.* ingleichen aus dem Atteſtato des Herrn Beicht-Vaters, allwo ausdrücklich enthalten, daſs er einige Zeit der Inquiſitæ Noth- und Hertzens-Anliegen in öffentlicher Gemeinde dem groſſen GOtt vorgetragen, klärlich abzunehmen, daſs Inquiſita eine melancholica, und circa rectas res erroneæ mentis geweſen. Dieſe Melancholia aber iſt allerdings pro melancholia triſti, und alſo in einem ſolchen gradu anzuſehen, bey welcher ſich jederzeit Verzweiffelungsvolle Anſchläge befinden. Dieſer gradus melancholiæ iſt alſo beſchaffen, daſs derſelbe, ſo damit behafftet, des richtigen Gebrauches ſeines Verſtandes, in dem Stück, worinn der error mentis iſt, beraubet, und zu verzweifelten, abſcheulichen, und wider die Vernunfft lauffenden Handlungen gereitzet wird, indem ein ſolcher ſtets mit truculentis rebus beſchäfftiget, um entweder ihm ſelbſt oder andern das Leben zu nehmen. Und ob auch gleich dergleichen melancholici, dilucida intervalla zu haben ſcheinen, auch ſonſt in andern Verrichtungen ſich vernünfftig aufführen, ſo bleibet doch bey ihnen allezeit das fundamentum erroris, aut corruptæ mentis, circa iſtam rem, in qua errant, aut falſam vel imaginariam opinionem fovent, wovon ſie auf keinerley Weiſe können abgebracht werden. Nun iſt bey Inquiſitin das fundamentum erroris melancholici, eine warhafftige deſperanda h. e. ſumma triſtitia, welche ſattſam vermögend

geweſen, theils zum Selbſt-Mord, theils zu andern verzweiffelten, abſcheulichen, und wider die Vernunfft lauffenden Handlungen, dieſelbe anzureitzen, ob ſie gleich auf geſchehene Vorſtellung die Abſcheulichkeit ihres Vorhabens erkennet, denn die Vernunfft iſt bey ſolchen, melancholia triſti laborantibus, dermaſſen verwickelt, verfinſtert und verwirret, daſs ſie zum rechten Gebrauch derſelben in dem paſſu nicht leicht wieder gelangen können. Da nun Inquiſitin ex triſtiſſimo errore an ihrer Seligkeit gezweiffelt, und ſich ſelbſt erſauffen wollen, hat ſie ex eodem errore den Kinder-Mord begangen, um ſolche zur Seligkeit zu befördern, und ihres Lebens Ende dadurch zu erlangen, welches alles Merckmahle und Würckungen ſind einer perfectæ melancholiæ triſtis ad ſummum redactæ.

III) Weil Inquiſitin ſchon vor 9. Jahren in den Pocken ihren Verſtand verlohren, ſich darauf von ihrem Manne eine geraume Zeit entfernet, in ihres Vaters Hauſe aufgehalten, und curiren laſſen müſſen. Weil ſie auch nachmahls öffters verzweiflende Gedancken geheget, ihr Zuſtand auch in den letzten 6. Wochen ſich ſehr verſchlimmert, ſo iſt daraus ohnwiderſprechlich abzunehmen, wie ſie von dem delirio melancholico triſti niemahls befreyet geweſen, ob man gleich an ihr ſolches nicht allemahl beobachtet, ſondern, daſs vielmehr ſelbiges ſich letztens alſo bey ihr vermehret, daſs ſie dadurch des Gebrauchs der geſunden Vernunfft unfähig gemachet, und zu der abſcheulichen That angetrieben worden. Denn Melancholia triſtis & deſperabunda iſt von ſolcher Beſchaffenheit, daſs, wo ſie einmahl eingewurtzelt, nicht leicht wieder gäntzlich ausgerottet werden kan. Und ob es gleich bisweilen ſcheinet, die Gemüths-Kranckheit ſey gäntzlich gehoben, ſo bricht ſie doch öffters ganz unvermuthet ſo hefftig wieder hervor, als ſie vormahls nie geweſen, wie ſolches aus der Erfahrung mit vielen Exempeln könte bewieſen werden.

Digitized by Google

den. Und wiewohl Inquiſitin nach der That dem äuſſerlichen Anſehen nach ſcheinet vernünfftig zu ſeyn, ſo iſt doch aus der Antwort, die ſie gegeben, als ſie um die Urſache des Kinder-Mordes befraget worden, daſs ſie nemlich ſolten ſelig werden, ein unbetrügliches Zeichen zu nehmen, daſs Inquiſitin warhafftig in maximo errore verſire, und corruptæ mentis wie vor, alſo auch nach der That verblieben. Urkundlich unter unſer Facultät Inſiegel. Helmſtädt den 15. Febr. 1720.

(L.S.) Decanus, Senior, und andere Doctores der Mediciniſchen Facultæt daſelbſt.

Ordo juridicus itaque hoc reſponſo inſpecto, accuſatam cum a capitali, tum ab arbitraria abſolvit, & virgis ſine ignominia caſtigatam, mariti arctiori cuſtodiæ reliquit.

Rationes decidendi erant ſequentes: Es klaget Fiſcalis die Silcke Sommers wegen eines zweyfachen Kinder-Mords an. Ob nun wohl Angeklagte, daſs ſie an dem 14. Novembr. verwichenen Jahrs ihren leiblichen Sohn, Johann Sommern, einen Knaben von 7. Jahren, mit einem Meſſer die Kehle abgeſchnitten, nicht weniger ihr jüngſtes Töchterlein Silcke Sommers in den neuen Kley-Graben geworffen, darauf hinein geſtiegen ſey, und ſelbiges erſäuffet habe, freywillig geſtanden. Auch 2) dieſes alles in der That ſich ſo verhalten, und ihr Mann ſogleich noch ſelbigen Vormittags ſeine beyde Kinder dergeſtalt ermordet vor ſich gefunden. Nicht weniger 3) die Angeklagte, daſs ſie ihren Sohn beſagten Tags unter dem Fürwenden, als ob ſein Vater mit dem Wagen da wäre, und ihn mit nach Hauſe nehmen wolte, aus der Schule abgeholet, hierauf ſelbigen nach Hans Todten Weyde geführet, und ihn daſelbſt erſäuffen wollen, wie ſie aber eines Manns, der ſie etwa daran verhindern mögte,

te, gewahr worden, ſofort das Meſſer ergriffen, und des Knabens Bitten daſs ſie ihn nicht todt ſtechen möchte ohnerachtet, demſelben dennoch die Gurgel abgeſchnitten, imgleichen auf was Art ſie ihre kleine Tochter in dem Kley-Graben erſäuffet habe, umſtändlich in ihrer ſummariſchen Depoſition N. Act. 1. fol. B. ausgeſaget hat. Mithin 4) bey ſolcher Bewandniſs ſowohl die würckliche Vollbringung des gedoppelten Kindermords, als der Angeklagten böſer Vorſatz, alſo das gantze corpus delicti am hellen Tage, und da Angeklagte zu dieſem allen ſich freywillig bekannt, weiter nichts denn die bloſſe Vollſtreckung der wohlverdienten Straffe übrig zu ſeyn, auch dawider 5) derſelben die von ihrem Defenſore vorgeſchützte Melancholie und Verwirrung in dem Haupte, maſſen 6) die Probatorial-Zeugen, worunter ihr eigen Geſinde mit zu finden, davon nichts wiſſen, ſondern daſs Angeklagte ſich in ihrer Haushaltung jederzeit vernünfftig aufgeführet, bezeugen, überdem 7) die vorhin angezogene Umſtände, ſowohl die nach der That bezeugte Reue, des Defenſoris Vorgeben zuwider ſind, ganz nicht zu ſtatten zu kommen, noch ſie a pœna ordinaria capitali aut corporis afflictiva zu liberiren ſcheinen.

Dieweil aber dennoch 1) Angeklagte allbereit vor 9. Jahren in den Blattern in dem Verſtande verrücket, nachhero wegen ſolchen Zufalls etwas ſonderlich (wie es teſt. defenſ. ad Art. 3. nennen) oder unverſtändlich 3) auch miſsoder zweifelmüthig, und ihres Zuſtands halber 4) Dr. Steinmann zu N. N. conſuliret worden, wie denn 5) nach dem letztern Kind-Bette das malum ſich von neuem eingefunden, und das melancholiſche Weſen (vid. Art. def. 10.) daſs ſie niemand um ſich leiden, auch keine Beſuchung ihrer Freunde vertragen wollen, ſich abermahl geäuſſert hat. Hiernächſt 6) Angeklagte auf die Einbildung, daſs ſie nicht ſelig werden könte, verfallen iſt. Allermaſſen denn ferner 7) ihr Beicht-Vater ſub Lit. F. daſs

F. daſs ſie nicht nur in traurige Gedancken, ſondern dabey zugleich in groſſe Schwermuth und Deſperation, als ob ſie wegen ihrer Sünde, da ſie doch jederzeit ein Chriſtlich Leben geführet, Chriſti Verdienſt nicht theilhafftig werden könte, gerathen, und derhalben 8) in öffentlicher Gemeinde vor ſie gebeten, aber zulezt 9) nach ihrer jüngſten Niederkunfft kein Troſt von ihr angenommen worden, ausführlich atteſtiret, überdem 10) Acta bezeugen, daſs ſie bey ihrem Mann ſich Chriſtlich verhalten, ihre Kinder, abſonderlich die zwey ertödtete, ſehr geliebet, auch 11) da ſie ſolche in Ehren erzeüget, und zu derſelbigen Auferziehung Mittel genug gehabt, zu den infanticidiis weder durch Furcht der Schande, noch Sorgen der Nahrung verleitet ſeyn kan, ſondern blos durch Schwermuth gereitzet und angetrieben worden ſeyn muſs. Geſtalt ſie denn ferner 12) wie ſie um die Urſache ſolcher Thaten befraget worden, keine andere als die aus groſſer Melancholie herrührende Entſchuldigung, daſs ſie nemlich GOtt offt gebeten, er möchte doch die Kinder, damit ſie ſelig würden, zu ſich nehmen, wie aber ſolches Gebet nicht erhöret worden, den Schluſs, die Kinder, damit ſie in den Himmel, nebſt ihr, wenn ſie der That halber wieder gerichtet würde, kommen möchten, zu ermorden, gefaſſet habe, vorgebracht hat. Gleichwohl aus dieſen Umſtänden und andern von hieſiger löblichen Mediciniſchen Facultät in ihrem beygelegten Reſponſo ſub O. mit mehreren deducirten rationibus medicis, daſs die Angeklagte ihrer Vernunfft nicht mächtig, auch zur Zeit der begangenen That nicht ſanæ mentis, folglich auch nicht doli capax geweſen, dieſemnach die greuliche Hinrichtung der Kinder nicht als ein infanticidium proæreticum & doloſum, ſondern als ein Unglücke, ſo ex fatali melancholiæ caſu erfolget, anzuſehen ſey, ſich deutlich ergiebt. Dahingegen, was in rationibus dubitandi angeführet worden, von keiner Erheblichkeit iſt. Anerwogen 1) dahero, daſs Angeklagte,

den Kinder-Mord zu vollbringen, die dazu dienliche Media ergriffen, und abſonderlich den Sohn, faſt wie es ſcheinet, callide an den fatalen Ort gelocket hat, kein Gebrauch der Vernunfft zu ſchlieſſen ſtehet, theils weil melancholici zu Vollſtreckung ihrer einmahl gefaſten irrigen, und ex melancholica, contra omnem ſanam rationem agente deſperatione, urſprünglich herſtammenden Reſolution, allerdings dergleichen zu thun gewohnt ſind, und die zu ſolchem aller Vernunfft zuwider lauffenden Zwecke abzielende Mittel zu arripiren pflegen, auch dazu durch ihre innerliche Angſt und Bangigkeit, nicht anders denn wie ein Wanckender und Taumelnder zu dem Fall angetrieben und neceſſitiret werden, theils weil man dergleichen electionem mediorum zuweilen auch bey unvernünfftigen Thieren aus der Erfahrung einiger maſſen mit wahrnimmt. Hiernächſt 2) aus der Angeklagten unterweiligen vernünfftigen Conduite, weil melancholici nicht nur ihre intervalla haben, auch eben nicht in allen ihren Thun aberriren, ſondern nur an dem ihnen per melancholiam einmahl feſt imprimirten objecto und vorgeſtellten ſcopo erronee & impetuoſe wider alle Raiſon feſte und pertinaciſſime verharren, vid. *Reſp. Facult. Medic. Halenſ. p. 250. apud Ludovici P. H. G. O.* kein völliger Gebrauch des Verſtands, noch daſs ſie andern geſundvernünfftigen gleich ſeyn ſolte, behauptet werden kan. Ubrigens 3) des Geſindes der Angeklagten, weil daſſelbe 1) von der Käntniſs der Melancholie keinen Begriff hat, auch 2) ſich ſelbſt wiederſpricht, und die eine Magd, ſobald nur die Angeklagte aus dem Hauſe gegangen geweſen, etwas fatales und unglückliches, wie ſie ſelbſt ausſaget, vermuthet haben will, überdem 3) alle dieſe unverſtändige Auſſage per teſtes defenſionales, ziemlich wiederleget wird, ebenmäſſig wider die Angeklagte nichts erhebliches beweiſen mag. „Endlich 4) daſs Angeklagte eine vernünfftige Reue bey der That bezeuget haben ſolte, falſch iſt, inaſſen

maſſen dieſelbe vielmehr verſtöhrt, und ohne alle Gemüths-Bewegung, ihren Mann, der nach den Kindern gefraget, daſs ſelbige ertödtet, und nunmehr allbereit in dem Himmel wären, geantwortet, auch bey ihr, ſo viel aus den gantzen Acten zu ſehen, niemahlen eine Angſt, Bangigkeit, oder Furcht vor der Straffe, wie ſonſten bey andern Ubelthätern, insbeſondere Weibs-Perſonen, ſich zu zeigen pflegen, ſich gefunden, ſondern überall eine übernatürliche Unempfindlichkeit und indifference geäuſſert hat. Dieſemnach und da hier kein dolus, mithin auch kein eigentliches und wahrhafftes delictum, ſondern vielmehr melancholicum & miſerandum fatale facinus vorhanden; als haben wir ſowohl auf pœnam ordinariam als extraordinariam infamem zu erkennen nicht unbillig Bedencken getragen.

ARTIC. *CLXXX.*

So ein Hüter der peinlichen Gefängniß einem Gefangenen aushilfft.

SO ein Hüter der peinlichen Gefängniß einem, der peinliche Straff verwürcket, aushilfft, der hat dieſelb peinliche Straff, an Statt des Ubelthäters, den er alſo ausgelaſſen, verwürcket. Käme aber der Gefangene durch bemeldtes Hüters Unfleiß aus dem Gefängniß, ſolcher Unfleiß iſt nach der Geſtalt der Sachen und Rath, ſo an den Orten, als hernach folget, gepflogen wird, zu ſtraffen.

ARTIC. *CLXXX.*

INſeritur hic articulus ſub rubro: Was Ubelthäter aus geweiheten oder gefreyeten Städten zu nehmen ſind, in Norico.

Item in geweiheten oder gefreyeten Städten ſind ausgenommen offentlich Räuber, oder diejenigen, die Qui non gaudent aſyli jure.

Wege

Wege und Straſſen mit Mörderey und Rauberey verlegen, und unſicher machen, auch, welche die Leut an ihren Aeckern und Früchten mit Brennen, oder andern Ubelthaten beſchädigen und verderben, auch welche dieſelbigen zu Vollbringung der obbeſtimmten Ubel, hauſen oder halten. Mehr, welche an geweiheten oder gefreyten Stätten ein Ubelthat thun, die können ſich derhalb ſolcher Stätt-Freyheit nicht gebrauchen. Und mögen die obgemeldten Ubelthäter alle, unverbrochen derſelben Freyheit, zu rechtlicher peinlicher Straff genommen werden, doch daſs ſolche des Thäters verwürckte Freyheit nachfolgends durch den, der ihn alſo daraus nimmt, an billigen Orten angezeigt, und auf weitere Anzeige, wie ſich gebührt, verantwortet werde. Hæc verba in Comitiis poſt 1521. habitis omiſſa arguunt, quod aſyla non in univerſum in Carolina in locis certe ſacris rejiciantur.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXX.*

Pœna commentarienſis male cuſtodientis.

§. 1. Commentarienſis, qui ſciens volens incarceratum dimittit, pœnam, quæ dimiſſum manſiſſet, *1 expectare jubetur. Quod ſi vero evaſio carcere incluſi, culpa tantum atque inanimadvertentia *2 commentarienſis contingit, arbitraria coërcitio ſuccedit.

Quid hic probandum.

*1 Id circo non tantum 1) de dolo commentarienſis, ſed 2) quoque de reatu dimiſſi conſtare debet, ut textus innuit atque praxis, quæ ad ordinariam pœnam affectum & effectum conjunctum requirit, declarat. Unde ſi v. c. dimiſſus non niſi heri, aut nudius tertius carceri mancipatus, nec crimen probatum, nec inquiſiti defenſio jam audita, vel propter quamcunque probabilem cauſam, quamnam pœnam meritus ſit, in incerto fluctuaret, talionis pœnæ non foret locus, cum talio utique certitudinem ſupponat illius, cujus talio dicitur. Atqui in ejusmodi ſpecie omnia adhuc in incerto hærent. Enim vero, aut omnibus aliter

aliter ſe habentibus, & duobus requiſitis jam adductis in certo conſtitutis, in foro hodienum pœna talionis hujus Artic. frequentetur. N. STRUV. *Exercit. XLIX. §. 14.* CARPZOV. *qu. CXI. n. 107.* DOEPLER. *P. I. p. 506.* CLASEN *h.* STRYK. *U. M. tit. de effract. §. V. in fin.* qui ne quidem capitalem pœnam, ſed tantum ictum fuſtium, ſi ſcil. delictum atrox commiſerit dimiſſus, vel leviorem, ſi levioris delicti reus, qui aufugit, decernunt; Sed, annon aliquando certe capitali locus? negant *dicti DD.* STRYK. *Diſſ. de carcere ad cuſtod. c. 5. n. 12.* ubi ſolum crimen læſæ majeſtatis excipit. Enim vero, quid dicendum, ſi famoſum incendiarium accepta pecunia commentarienſis dimiſiſſet, & ille denuo alicubi incendium feciſſet? ego de capitali non dubitarem, ſive malitiam ejusmodi commentarienſis cogitem, ſive noxietatem ipſius facinoris expendam, ſive ad textus noſtri rationem reſpiciam. *Confer.* MENOCH. *qu. 302. A. J. Q.* DAMHOUDER. *c. XVII. n. 8.* Et cur quæſo legum communium civilium, & conſtitutionis criminalis auctoritas, uſque adeo vileſcere deberet, ut ne quidem ſuadente naturali jurisprudentia, aliquando ſecundum analogiam ejusdem judicandum foret? Neque vero dici poteſt, licet id dicat CARPZ. *d. l. n. 101.* quod Articulus noſter loquatur de effractione violenta. Nam 1) in genere dicit Imperator noſter: wem ein Hüter *aushilfft*, de vi ne ſyllaba quidem habetur in textu 2) Commentarienſis non eget vi, ſed claves carceris, ut & vinculorum in ipſius manibus regulariter ſunt, ut nullo negotio tam fores, quam vinculorum munimenta reſerare poſſit. Quis ergo crederet, articulum de caſu fere non dabili; & quidem diſertis verbis, ut ſatis audacter CARPZOV. definit, loqui.

An hodie uſus pœnæ talionis.

et quando pœnæ capitali locus.

De errore CARPZOVII hic.

*2 Caſus ſunt infiniti, nec, cum de mera arbitraria carceris, remotionis ab officio, vel ad ſummum relegationis temporariæ pœna, v. c. ſi commentarienſis propter ebrietatem conſuetam, & de qua jam admonitus fuit, ſcele-

ratum minus exacte cuſtodiit, agatur, operæ pretium eſt, ſingulorum recenſionem inſtituere velle.

De pœna tertii cuſtoditum dimittentis

§. 2. De pœna tertii, qui incarceratum dimiſit, nihil definivit Cæſar. Eſt autem pro ratione *1 modi dimittendi, atque pro ratione criminis ipſius dimiſſi, ſine dubio arbitraria. *2 Præcipue, ex quo praxis pœnam ipſius commentarienſis doloſe dimittentis, qui tamen propter officium, atque præſtitam juris jurandi religionem ſtrictius utique ad cuſtodiendum inquiſitum obligatur, arbitrariam effecit. *3

*1 An levi & exigua opera, an per vim planeque coadunatis hominibus, incarceratum liberaverit.

& quando capitalis.

*2 Quod ſi igitur ſeditio per convocationem ſociorum excitata, & pax publica per vim majorem, cui ordinaria præſidia reſiſtere non potuerunt, violata, facinus delinquentem e carceris cuſtodia liberantis, recte gladio punitur, LAUTERB. ſ. 4. C. M. tit. de effract. ob aliud crimen vim publicam ſcilicet ad violationem carceris accedentem. Alias, ſi tale quid non accidit, obtinebit arbitraria, pro ratione circumſtantiarum jam adductarum. Ut tamen ſimul quoque ad cauſam moventem v. g. an propter agnationem, magna quondam accepta beneficia, vel pietatem intempeſtivam licet, hic reſpiciatur. Nam hæ cauſæ dolum minuunt, adeoque & pœnam mitigant. Quod ſecus ſe habet, ſi propter lucrum flagitioſum, vel ſceleris ſocietatem liberatio facta; quibus caſibus dolus nullo modo excuſari poteſt. *Adde* MENOCH. c. 301. d. l. MATTHÆI p. 652. ſeq. de Crimin.

Pœna arbitraria in Saxonia defenſa.

*3 Tenet hanc opinionem FARINAC. *Prax. Crim. lib. 1. tit. 4. qu. 30. n. 93.* Nec aliter LAUTERB. d. l. Imo licet *ſpeculum ſaxon. libr. II. Art. 9.* pœnam talionis hic confirmet: attamen tantum de illo loquitur: der den um *Ungericht* beklagten Mann den Gerichten *gewaltig* entführet, und mit *Geräffte* gefangen wird. Adeoque 1) crimen accuſati gravius 2) vim adhibitam captivum eripientis 3) deprehenſionem in ipſo facinore requirit. Dubium etiam

eſt,

Digitized by Google

eſt, utrum Saxo loquatur de incarcerato liberato, annon de eo accuſato, qui coram tribunali palam judici ſeditioſe eripitur. Tandem textus non pertinet ad loca, ubi jus Saxonicum exulare juſſum. 4) Ipſi Doctores Saxonici *vid.* BEYER. *h.* teſtantur, rarius pœnam talionis executioni mandari. Quare & STRUVIUS *tit. de effract.* generaliter pro arbitraria pronunciat. Quæ tamen gravitate negotii exigente ad fuſtigationem extendi poteſt. Imo & ad ultimum ſupplicium, ſi reus læſæ majeſtatis exemtus. Imo quoque in caſu jam *not. præced.* explicito. Vel ſi inſigni vi accedente famoſi latrones, *vid.* CARPZ. *n. 7. ibique prag. def. VIII. P. IV. conſt. XIV.* cuſtodia publica eximantur.

§. 3. Quod ſi ipſe incarceratus propria induſtria vinculis ſe eximit, atque e carcere aufugit, videndum, quare incarceratus * 1 quibus mediis uſus fuerit * 2 quid ulterius * 3 egerit. De ipſo cuſtodito aufugiente

* 1 Quod ſi propter leve crimen incarceratus ad pœnam, reſerato carcere, aufugit, pœna augeri, carceris tempus duplicari, vel ſi vis acceſſerit ad evaſionem, homo petulans relegari poteſt. Quod ſi propter crimen, quod fuſtigatione punitur, condemnatus effracto carcere aufugit, SCHILTER *ſſ. 43. Exercit. XLIX.* quem ſequi videtur. STRYK *ſſ. 2. in f. U. M. d. t.* pœnam ad ultimum ſupplicium propter crimen effractionis accedens, extendi poſſe exiſtimat. Quod non probamus, cum utique qui propter pœnam infamem & dolore acerbam evitandam aufugit, vix dolo malo aufugerit, nec ſola ejuſmodi fuga, utpote quam nemo eodem loco, eisdemque in anguſtiis conſtitutus, omitteret, capitale facinus, verum aliquid humani continet. cum diſtinctione.

* 2 An tantum janua non bene cuſtodita evaſerit, an omnia fregerit, ruperit, pertuderit. Interim, ſi tali evadenti jam fuſtigatio propter crimen commiſſum dictitata, vel plane mortis pœna annunciata eſſet, & ille alterutrius declinandæ cauſa erupiſſet, propter antea dicta pœnam jam decretam his caſibus non exaſperarem. Fecit enim id, ad quod communis natura humana omnes impellit. Quid ſi per vim aufugerit cuſtoditus.

Quid ſi aufugerit mediante delicto.

*3 Sic, ſi ob crimen quodcunque in carcere detentus, non tantum vincula abjiceret, fores effringeret, ſed ut SCHILTERUS *d. l.* caſum refert, commentarienſis domeſticis inſigni vi inſultaret, quosdam plane vulneraret, & commentarienſis vel illorum res quasdam raperet & ſecum auferret, novo crimine ſe utique pollueret, & ad pœnam obſtringeret, ut alias tantum relegationem vel fuſtigationem facinore ſuo meritus, poſt ictum fuſtium damnatione ad opus publicum perpetua, imo pro gravitate admiſſi, ultimo ſupplicio omnino coerceri poſſet. Ita quoque ancillæ, propter unum & alterum furtum carceri mancipatæ, ob quæ laqueum non meruiſſet, nihilominus ſuſpendii pœnam ob furtum noviter inſigni malitia, in ædibus commentarienſis reiteratum, in collegio noſtro dictitavimus in ſequenti ſpecie: Ancilla in cuſtodiam ducta, pœnitentiam vitæque emendationem mentita, commentarienſis & uxoris illius miſericordiam moverat, ut in domo non tantum libere eam, clauſis tamen foribus ambulare paterentur, ſed quoque in rebus domeſticis ejus opera uterentur. Enimvero, cum aliquando eadem ab uxore ad ſuperiores ædium partes, ad quas commentarienſis jam antea adſcenderat, tempore veſpertino cum candela, linteorum quærendorum cauſa, ablegaretur, commentarienſis nihil mali ſuſpicatus juſſerat peſſimam, ut reſerata ciſta ipſa lintea quæreret. Aſt illa ciſta aperta, ſacculum octoginta thaleris refertum conſpiciens, arrepto ſtatim clam ſacculo, & in ſpeciem quoque linteo, revera in hunc finem, ut iſto ſacculum obvolveret abſconderetque, feſtinationem ad uxorem ſimulans, citato curſu deſcendebat, unoque ſaltu, cum ſuperior pars januæ non ſatis bene clauſa eſſet, e domo atque incauti commentarienſis cuſtodia foras ſe proripiebat. Nec propter tenebras mox deprehendi poterat, ſed demum poſt aliquot menſes in alio territorio denuo capiebatur, & ad locum delicti commiſſi remittebatur. Nos itaque actis collegio noſtro transmiſſis, reſpondebamus merito, ut ſupra.

Caſus practicus cum præjudicio.

ſupra. Quia præter evaſionem, novum inſigne crimen acceſſerat.

§. 4. Quondam aliquem e vinculis publicis exemiſſe, pacifragii ſpecies habebatur, ita in *ſtatut. Goslar. p.* 499. *n.* 41. Wer enen uth der hechte hilpet mit rad, edder mit dade, weder de cleghere willen, dat is en vrede bracke. Nec ſine cauſa, utut pœna in facto poſita ſit. Effractio carceris an pacifragium.

ARTIC. *CLXXXI.*

Von Amt des Gerichtſchreibers in peinlichem Proceß.

Ein jeder Gerichtſchreiber ſoll in peinlichen Sachen, bey ſeiner Pflicht, alle Handlung, ſo peinlicher Klag und Antwort halben geſchicht, gar eigentlich, unterſchiedlich und ordentlich aufſchreiben. Und nemlich ſoll die Klag des Anklägers vor dem Verbürgen, das über den Beklagten geſchicht, oder aber, wo der Ankläger nicht Bürgen, und derhalben gefänglich bey dem Beklagten verhafft wäre, in allweg zuvor aufgeſchrieben werden, ehe denn peinliche Frag oder Handlung gegen den Beklagten geübt wird: Und ſoll ſolches alles zum wenigſten vor dem Richter, oder ſeinem Verweſer, und zweyen des Gerichts beſchehen, und bemeldete Beſchreibung durch den Gerichtsſchreiber deſſelben Gerichts ordentlich und unterſchiedlich gethan werden. Darnach ſoll beſchrieben werden, ob, und wie der Ankläger ſeiner Klag halb, laut dieſer unſer Ordnung zum Rechten verbürget, oder wo er nicht Bürgen gehaben mag, ob und wie er ſich um Vollführung willen des Rechtens gefänglich hat legen laſſen.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXXI.*

De officio actuarii circa regeſta.

De officio actuarii jam hinc inde ſparſim *1 monitum eſt, ſed nunc plenior ejusdem inſtructio ab imperatore exhibetur. *2 Hoc articulo jubetur actuarius, 1) accuſationis *3 2) cautionis accuſatoris formulam, 3) coram judice, vel ejus vicario, *4 4) reliquisque judicii aſſeſſoribus, *5 5) accurate, diſtincte, bonoque ordine ſcribere atque in protocollo annotare.

De neceſſitate actuarii jurati.

*1 De juramento illius Artic. V. de regiſtraturis ejusdem Artic. XV. de annotando loco, ad quem accuſator venia judicis impetrata abiit Artic. XVII. item de examine rei ante torturam in protocollo perſcribendo jam actum. Quod ſi ipſe officio ſuo fungi nequit, non ille, ſed judex alium ſubſtituit. Nec judex, nec aſſeſſor judicii, munere actuarii defungi poteſt: 1) Niſi in cauſis modici præjudicii. 2) Niſi conſuetudo loci ita ferat, ut in judiciis nobilium. Quo caſu tamen dupliciter, & de judicis & de actuarii officiis rite obeundis jurat. Ut præciſe notarius ſimul ſit actuarius, praxi communi extra Saxoniam non requiritur.

*2 Commendavimus jam KAYSER, DOEPLER, CARPZOV. BERGER, quibus addendi HEESER, WUNSCH. & alii de actis.

De partibus proceſſus rite annotandis ab actuario.

*3 Moribus 1) die angebrachte Ruge 2) Beſichtigung des Entleibten 3) geſchehene Captur, 4) Hinlegung des Gefangenen ins Gefängniſs, 5) Beſtellung der Wächter, 6) des Gefangenen Verſorgung, 7) Summariſche Verhör, 8) die auf die Inquiſitional-Artikel gethane Antwort, 9) den rotulum der Probatorial-Zeugen und 10) darauf erfolgte Confrontation, 11) eingelangte Defenſions-Schrifft, 12) ſamt dem rotulo der Defenſional-Gezeugen, und 13) der Acten inrotulation. Ipſe Cæſar h. paucis: alle Handlung. Memini Fac. Lipſ. Anno 1724. neceſſitatem des Auffchreibens intellexiſſe: von dem, ſo bey der Marter vorgehet; ſed rectius Scabini Hallenſes latius: von allen Terminen, Verhören; vel ut hic: allen Handlungen, capiebant in proceſſu inquiſitorio; in accuſatorio regiſtraturæ ſcribi poſſunt, ut in articulo.

*4

*4 Verweſer dicitur in textu. Quod intelligi poteſt 1) de judice ad interim a ſuperiori ſubſtituto: dem die Gerichte eine Zeitlang von dem Obern, bis die Pflegers, Amtmanns u. ſ. w. Stelle ordentlicher Weiſe wieder beſetzet, anvertrauet worden. 2) De juſtitiariis eorum, qui habent jurisdictionem patrimonialem. 3) De eo, quem magiſtratus officialis ſubſtituit in ſuo officio pro re nata temporarie, id quod hodie ex juſta cauſa v. c. abſentiæ, morbi aliaque facere poteſt. Præcipue, cum magiſtratus noſtri ſint perpetui: BRUNNEM. *ad l. 1. de offic. ej. cui mand. ſjurisd. n. 4.* Itaque in caſu improviſo fataliuque integrum ipſis eſt, ne interim juſtitia protrahatur, *utilitate provinciæ exigente*, ut dicitur in *l. 10. ff. de offic. proconſ.* alium idoneum eligere, *per quem negotia*, quæ moram non patiuntur, *explicentur. confer.* VOET. *ff. 9. de jurisd. & ſupr. Art. 2.*

*5 Unde ſecundum Carolinam ſolus actuarius, licet in loco judicii ſit, non poteſt audientias in criminalibus inſtituere, nec protocolla conſcribere, ſed adeſſe debet judex, vel ejus vicarius legitimus, cum ſcabinis, quippe qui judicium conſtituunt, ut *Artic. XLVII. in fin. Artic. LXXI. verſic: ſo ſoll der Richter. Artic. XCI. in fin. Art. CXLIX. in med. ſupr.* continetur; idque cuſtodiendum memoria, ne deinde de nullitate, ut fieri ſolet, ſolemnibus circa aliquem actum neglectis, excipiatur. Cetera tamen in ſingulis judiciis, non negligenda eſt praxis conſtanter recepta, an ſcabinos deſideret, an non. Id certe ferri non debet, ut unius judicis, qui alicubi & actuarium ſimul repræſentat, fidei conſcriptio ad protocollum relinquatur, ſine ullis plane aſſeſſoribus, vel rei geſtæ teſtibus.

ARTIC. *CLXXXII.*

Wie der Gerichtſchreiber alles und jedes beſchreiben, und unterſchreiben ſoll.

Weiter, was der Beklagte zu ſolcher Klag zur Antwort giebt, ſo er erſtlich ohne Marter derhalben be-

beſpracht würde, das ſoll auch nach derſelben Klag beſchrieben werden: und ſoll allwegen durch den Schreiber, Jahr, Tag und Stund, darauf ein jede vor- oder nach berührte Handlung beſchicht, auch wer jedesmahl dabey geweſt ſey, gemeldet werden, und er der Schreiber ſoll ſich, daß er ſolches gehört, und beſchrieben, mit ſeinem Tauff- und Zunahmen ſelbſt auch unterſchreiben.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXXII.*

Quæ ſcribenda ab actuario poſt libellum.

§. I. Accuſatione ad protocollum *1 ab actuario deſcripta, conſequens eſt, ut ab eodem pari dexteritate atque fidelitate dein, quæ accuſatus a judice interrogatus ſponte reſponderit, literis conſcribantur. Inſuper, quo protocollo ſua conſtet integritas, tempus & quidem diſtincte cum expreſſione anni, diei, & horæ, quando omnia geſta & actitata, imo etiam perſonæ aſſidentes cuilibet actui in judicio geſto, annotari debent, addito in complementum fidei, actuarii nomine & cognomine, *2 cum clauſula, quod hæc omnia ipſe viderit conſignaritque.

Obſervationes practicæ de protocollo.

*1 Jungi meretur textui noſtro *capit. quoniam contra X. de probat.* quod totum circa officium actuarii rite edocendum occupatur. Protocollum vero non rite conſcriptum non meretur fidem. Imo judex, qui officii ſui memor non eſt, propriis ſumtibus defectum ſupplere tenetur. Plura pro defenſore inquiſiti in hunc ſenſum congeſſit GRANZ. *in indice verb.* protocollum & *verb.* acta. Addatur STRYK. *diſſ. de jur. protocolli.* Si tamen certo & liquido inquiſitus poſſit contra protocollum contrarium probare, admittitur. BERL. *P. I. concl. VIII. n. 26. ſequ.* Defenſionem actuarii circa protocollum accuſati, habes itidem apud GRANZ. *P. I. p. 190. ſequ. conſ. Art. XLVI. ſupr. & CLXXXIX.*

De protocolli ſubſcriptione.

*2 Non tantum actuarius, ſed quoque judex & ſcabini protocollo torturæ ſubſcribunt in Saxonia, *vid. formul.* apud

DOEPLER. *l. 433.* uſum triplicem ſubſcriptionis actuarii, *vid. in Reſp. Colonienſ. Vol. III. Reſp. XXX. n. 86. ſequ. apud Cothmannum.* Generalis autem ſubſcriptio v. c. Fürſtl. Heſſiſch Ammt, item Stadt-Gerichte daſelbſt, non ſufficit, ſed nomen ſcribentis regiſtraturam addendum, quo conſtet, an ad acta juraverit, v. c. in fidem ſubſcripſit N. Pilgrim, Stadt-Secret. vel: N. Plato Secret. Acad. Niſi aliud alicubi receptum.

§. 2. Generale requiſitum regeſtorum & protocollorum eſt, ut tota ſcribantur in loco audientiæ & judicii, ubi negotium geſtum, ne dein actuarius quædam in mente retenta domi annotaturus illorum obliviſcatur. Maximil. I. *in ord. Notar.* 1512. §. 6. *Ubi actuarius regeſta conſcribere debeat.*

ARTIC. *CLXXXIII.*

Wie der Gerichtſchreiber der Ankläger Anzeigung, oder Argwohnung, neben derſelben Beweiß verzeichnen ſoll.

So aber der Beklagt, der Klag in ſeiner Antwort läugnet, und dem Ankläger der bekannten Miſſethat halben, redliche Anzeigung (wie vor von ſolcher redlichen Anzeigung geſetzt iſt) fürzubringen gebühret, was dann der Ankläger derſelben Anzeigung, oder Argwohnung halben, vor dem Gericht, oder verordneten Schöppen fürbringen, auch was ſolcher fürbrachten Anzeigung, nach laut dieſer Ordnung, bewieſen wird, ſoll alles eigentlich, wie vor gemeldt iſt, beſchrieben werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXXIII.*

Poſt accuſati reſponſionem res iterum redit ad accuſatum. Illo enim crimen negante, audiendus accuſator cum ſuis indiciis illorumque probatione; ubi ite- *De regiſtranda replica.*

iterum actuarii munus eſt, ut ſingula ad acta debite referat & literis conſignet. *

* Confer. *ſupr. Art. XXXIII. ſequ.*

ARTIC. *CLXXXIV.*

Wie der Gerichtſchreiber auch des Angeklagten Nothdurfft und Antwort ſoll verzeichnen.

Wo dann, nach laut dieſer unſer und des heiligen Reichs Ordnung, redliche Anzeigung und Verdacht der Miſſethat bewieſen, erkannt, und darzu kommt, daß man alsdann, laut dieſer unſer Ordnung, den Gefangenen erſtlich ohne Marter, und mit Bedräuung derſelben, beſpreche, auch zu Ausführung ſeiner Unſchuld ermahnen ſoll, was dann daſelbſt gefragt, ermahnet, und endlich geantwortet, auch was darauf, alles nach laut dieſer unſer und des Reichs Ordnung erfahren und erkundiget wird, ſoll alles, wie obſtehet, auch beſchrieben werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXXIV.*

Officium judicis & actuarii poſt probata indicia.

§. I. Poſt hæc *1 auditur denuo accuſatus, quid regerere poſſit, nec mox in eculeum abripiendus, ſed blande interrogandus, imo plane monendus eſt, ut proferat, quæ ad ſui defenſionem facere poſſe arbitretur. Quæ ſingula, una cum inquiſitione judicis in allegatorum veritatem, *2 ut protocollo fideliter inſerantur, ad actuarii officium ſpectat.

Quomodo reus ad defenſion. interrogandus.

*1 Repete *Art. XLVI. ſequ. ſupr.*

*2 V. c. inquiritur, ob Inquiſit könne Leute anzeigen, wo er tempore criminis commiſſi geweſen, item, ob die bekannten Umſtände ſich würcklich ſo verhalten, derohalben an die angezeigten *End* und Ort zu ſchicken u. ſ. w. *ſupr. Art. XLVII. LIV.* Nam quæ ibi de indagatione in corpus

corpus delicti habentur, judici circa indagationem innocentiæ, eadem ratione obſervanda ſunt.

§. 2. Verba: erſtl. ohne Marter und *mit Bedräuung*, habentur quidem *in edit. Schoffer.* Sed ſenſum turbant; ſine dubio particula: *Mit* abundat, legendumque: ohne Marter und Bedräuung derſelben, ut etiam vertit GOBLER *absque cruciatu & minis.* Ita * enim cohærent ſequentia, beſprechen, und zu Ausführung ſeiner Unſchuld vermahnen. Ordo articuli turbatus.

* Nam quis cum minis tormentorum aliquem ad ſui defenſionem admonet? REMUS in paraphraſi ſupponit ſenſum, ut 1) reus ad confitendum, vel innocentiæ oſtenſionem admoneatur, & dein utrumque recuſante, minis terreatur. Ne hoc quidem male, ut inſeratur poſt: und, vox hernach. Alias de minis judicis *vid. ſupr.* ad *Art. 46.* Forte etiam particula: *Mit* tranſpoſita, & legendum: ohne Marter und Bedräuung mit derſelben. Alias de minis torturæ *v. ſupr. ad Art. XLVI. §. XII.*

ARTIC. *CLXXXV.*

Wie der Gerichtſchreiber des Angeklagten Bekänntniß aufzeichnen ſoll.

Und ſo es zu der peinlichen Frage kommt, was dann der Beklagte dadurch bekennt, auch was er bekannter That halben unterſchiedlich ſaget, die zu Erfahrung der Wahrheit, wie in dieſer unſer Ordnung davon geſetzt, dienſtlich und fürträglich ſeyn, und was fürter auch nach laut dieſer unſer Ordnung, von Erfahrung der Wahrheit darauf gehandelt und erfunden wird, das alles und jedes inſonderheit ſoll der Gerichtſchreiber ordentlich und unterſchiedlich nach einander beſchreiben.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXXV.*

Annotatio actuarii in quæſtione.

§. I. Quod ſi vero inquiſiti defenſione non obſtante, quæſtio adhibetur, tunc actuarius non tantum confeſſionem inquiſiti, ſed omnia, *1 quæ inquiſitus ratione facinoris confeſſati indicat, quæque ad indagandam veritatem ulterius conducunt, in protocollo diſtincte & perſpicue ad acta regiſtrare debet. Additis & illis, quæ judex poſt confeſſionem, certitudinis atque veritatis ſtudio ſuſceperit, atque ad ductum hujus ordinationis peragenda curaverit. *2

Dœpleri laudabilis cura circa protocollum quæſtionis.

*1 Pleniſſima formula circa hoc negotium, futurum actuarium inſtruit DOEPLER. *P. I. p. 392. & mult. ſequ.* ubi, quid a judice, inquiſito, apparitoribus, & carnifice dictum geſtumve, cum omnibus temporis, loci & aliis circumſtantiis minutiſſimis, adeo diſtincte ab auctore conſcriptum eſt, ut vel ſola imitatione formulæ actuarius, ſi caſus offertur, defungi poſſit. Imo ſi certas regulas & obſervationes generales deſiderat, pariter idem protocollum easdem, vel mediocriter attento ſubminiſtrabit. Ceterum de ratificatione, quæ triduo poſt torturam extra locum torturæ tentatur, diximus ad *Art. LVI. ſupr.* ubi idem DOEPLER. commendavimus, formulam regiſtraturæ pleniſſimæ *p. 433. ſequ. d. l.* exhibentem.

*2 Monuimus jam hac de re ad *Artic. præc. not. fin.*

ARTIC. *CLXXXVI.*

Wie der Gerichtſchreiber den Beweiß verzeichnen ſoll.

Würde aber der Beklagt auf ſeinem Verneinen der Klag beſtehen, und der Ankläger die Hauptſach der Miſſethat, nach laut dieſer Ordnung weiſen wolt, ſo viel ſich denn derhalb in demſelben Gericht zu handeln gebührt, das ſoll der Gerichtſchreiber auch, wie obſtehet, fleißig beſchreiben. So aber deßhalb vorgemeldte

meldte Obrigkeit Commiſſarien geben, die ſollen das, ſo vor ihnen gehandelt wird, auch alles, und wie ſich gebührt, beſchreiben laſſen.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXXVI.*

Quod ſi reus in eculeo nihil fateatur, ſed crimen objectum conſtantiſſime neget, accuſator autem ad probationem ſe offerat: *1 Actuarii erit ea, quæ circa negotium probationis geruntur, ſive coram judice inquiſiti ordinario, ſive coram Commiſſariis, aut extraneo magiſtratu, *2 modo decenti ad acta ſcribere, vel certe rotulos aliunde acceptos eo, cum præſentato referre. **De actuarii diligentia circa annotandam probationem.**

*1 Jam ſupra Art. LXII. habebatur: Wenn der Beklagte in der Marter nichts bekennet, und der Kläger die angeklagte Miſshandlung beweiſen wolte. Quod denuo reperitur articulo noſtro CLXXXVI. Atqui abſurdus videtur procedendi modus, reum quæſtioni ſubjicere, per tormenta interrogare, cruciatu autem finito demum de probatione invenienda, admittendaque contra miſerum, cogitationem ſuſcipere velle. Nihil hic monent GOBLER. ZIERIZ, BULLEUS. VIGELIUS *in ſua conſtitut. Carol. in ordinem redact. p. 169.* regulam tantum tradit, *quod reus, qui in tortura in ſua inficiatione perſtitit, ſit abſolvendus. Si tamen accuſator poſt torturam probare velit, quod ſit audiendus.* MANZIUS ita ſe extricat: *in jure Bavarico accuſator tam ante, quam poſt torturam audiendus eſt, ſi crimen probare velit, judex autem omnino diligentiam adhibere debet, ut* ANTE TORTURAM *fiat, niſi probatio difficilis & prolixa ſit, indicia autem fortia, ita, ut per torturam reo non poſſit fieri injuria.* CLASENII philoſophia eſt: *quod ita placuerit Cæſari, geminam probationem admittere, ex ea ratione, quod accidere queat, ut accuſator non ſtatim omnia in promtu habeat, dein autem perſcrutetur, & inveniat. Inde, ſi accuſatori initio ad manum ſit probatio, ille vero eam diſſimulet, ut reus cruciatu divexetur, tum rem prudentum conſilio committi debere.* Sed & BLUMLA- **Quando probandum in criminali proceſſu.**

CHERUM audiamus, *ego*, inquit, *puto diſtinguendum eſſe, utrum accuſator jam ante torturam probationem ſuſceperit, eaque non tantum publicata, ſed quoque propter hanc ipſam probationem reus ad quæſtionem raptus ſit, an vero accuſator teſtes nondum produxerit. Ibi poſt publicata atteſtata novum teſtem non amplius recipi debere ad oſſenſam*, CLAR. *L. V. ſ. fin. p. 62. n. 2.* termino probatorio quippe elapſo, CARPZ. *qu. 106. n. 89. In altera vero ſpecie accuſatorem admittendum videri. Interim ſimul remittit ad jus Bavaricum vid. Bayeriſch. Malefiz-Ordn. tit. III. artic. 8.* Ubi Articulus *noſtræ conſtit.* 62. adducitur & ita explicatur: *daſs der Richter in vorkommenden Fällen allen möglichen Fleiſs anwenden ſöll, ſowohl in proceſſu accuſatorio, als inquiſitorio, daſs der Beweiſs vor der Tortur geſchehen mögte. Es wäre denn, daſs die Beweiſung ſchwer und weitläufftig, und aber die Anzeigungen ſtarck, daſs man ſich an dem Beſchuldigten mit der Tortur nicht zu vergreiffen hätte.* Sane præcepta rationis evidenter docent, quod modus eruendi veritatem per cruciatus, ſit incertus, periculoſus, nec ipſa pœna gladii multum inferior: E contra modus probandi per teſtes, aut inſtrumenta, ſit certior, minus periculoſus, nec per ſe ullum malum inferat reo. Unde ſecundum Carolinam Artic. LXIX. ſi reus per probationes convictus eſt, licet adhuc crimen neget, tamen tortura exulare, & reus ſecundum probata condemnari debet. Ergo, ſi per probationes inventas, prudens certitudo obtinetur, periculum incertitudinis evitatur, ſævitiæ & crudelitati præcavetur, atque ope illarum reipublicæ per inflictionem promeritæ pœnæ rite ſatis fit: merito ab initio ſtatim de probatione, tanquam medio tuto, certo & efficaci, adeoque ordinario, ante omnia cogitatio ſuſcipienda, nec ad medium torturæ fallax periculoſumque, niſi, poſtquam fruſtra circa probationem multa cura in caſſum labor impenſus, in extremum demum ſubſidium deveniendum eſt. Ergo tam judex, quam accuſator, qui crimen probare poſſunt, attamen vel labori, vel ſumtibus parcendis, in indicia ſola v. c. denunciationem complicis, de qua Artic. XXXI. vel res apud inquiſitum

Probatio quæſtionem antecedit.

ſitum repertas, vel ab ipſo in loco delicti relictas *vid. Art. XXIX.* confidere, & quaſi per compendium euntes inquiſitum torquere, quam probationis ordinerlæ moleſtiam ſuſcipere malunt; merito propter ordinem inverſum, damnum inde in futurum ex ſimili negligentia publico metuendum, nec non crudelitatem intempeſtive & ſine neceſſitate in inquiſitum exercitam, criminis extraordinarii rei adeoque puniendi ſunt. Quod ſi vero graviſſima indicia inquiſitum criminis reum eſſe arguant, ut fere nihil aliud ad condemnandum deſit, quam confeſſio, teſtes autem v. c. peregre abierint, ut proinde fallax, dubia, publicoque quaſi noxia ſit diutior & ambigua expectatio: inquiſitus non habet, de quo queratur, ſi quæſtioni ſubjicitur; neque ipſi injuria fit, ſi dein forte fortuna detectis, vel redeuntibus teſtibus, ſalutis publicæ cauſa, ne crimina maneant impunita, ne & alii ſcelerati naturali robore ſubnixi, impunitatem contra tormenta ſibi proterve ſpondere audeant, denuo interrogatur, atque via probationis ordinaria, de malitioſa ſua criminis pernegatione convincatur, promeritaque pœna afficiatur. Nec enim fatali caſu non ſervatus judicii criminalis ordo, malitiæ flagitioſorum in plenæ abſolutionis remedium, vel male meritum ſolatium cedere debet. Verum eſt, quod non negligendus ſit ordo, ſed verum quoque eſt, quod non negligenda ſit juſtitia, & quod caſibus extraordinariis extraordinaria adhibenda ſint remedia. Atque hoc modo textum noſtrum capi, & cum regulis ſanæ rationis judiciorumque criminalium ordine conciliari poſſe puto. Alias de neceſſitate ordinis in judiciis, *vid. ſupr. dict. ad Artic. XX.* Moribus noſtris cetera judex ſuo officio ſatisfeciſſe dicitur, qui ſingula, quæ de delicto comperit v. c. ubi factum, quo modo & in quorum præſentia commiſſum, de quibusnam fama ſit, quod quædam ad criminis patrati notitiam facientia ſciant, cum omnibus denunciationibus, imo & illis, quæ e publico rumore percepit, diligenter & religioſe ad acta annotanda curet, quo collegium Juridicum, ad quod acta transmittuntur, ſtatuere poſſit,

Quando ex cauſa probatio quæſtionem ſequatur.

poſſit, an adhuc teſtes & quinam contra inquiſitum examinandi ſint. Interea non negandum, quod hodienum a judicis ſolertia & alacritate, multa & fere cardo rei dependeant. Nam ipſe in loco delicti commiſſi exiſtens, optime novit modum indagandi veritatem, & quænam perſonæ, utpote VERITATEM dicturæ examinandæ, pro futura Collegii juridici informatione, quippe quod tanquam abſens, omiſſa in actis ſcriptisque, regulariter ſupplere nequit, ſed tantum a judice ſibi ſuppeditata in ordinem redigit, atque ex illis ſententiam concinnat. Hinc omnino ſuperiori ſuo rationem reddere, correctionemque promeritam judex ſufferre debet, ſi in cauſa eſt, quod circa torturam vel injuſte, vel præter bonum ordinem, fuerit aliquid a Collegio juridico definitum atque ſtatutum.

De ſolertia & dexteritate judicis in loco delicti.

*2 Commiſſariis enim, examen teſtium committi, vel plane extraneos in ſubſidium implorari pro re nata, jam ſupra Art. LXXII. vidimus. Ubique tamen inquiſito ſua oppoſitio, ne aliquando teſtes plane inhabiles admittantur, ſua interrogatoria, ne captioſis articulis in ipſo examine lædatur, ſuaque ſcripta defenſionalia reliqua contra dicta & perſonas teſtium ſalva eſſe debent.

Jura rei in probatione.

ARTIC. CLXXXVII.

Daß der Gerichtſchreiber des Angeklagten Entſchuldigung verzeichnen ſoll.

WO aber der Beklagt der That bekennet, und doch ſolche Urſachen, die ihn von der That entſchuldigen möchten, anzeiget, daſſelbig, auch alle Urkund, Kundſchafft, Weiſung, Erfahrung und Erfindung derhalb, ſoll auch, ſo viel ſich in demſelben peinlichen Gericht zu handeln gebühret, und ſonſt alles, wie obſtehet, beſchrieben werden.

NOTÆ AD ARTIC. CLXXXVII.

De cura actuarii.

Actuarius quoque, ſi reus crimen imputatum fateatur, tales tamen circumſtantias ſimul, pro ſua defenſio-

ſenſione alleget, quæ probatæ multum pro ipſius innocentia factique perpetrati juſtitia & excuſabilitate facere poſſint, non minus curabit, ut hæc omnia una cum iis, quæ pro harum circumſtantiarum veritate indaganda hinc inde geſta, & a judice facta ſunt, manu ipſius accurate in protocollo ſignata extent. *

* Monitum hoc præcipue ad actuarios ſegnes & incurios pertinet, quibus ſæpe ſatis eſt rei confeſſionem qualitercunque annotaſſe, quaſi ſatis eſſet rei crimen in confeſſo eſſe. Enimvero, cum in proceſſu criminali, non tantum in quæſtione verſetur, quis facinus peregerit, ſed potiſſimum, quibus de cauſis & quomodo peractum fuerit, ſive in genere: quibus omnino circumſtantiis circumſeptum fuerit: inde omnino actuario cura incumbit, ne acta circa quæſtiones ultimas mutila & manca exiſtant; ſed ut omnia conſcripta legi poſſint, quæ ad rei defenſionem conducunt. Siquidem reus non ſolum in eo præſidium ſuum conſtituit, quod factum plane non factum, vel certe a ſe non factum, ſed etiam in eo, quod factum non ſit crimen, vel ſi crimen aliquatenus ſit, quod tamen tale non ſit, quod magnam pœnam commereatur. Lepido exemplo rem declarat KAYSER *p. 256.* ita: Es entſtunde anno 1691. den 14. Februar. in dem Dorffe E. eine Feuers-Brunſt, und fiel Verdacht auf einen Bauers-Knecht N. K. dieſer, da er darüber und insbeſondere über den Umſtand: ob er nicht bey dieſer Feuers-Brunſt geweſen, und eilend fortgelauffen, befraget ward, antwortete darauf: ja, ja, ſetzte aber hinzu, daſs er hin nach dem *Brod-Hüter* und Back-Troge, ſolchen zu hohlen, und dem Feuer entgegen zu ſtellen, auch zu deſſen fernerer Abwendung umzukehren gelauffen, auch dieſes ſonſt von ihm probat erfunden wäre. Quod ſi, inquit, actuarius, tantum ſedulo annotaſſet illud: ja, ja, omiſſis annexis næniis, nimium quantum periculum miſero creaſſet.

Circa conſcribendam rei confeſſionem & ſingula dicta.

Digitized by Google

ARTIC. *CLXXXVIII.*

Daß der Gerichtſchreiber, wie die Klag an den Richter kommen, verzeichnen ſoll.

Ob aber die Klag von Amtswegen herkäme, und nicht von ſonderlichen Anklägern geſchähe, wie dann die Klag an den Richter kommen, auch was der Beklagte darzu antwortet, und was fürter in allen Stücken, nach laut dieſer unſer Ordnung, derhalb gehandelt wird, ſoll, wie oben im andern Fall des Anklägers halben gemeldet iſt, beſchrieben werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXXVIII.*

Actuarii officium initio proceſſus criminal.

Quod ſi proceſſus criminalis non ab accuſatore mediante libello inſtituatur, ſed a judice ex officio *1 inquiratur, Actuarii eſt, ut in regeſtis ſuis notet, qua via *2 crimen judici innotuerit, quid inquiſitus ad interrogata reſponderit, & quomodo totum judicium, ſecundum juſſum hujus ordinationis, ſit pertractatum. *3

*1 Proceſſus inquiſitorii originem & indolem *ſupr. ad Artic. VI. VIII. IX.* vidimus.

Modi, quibus crimen judici innoteſcit.

*2 An per certæ perſonæ denunciationem, an per famam publicam, an per confeſſionem complicis, an per ipſius delinquentis jactationem temerariam, an per exceptionem in cauſa etiam civili alicui objectam, judex criminis notitiam ſit nactus. Und dieſe Erinnerung iſt darum vor dem Richter gut und noth, damit der Defenſor hernach nicht ſagen möge, der Amtmann, oder Richter wäre ohne alle vorgängige Rüge und rechtliche Anzeige, aus purer Paſſion, dem armen unſchuldigen Inquiſiten mit ſeiner illegalen Inquiſition ſo auf einmahl auf den Hals gefallen.

Judicis officium circa actuarium.

Cum vero actuarius dependeat a judice, hujus erit ipſum inſtruere, quænam annotare debeat, talia ſcilicet, quæ viam ſternant ad inquiſitionem

nem ſpecialem, ſeu quæ conducant ad ſolvendas quæſtiones, an aliquod crimen revera factum, & a quo probaliter commiſſum ſit. Illa quæſtio eſt veluti præparatoria & præjudicialis, vel ſi mavis, neceſſarium prærequiſitum inquiſitionis ſpecialis, hæc autem initium & fundamentam ipſum, quare judex contra certum hominem inquirere aggrediatur.

*3 Pauca ſane ſunt in ordinatione noſtra, quæ judici lumen in inquirendo affundunt. Unde a candidato muneris judicialis conſulenda ſunt ſyſtemata doctorum, nos præter CARPZOVIUM, BRUNNEMANN, LUDOVICI, MICHAELEM & KAYSERUM in tanto numero commendamus. Licet nec DOEPLERUM legiſſe pœnituerit. Nam hic & KAYSERUS præcipue integris exemplis, & illis minutiis, quas ICti alii ſupponunt, inſtruunt lectores. Neque vero abs re erit, in loco, ubi quis ſedem fixam ſperat, integra actorum exempla, præcipue ab illis, qui quondam inquiſitionum ſuarum directione notabilem laudem famamque conſecuti ſunt, ſibi edenda curare, & prudenti imitatione præeuntium veſtigia ſequi. Quod monitum & futurum actuarium juvabit.

Proceſſus inquiſitionis, unde theoretice & practice diſci queat?

ARTIC. *CLXXXIX.*

Daß der Gerichtſchreiber alles fleißig in Ordnung bringe, und darneben verſchwiegen ſey.

Und ſoll die Beſchreibung aller obberührten Handlung, ſie geſchehe von Amts wegen, oder auf Anklåger, durch einen jeden Gerichtſchreiber der peinlichen Gericht, vorgemeldter maſſen, gar fleißig und unterſchiedlich nach einander, und Libellsweiß geſchrieben werden, und allweg bey jeder Handlung, wann die geſchehen iſt, Jahr, Tag und Stunde, auch wer dabey geweſen ſey, melden. Darzu ſoll ſich der Schreiber ſelbſt auch, wie obſtehet, dermaſſen unterſchreiben, daß er

er ſolches alles gehört und geſchrieben habe, damit auf ſolche förmliche, gründliche Beſchreibung, ſtattlich und ſicherlich geurtheilet, oder, wo es Noth thun würde, daraus nach aller Nothdurfft gerathſchlaget werden möge. In ſolchem allen ſoll ein jeder Gerichtſchreiber bey ſeiner Pflicht, als vorſtehet, allen möglichen Fleiß thun, auch was gehandelt iſt, in geheim halten, und des alles nach laut ſeiner Pflicht verbunden ſeyn. Und ſoll ſolch Gerichts-Buch oder Libell, allewege nach Endung des Gerichts-Tags beſchloſſen und verwahret gehalten werden.

ARTIC. *CLXXXIX.*

VErba: und ſoll ſolches Gerichts-Buch usque ad finem omittuntur in Norico.

NOTÆ AD ARTIC. *CLXXXIX.*

De actuarii actorum cuſtodia & ſilentio.

Ne dictorum actuarius obliviſcatur, eadem iterata vice hoc articulo inculcantur. Additur autem 1) ut acta ſcribat: Libellsweiſe. *1 2) Ut ſilentium ſervet, 3) ut acta integra ex aſſe actuarius cuſtodiat, & loco ſecuro recondat. *2

Quid vero ſimiliter in articulo Libellsweiſe.

*1 Sed quid hoc rei eſt, aut myſterii? GOBLERVS ait: *in modum articulorum & libellorum,* REMVS non multum aliter: *ut in civilibus cauſis per libellos agitur, ita & hoc progreſſu judiciario, actuarius in libellos quævis redigat.* GOBLERVM ſequitur ZIERIZ, reliqui ſilent. Sine dubio ſenſus eſt, quod actuarius non debeat chartæ parcere, nec ſine diſtinctione omnes actus: alle Verhör, geſchehene Anzeigungen, darüber geführte Regiſtraturen &c. nullo relicto interſtitio, aut margine, una continua ſerie in chartæ folium ſcribere, ſcriptis aliunde ſive a judiciis aliis, ſive a defenſore, ſive a ſuperiori exhibitis, in dorſo, vel ubi ſpatium relictum, geſta in judicio adſcribere, aut rectius allinire, contra talem enim datur actio utilis de albo cor-

corrupto, *vid.* SCHILTER. *ad ff. tit. de juriſd. Exercit. VI. ſ. 26.* ubi exemplum ejusmodi corruptionis cum reſcripto principis de ejus caſtigatione. Inde omnia ſeparanda diſtinctisque chartarum foliis annotanda, quo minori cum tædio & moleſtia legantur. Quamvis hæc ſæpius in praxi non magis obſerventur, quam accurata confectio rotuli teſtium. Nam uti actuarii haud raro reliqua acta coarctant, & uni folio plus, quam decet, inſcribunt: ita viciſſim in judiciis cetera non male conſtitutis, vides articulos alia, interrogatoria alia, reſponſiones ad articulos tertia, reſponſiones ad interrogatoria autem quarta charta ſeparatim in actis circumvolitare, ut referens nexum vix capere poſſit, niſi propria induſtria potiora inde excerpat & coordinet.

*2 De ſilentio ſilendum, cum illud ſe per ſe commendet tacite, factoque ipſo. Sane actuarius, qui acta ante publicationem doloſe communicat, punitur, ut falſarius BERLICH. *I. concl. 8. n. 34.* pœna ſcilicet arbitraria, mulcta, remotione ab officio, & ſi qua alia. Cuſtodia curaque actorum ex multis rationibus opus. Novi caſum, ubi ſummo mane ſecretarium illuſtris regiminis ſubornatus nequam, tabellionem ſive nuncium externo apparatu mentitus decepit, & acta magni momenti abſtulit nunquam reportanda. Recordor quoque ſimul dicti factique viri alias ſatis celebris, qui, cum archivum nova ferrea janua contra expilatores, in quadam principis eccleſiaſtici regia, muniretur, florenum aſſumebat, dicendo: videamus, an omnia tam arcte clauſa, ut ne quidem tenuis florenus intra novam januam ferream & limen immitti poſſit; mox pergebat: euge! florenus facillime immittitur, ergo & ſpes eſt fore, ut arcana quoque hic recondita, in caſu neceſſitatis, CETERIS PARIBUS, in gratiam deſiderantium, etiam poſt appenſam novam januam ferream, inde protrahantur atque communicentur. Interim merito animadvertendum eſt in actuarium ſui officii, circa acta cuſtodienda parum memorem, ſi enim acta hinc inde vagantur,

Rationes cur actuarius acta cuſtodire & ſilere debeat.

Caſus ſingularis.

 facile

ſacile aliquid in iis deletur, corrigitur vel interpolatur, ut deinde illis tanquam corruptis minus tuto inniti liceat; imo etſi nihil horum contingat, ſemper tamen ſuſpicio ſubeſt, quod acta male aſſervata atque per multorum manus tradita, aliquid, quod fidem ipſorum lædere queat, paſſa ſint. Recte igitur BERLICH. *d. l.* docet, quod omnis plane actorum communicatio, non aliter fieri debeat ab actuario, quam venia ante a judice impetrata.

ARTIC. *CXC.*

Wie der Gerichtſchreiber die endlichen Urtheil, der Tod-Straff halben, formiren ſoll.

So nach laut dieſer unſer und des heiligen Reichs-Ordnung ein Ubelthat warhafftig erfunden oder überwunden, und deshalben ſo weit kommen iſt, daß die endlich Urtheil derhalben zum Tod, wie die vorgemeldter maſſen, nach laut dieſer unſer Ordnung, geſchehen ſollen, beſchloſſen iſt: So ſoll alsdann der Gerichtſchreiber die Urtheil beſchreiben, und ungefährlich nach folgender Meynung im Ausſchreiben formiren, damit er die alſo auf den endlichen Rechts-Tag, wie in dem 94. Artickul, anfahend: Item auf obgemeldte, &c. von Oeffnung ſolcher endlich Urtheilen geſchrieben ſtehet, aus Befehl des Richters öffentlich verleſen.

ARTIC. *CXC.* usque ad *CXCV.*

Concordat cum projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *CXC.*

De conſcribenda & concipienda ab actuario ſententia.

Proceſſu criminali finito, corpore delicti demonſtrato, inquiſitoque aut confeſſo, aut convicto, ita, ut nihil amplius reſtet, quam ut decreta ſententia publicetur; partes Actuarii ſunt, ut ſententiam a judice in-

ven-

ventam rite, prout formulæ in articulis ſequentibus ipſum aliquatenus inſtruunt, deſcribat, quo deinde eandem in die executionis, de qua re ſupra Art. XCIV. jam quædam monita, in loco conſueto, judice inſtitutum moderante, prælegere poſſit condemnando. *

De iis, quæ poſt ſententiam in judicio agenda.

* Haud facile accidit, ut in ejusmodi ritibus aberretur, cum ex actis & protocollis in quolibet judicio bene conſtituto, hoc quicquid eſt, nullo negotio addiſci queant. Imo nec inſtructio ex iis, quæ typis publicis exſcripta proſtant, deſit. Illud conſtat 1) quod prima vice reverſis actis non mox præparatoria ad executionem fiant, nec inquiſito dies certus ſubeundi ſupplicii indicetur. Sed tantum 2) illi in judicium adducto tenor ſententiæ aperiatur, ut tamen 3) ulterior defendendi facultas permittatur; deinde autem 4) ſi transmiſſis iterata vice actis, ſententia capitalis denuo confirmatur, cauſa 5) principi ſuperiori an junctis relationi actis exponatur, ejusque mandatum, an & quomodo ſententia lata exequenda ſit, expectetur. Hoc vero 6) a principe emiſſo & a judicio accepto, judex 7) poſt arbitrarium temporis ſpatium, inquiſitum adduci jubet, mortis ſententiam ei annunciat, ſimulque, ut rebus ſuis compoſitis ad pium ex hac vita exitum ſe præparet, perſuadere intendit, die, quo prodeundum ſit ad locum ſupplicii, pariter indicato. Quæ omnia 8) quemadmodum de die ad diem geſta, ordine & diligenter in actis conſignantur; additis quoque relationibus clericorum & vigilum, de inquiſiti dictis factisque in hoc miſero rerum ſtatu. *vid.* KAYSER. *p. 390. ſequ.* Item, *das Leben Lipſ Tullians. p. II. per tot.*

ARTIC. *CXCI.*

Eine ſonderliche Erinnerung.

WO in dem nechſt nachgeſetzten Artickul ein B. ſtehet, da ſoll der Gerichtſchreiber in Formirung und Beſchreibung der Urtheil den Nahmen

men des Ubelthäters benennen. Aber bey dem C. ſoll er die Ubelthat kürtzlich melden.

NOTÆ AD ARTIC. *CXCI.*

De actuario per literarum elementa inſtruendo.

Hic Articulus actuarium plane adhuc tyronem docet, quid circa formulas in articulis ſequentibus notatas ipſi agendum, quodque in ſententia, ubi litera B. a Cæſare expreſſa, nomen inquiſiti, vel accuſati, ubi vero C. annotatum, ipſum crimen patratum breviter deſcribere debeat. *

Quis hodie ſententiam concipiat, & quodnam actuarii munus.

* In collegiis Juridicis actuarius plane nulla cura angitur, nec ipſi aliquid interpolare licet. Ubi vero judicia ipſa pronunciant, ibi actuarius formulam decreti judici exhibet, qui illam corrigit ſecundum ſtylum curiæ receptum, vel ſecundum circumſtantias criminisque rationem pro arbitrio, & pro re nata.

ARTIC. *CXCII.*

Einführung einer jeden Urtheil zum Tod oder ewigen Gefängniß.

Auf Klag, Antwort und alles gerichtlich Fürbringen, auch nothdürfftige, warhafftige Erfahrung und Erfindung, ſo deshalben alles, nach laut Kayſer Carls des Fünfften und des heiligen Reichs-Ordnung, geſchehen: Iſt durch die Urtheiler und Schöpffen dieſes Gerichts, endlich zu Recht erkannt, daß B. ſo gegenwärtig vor dieſem Gericht ſtehet, der Ubelthat halber, ſo er mit C. geübt hat, ꝛc.

Merck die nachfolgende Beſchlüß einer jeden Urtheil.

Zum Feuer.

Mit dem Feuer von Leben zum Tode geſtrafft werden ſoll.

Zum

Zum Schwerdt.

Mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode geſtrafft werden ſoll.

Zur Viertheilung.

Durch ſeinen gantzen Leib in vier Stücken zerſchnitten, und zerhauen, und alſo zum Tode geſtrafft werden ſoll: und ſollen ſolche vier Theil auf gemeine vier Weg-Straſſen öffentlich gehangen und geſteckt werden.

Zum Rade.

Mit dem Rade durch Zerſtoſſung ſeiner Glieder, vom Leben zum Tode gericht, und fürter öffentlich darauf gelegt werden ſoll.

Zum Galgen.

An dem Galgen mit dem Strang oder Ketten vom Leben zum Tode gericht werden ſoll.

Zum Erträncken.

Mit dem Waſſer vom Leben zum Tode geſtrafft werden ſoll.

Vom lebendigen Vergraben.

Lebendig vergraben, und gepfählt werden ſoll.

NOTÆ AD ARTIC. *CXCII.*

§. I. Exhibetur hic formula ſententiæ, quæ brevem recapitulationem proceſſus criminalis continet. Stylus hodie cum in collegiis Juridicis, tum in judiciis variat. * **De formulis ſententiarum Caroli & fori hodierni.**

* Collegia Saxonica partes proceſſus repetunt tam in proceſſu inquiſitorio, quam accuſatorio. Ibi formula eſt: Als uns dieſelbe angebrachte Rüge, eingezogene Erkundigung, verfaſte Inquiſitional-Articul, des Juden N. darauf ge-

gethane Antwort, abgehörter Zeugen Auſſage, auch angeſtellte Confrontation ſammt denen diesfalls ergangenen Acten in X. unterſchiedenen Voluminibus, zugeſchicket u. ſ. w. & in accuſatorio: Auf Anklage, Antwort, verführten Beweis und eingebrachte Zeugnis-Sätze, in peinlichen Sachen conſtituirten Anwalden des Amts N. Anklägers an einem und P. F. zu M. angeklagten andern Theils u. ſ. w. In noſtro collegio in cauſis inquiſitionis concipitur ſententia absque ejusmodi repetitione per modum reſponſi: Als uns Decano &c. verwahrlich zurückgehende acta inquiſitionalia wider N. benebenſt demjenigen, ſo derſelbige zu ſeiner Defenſion in Schrifften überreichet u. ſ. w. in proceſſu accuſatorio autem: In peinlichen Sachen N. peinlichen Anklägers an einem, entgegen und wider N. peinlich Angeklagten am andern Theil u. ſ. w. Quodſi tamen judicia ſententiam & rationes decidendi ſeparatim ſcriptas, in proceſſu inquiſitorio expetunt, nomine judicis requirentis breviter ſententiam concipere ſolemus: In Inquiſitions-Sachen wider N. erkennet u. ſ. w. auf vorgehabten Rath u. ſ. w. Imo obſervavi, quod extra Saxoniam formulis quidem brevioribus, ſed vix verbis conceptis & quaſi juratis, verum liberiori ſtylo, ſententiæ criminales a collegiis Juridicis plerumque conſcribantur.

Formulæ ſingulares Caroli,

§. 2. Sequuntur nunc modi *1 pronunciandi, in decernendis ignis, *2 gladii, diſſectionis in quatuor *3 partes, rotæ, patibuli, aquæ *4 & ſepulturæ vivi *5 pœnis, quæ commentario ampliori non egent.

foriqne hodierni.

*1 Nec hodie aliæ frequentantur formulæ, quam: Mit dem Feuer, Rade, Schwerdt, u. ſ. w. hingerichtet, vom Leben zum Tode geſtraffet, mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode gerichtet und geſtraffet; aliquando additur und nach vollſtreckter Execution der Cörper auf ein Rad geleget und geflochten werden. In crimine Sodomiæ additur: mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtrafft, und

und zuſammt der Stuten, womit er das unmenſchliche Werck begangen, verbrandt werden. Ceterum de pœna ignis *vid. P. II. C. XLVI.* de pœna gladii *C. V.* diſſectione in partes *cap. XXII.* de pœna rotæ *cap. XIX.* de pœna laquei *Cap. VI.* de ſubmerſione in aqua *Cap. XVI.* ſepultura vivi *C. XXXIX.* DOEPLER. *in Theatro ſupplic.* In quæ crimina Cæſar noſter has pœnas nominatim ſtatuerit, facile *ſub ſingulis articulis, ubi de hoc vel illo crimine agitur, reperitur.* Ceterum curioſa eſt FROELICHII *P. I. p. 251.* obſervatio de comitatu Tyrolenſi: Das Erträncken, Schinden, lebendig vergraben, Viertheilen, Radbrechen und Hencken der Weiber, werden theils aus Sorge zuſtehender Verzweiffelung, theils wegen (præfiſcine dictum ſit) Schamhafftigkeit des weiblichen Geſchlechts, nicht im Tyroliſchen practiciret. **Feminarum reſpectu pœnarum atrociorum privilegia alicubi.**

*2 Pœna ignis, præter caſus conſtitutionis noſtræ, in Sileſia quoque & Polonia ſtatuta fuit in aliis caſibus, de quibus DOEPLER. *C. XX. P. II. §. IX. XIV. XIX. XX. XXII. XXV.* **De pœna ignis.**

*3 Hujus ſupplicii exemplum occurrit *apud* MULLER. *in Annal. Sax. An. 1455.* in famoſo illo plagio Kauffungiano: Montags, inquit, wurde Cuntz von Kauffungen wegen des begangenen exceſſiven plagii öffentlich enthauptet. Mitwochs hernach ſeine 3. Knechte, nebſt dem Küchen-Jungen Schwalben, welche die beyden Printzen Ernſten und Albrechten verrathen, und zu ihrer Entführung Anleitung gegeben, zu Zwickau mit glüenden Zangen geriſſen, und darauf geviertheilet. Hic nota 1) iſthoc ævo in executione generis pœnæ, magnam rationem habitam fuiſſe nobilitatis, ſi reſpicis ſupplicium Kauffungii & famulorum. 2) Plagium commiſſum eſt die VIII. Julii, ſupplicium inflictum Kauffungio die XIV. reliquis die XXVIII. ejusdem. Ruſtico quoque, qui abbatem Lucenſem occiderat An. 1528. a judicio nobilium & ruſticorum dictitata fuit eadem pœna ſectionis in quatuor partes. Sed dein per Deum, Mariam & S. Georgium adſtantes eam deprecati ſunt *vid. T. III. R. B. 698.* **De pœna ſectionis in partes.**

Cur merſio in aqua a Bavaro ſublata.

*4 In Bavaria ſubmerſio in aqua abrogata eſt: weil es ein langſamer Todt. pag. 827. *Bayerſche Malefiz-Ordn.* Sed ſine dubio Bavarus hic miſcet ſimplicem ſubmerſionem cum Romanorum culeo coriaceo, cui homines inſuebant, & in mare projiciebant, lento utique letho perituros. vid. MATTHÆI *ad tit. ad L. Pompej. de parricid. Specimen pag. 889.*

Von Phälen und lebendig begraben.

*5 Præter ſupra allegata, refer huc vetus ſtatutum *Colonienſe*: Wer der Stadt Feind wiſſentlich in ſein Haus nimmt, ſoll mit dem Schwerdt gerichtet werden, iſt es eine Frau, die ſoll lebendig begraben werden. Tandem adducitur: das Pſählen. Quod certe exulat in utraque Saxonia. De infanticidis quidem ſtatuitur im Dithmarſiſchen Land-Recht: Man ſchall den Thäter unter den Galgen lebendig begraben, und ein Pahl ehme dörch ſyn Lyff ſchlagen. Aſt uſu non ſervatur. vid. plura *P. II. C. 28. per tot. apud.* DOEPLER. Laudandi veteres DANI, qui duo tantum noſcebant pœnarum genera, gladium & ſervitutem. ADAM BREMENS. pag. 133.

ARTIC. *CXCIII.*
Vom Schleiffen.

Wo durch dieſe vorgemeldte endliche Urtheil einer zum Tode erkennt, beſchloſſen würde, daß der Ubelthäter an die Richtſtatt geſchleifft werden ſoll, ſo ſollen die nachfolgenden Wörtlein, an der andern Urtheil, wie obſtehet, auch hangen, alſo lautend, und ſoll darzu auf die Richtſtatt durch die unvernünfftigen Thier geſchleifft werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CXCIII.*

De tractione ad locum ſupplicii.

Aliquando commiſſi criminis atrocitas exigit, ut pœna, funeſta quadam atque terribili pompa adhibita, in majorem facinoris deteſtationem, executioni mandetur. Nominatim accedere interdum ſolet: das Schleif-

Schleiffen, cujus decernendi formulam Imperator hic tradit, in gratiam actuarii nondum ſatis exercitati.*

* Exempla ejusmodi criminum ſuppeditant Artic. CXXIV. CXXX. CXXXVII. Præcipue addi ſolet das Schleiffen, ſi execrabilis plane fuerit inquiſiti in crimine perpetrando crudelitas, v. c. ſi innocentem miſerando modo occiderit, vel ut interdum impiæ cautelæ loco fieri ſolet, ædibus occiſi, quo cinis facinus obtegeret, ignem ſubjecerit. Unde in tali caſu Lipſienſes ſcabini contra latronem A. 1712. M. Jul. pronunciarunt: als möchte D. R. wegen ſolcher ſeiner Verbrechen zur Feimſtadt geſchleiffet, auch mit dem Feuer vom Leben zum Tode geſtraffet und hingerichtet werden. Mentio itaque animalium omitti ſolet. Non tamen ubique; ſic in comitatu Tyrolenſi hodienum formula eſt: von den unvernünftigen Thieren, FROELICH *P. I. p. 252.* Retinuit quoque eandem formulam CLASEN. *noſter ad h. Art.* Aliquando propria facinoroſi jumenta adhibentur in executione, caſum refert *U. M.* STRYKII *ad tit. de L. Pompej. de parric. §. 2.* Modum depingit DOEPLER. *d. l. p. 331.* Der Miſſethäter pfleget gebunden, auf eine Schleiffe, Bret, Hörden, oder Küh-Haut geleget, durch den Scharffrichter oder deſſen Knecht mit einem Pferde, von dem Gerichts-Hauſe oder Urtheils-Stätte an, über die Gaſſe und Straſſen, bis an die Pein- oder Gerichts-Stätte geſchleiffet zu werden. Aliquando etiam ad locum ſceleris commiſſi hac eadem ratione rapitur STRYK. *d. l.* Dresdæ An. 1712. d. 26. Julii in prædicto caſu res ita peracta: und weil der Scheiterhauffen, die Schleiffe und andere nöthige præparatoria bereit waren; ſo wurde D. K. nach gehegten Halsgericht und wiederhohlten Geſtändniſs auf die Schleiffe gebunden, und unter Begleitung zweyer der Herrn Geiſtlichen, zum Gerichts-Platze geſchleiffet, alda auf einen Scheiterhauffen geſetzet, dieſer angezündet, und alſo lebendig endlich zu Aſche verbrandt. Prolixius hanc eandem executionem cum ritu des Schleiffens de-

Ejus uſus & modo hodierno, &

deſcribit BEYER. *P. ult. ad ord. crimin. noſtr.* Olim interdum, poſt jam inflictum ſupplicii genus, adhibuerunt noſtrates tractum delinquentis per viam publicam, non autem de traha ejusque apparatu æque anxii erant, ut recentiores quidam JCti, ſed miſerum gladiis jam confoſſum, caudæ equi allegabant per truncos & lapides rapiendum. Unde adhuc in patria mea rythmus ſupermanſit:

olim uſitato.

Man ſoll ihn ſchleiffen über Stock und Stein,
Daſs er breche Hals und Bein.

Cum exemplo comitis.

Exemplum ſupra adduximus de quodam comite de Wernigerode, qui tanquam fractor pacis publicæ gladiis commilitonum transfixus, caudæ equi dein innexus in ſuſpendii ſpeciem (quod viro nobili infligere nefas, ut ſupra diximus) trahebatur. CRANZ. *in metropol. p. 717.* Eſt autem: das Schleiffen ritus antiquiſſimus jam Romanis uſitatus, & latiſſime patens v. c. per Italiam, Germaniam, Angliam &c. ut probat DOEPLER. *integro c. XXI. d. l.* Quamvis non negandum, quod pleraque exempla, quæ DOEPLER conduxit in Germania noſtra, petita ſint e terris juris Sclavici, certe non e Germania inferiori. *v. tamen T. III. R. B. d. p. 698.* Minimum in crimine veneficii, licet in Artic. CXXX. ſupra mentio fiat des Schleiffens, a collegio noſtro hæc exacerbatio pœnæ non ſolet decerni.

ARTIC. *CXCIV.*

Vom Reiſſen mit glüenden Zangen.

Würde aber beſchloſſen, daß die verurtheilete Perſon vor der Tödtung mit glüenden Zangen geriſſen werden ſolte, ſo ſollen die nachfolgenden Wörter weiter in dem Urtheil ſtehen, alſo lautend: Und ſoll darzu vor der endlichen Tödtung, öffentlich auf einem Wagen, bis zu der Richtſtatt, umgeführt, und der Leib mit glüenden Zangen geriſſen werden, nemlich mit N. Griffen.

NOTÆ

NOTÆ AD ARTIC. *CXCIV.*

Imo interdum pariter propter atrocitatem delicti, in aliorum terrorem adjicitur applicatio forcipum candentium. Cujus decernendi formulam ſiſtit textus noſter. * De applicatione forcipum candentium.

* Superat hoc ultimi ſupplicii additamentum aſperitate ſua præcedens, ut nemo inficias ibit. Impendit huic horrendo pœnæ augmento DOEPLER. integrum *Cap. XX. P. II.* In textu noſtro additur: und ſoll (der Delinquente nemlich) dazu vor der endlichen Tödtung, öffentlich auf einem Wagen bis zur Richtſtatt umgeführet. Retinet iterum hanc formulam: CLASEN *h.* Imo Viennæ perpetuæ obſervantiæ eſt: daſs die Delinquenten auf dem hohen Wagen (ut vocatur) ausgeführet werden. *confer. ſupr. not. fin. ad Artic. LXXXIV.* Ergo videtur hoc ſapere mores Auſtriacos, a quibus probabiliter pertranſiit ad Bambergenſes, cum idem habeatur in *Ordin. Bamberg. Art. CCXI.* Aliam pœnæ exacerbationem: das Riemen-Schneiden commemorat FROELICH. *d. l.* Si facinus plane omnem humanitatem exſuperat, utrumque das Schleiffen und Reiſſen mit glüenden Zangen conjungitur DOEPLER. *§. 3. ſæp. cit. cap. XX.* ubi addit: zum höchſten geſchiehet es bis ſechsmahl, damit der Delinquent noch das Schleiffen, und die Todes-Straffe ausſtehen könne. Sed novies aliquando apprehenſionem per funeſtas forcipes fieri, conſtat ex ſpecie, quam recitat STRYK. *ad L. Pompej. §. 11. in U. M.* Quoties autem fieri debeat, in ipſa ſententia exprimitur. Noſtra conſtitutio forcipes adhiberi jubet, 1) contra homicidam doloſum Art. CXXX. 2) contra homicidam perſonæ egregiæ, aut proximi conſanguinei Art. CXXXVII. 3) In infanticidio reiterato Art. CXXXI. 4) In crimine proditionis Art. CXXIV. de quibus dictum *c. l.* ZIERIZ putat vocabulum: *Reiſſen* durius ſonare, dicendum eſſe: *Zwicken,* & ita uſu ſervari. Enimvero apud CAEP. Z. *qu. XXIII.* promiſcue extant: mit einem glüenden Zangen-Griff geriſſen, item: mit einem glü-

Ubi de his videndum.

Von Riemen-ſchneiden.

Quoties damnatus forcipibus candentibus prehendi ſolet.

glüenden Zangen-Griff einmahl gezwicket und geriſſen. Illud quondam controverſum, an delinquenti comburendo, aliquando etiam applicandæ ſint forcipum uſtulationes. Sane ſi v. c. cum incendio commiſſo & latrocinium concurrit, forcipes cum rogo conjunxiſſe ſcabinos Lipſienſes, præjudicia apud CARPZOV. *qu. XXIII. n.* 45. teſtantur, ut forcipes latrocinium, rogus incendium coërceat. Interim in ſpecie de Anno 1712. *ad præc. Art.* adducta, licet D. R. LXVII. imperiales rapuiſſet, heræ ſororem crudeliter occidiſſet, ædibus flammam ſubjeciſſet, illæque una cum duabus vicinis combuſtæ eſſent, adeoque, cum latrocinium etiam in domibus fiat *vid.* CARPZ. *qu. XXII. n. 3.* iſto caſu latrocinium cum incendio conjunctum eſſet, nihilominus iidem ſcabini Lipſienſes rogo forcipes non addiderunt, ſed tantum traham. Et quamvis apud DOEPLER. *d. l.* pariter utriusque ſupplicii ſimul inflicti exempla occurrant, dubito tamen, quod collegia Juridica hodie comburendum inſuper forcipibus uſtulari jubeant. Nam crudelitatem aliquatenus ſapit, illi, cujus totum corpus in rogo comburendum eſt, forcipes adurentes in certis corporis partibus inſuper applicare. Interim aliter viſum Cæſari Leopoldo in der Nieder-Oeſterr. Landes-Ordn. wider die Türckiſchen und Frantzöſiſchen Mord-Brenner *vid. Artic. CXCVII. ibique* §. *1. not.* *2. quia ipſi humanitatem exuerunt.

* An prehendatur etiam comburendus.

ARTIC. *CXCV.*

Formirung der Urtheil, eines ſorglichen Manns im Gefängniß zu bewahren.

Auf wahrhafftige Erfahrung, und Befindung gnugſamer Anzeigung, zu böſen Glauben künfftiger übelthätiger Beſchädigung halben, iſt zu Recht erkannt, daß B. ſo gegenwärtig vor Gericht ſtehet, im Gefängniß enthalten werden ſoll, bis er gnugſame und gebührliche Caution und Beſtand thut, damit Land und Leut vor ihm verſichert werden.

Not.

NOTÆ AD ARTIC. *CXCV.*

De eo, a quo inſigne malum metuendum, jam diximus Art. CLXXVI. Hic autem ſola pronunciandi formula recitatur. Ad quam non eſt, quare prolixius commentemur. Pronuncietur pro arbitrio, modo non inepte, vel obſcure. * De formula ſententiæ contra turbulentum & minacem.

* Claſenius noſter ſeptem plane ejusmodi ſententiæ requiſita tradit. Enimvero ſufficit pronunciare: daſs Inquiſit bewandten Dingen nach, ſeiner ausgeſtoſſenen und überführten gefährlichen Drohungen halber, Zeit Lebens in ſichere Verwahrung zu bringen u. ſ. w. Reliqua expediri poſſunt in rationibus decidendi. Imo ſæpe hic recurritur ad ergaſtula: mit Ihro K. M. Vorwiſſen, in ein Zucht-Haus zu bringen, und daſelbſt zu leidlicher Arbeit, bis zu ſeiner Beſſerung anzuhalten ſey, u. ſ. w. Formul. condemnandi ad opus publicum.

ARTIC. *CXCVI.*

Von Leibſtraffe, die nicht zum Tod oder gefänglicher Verwahrung, wie obſtehet, geurtheilet werden ſoll.

So eine Perſon durch unzweifliche endliche Uberwindung, die auch nach laut dieſer unſer Ordnung geſchehen, an ihrem Leibe oder Gliedern peinlich geſtraffet werden ſoll, daß ſie dennoch bey dem Leben bleiben möge, ſolch Urtheil ſoll der Richter, doch nicht anders, dann mit wiſſentlichem Rath oder Befehl ſeiner Obrigkeit und der Rechtsverſtändigen, zum wenigſten mit vier aus den Urtheilern oder Schöpffen, die er für die tüglichſten darzu erfordert, die ihm auch derhalben gehorſam ſeyn ſollen, beſchlieſſen, und von ſeines Richterlichen Amts wegen an dem Gericht eröffnen, und durch den Gerichtſchreiber öffentlich vorleſen laſſen. Es ſoll auch der Richter in obbemeldten Fällen daran

ſeyn, daß der Nachrichter ſein Urtheil vollziehe: dieſelben Urtheil ſollen, wie hernach folgt, im Auffſchreiben durch den Schreiber formiret werden.

Zu Formirung der nechſt nachgemeldten Urtheil ſoll der Gerichtſchreiber, wo in demſelben Artickul ein B. ſtehet, des Beklagten Nahmen benennen, aber da das C. geſetzt iſt, ſoll er die Sache der Ubelthat auf das kürtzeſte melden.

ARTIC. *CXCVI.*

VErba: die tüglichſten u. ſ. w. usque ad verba: formiret werden, in Norico ita concepta leguntur: die er für die tüglichſten darzu erfordert, beſchlieſſen, und ungebeten der Parthey, ſondern allein von des richterlichen Amts und Gewalts wegen (doch an der Richtſtatt) öffnen, und dem Gerichtſchreiber leſen laſſen, dieſelbige Urtheil ſollen (wie hernach folget) im Auffſchreiben durch den Schreiber geformiret werden. In Beſchlieſſung und Oeffnung obgemeldter Urtheil mag der Richter etliche Schöpffen, die er ohne ſondere Mühe und Koſten haben kan, ſeines Gefallens zu ihm erfordern, die ihm auch alſo, wie obſtehet, dazu gehorſam ſeyn ſollen. Es ſoll auch der Richter in obgemeldten Fällen daran ſeyn, daſs der Nachrichter ſein Amt vollziehe. Item in u. ſ. w.

NOTÆ AD ARTIC. *CXCVI.*

De conſeſſu judicii criminalis, quot ſcabinis conſtet.

Sententia capitis pœnam ingerens, non niſi in ſeptem, vel octo, *1 plane Scabinorum conſeſſu roganda & concludenda eſt. Sententia vero, quæ corporis tantum afflictionem, membrique mutilationem continet, minimum e *2 quatuor Scabinorum votis colligi debet atque corrogari. Actuarii munus eſt, ut deinde decretam ſententiam munde deſcribat, formulaque

laque ſtylo curiæ recepta exornet. Ne autem pro lubitu evagetur, & difficiles elegantias ſibi effingat, in ſequentibus articulis per ſingulas fere pœnas eundo, formulæ exempla tradit compilator noſter. Cæterum in eo quoque judex eſſe debet, ut ſententia collecta, deſcriptaque per carnificem neceſſariæ executioni *3 mandetur.

*1 Ita continetur ſupra Art. LXXXIV. ubi *vid.* *ſ. 6.*

*2 Ita in textu noſtro, jamdiu vero res ad collegia Juridica rediit.

*3 Ne ſcilicet juſtitia in quæſtum vertatur, dum vel loco gravioris pœnæ, mulcta pecuniaria per judicem a delinquente extorquetur, vel ex intempeſtiva miſericordia, vel abſurda ſtatus ratione, ſeverioris ſententiæ executio variis artificiis ab ipſo judice eluditur.

ARTIC. *CXCVII.*

Einführung der Urtheil vorgemeldter peinlichen Leibesſtraff halben, die nicht zum Tod geſprochen werden.

NAch fleißiger wahrhafftiger Erfindung, ſo nach laut Kayſer Carls des Fünfften, und des heil. Reichs Ordnung beſchehen, iſt zu Recht erkannt, daß B. ſo gegenwärtig vor dem Richter ſtehet, der mißthätigen unehrlichen Handlung halben, mit C. geübet.

ARTIC. *CXCVII.* usque ad *CCIII.*

IN projectis non differunt ab impreſſo.

NOTÆ AD ARTIC. *CXCVII.*

Quæ hoc Articulo inſeruntur: nach laut Kayſer Carl des Fünfften und des heil. Reichs-Ordnung u. ſ. w. in *An hodie in ſententiis ſemper mentio fit Carolinæ?*

in formulis modernarum ſententiarum hic & in vicinis collegiis Juridicis omittuntur, juriumque allegatio ad rationes decidendi ablegatur. *

* De quibus actum in *diſſert. de rat. decid.*

ARTIC. *CXCVIII.*

Merck die nachfolgende Beſchlüß einer jeden Urtheil.

Abſchneidung der Zunge.

Oeffentlich in Pranger oder Halßeiſen geſtellt, die Zungen abgeſchnitten, und darzu, bis auf kündliche Erlaubung der Obrigkeit, aus dem Lande verwieſen werden ſoll.

Abhauung der Finger.

Oeffentlich in Pranger geſtellt, und darnach die zween rechte Finger, damit er mißhandelt und geſündiget hat, abgehauen, auch fürter des Landes, bis auf kündliche Erlaubung der Obrigkeit, verweiſt werden ſoll.

Ohren abſchneiden.

Oeffentlich in Pranger geſtellt, beyde Ohren abgeſchnitten, und des Landes, bis auf kündliche Erlaubung der Obrigkeit, verweiſt werden ſoll.

Mit Ruthen aushauen.

Oeffentlich in Pranger geſtellt, und fürter mit Ruthen ausgehauen, auch des Landes, bis auf kündliche Erlaubung der Obrigkeit, verweiſt werden ſoll.

Merck,

Digitized by Google

Merck, ſo ein Ubelthäter zuſamt einer aufgelegten rechtlichen Leibsſtraffe, jemands ſein Gut wieder zu kehren, oder aber etwas von ſeinen eigenen Gütern zu geben verwürcket, wie deshalb hievor in etlichen Straffen, nemlich von fälſchlichem Abſchweren, im 170. Articul anfahend, Item, welcher vor Richter oder Gericht. Auch der Unkeuſchheit halben, ſo ein Ehemann mit einer ledigen Dirne übet, im 120. Articul, anfahend, Item, ſo ein Ehemann einem andern, und dann die böſe Geſtaltniß zweyfacher Ehe betreffend, am 121. Articul, anfahend, Item, ſo ein Ehemann ein ander Weib ꝛc. geſetzt iſt, dergleichen in etlichen Diebſtälen, wie oben angezeigt iſt ꝛc. Oder ſo ſonſt in unbenannten Fällen dergleichen zu thun, rechtlich erfunden würde, ſo ſoll ſolche Wiederkehrung oder Dargebung des Guts, mit lautern Worten an die Urtheil, wie das geſchehen ſolt, gehangen, beſchrieben und geöffnet werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CXCVIII.*

§. 1. Prima continet pœnam abſciſſionis linguæ, *1 quæ blaſphemis ſecundum Art. CVI imminet. Sed jam *ibid.* diximus, quod nec in hoc crimine in foro utriusque Saxoniæ hæc pœna frequentetur. *2 — *De pœna abſciſſionis linguæ.*

*1 Refert FROELICH. *l. 254. n. 4.* duplicem modum: daſs die Zunge aus dem Rachen durch das Genicke geriſſen und abgehauen, 2) daſs ſie aus dem Munde gezogen und abgeſchnitten wird. — *Quotuplex?*

*2 Sunt adhuc provinciæ, ubi lingua delinquenti hodienum abſcinditur v. c. in Auſtria inferiori in caſu præmeditatæ horrendæque blaſphemiæ. Nam blaſphemans ejusmodi jubente Cæſare Leopoldo *art. 59. der Nieder-Oeſterreichiſ. Land. Ger. Ordn.* candentibus forcipibus aduritur, imo lora e corio illius ſecantur, lingua cum manu ab- — *Uſus ubi hodienum?*

abſcinditur, & dein ita truncatus vivus in rogo comburitur. Dein in Comitatu Tyrolenſi *L. VIII. art. 20. des Land-R. P. CXXIV.* ei, qui judicialiter pejeravit: wird die Zunge ſammt den Schwer-Finger abgehauen. Temperari tamen ſolet, ut non integra lingua, ſed tantum pars anterior, das vordere von der Zungen abſcindatur. Plura loca, ubi lingua blaſphemis abſcinditur *vid. C. XLVI. P. I.* DOEPL. Notabilis eſt ſententia ſcabinorum Coburgenſium, qui contra blaſphemum ita quondam pronunciarunt: möchtet ihr ihn mit der Zunge auf einen Stock nageln laſſen, als lange er ſie ſich ſelbſt ausreiſſen müſte. In veteribus legibus Germaniæ noſtræ hanc pœnam non invenio, ut proinde aliunde quondam in eam irrepſiſſe videatur. Olim *in dem Böhmiſch. Stadtr. cautum:* der ſich rühmet, eine ehrliche Jungfrau erkandt zu haben, dem ſoll man ein Stück von der ZUNGE ſchneiden, und des Landes verweiſen. Sed JOSEPHUS I. arbitrariam ſubſtituit *pag 480. Böhmiſch. Stadtr. pag. 120. Böhm. Mähr. Schleſ. Hals-Ger. Ordn.*

Quid abſcindi ſoleat?

von Annageln der Zunge.

von Finger Abhauen.

§. 2. Secundo loco refertur abſciſſio digitorum, ut delinquens ad palum ignominioſum poſitus, duorum digitorum amputatione ob commiſſum perjurium mulctetur. *

* Egimus de hac pœna *ſupr.* ad Art. CVII. CVIII. confer. DOEPLER. *l. c. XLVIII. per tot.*

von Hand und Ohren abſchneiden.

§. 3. Aliquando etiam ad numellas ſiſti jubetur, dein autem aures abſcinduntur miſero, accedente relegatione. *

In quibus delictis hæc pœna obtineat.

* Quondam ſpoliatoribus rerum ſacrarum aures abſcindebantur apud Saxones. In Gallia erat pœna ſervorum fugitivorum, ut & furum, *vid. du* FRESNE *verb.* AURIS. Ubi etiam notat, quod pœna militaris olim fuerit, uti hodienum aliquando eſt. Deinde & lenones aurium amputatione coërceri cœperunt *ſupr. Art. CXXIII.* STRYK. *de jur. ſenſ. diſſ. III. c. 5.* pertinet huc DOEPL. *CXLIII.* Collegia utriusque Saxoniæ vix pronunciant hodie, ut hæc pœna

pœna infligatur *vid. ſupr. ad d. Art. CXXIII. not.* *5 Neque ſine cauſa. Nam mali hac ignominioſa pœna irritati ſubinde ad pejora prolabuntur. DOEPLER. *p. 869. med. l.* Licet quidam v. c. VSILLVS & BODINVS aurium abſciſſionem potentiam generandi ſubmovere, & ita totum veluti malum hominum genus, per hanc pœnam tolli poſſe opinentur *vid.* KNICHEN *in oper. p. 41. in fin.* Statutum *Colon. vid. apol. Electoral. p. 155.* aurium amputatione mulctat perfidos: die mit der ihnen anvertrauten Habe durchgehen.

§. 4. Sequitur pœna uſu receptiſſima *1 fuſtigatio ſcilicet. Formula eam decernendi eſt, ut delinquens, poſtquam publico ſpectaculo ad numellas inſerviit, virgis cædatur, & quamdiu ſuperiori viſum, relegetur. *2 Von Staubbeſen.

*1 Nam pœna hæc adhibetur 1) in omni fere delicto capitali, ſi circa decernendam pœnam capitis dubium aliquod occurrit 2) in criminibus extraordinariis gravioribus 3) in concurſu plurium delictorum non adeo magnorum, ſi delinquens præcipue ſit perſona viliſſimi animi, aut vagabunda, quæ relegationem tantum pro miſſione de territorio in territorium habet. Imo 4) in genere, quotiescunque ſanguinem profundere collegiis Juridicis religio eſt, pœnæ autem arbitrariæ carceris, vel relegationis nimis leves videntur; totiescunque ad fuſtigationem tanquam ſapientiſſimum, ut credi ſolet, medium itur. Interim plures fuerunt, tam inter privatos, quam imperantes, quibus fuſtigatio incommodum homines emendandi remedium viſum eſt. Siquidem 1) ejus applicatione non emendatur delinquens, ſed propter infamiam hanc pœnam comitantem ad omne honeſtum vitæ genus inhabilis redditur 2) aliis civibus, ut de extraneis evidenter conſtat, hoc ſupplicio non conſulitur, ſed fuſtigatus ab omnibus odio & contemtui habitus, potius ad nova facinora excitatur. Hinc fuſtigationem *ſuggerere initiationem ſuſpendio* dixit KNICHEN *p. 227. oper. n. 267.* Idem fere tenent OLDEKOP. *tr. contra* CARPZ. *p. 241.* BESOLD. *in theſ. pr. verbo:* De frequenti ejus uſu & ejusdem prohibitione in ducatu W. & provinciis regiis.

verbo: *Ruthen aushauen*, & noviſſime DN. BODINVS *in diſſert. de fuſtig. abuſ.* Inter principes Dux Wurtenbergenſis Jo. Frid. An. 1627. jam abrogavit hanc pœnam; integram conſtitutionem laudabilem recitat BESOLD. *d. l.* Deinde non ita pridem Auguſtiſſimus BRITTONVM REX DN. noſter longe clementiſſimus, eandem e provinciis ſuis Germanici juris, longe abeſſe, & una cum numellis, ſeu palo ignominioſo (dem Schand-Pfahl) exulare juſſit. Ut jam ſupra notavimus. Imo An. 1727. Carolus VI. Romanorum Imperator AVGVSTVS, pariter fuſtigationem, ſed cum diſtinctione, ſuſtulit, ut non fuſtigentur indigenæ, ſed delinquentes aliunde orti, forte in terris Cæſareis peccantes. Ubi vero adhuc uſu obtinet, ibi judici valde commendandæ ſunt BODINI cautiones, 1) ut contra homines: die in ehrlichen Zünfften und Gilden ſtehen, fuſtigatio non facile adhibeatur 2) nec contra eos, de quibus ſpes emendationis veroſimiliter ſupereſt, 3) non niſi in criminibus, quæ capitis, vel naturalis, vel civilis ademtionem alias, ſi plene probata, merentur 4) non facile in provinciis, ubi ergaſtula, vel alia occaſio homines condemnandi ad operas publicas. Quod ſi tamen jura loci aperte fuſtigationem latius, cum reſpectu perſonæ, tum reſpectu criminum extendunt, aliud dicendum, judicique cogitandum: *Lex quidem dura ita tamen ſcripta.*

Bodini cautiones circa fuſtigationem.

Origo ejusdem.

*2 Origo hujus ſupplicii non videtur quærenda apud Romanos. Nec enim apud illos ictus fuſtium ſemper infamabat, uti conſtat ex famoſo *l. ictus fuſtium, de his qui not. infam. add.* CORASIVM *tom. I. p. 61.* Servabatur quoque diſtinctio: Ictus fuſtium ſpectabat ad pœnas liberorum humiliorum, virga & flagella applicabantur ſervis, honeſtiores vero a fuſtibus exempti erant per imperialia reſcripta *vid. L. 28. §. 2. de pœn.* MATTHÆI *pag. 761.* Noſtra fuſtigatio autem ſemper infamat. Quidam derivant initia hujus pœnæ ex antiquis formulis: es gehet an Haut und Haar, item Haut und Haar abſchlagen *confer. L. I. art. 37.*

Digitized by Google

37. *L. II. art. 13. Spec. Saxon.* in diplomate Henrici Claudi *apud* BROWER. *p. 254. Antiq. Fuldenſ.* dicitur: CORIUM & CAPILLOS *tollere,* & *in diplom. ejusd.* Imperatoris *127. tom. I. Freher, edit. noviſſ. Chronic. Laurisham: principi factionis tollantur capilli & corium; & curaxetur ferro candenti, ejusque ſequaces cute & capillis priventur.* Magis ad ſcopum facit diploma Adelhaidis Abbatiſſæ Quedlinburgenſis de An. 1068. verbis: *crinibus turpiter adſciſſis,* VIRGIS (ita enim legendum puto, non JURGIS, ut impreſſum alias *p. 168. apud* KETNER) *excorietur.* Item locus *Specul. Saxonic. L. III. Art. XLV.* zwey *Beſen* und ein *Scher* iſt die Buſſe derer, die mit Dieberey oder mit Raub ihr Recht verwürcken. Scilicet virgis & fuſtium pœnæ regulariter quondam conjuncta erat reſectio capillorum. Confirmant præter jam dicta hunc ſenſum locus *Taciti de M. G. p. 16.* edit. CONRINGII, quem ſupra ad *Artic. CXX.* circa pœnam adulteræ laudavimus, & jus Longobard. *L. I. p. 544. circ. fin. apud Lindebrog.* ubi de mulieribus turbas cientibus & graſſantibus dicitur: *comprehendat judex ipſas mulieres, & faciat eas* DECALVARE & FUSTARE *per vicos vicinantes iſtius loci, ut ceteræ mulieres talem malitiam facere non præſumant.* Recentior proinde eſt interpretatio *Specalatoris Suevici* qui *cap. CXV. §. 4.* inquit: Zu Haut und Haar ſchlagen, das ſind 40. Streiche. Ceterum pœna deſcripta infamiam delinquenti attrahebat, adeo, ut etiam, qui redimeret, ſi ſpeculatori credendum, infamis fieret. Ita enim *L. I. Art. 37.* jus Saxon. die ihr Haut und Haar ledigen, die ſind alle Rechtlos. Hoc tamen non extenderem indiſtincte ad omnem Germaniam. Nam *in cit. diplom.* apud FREHERUM, Cæſar concedit licentiam, capillos & pellem redimendi ſexaginta ſolidis, advocato Laurishamenſi ſolvendis, ſine ulla infamiæ mentione. Plane Wiſigothi *vid. L. II. tit. I. §. 17. 18. LL. Wiſigoth.* diſerte certis caſibus infamiam ab ictu fuſtium ſeparârunt. Ex his, ut opinor conjici poteſt de ortu: unſers Staupenſchlags. Scilicet crinium abſciſſio ſucceſſu temporis adempta eſt, & reliquæ ceremoniæ acceſſerunt, vel judicis,

De formula: Haut und Haar.

vel carnificis, ad quem executio pœnæ hujus rediit, induſtria. Modus enim variat, ſic alicubi ad numellas: bey dem Kag miſer flagellatur, alibi per plateas carnifex eum reſti alligatum ante ſe agit. Aliquando, cum ire nollet, currui una cum carnifice impoſitum delinquentem, & ita magis ſolemniter fuſtigatum fuiſſe obſervavi. Recte autem OLDECOP. *p. 868.* apud DOEPLER. contra CARPZOVIUM defendit, quod judex hanc pœnam paulo ante executionem debeat delinquenti intimare, cum, ut de ulteriori defenſione deliberare, tum, ut in omnem eventum reculas ſuas componere poſſit. De præſtatione Urphedæ, de cura judicis, ne carnifex plane verberibus conficiat delinquentem, item de perſonis fuſtigandis *vid. Eundem cap. XXXIX. per tot.*

De relegatione cum fuſtigatione cohærente.

§. 5. Fuſtigationi hodiernæ non amplius temporaria, * ſed regulariter perpetua relegatio cohæret. Ni fuſtigatus ſit inſigniter malus, ut in aliorum ſecuritatem, cuſtodiæ perpetuæ eum mancipare præſtet. Reliqua vero de reſtituendis rebus, vel pretio ſolvendo, vel alia legali ſatisfactione, in ſententiis pro re nata hodienum exprimuntur.

* Quare nec verba: bis auf Erlaubung der Obrigkeit, tanquam additamentum meræ gratiæ, non juris, ſententiis amplius adduntur; ſed ſimpliciter pronunciatur: nach abgelegter Urphede mit Staupenſchlägen des Landes auf ewig zu verweiſen.

An Carolina e Bambergenſi?

§. 6. Ex eo, quod hic ad Articulum CXX. & Artic. CXXI. ratione civilis ſatisfactionis provocetur, nec tamen ibi aliquid hujus rei inveniatur, e contra autem hæc omnia latius in ordinatione Bambergenſi extent: probari nequit, quod Carolina noſtra e Bambergenſi exſcripta, non una autem omiſſa ſint. Nam, quæ in Bambergenſi hodienum leguntur in Artic. CXLV. & CXLVI. probabiliter extant quoque in projecto primo

no-

noſtræ Carolinæ de Anno 1495. quo conſilio autem deinde in recentioribus exemplis delata fuerint, mihi nondum conſtat.

§. 7. Omiſſa hic eſt: die Gefängniſs-Straffe, *1 cum formula ſententiæ, quæ varia. 1) Als wird Inquiſit N. ſeiner Begünſtigung wegen, mit einem 14. tägigen Gefängniſs billig in Straffe genommen. 2) Aliquando inſeritur: worinn er mit Waſſer und Brodt zu ſpeiſen. 3) Aliquando alternative pronunciatur: werden Inquiſiten alle beyde, entweder mit 14. Tage Gefängniſs, oder einer Geld-Buſſe von 10. Rthlr. billig geſtraffet. 4) Alicubi, ut in Saxonia, judex decernit: daſs Inquiſit ſeines Exceſſes halber entweder mit 6. Tage Gefängniſs zu beſtraffen, oder 18. Tage dem Publico zum Beſten, *2 ohne Entgeld zu einer leidlichen Arbeit anzuhalten. De pœna carceris.

*1 De carcere hinc inde dictum, *vid infr. ad Art. CCXVIII.* & varia notabilia in *Specim. pag. 912. 913. tit.* de carcere.

*2 Computantur ſcil. vor einen Tag zu ſitzen, 3. Tage zu arbeiten. Quæ formula, cum & publico proſit, & delinquentem emendet, e duplici capite commendationem meretur. Quamvis adhuc æquius mihi videretur, ſi lege aliqua dies carceris & laboris publici æquiparentur. Nec enim egeno v. c. trium ſeptimanarum carcerem merito, poſſibile eſt, ut per novem ſeptimanas gratis laboret.

§. 8. Ulterius nil hic habetur de pœna abſciſſionis naſi. Decernitur fere in militari foro in crimine deſertionis, vid. LUNIG. l. 909. 912. *Corp. jur. milit.* Addi ſolet condemnatio perpetua ad opus publicum. * De abſciſſione naſi.

* Varia de hac pœna, ut ſolet, corraſit DOEPLER. *I. cap. 43. per tot.* De Henrico V. legi, quod poſt fatale illud pactum cum pontifice de epiſcoporum conſtitutione Anno

no 1122. initum; Romam vindictæ cauſa reverſus, urbem obſederit, Romanos ceperit, captosque fere omnes aut cœcaverit, aut, ut loquitur GOTTFRIED VITERBIENSIS *pag. 506. chron.* DENASAVERIT. Nec incognita olim hæc pœna LONGOBARDIS, WISIGOTHIS, FRANCIS; loca legum indicat du FRESNE verb. *denaſatur.* LEO NOVELL. 32. naſos abſcindere juſſit adulteris.

§. 9. De mulctis juris civilis *l. 6. §. f. de offic. Præſid. L. 2. §. f. de judic.* ubi arbitrium mulctarum refertur ad jurisdictionem. De jure Canonico circa mulctas, vid. *Libr. von Send-Ger. in indice verbo: Geld Straffe.* De abuſu mulctarum FRITSCH. *ſcript. ſing.* De mulctis in genere vid. ZYLLES. *libr. ſingul.*

ARTIC. *CXCIX.*

Form der Urtheil, zu Erledigung einer beklagten Perſon.

So aber, nach laut dieſer unſer und des heil. Reichs Ordnung, eine Perſon, ſo um peinlicher Straff willen angenommen und beklagt wäre, mit Urtheil und Recht, ledig zu erkennen beſchloſſen würde, dieſelbige Urtheil ſoll ungefährlich nachfolgender Maſſen beſchrieben, und nach Befehl des Richters, auf dem endlichen Rechts-Tage, als vor in dem 99. Artickul, alſo anfahend, Item, würde aber der Beklagte, &c. gemeldet wird, öffentlich geleſen werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CXCIX.*

De formulis abſolvendi in utroque proceſſu.

§. 1. Formula abſolvendi in gratiam actuarii novitii, his tribus articulis quoque ſubjicitur. *1 Mentio quoque fit in Artic. CCI. expenſarum, ſed hæc reſervabimus ad Artic. CCIV. Tandem additur de ſatisfactione civili monitum. *2

I. In accuſatorio,

*1 Moribus formula eſt in proceſſu accuſatorio: daſs Ankläger

ger wider Angeklagten, dasjenige, ſo ihm v. c. der angeklagten Mordthat halber zu erweiſen obgelegen, und er ſich angemaſſet, wie recht nicht erwieſen, mithin Angeklagter von der wider ihn angeſtelten peinlichen Klage billig zu abſolviren und loszuzehlen u. ſ. w. In inquiſitorio: das Inquiſit die etwan wider ihn ſtreitenden indicia in ſeiner Defenſions-Schrifft nach Nothdurfft abgelehnet, folglich von der wider ihn erhobenen oder angeſtelten Inquiſition nunmehro billig zu entbinden. II. Inquiſitorio.

Quod ſi in criminibus levioribus denunciatus pro declinanda inquiſitione ſpeciali, aut juramento purgatorio avertendo, eventualiter certam pecuniæ ſummam obtulerit, quod, ut Vitebergenſes contra Lipſienſes *ap.* BERGER. *in elect. crimin.* oſtendunt, facere poteſt, pronunciari ſolet: daſs N. etwas ſonderliches, ſo ihm zu Abwendung der Inquiſition zu ſtatten kommen möchte, nicht ausgeführet, derowegen auf gewiſſe Inquiſitional-Articul allerdings zu antworten ſchuldig. Er wolte dann lieber X. Thl. Straff erlegen, ſo wurde zwar mit der Inquiſition wider ihn angeſtanden, er iſt aber nichts deſtoweniger die in der Sachen aufgewandte Koſten zu bezahlen ſchuldig. De conditionali: ſi mulctam ſolverit, & monito GRIEBNERI.

Diſputat quidem contra hanc formulam Dn. GRIEBNER. *diſſert. de regal. princ.* notatque Anno 1712. Vitebergenſes ſibi ab eadem temperaſſe, ne jus abolendi principis involarent veritos. Etenim ſi supponitur, ut decet ſupponere, quæſtionem tantum eſſe de delicto, quod vel probatum, vel confeſſatum, nonniſi mulcta coercetur, nihil juris abolendi continet ejusmodi ſententia, ſed tantum mulctam anticipando, inanes inquiſitionis ambages præſcindit; quod ipſum judicis officio continetur. Imo in genere quid & quomodo pronunciandum, ipſa acta ventilata ſuppeditabunt, hæc enim merito a veteribus dicuntur vehiculum ad ſententiam. Ex his itaque diſcendum, an a tortura, an a pœna ordinaria, an ab omni pœna, an plane reſervato contra denunciantem, vel judicem injuſte procedentem regreſſu, inquiſitus, vel inculpatus ſit abſolvendus, *conf. ſupr. ad Artic. XCIX.*

*2 De ſatisfactione civili egimus *ſupr. Art. XII. XIII. XCIX. LXVIII. in fin.*

An in criminalibus locus exceptioni rei judicatæ &

§. 2. Quod attinet ad effectum rei judicatæ & quæſtionem: an ſemel de certo crimine abſolutus, de eodem denuo reſpondere teneatur? tenendum eſt 1) quod in criminalibus omnino quoque reus abſolutus gaudeat exceptione rei judicatæ *l. 7. §. iisdem de accuſat.* MATTHAEI *p.* 829. *c. 6. X. de accuſat.* *1 2) Quod hæc regula non tantum obtineat in ea ſpecie, *2 ubi reus abſolutus eſt, ob probatam innocentiam, ſed & in ea, ubi abſolutus defectu probationum accuſatoris, qui nocentiam probare non potuit, neque dein audiendus accuſator, *3 ſi novas probationes allegat. MATTHAEI 830. 831. 3) Quod reus perpeſſa tortura abſolutus, pariter exceptione rei judicatæ in perpetuum tutus ſit, ut docte probat idem MATTHAEI *pag.* 721. *ſequ.* Interim, ſi nova indicia, novæque probationes emergant, favore reipublicæ, ne delicta maneant impunita, denuo contra abſolutum inquiri poſſe, ſtatuunt ZANGER. *c. V. n.* 10. I. *de tortura* CARPZ. *Qu.* 125. *n.* 8. MYNSING. BESOLD. Quos citat & tandem ſequitur LAUTERBACH. §. 57. *de quæſt. in fin.* nec aliter CLASEN. *ad Artic. LXI. pag.* 218. *c. fin.* ipſe GRANZ, qui alias prolixe in favorem reorum pro auctoritate rei judicatæ diſputat *II. pag.* 292. Ut proinde in foro Germaniæ res eo redierit, ut abſolutus poſt torturam nunquam contra novam accuſationem, aut inquiſitionem ſecurus ſit, niſi tertia vice jam ſuper uno delicto tortus abſolutusque, aut crimen præſcriptum ſit. *4 Porro 4) reus præſtito juramento purgatorio abſolutus ex mente GLOSSAE *jur. can.* ABBATIS, *vid.* ZOES. *n.* 8. *X. de purgat. can.* re judicata contra novam probationem defendendus quidem

quid ſi nova indicia emergant.

eſt:

eſt: interim & ab hac opinione receſſit praxis noſtra teſte STRYKIO *Vol. Hallenſ. II. p.* 1335. Nec enim juramenti contra novas probationes major vis eſſe poteſt, quam torturæ cruciatuum. Itaque 5) illa quoque regula, quam *n.* 2. *verbis*: *ſed & &c.* ex MATTHAEI adduximus, in praxi noſtra vix admittetur. Rationes adduci ſolent, quod reipubl. interſit, ne delicta maneant impunita, quod formalia proceſſus & inde ortæ regulæ non debeant obeſſe publicæ ſaluti. *5

*1 Utitur iisdem textibus STRYK. *Vol. VIII. p.* 1335. additque *legi 7. de accuſ. &c. c.* 6. *X. eod. tit.* adhuc *legem 4. ſ. 2. de adulter.* Qui textus ſat evidentes ſunt, præcipue *c.* 6. *X. de accuſat.*

*2 Hanc diſtinctionem quoque adducit GVAZZINI *p.* 112. *n.* 4. 5. & approbat *n.* 9. quaſi in foro abſolutus ob defectum probationis, novis emergentibus non eſſet tutus. Fatetur tamen *n.* 10. hoc repugnare juri communi. Sed GRANZIVS *II. pag.* 226. uſum diſtinctionis nominatim quærit in adulterio, ut adultero abſoluto ex defectu probationis, hoc non proſit ad abſolutionem correæ, bene autem, ſi abſolutio ob probatam innocentiam facta. — Sententiæ DD. de diſtinct. inter diverſ. abſolutiones.

*3 Imo non intereſt: an proceſſus fuerit accuſatorius, an inquiſitorius; eadem ubique auctoritas eſt rei judicatæ GONZALEZ *ad cit. c.* 6. *n.* 6. — An h. diſtingu. inter proceſſ. accuſat. & inq.

*4 Quibus accedit GRANZ. *n.* 51. *d. l.* citans *l.* 18. *de quæſt.*

*5 Limitationes regulæ, de re judicata in criminalibus, allegantur 1) ni abſolutio facta ſit tantum ab inſtantia, v. c. propter defectum libelli, aut accuſatoris. GONZAL. *n.* 7. *d. l.* 2) formula: noch zur Zeit, vel bewandten Dingen nach, in Ermangelung ſtärckeren Verdachts u. ſ. w. vid. STRYK. *d. l.* GVAZZINI *num.* 7. 3) Ni dolus, prævaricatio, vel ſimile quid abſolutionem produxerit *l.* 30. *ſ. in popularibus tit. de jurejur.* 4) Ni abſolutio non ſententia, ſed v. c. transactione, abolitione temporaria contigerit *iid. d. l.* 5) Ni abſolutio tantum facta, quoad intereſſe civile *l. un. C. quando civilis actio.* Non tamen — Quando auctoritas rei judicatæ in criminalibus ceſſat.

6) ſi

6) ſi allegetur, quod quis juſto levius puniatur, vel 7) quod abſolutio contigerit in alio judicio. Nam res judicata extendit auctoritatem de foro ad forum. GONZALEZ & GRANZ *dd. ll.* Excipe cauſas capitales, quorum abſolutio in foro eccleſiaſtico non obeſt judici ſeculari, *c. felicis. §. per hos de pœn.* ubi GONZAL. *n. 9.*

ARTIC. CC.

Noch eine Erinnerung.

In nechſt nachgeſetzten Artickuln, zu Einführung einer Urtheil, ſoll der Gerichtſchreiber in Beſchreibung ſolcher Urtheil, an des A. ſtatt, den Nahmen des Anklägers, für das B. den Nahmen des Beklagten, und da das C. ſtehet, des Beklagten Ubelthat melden.

ARTIC. CCI.

Wort der Urtheil, zu Entledigung einer beklagten Perſon.

Auf die Klage, ſo C. halben, von wegen A. wider B. ſo zugegen vor dieſem Gericht ſtehet, geſchehen iſt, auf des Beklagten Antwort, und alles nothdürfftige Einbringen, gründliche fleißige Erfahrung und Erfindung, ſo alles nach laut Kayſer Carls des Fünfften, und des Reichs Ordnung deshalben geſchehen, iſt derſelbig gemeldte Beklagte, mit endlicher Urtheil und Recht von aller peinlicher Straff ledig erkannt: Es wäre dann Sach, daß der Ankläger ſeiner Klag rechtmäßige Urſach gehabt, dadurch der Richter beweget werden möchte, die Koſten und Schaden, aus redlichen, gegründeten, rechtlichen Urſachen zu compenſiren und zu vergleichen. Und was fürter die Partheyen Schaden oder Abtrags halben gegen einander zu klagen vermeinen, das ſollen ſie nach Ausweiſung obgemeldter Ordnung mit

Digitized by Google

mit endlichen bürgerlichen Rechten vor demſelben Gericht, oder ſo von Amtswegen geklagt wird, vor derſelben, ſo von Amtswegen klagten, nechſten ordentlichen Obrigkeit austragen.

ARTIC. *CCII.*

Daß die Gerichtshändel und Urtheil in dem Gericht ſollen behalten werden.

Ein jeder Gerichtshandel und Urtheil, wie vor von Beſchreibung der aller gemeldet wird, ſoll fürter nach Endung des Rechten gäntzlich in dem Gericht behalten werden, und von Gerichtswegen in einer ſondern Behältniß verwahret werden, damit wo es künfftiglich noth thun würde, ſolcher Gerichtshandel daſelbſt zu finden wäre.

NOTÆ AD ARTIC. *CCII.*

Denuo in hoc articulo cuſtodia actorum & ſententiarum criminalium a Cæſare commendatur, additurque, ut peculiare repertorium his omnibus deſtinetur, quo in uſum futurum inde depromi poſſint. *

* Uſus aſſervationis varius eſt, 1) ut ipſe judex actis aſſervatis contra deliquentem vel familiam, aut amicos illius, ſi quando calumniæ de modo procedendi in vulgus ſpargantur, ſe defendere queat 2) ut aliis judiciis caſu eveniente acta inſervire poſſint 3) ut quædam rerum ſimiliter judicatarum ſeries, inde in futuram utilitatem comparetur.

ARTIC. *CCIII.*

Damit der Gericht-Schreiber alles recht vernehmen möge, ſoll er ſich deſſen erkunden.

Welcher Gericht-Schreiber aus dieſer vorigen Anzei-

zeigung nicht gnugſam Verſtand vernehmen möchte, wie er daraus einen jeden gantzen Gerichtshandel, oder Urtheil formiren ſolte, der ſoll erſtlich vorgemeldte ſeine Obrigkeit um Erklärung anſuchen, und wo aber vorgemeldte Obrigkeit des auch nicht gnugſamen Verſtand hätte, ſo ſollen ſie bey andern Verſtändigen Rath ſuchen.

ARTIC. *CCIII.*

INter Articulum CCIII. & CCIV. in Norico inſerta ſunt ſequentia, quæ tamen dein omiſſa ſunt in Vinarienſi: Mit was Worten einer in die Mordacht geſprochen wird. So jemand dermaſſen, als oben davon gemeldet, zu der Mordacht verurtheilet wird, ſollen ſolche Wort der Acht alſo aus einen Zettul verleſen werden:

Als auf Klag des N. du N. als Beklagter, mit Urthel und Recht, zu der Mordacht urtheilt worden biſt, als nimm ich deinen Leib aus dem Friede und ſetze ihn in den Unfrieden, und verkünde dich Ehrloſs, du ſolſt auch weder Frieden noch Geleit haben, und iſt allermänniglich erlaubt über dich, alſo daſs niemand an dir freveln kan noch ſoll, der dich an deinen Leib angreifft, beſchädiget oder verletzet.

So aber jemand, ehe er zu der Mordacht an einem peinlichen Gericht, als obſtehet, rechtlich fürgenommen würde, ſeine Unſchuld an einen ordentlichen Ober-Gericht auszuführen angefangen hätte, alsdenn ſoll ſolche Klage um die Mordacht, an dem peinlichen Gericht nicht Statt haben, ehe ihm gemeldete ſeine angefangene rechtliche Ausführung, an demſelben ordentlichen Ober-Gericht, endlich aberkandt würde.

NOTÆ AD ARTIC. *CCIII.*

Quod ſi Actuarius usque adeo non tantum ſtyli curiæ

curiæ ignarus ſit, ut vota judicis & aſſeſſorum proprio Marte in formam ſententiæ redigere nequeat, ſed inſuper in tantum indocilis exiſtat, ut nec formulas a cæſare præſcriptas, ſatis feliciter imitari & applicare poſſit: tunc ſi anceps & dubius in ſuo officio hæret, præſidem judicii, & ſi hic pariter non plus ſapiat ipſo actuario, alios juris & artis peritos conſulere debet.* Quid agendum actuario indocili & omni imperito.

* Ad hoc monitum nihil eſt monendum. Eſt enim æternæ veritatis, quod minus periti proficere debeant per peritiores, quodque in officio conſtitutis non ſufficiat excuſatio, quod hoc, vel illud ignoraverint, ſi diſcere idem ab aliis potuerit. Nam nota parœmia eſt: *Nihil ſcire regulariter non eſſe opprobrio, ſed nihil diſcere velle.*

ARTIC. CCIV.

Von den Gerichtskoſten, an den peinlichen Gerichten.

Eine jede Obrigkeit der peinlichen Gerichte ſoll ſolcher Gerichts-Koſtung und Atzung halb ziemliche und gleichmäßige Ordnung machen, daß dadurch niemand überflüßig beſchwert, und beſchuldete Ubelthäter deſto leichtlicher zu gebührlicher Straffe gebracht, und aus Furcht unbilligs Unkoſten, Recht und Gerechtigkeit nicht verhindert werden. Und ſoll ſonderlich ein Ankläger für eines Beklagten Atzung und Wartgeld dem Büttel Tag und Nacht über ſieben Creutzer zu geben nicht ſchuldig ſeyn. Wo aber Herkommen wäre in ſolchen Fällen minder zu nehmen, dabey ſoll es bleiben, und was aber ſonſt Gerichts- und andere Koſten, auf Beſetzung des Gerichts, der Schöpffen oder Urtheiler Koſtgeld, auch Gericht-Schreibern, Bütteln, Thürhüter, Nachrichter und ſeinem Knecht auflauffen würde, ſoll durch des Gerichts oder deſſelben Gerichts Obrigkeit ohne des Klägers Nachtheil bezahlt werden.

ARTIC. *CCIV.*

LOco verborum: und ſoll ſonderlich ein Ankläger u. ſ. w. in Norico habetur: Und ſoll zu mehrer Abſchneidung übriger Gerichts-Koſten, an dem enthafften peinlichen Gerichten, über zwölff Schöpffen, oder Urtheiler nicht geſetzet werden. Und wo der Gebrauch iſt, ihnen einmahl zu Eſſen zu geben, ſoll man doch der jeden über vier Kreutzer, oder ſo viel Werths für ſolche Mahlzeit nicht bezahlen.

NOTÆ AD ARTIC. *CCIV.*

De parſimonia judicis circa expenſas criminales.

§. 1 Tractatur hic de expenſis: generatim judici injungitur, ut quantum fieri poteſt, illis parcat, præcipue ex illo capite, ne accuſatores expenſarum mole deterriti, plane abſtineant a criminum accuſatione.

Regulæ carolinæ de expenſis.

Regul. I. de accuſatore temerario.

§. 2. (I.) Ceterum quod argumentum expenſarum attinet, de illo in Carolina noſtra extant textus ſequentes 1. *Artic. XII.* daſs der Kläger auf dem Fall, da er die angeklagte Miſſethat entweder ſelbſt, oder doch redliche und genugſame Anzeigung * nicht erweiſen möchte, der Unkoſten, Schaden und Saumniſs des Angeklagten wegen Vorſtand beſtellen ſoll. Unde regula I. *accuſator temerarius omnes expenſas criminales ſolus ferre debet.*

Quis temerarius dicendus?

* Obſerva definitionem accuſatoris temerarii. TEMERARIUS ſcilicet eſt: *qui accuſavit ſine dolo quidem & ſine calumnia, verum ſimul, ſine probatione criminis, indiciorum, aut ſpeciei criminis, vid. Art. LXI.* verb. dann man ſoll. Itaque abſolutio rei ob probatam exceptionem, ſola non facit accuſatorem temerarium, per Artic. CLXVI. Viciſſim non excuſant a temeritate: bona fides, juſtus dolor. Hæc enim tantum liberant a dolo & calumnia, ſtare autem poſſunt cum temeritate.

§. 3. (II.) Deinde occurrit 2. *Artic. XIII.* daſs der An-

Digitized by Google

Ankläger auch auf dem Fall, woferne der Angeklagte bey ſeiner eingeſtandenen und bekandten That, hinlängliche Entſchuldigung ausführen möchte demſelben wegen des gefänglichen Einbringens, Schmach und Schaden genug thun will, Vorſtand thun ſoll. Itaque Regula II. eſt: *accuſator, qui non conſideratis accuſati exceptionibus, hunc diutius in carcere detineri poſcit, tenetur ipſi ratione injuriæ & expenſarum.* Quæ regula tamen non in univerſum accipienda, ſed ex certis circumſtantiis moderanda, atque interpretanda eſt.

§. 4. Nam initio, qui aliquem de delicto accuſat, ſi accuſatus delictum fatetur, hactenus utique juſte accuſavit. Deinde, accuſatus confeſſus, exceptionibus uti cupiens v. c. neceſſariæ defenſionis in homicidio, habet præſumtionem contra ſe, ut ſupra Artic. CXLI. evicimus. Porro licet has exceptiones probare velit, non tamen admittitur, niſi ipſius articuli ſint concludentes Artic. CL. Plane in Artic. CLIII. cautio exigitur ab accuſati agnatis, de expenſis accuſatori ab accuſato reſtituendis, ſi forte in ſuſcepta innocentiæ probatione illum deficere contingat. Ulterius, quamvis accuſatus exceptione v. c. neceſſitatis famis probata, abſolvatur, accuſator tamen ipſi expenſas non reſtituit Art. CLXVI. Tandem accuſator ſæpius accuſati exceptiones, illarumque veritatem, divinare nequit, ſed facinore commiſſo facit, quod ſui officii eſſe putat, v. c. factum homicidium allegat, probat, ſed quæ accuſato conducunt, ipſius labori & induſtriæ relinquit. Imo in Artic. LXXV. exſerte deciditur, ut teſtibus productis expenſas ſubminiſtret, qui illos produxerit. Ecquis vero admiſſis hiſce doctrinis, principiisque juris, generatim ſuſtinere poteſt, quod accuſator ubique ac in univerſum reo

An & quando accuſator accuſato, qui juſtas exceptiones evicit, expenſas reſtituit &

ſolvere debeat expenſas, quas hic in proprium ſuæ defenſionis commodum, & quidem lege ita jubente fecit?

Quis ſenſus Regulæ II. ex Artic. XII. ornatæ?

§. 5. Idcirco propter analogiam juris, & nexum ipſius conſtitutionis criminalis, regulam ex Articulo XIII. elicitam modo ſequenti temperamus: *Accuſator,* 1) *qui v.c. interfuit ipſe facinori, vel certam omnium circumſtantiarum notitiam aliunde habuit, vel* 2) *a judice ex regeſtis, protocollis, ſummariis depoſitionibus, de toto negotio criminali ejusque initio & complemento ſatis inſtructus,* 3) *adeoque probe conſcius ſibi eſt, exceptionum plenam abſolutionem parientium* 4) *nec tamen petita accuſati, pleniſſimam de ſe ſiſtendo judicio, quoties opus fuerit, cautionem offerentis, audire, ſed ex affectu continuationem carceris non neceſſarii, urgere, & accuſato plures moleſtias ſuperfluas conciliare mavult, cum eatenus temerarius* litigator omnino ſit, accuſato expenſas refundere debet, poſtquam hic ſumtuoſa & ſuperflua ordinaria probatione innocentiam demonſtravit.*

Quot reſtitutionis expenſarum cauſæ?

* Nam præter temeritatem & calumniam, non reperitur alia expenſas reſtituendi cauſa, nec in alio proceſſu nec in hac ſpecie, præcipue ſi quis dicta *§. 4. præc.* attenderit. Conſpicitur autem accuſandi temeritas hic omnino, ſi accuſator 1) accuſationem ad pœnam criminalem non pertingere poſſe ſcit, nec tamen 2) cautioni oblatæ, vel judicis arbitrio leniora ſuadenti acquieſcere, & in rei dimiſſionem conſentire velit. Neque obſtat, quod de cautione ejusque oblatione, aut judicis ARBITRIO (gerichtliche Remonſtration, Vorſtellung und Zureden, ut loquimur, quo ſenſu etiam acceptum fuit arbitrii verbum apud Romanos, ut ex contextibus conſtat, ubi de arbitrariis actionibus agitur) diſerte nihil in articulo noſtro tradatur. Nam talia vel ſimilia, regulæ circa expenſas

penſas accuſato reſtituendas, inferenda eſſe, quo cum genuina juris analogia conciliari poſſit, ſana ratio facile cuilibet commentatori perſuadet.

§. 6. (III.) Tertio ad doctrinam de expenſis pertinet Artic. XV. cujus ſumma eſt: accuſato fatente, nec legitimas exceptiones, vel a pœna excuſationes habente, accuſator, ne cum eo colludat, prævaricetur, aut tergiverſetur, cavere debet de accuſatione cœpta perſequenda, non autem de expenſis reſtituendis. * **Regul. III. de accuſatoris cautione.**

* Res per ſe patet, nec enim in hac ſpecie accuſatus ullo prætextu expenſas petere poteſt, ſed periculum ſaltim ſubeſt, ne accuſator forte in præjudicium reipublicæ ab accuſando, vel importune, vel malitioſe deſiſtat, cui per ſatisdationem ab illo exactam merito remedium quæritur. **non de expenſis.**

§. 7. (IV.) Quarto Imperator in Art. XVI. jubet, ut, ſi de delinquentis facinore publice *1 veluti conſtet, nec tamen iſte commiſſa fateri velit, citra expenſas inaniter conſumendas, negans ad confitendam veritatem in eculeo interrogetur. Expenſas autem, quas delinquens pro avertenda tortura impendit, ipſe, vel ſi pauper ſit, fiſcus ferre debet *Artic. XLVII.* **Regul. IV. de parcendis circa frivolam.**

*1 Vidimus rem jam ſupra Artic. eod. XVI. Dicitur in textu: wo eine Miſſethat 1) auſſerhalb redlicher Urſach, die von peinlicher Straff rechtlich entſchuldiget (*vid.* hujus rationem *ſ. 3. h. præced.*) 2) öffentlich und unzweiflich iſt, ſo ſoll 3) mit den wenigſten Koſten die Straffe und Urtheil gefördert werden. Ergo hic monitum cæſareum occurrit valde neceſſarium, ne juſtitia in quæſtu habeatur, nec e criminali proceſſu modus acquirendi rerum dominia fiat.

*2 Unde regula: *expenſæ defenſionales, ſive pro tortura, ſive pro pœna avertenda, imo generaliter omnes, incumbunt illi, qui ſe defendit, ſi ſolvendo eſt,* confer. FROELICH. *I. XVIII. p. 311. n. 4.* **defenſionem expenſis.**

§. 8.

Regul. V. de ſolutione expenſarum ſuper avertenda tortura &

§. 8. (V.) Quinto in Artic. LXI. diſpoſitum reperitur, ut ſi accuſatus torturæ cruciatus conſtanter pertulerit, nec crimen confeſſus ſit, quædam expenſarum diſtributio fiat & quidem hac ratione, ut 1) accuſator expenſas, quas fecit, 2) accuſatus quoque, quæ in alimenta ſua impendit, 3) judex autem reliquas expenſas judiciales, etiam quæ tortura * popoſcit, vel accuſati cuſtodia, ferat.

* Die übrigen Gerichts-Koſten, als für den Nachrichter und andere Diener des Gerichts, (ergo etiam die Regiſtraturen, und Schreibe-Gebühren) oder Gefängniſs halber, de quibus *Art. CCIV.* verbis: Bütteln und Thür-Hüter. Adde *dict. ad Art. LXI. ſupr.* præcipue §. 2. Scilicet in foro ſunt duæ limitationes, (nemlich auſſer den Tortur-Gebühren, quæ paucis conſtant, & ſemper a judice ſolvi debent) circa reliquas expenſas judiciales, ut accuſatus eas, licet cruciatus vel pertulerit, vel quaſi ſpreverit, ſolvat 1) ſi quædam leviora delicta confeſſus, & propter eadem arbitrarie puniendus ſit, 2) ſi certa morali æſtimatione conſtet, quod e mera protervia, naturali robore nixus, crimen præcipuum fateri noluerit.

quando quæſitis expenſis in hac ſpecie ſolvat.

Regul. VI. de ſumtibus probationis.

§. 9. (VI.) Sexto circa ſumtus in teſtium productionem, ſive in loco judicii ſive alibi factos, breviſſimis Artic. LXXV. ſtatutum eſt, *ut hi in eum ſive accuſatoris partes ſuſtinuerit, ſive accuſatus fuerit, redundent, qui ad ſcopum ſuum obtinendum teſtes produxerit.* Quæ regula ſatis æqua & perſpicua eſt, ut fruſtra foret, qui illi commentarium adhuc ſubjungere vellet.

Reg. VII. de expenſis abſoluto reſtituendis &

§. 10. (VII.) Septimo *in Artic. XCIX.* continetur, ut accuſatus abſolutus, ſi ſumptus repetere velit, coram judicio civili deſiderium ſuum proponat. *

* Ceterum ex hoc articulo juncto *Art. VII.* patet, quod cauſa damnorum & expenſarum ſecundum Carolinam habenda

benda ſit pro ſeparata, ita: daſs der Angeklagte in cauſa criminali, hernach als Kläger, der Schaden und Unkoſten halber, in proceſſu civili conſideriret wird, verbis: der ledig erkannt, als Kläger begehren wird. Sed hodie quæſtio de damnis & expenſis in proceſſu accuſatorio, videtur regulariter pro puncto connexo & acceſſorio haberi, ut ſtatim ſententiæ abſolutoriæ addatur v. c. daſs Ankläger dasjenige, ſo ihm zu erweiſen obgelegen, und er ſich angemaſſet, wie Recht, nicht erwieſen. Mithin Angeklagter von der wieder ihn erhobenen peinlichen Anklage zu abſolviren, maſſen denn auch Ankläger ſelbigem, die durch dieſen Proceſs verurſachten, fol. Act. N. liquidirten Schaden und Unkoſten, ſo hiermit auf XX. gemäſſiget werden, wieder zu bezahlen ſchuldig. Quamvis interdum fieri poſſit, ut cauſa expenſarum & damnorum non ubique ſit liquida, ut accuſatori non ſimpliciter ſolutio injungi, ſed poſt abſolutionem in ſententia addi poſſit: übrigens iſt Ankläger auf den fol. Act. von Angeklagten übergebenen Liquidations-Zettul ſich einzulaſſen, und auf jeden Poſten zu antworten, ſchuldig v. r. w. Ut adeo hac ratione diſceptatio, obſcurior, aliquando per plures inſtantias continuetur. Adde *ſupr. not. ad cit. Art. XCIX.* De practica forenſi.

§. 11. (VIII.) Octavo *Artic. CXXXIX. abſolvit plenarie eum, qui ad neceſſariam defenſionem juſto moderamine ſervato, aggreſſorem occidit.* Additur: der iſt darum niemand nichts ſchuldig. Quod autem accuſator ipſi expenſas reſtituat, pariter non dicitur. Ergo hic recurrendum ad *Art. XIII.* ubi regulam de expenſis in ea ſpecie, ubi reus ſuas exceptiones probavit, ſolvendis tradidimus. Regul. VIII. de expenſis in cauſa defenſionis neceſſariæ.

§. 12. (IX.) Magis ad argumentum expenſarum ſpectat nono *Artic. CLIII.* ubi ſancitur: daſs des Beklagten Freunde wegen Azzung des Beklagten, ingleichen dem Kläger Koſten und Schadens halber, auf den Fall, Regul IX. de cautione neceſſariorum rei pro expenſis.

wo der Beklagte ſeine Entſchuldigung nicht ausführen möchte, beſtellen ſollen. Itaque circa deductionem innocentiæ duplex cautio de jure Carolino obtinet, ut accuſator accuſato *Art. XIII.* in caſum victoriæ, hic autem viciſſim illi in caſum ſuccumbentiæ, de expenſis cauſatis ſatisdet. Limitatur tamen poſterior ſatisdatio in *Artic. CLIV.* ut a paupere tanquam impoſſibilis non exigatur, ſed defenſio illius ſuſcipiatur ſumtu ærarii publici. Imo cum delinquenti capitis accuſato, ſi quocunque modo circa pœnam, aut declinandam aut certe mitigandam, ſine novo crimine, v. c. corruptione teſtium, ut pejerent, laboret, vitio dandum non ſit, nec ille pro temerario litigante haberi queat: conſequens eſt, ut hæc cautio, ut & inde dependentes expenſæ, non niſi in ſingulari ſpecie v. c. famoſi latronis, aut incendiarii, aperte frivole ſe promeritæ pœnæ opponentis, exigantur. Nec aliter puto ipſum cæſarem ſtatuere per verba: vor den Richter und vor Schöpffen nach Ermeſſung derſelben u. ſ. w. Item durch unwahrhaffte und BETRÜGL. Aufzüge.

Regul. X. de expenſis in caſu furti neceſſarii.

§. 13. (X.) Quæ decimo in *Artic. CLXVI.* de fure, *propter famis neceſſitatem judici probatam abſoluto, traduntur, compenſationem expenſarum a parte utraque, accuſatoris ſcilicet & accuſati continere videntur,* ita enim in textu: Ob ſchon der Dieb unſträflich erlaſſen, ſoll ihm doch der Kläger um die Klage nichts ſchuldig ſeyn. Rationes occupavimus §. IV.

Regul. XI. de alimentis turbulenti.

§. 14. (XI.) Undecimo, propter affinitatem argumentique ſimilitudinem, referimus huc quoque doctrinam de alimentis turbulenti, in *Artic. CLXXI.* contentam. Quæ per gradus eundo 1) ab ipſo turbulento incarcerato, 2) ſi inops ſit, ab accuſatore; & ſi nec

Digitized by Google

nec hic habeat, unde ſolvat, 3) ex ærario judicii præſtantur.

§. 15. (XII.) Denique duodecimo ſequitur Articulus noſter *CCIV*, qui circa incarceratum pauperem *1 ſtatuit, *ut ſolutio expenſarum ita inter accuſatorem & judicem dividatur*, ut 1) accuſator *2 alimenta, & cuſtodiam, ſeptem *3 crucigeris in ſingulas dies noctesque computatis, ſolvat 2) reliqui ſumtus autem omnes: was ſonſt Gerichts- und andere Koſten, *4 auf Beſetzung des Gerichts der Schöpffen, oder Urtheiler Koſtgeld, auch Gericht-Schreibern, Bütteln, Thür-Hütern, dem Nachrichter und ſeinem Knecht, aufläuffet, a judice ex publico erogandi ſint. *5 **Regul. XII. de expenſis, ſi cuſtoditus pauper.**

*1 Nam accuſatus, qui bona habet, ſe ipſum alit, ut natura rei ſuadet, & ex *Artic. CLXXVI. in fin.* conſtat. **De commodo judiciorum ex proceſſ. accuſatorio.**

*2 Magno itaque incommodo judicia liberat proceſſus accuſatorius, quod pauperum delinquentium alimenta accuſatori injungit præſtanda, quæ in inquiſitorio judiciorum ærario incumbunt.

*3 Nimis vile alimentorum pretium videtur hoc eſſe CLASENIO noſtro, ſed cum olim imperialis (ſpecies Rthlr.) non niſi 17. bacios ſeu 68. crucigeros voluerit *vid. R. I. 1541. §. 51.* GOLDAST. *in collect. monetar. P. I.* ſat pingue utique eſt, nec hodie multis in locis plus impendi ſolet incarcerato quotidie alendo. In præſulatu Würtzburgico hodie ſolvitur, ſingulis diebus pro alimentis quarta pars floreni cæſarei. KIRCHGESN. *p. 218.* **De æſtimatione alimentorum.**

*4 Atque hæc regula, quod reo ad ultimum ſupplicium rapto, expenſæ prout hic recenſentur: was ſonſt Gerichts- und andere Koſten &c. a domino juriſdictionis ſolvi debeant, univerſalis eſſe videtur, ſive damnatus bona habeat, ſive non habeat. Licet circa alimenta diſtinguendum eſſe dixerimus, cum ratio diſcriminis inter alimenta & expenſas reliquas ſit aperta & manifeſta. Confirmant regulam 1) vetus proverbium: mit dem Halſs bezahlt man **De ſumtibus executionis criminalis.**

 alles,

alles, *vid.* HOPP. *ad §. 19. de obligat. ex del.* vel uti jure belgico effertur: die om een Dootſchlach wart gevangen, ende darover gerecht wert, daer is den Anclager genoch gadaen. MATTH. *p. 877.* 2) *jus Lubec. Part. IV. tit. IX, Artic. I.* wenn einer gehangen oder ſonſt gerichtet wird, gehört von dem Gute denen Gerichten nichts. 3) *Die Nieder-Oſterr. Lands-Ordn. Art. 47.* quæ tantum in non capitalibus expenſas ſententiæ annecti jubet. 4) *Die Bayeriſche Erklärung der Landes-Freyh. P. IV. Artic. I.* ubi regula: wird der Ubelthäter mit Recht geſtrafft, oder ſtraffbahr gefunden, ſo ſollen wir aus Lands-Fürſtlicher Obrigkeit, die Koſten, ſo über die Rechtfertigung gehen, leiden. Alicubi dimidium ſumtuum dominus jurisdictionis, alterum dimidium ipſe delinquens ſuppeditat, ut in comitatu Tyrolenſi, ita enim *L. VIII. tit. 65. der Lands-Ordn.* wenn der Ubelthäter in Fänckenuſs bracht, ſo ſoll halber Koſten über uns geen, und der halb Tail von des Ubelthaters Haab und Guet genommen werden. Alicubi hoc onus in ſubditos devolutum eſt, v. c. ſub pedo Franconico præſulum Würtzburgenſis, Bambergenſis, & in ditionibus Schwartzburgicis.

ſecundum jus Lubec. Auſtriacum Bavaricum — *Tyrolenſe* — *& alia.*

*5 Sermo autem in hoc articulo eſt non de omnibus expenſis, ſed de expenſis executionis, von dem Hencker-Geld, Executions-Koſten, ſo bey der Rechtfertigung des armen Sünders auffgehen. Nam de expenſis ab accuſatore durante proceſſu factis, *vid. præc. §. 12. & ſupr. not. ad Artic. CLIII.* Unde regula prodit: *Sumtus* (Regula XIII.) *executionis ſententia capitalis ferre debet magiſtratus, qui jurisdictionem criminalem exercendam curat.*

Regulariter a magiſtratu feruntur.

§. 16. (XIV.) Tandem mentio fit decimoquarto expenſarum in *Artic. ult. CCXIX.* deciditurque, daſs wer in zweifelhafftigen peinlichen Fällen, Rath bey den Ober-Höfen und hohen Schulen ſuchen will, es ſey der Richter und ſeine Schöpffen, oder der Beklagte, ſolches auf eigene Unkoſten thun ſoll. *

Regula XIV. de expenſis in conſilium criminale factis.

*Plu-

Digitized by Google

* Plura annotabimus *in fin. ad eand. Artic. CCXIX.*

De expenſis in proceſſ. inquiſitionis.

§. 17. Pertinent vero hæc omnia ad proceſſum accuſatorium, qui potiſſimum in Carolina explicatur. Cum autem in variis imperii provinciis magis frequentetur proceſſus inquiſitorius, doctores defectum ſupplere & in hoc quoque regulas de expenſis tradere aggreſſi ſunt.

Regula de inquiſito ad mortem damnato.

§. 18. Primo: inquiſitus, ſi ad mortem condemnatur, ab expenſis, exceptis illis, quæ in ipſius alimenta & defenſionem factæ ſunt, immunis eſt.*

JCti regulam laudantes &

Rejicientes.

* Adducunt hanc regulam MODESTIN. PISTOR. *P. I. qu. XI. per tot.* SCHVLTES. *in addit. ibid.* COLER. *deciſ.* CCXIV. *n. 4.* BAVCHBAR. *II. qu. X. n. 17.* THEODOR. *c. X. aphor. 5.* CARPZOV. *qu.* CXLVIII. *n. 2. ſequ.* & extra Saxoniam MEV. *ad jus Lubec. P. IV. tit. IX. Art. I. n. 8.* STEPHANI, CLASEN, ZIERIZ. BVLL. BLVMLACHER. HERT. &c. CCCCXVI. Diſſentiunt ANTON. de PADILL. *ad l. 10. qu. n. 4. de tranſact.* & quos ex antiquis *citat.* BERLICH. *IV. concl. XIX. n. IV.* item MATTHÆI *cap. IV. p. 741.* BRVNNEM. *proc. inquiſ. c. IX. n. 3.* quos in pronunciando ſequuntur JCti HALENSES. Si de juſtitia & æquitate utriusque ſententiæ rixari velis, facile patroni utriusque talia afferre poſſunt, quæ ſpeciem quandam præ ſe ferunt. Revera neutra ſententia altera juſtior, vel injuſtior eſt. Nec injuſtum eſt, ut judicia ſumtus ferant, vel in totum, vel in tantum *vid. * 4 ad §. 15.* nec injuſtum eſt, ut inquiſiti ſolvant, vel ut a ſubditis collectentur, ſunt hæc omnia juris mere poſitivi & arbitrarii. Optandum foret, ut quilibet ſuperior in ſuo territorio certam legem præſcriberet, ut JCtis occaſio variandi adimeretur. Recenter REX BORVSS. *in der Criminal-Ordn. c. XI. §. 5.* definit, ut inquiſitus expenſas has ſolvat.

De expenſis damnatorum ad ult. ſupplicium.

§. 19. Applicatur hæc regula proceſſus inquiſitorii, ad proceſſum accuſatorium, ut nec in hoc, ad ulti-

ultimum ſupplicium condemnato accuſato, accuſatori vulgari, vel accuſatori fiſco expenſæ reſtituantur. Minimum ex analogia Carolinæ, *vid. ſupr artic. CLIII. CLIV.* ſtatuendum eſt: in utroque proceſſu expenſarum ſolutionem, Carolum & Imperium, accuſato vel inquiſito non iniunxiſſe, niſi inſignis contumacia, vel temeraria litis protractio, ab illorum parte ex actis appareat.

Regul. II. de expenſis inquiſito in corpore punito.

§. 20. Secunda regula eſt: *inquiſitus, qui pœnam corporis afflictivam luit, expenſas non ſolvit.* * Ita etiam reſpondit ordo noſter, anno 1714. die 10. Novembr. verſus A. interprete Domino LEYSERO.

* Habes hic iterum eosdem conſentientes & diſſentientes, ut nihil addendum. Non tamen omnes rationes, quæ circa pœnam capitalem ſe offerunt, hic recurrunt. Neque enim ad pœnas corporis afflictivas applicari poteſt regula: mit dem Hals bezahl man alles. Unde, ut FROELICH. *p. 311. P. I.* adducit, in Auſtria tantum in capitali judicio delinquens ab expenſis liberatur. Imo cum in terris provinciisque juris Germanici Regis noſtri, ictus fuſtium ceſſet, vix caſus dabilis eſſe videtur, ut de expenſis ab eos, qui pœnam corpori afflictivam paſſus eſt, reſtituendis quæſtio exſurgat. Peinlich enim eſt, ſo da gehet an Haut und Haar. *CZ. L. I. R. XLIX.*

Regula III. de expenſis in caſu conſtanter ſuperatæ torturæ.

§. 21. Tertio ab expenſis quoque abſolvunt delinquentem, *qui torturæ dolores nihil fatendo exſuperavit.* Cujus aſſerti varias rationes conducunt. * Limitant tamen doctrinam, ut *ſupra* §. 8.

Rationes regulæ.

* Defendunt hanc ſententiam præcipue JCti Saxonici. Sunt autem illis rationes ſequentes 1) quod ita velit *Art. LXI. der peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung.* 2) Quod victor non ſolvat expenſas, at qui torturam nil fatendo ſuſtinuit, victorem eſſe. 3) Quod tortura ſit modus probandi duriſſimus innocentiam. Atqui illi, qui probavit, non injungitur reſtitutio expenſarum. 4) Quod ſolutio expenſarum

ſarum ſit ſpecies pœnæ, atqui a pœna immunem eſſe, qui innocentiam inter tantos dolores tuitus eſt. 5) Quod tortura adeo purget indicia contra delinquentem, ut poſt illam conſtanter perpeſſum, magis habendus ſit pro innocente, hominibus aliis, quorum innocentia ejusmodi igne expurgatorio non ſit purgata. 6) Non obſtare, quod judici nihil poſſit imputari, quippe, qui torturam præcedente ſententia collegii juridici adhibuiſſet. Nam licet culpa redundet in inquiſitum per tormenta quæſitum, attamen hanc culpam jam per torturæ cruciatus ſatis punitam expiatamque eſſe, ut non opus ſit eum, qui perpetua atrociſſimorum cruciatuum ſigna gerit, pecuniola ſua inſuper emungere. *vid.* THOENNICK. *c. XVI. per tot.* junge rationes *not.* *2 *ad* §. *ſequ.* 22. & *ſupr. ad Artic.* 76. Reſponſio ad objectionem.

§. 22. Quarto *inquiſitus, qui pœnam arbitrariam corpus non affligentem patitur, expenſas ſolvit: imo & ille, qui plane a pœna abſolvitur, quamvis tunc demum, ſi facto ſuo vel indecoro, vel certe imprudenti judici ad inquirendum cauſam dederit.* *1 Sed *quid ſi ipſe non dederit, judex tamen aliunde probabiliter v. c. fama, falſo teſte, ad inquiſitionem motus fuerit? expenſas ferre debet ærarium publicum, non autem inculpatus.* *2 IV. De expenſarum ſolutione inquiſito arbitrariam pœnam perpeſſo.

*1 Tunc enim culpa ejusque effectus merito imputantur illi, qui culpam commiſit.

*2 Nam licet judicio hic nihil poſſit imputari, inculpato tamen quoque nihil poteſt imputari. Deceptusque eſt non inculpatus, ſed judex. Atqui iniquum foret, ut damnum decepto datum, a tertio ſolveretur. Accedit & ratio æquitatis, quod inculpatus ſi expenſas ſolvit, illas ſolvat ex ſuo marſupio, judex autem easdem ſolvat e publico, cui hoc onus facile aliunde compenſatur, *confer. eund.* BEYER. *ibid.*

§. 23. Quinto *inquiſitus, qui abſolvitur mediante juramento purgatorio, expenſas ſolvit, cum juramen-* Regul. V. de expenſis præſtito.

mentum hoc ſine indiciis præcedentibus non præſtet, atqui ab his ſe debuit purgare * ſuis ſumtibus *arg. Art. LXI. ſupr.*

Ab inquiſito purgatorio cum diſtinctione, & cur diſtinguendum?

* Eſt & hic diſſenſus inter Lipſienſes & Vitebergenſes, BEYER *c. l.* illorum eſt regula jam adducta. Hi autem tunc demum juranti expenſarum ſolutionem injungunt, ſi proprio ſuo culpoſo facto inquiſitioni cauſam dederit inquiſitus, & ita quoque VALLENS. *tr. de J. C. tit. de purgat. canon. n. 6.* LAUTERBACH. *C. M. ſ. LI. tit. de jurej.* STRUV. BRUNNEM. *ap.* MARTIN. *ad tit. XXXII. n. 67.* Unde facile multis ſe hæc ſententia commendavit. Nec aliter ILLUSTR. THOMAS. *de jud. ſent. ab act. remov. ſ. 43.* Interim mihi placet Lipſienſis, ratio eſt *in fin. ſ. hujus.* Imo ita in editione prima poſueram. Jam autem omnino ſentio cum Vitebergenſibus. Nam qui jurat, quod falſa ſint omnia, quæ ipſi imputantur, de eo dici nequit, quod facto ſuo inquiſitioni cauſam dederit. Paucis itaque diſtinguendum, utrum ſuſpectus in jurejurando ſuo abnegavit, omnia facta, quæ indicium præbere poterant, ſive turpia, ſive adiaphora, an quædam confeſſus fuerit. Nam ſi illud expenſæ ab eo peti nequeunt, quia factis ſuis judici non dedit cauſam inquirendi.

Regula VI. de expenſis ſi inquiſitus ex parte reus.

§. 24. Sexto, *inquiſitus, qui abſolvitur a crimine principali, quod fateri noluit, vel quod probari non potuit, nihilominus expenſas ſolvit, ſi facta illicita alia, quæ pœnam arbitrariam merentur, vel probata, vel ab ipſo confeſſata ſint.*

Judicium de regulis.

§. 25. Atque his regulis cauſas expenſarum criminalium fere complectuntur & decidunt judices noſtri. Sane uti circa quartam, quintam & ſextam facile conſentimus: ita quoad expenſas in caſibus §. 18. 19. 20. 21. commodiſſima nobis videtur diſtinctio, inter expenſas executionis pœnæ, vel torturæ, & expenſas proceſſus reliquas. Illis delinquentes merito *1 exonerantur, his autem non æque. *2

*1 Ita

*1 Ita ſane jubent 1) *Art. LXI.* & noſter *Art. CCIV.* conſentiunt 2) quod expenſas actus torturæ, minimum illi quoque, qui alias aliam ſententiam tuentur, de qua *not.* * *ad* §. *18.* verbo: *diſſentiunt.* 3) Repetendæ hic ſunt rationes in *not.* * *3 ad* §. *15.* 4) Durum omnino eſt delinquenti, pœna capitalis executionem, vitæ ademtionem, cruciatus corporis, ne quidem gratis contingere poſſe, ſed certo pretio ſoluto conſtare. Non aliter, ut aliquando ruſticis accidere ſolet, a quibus milites pretium quoque pro arundine hiſpanica, quam dorſum miſerum crudeliter percutiendo diſruperunt, expoſcunt. 5) Evolutionem merentur *Art. 6. L. I. Art. 31. L. III.* GLOSS. *ad Art. 35. L. II. n. 4. Spec. Saxon. citat.* a CARPZOV. *Qu. CXXXVIII. n. 1. ſequ.* 6) Accedit conſuetudo Germaniæ antiqua, de qua HERT. *Vol. I. t. II. p. 455. poſt med.* verſic. *quæri quoque ſolet.* Neque eſt, quod quis nobis objiciat 5) publicationes bonorum damnatorum apud Romanos. Quaſi his ceſſantibus atque ſublatis, iniquum foret judiciis onus expenſarum injungere. Vel 2) quaſi confiſcationum bonorum damnatorum juſtitia ſemel admiſſa, riduculum eſſet de expenſis, tanquam exigua particula e damnatorum bonis decerpenda, illarumque jure diſputare velle. Nam 1) has ipſe JVSTINIANVS jamdiu ſuſtulit. 2) Notantur eædem a noſtro cæſare *infr. Art. CCXVIII.* verſic: *Weib und Kinder an Bettelſtab u. ſ. w.* Ceterum non ignoramus in foro militari ſolvi lictoribus, den Stecken-Knechten, pretium virgarum a milite illis cædendo. Sed hæc cæſio non infamat, ut fuſtigatio in foro paganorum.

Cur inquiſiti exemti ab expenſis, quæſtionis, & executionis ſententiæ capitalis.

*2 Æquiſſimam diſtinctionem inter delinquentem ingenuum ſponte confitentem, & callidum atque contumacem ſupra attulimus §. *1. 2. h.* & *ad Artic. CLIII.* Interim cum nemine de his diſputabimus, ſed per nos ſuum cuique pulchrum videri poteſt. Habeat, teneat, ſervetque ſepulchro. Nec aliter ſuadet argumentum hoc ad quæſtiones, ſi a Carolina recedimus, arbitrarias ſpectans, ubi probabilia facile utrinque ſe offerunt, licet probabilitas probabilitatem nobis aliquando ſuperare videatur. Ceterum

De expenſis ſecundum inquiſiti confeſſionem diſtinguendis.

rum inquiſitus abſens pro confeſſo & convicto poſt ultimam citationem declaratus, e ſuis facultatibus propter contumaciam merito ſolvit expenſas. *Vid. ſupr. Art. CLV. ibique not.*

ARTIC. *CCV.*

Wie die Richter von Straffung der Ubelthäter keine ſonderliche Belohnung nehmen ſollen.

WIr ſind berichtet, wie an etlichen Enden mißbraucht werde, daß die Richter von eines jeden Ubelthäters wegen, ſo peinlich geſtrafft wird, ſondere Belohnung von dem Ankläger begehren und nehmen, das gantz wider das Amt und Würde eines Richters, auch das Recht und alle Billigkeit iſt: wann ein ſolcher Richter, wo er von jedem Stück ſeine Belohnung hätte, möchte dem Nachrichter derhalben zu vergleichen ſeyn. Darum wollen wir, daß hinführo alle ſolche Richter keine Belohnung von dem Kläger fordern oder nehmen ſollen.

ARTIC. *CCV.*

NIhil differt impreſſum a projectis.

NOTÆ AD ARTIC. *CCV.*

De iniquo judicum præmiorum deſiderio.

Refert Cæſar abuſum quendam alicubi inolitum; ſcilicet moris ſuo ævo fuiſſe, ut judex ab accuſatore, qui ſententiam victricem contra accuſatum obtinuerat, præmium exigeret. Enim vero hoc præmium oppido diſplicet Imperatori, unde illud ubique locorum faceſſere atque exulare jubet. *

De ſportulis judicialibus.

* De ſportulis judicum apud veteres, leges quasdam Francorum & Bajuariorum adduximus *p. 8. 9. diſſ. de rat. decid.* Cedebat judicibus quoque interdum fredum, *vid. tit. LV. §. 2. LL. Salic.* Nec non: Die *Buſſen* jedoch nach jedes Orts Gewohnheit, *vid. Artic. 40. Spec. Suevic.* Saxo hanc mul-

mulctam mavult dicere: *Wette*, & pecuniam, quam actor ad inſtar Romanorum dupli, aut quadrupli accipiebat: *Buſſe, Art. 35. in fin. & 53. L. III. Spec. Sax.* Porro competebat Judicibus compoſitionis ſive ſummæ illius, quam reus actori pro ſatisfactione ſolvebat certa quædam pars *dict. diſſert. p. 9.* adde BRUMMER. *de Scabin. c. VI. §. 11. c. VIII. §. 13.* Ratio conſtitutionis autem Carolinæ noſtræ facile patet. Cum enim accuſatoris conditio alias periculoſa & moleſta ſit, nec accuſator tantum, quod ſua intereſt, ſed publicum quoque commodum quærat, imo judici etiam ex officio incumbat, ut provinciam malis hominibus purget: æquiſſimum omnino fuit, accuſatorem contra judicis avaritiam & dorophagiam defendere, atque publica auctoritate tueri. In quibusdam vero provinciis judices ejusmodi dona, vel præmia exegerint, non quidem adducitur in textu, veroſimile tamen eſt, quod ex naturæ humanæ indole, more ſemel hinc inde recepto, id ubique contigerit. Unde eædem querelæ in aliis *ordinat. crimin.* occurrunt. Ceterum pœna in judicem præmiis, vel munuſculis inhiantem, non ſtatuitur a Cæſare. Inde coërcitio illius relinquenda eſt prudenti arbitrio ſupremi domini jurisdictionis. An ſola verbali correctione ipſum dimittere, an gravius in eundem animadvertere velit. Quæri ulterius ſolet, an judex munuſcula & præmia accepta reſtituere teneatur, & cuinam reſtituenda ſint. Sane ſi initio proceſſus criminalis aliquid ſponte promiſſum, vel datum ab accuſatore, contra *Art.* noſtrum *CCV.* illud tanquam turpiter datum, vel promiſſum fiſco cedit, ſi vero aliquid poſt finitam accuſationem, judice ita perſuadente datum, bona fide, quaſi pertineret ad conſueta judicis accidentalia, tunc datum merito accuſatori vel erranti, vel decepto, aut aliquando etiam a judice concuſſo, reddendum eſt.

De pœna judicis dorophagi vid. p. 99. §. 13. de offic. in noſtra differtat.

ARTIC. *CCVI.*

Wie es mit der flüchtigen Ubelthäter Gütern gehalten werden ſoll.

WO ein Ubelthäter ausweicht, ſo ſoll der Richter zween oder drey deſſelben Flüchtigen Freunden erfordern, und in Gegenwärtigkeit derſelben und zweyer Schöpffen des Gerichts, der Sachen unverdacht alle ſeine Haab und Güter, ſo in ſeinem Gericht gelegen, durch den geſchwornen Gericht-Schreiber eigentlich beſchreiben und aufzeichnen, und dem Ubelthäter nichts davon ſagen laſſen. Aber welche Güter verderblich wären und nicht liegen möchten, die ſoll der Richter, mit zweyen des Gerichts, und obgemeldten von der Freundſchafft, verkauffen, und was alſo daraus gelöſt wird, auch beſchreiben, und das Kauffgeld, ſammt der Verzeichniß, hinter das Gericht legen, allda es Weib und Kindern, oder andern ſeinen nechſten Erben zum beſten, unverrückt ſoll erhalten werden. Wolten aber des Flüchtigen Freunde ſolch beſchrieben Gut zuvor und ehe es hinter das Gericht gelegt, oder aber auch darnach zu ihren Händen nehmen, und einen nothdürfftigen Beſtand und Pflicht thun, berührt Gut alſo in Hafftung zu behalten, und dem Flüchtigen, dieweil er unvertragen, oder die Sache unausgeführt iſt, nichts davon folgen zu laſſen, das ſoll ihnen geſtattet werden. Doch ſollen die gedachten Annehmer der berührten Güter, des Thäters Eheweib und Kinder, ob er die hätte, nothdürfftige Leibes-Nahrung von ſolchen Gütern reichen, und das alles mit Rath und Wiſſen des Richters und vorgemeldter Obrigkeit thun, und ſollen auch die Richter und Obrigkeit, zu ihren Nutz, den Flüchtigen von ihren Gütern gar nichts nehmen.

Artic.

ARTIC. *CCVI.*

VErba: den Flüchtigen an ihren Gütern gar nichts nehmen in Norico hæc ſequuntur: Wo aber fahrende Haabe deſſelbigen Thäters an einen Ort läge, daſs zu beſorgen, daſs daſſelbige durch andere Leute mit Gewalt genommen werden möchte, ſo möchte daſs der Richter an End führen, und verwahren laſſen, daſs es ſicher und verwahret bleiben möchte, biſs zu Austrag der miſſethätigen Sache, und ſollen die Richter zu ihren Nutz den Ubelthätern in anderer Geſtalt von ihren Gütern nichts nehmen.

NOTÆ AD ARTIC. *CCVI.*

Æquiſſima hic conſtituit Imperator de bonis reorum abſentium, *1 ut 1) auctoritate judicis, præſentibus duobus aut tribus rei propinquis, aſſumtis ſimul in conſortium totidem ſcabinis, omnia bona abſentis rite annotentur. 2) Quæ ſervando ſervari nequeunt bona fide, judicis ſcilicet auctoritate, conſilioque ſcabinorum & agnatorum accedente diſtrahantur, pretio exacte deſcripto apud judicem aſſervando; non quidem 3) in hujus quæſtum, ſed unice 4) in uxoris liberorum vel aliorum proximorum heredum emolumentum. Nec enim 5) judici, aut magiſtratui fas eſt, ullum commodum aut lucrum e bonis profugorum capere. Interim 6) durante abſentia reorum, perſonis, quas de ſtricto jure illi alere tenebantur, neceſſaria vitæ ſubſidia e bonis annotatis ſine invidia ſubminiſtranda ſunt. Imo 7) tanta eſt cæſaris erga rei agnatos & familiam indulgentia, ut judicem annotatione bonorum debite defunctum, ſi qui ex agnatis adſint, qui adminiſtrationem in ſe recipere velint, eisdem bona tradere, vel relinquere ju-

De bonis reorum abſentium ſecundum Carolum &

 beat,

beat, modo ſpondeant, ſe fugitivo, ante cauſæ deciſionem, vel compoſitionem, *2 nihil inde daturos eſſe. *3

Secundum jus Romanum.

*1 Jure civili Romano bona annotata, ex quo reus poſt emiſſam citationem *l.* 4. *pr. de requir. reis* vel accuſationem, quam præſens audiverat, abſuerat *l.* 1. *C. tit. eod.* fiſco addicebantur. Verum cum Juſtinianus bonorum confiſcationes in NOV. 134. *c. fin.* ſuſtulerit, etiam hoc jure priſtina bonorum publicatio ceſſat. HVBER. *in prælect. h. t.* Saxones, licet bona damnatorum non redigant in fiſcum, ſed hæredibus relinquant: abſentium tamen patrimonium, finito banni proceſſu, nihilominus penes illos publicatur. COLER. *deciſ. CVIII.* Sane in his regionibus inferioris Saxoniæ confiſcatio in hac ſpecie nunquam fuit recepta. Ut nec apud Belgas, ubi noſcitur parœmia: *niemand kan ſien Lyf ende Goet ſammen verbrecken.* MATTHÆI *de crimin. p. 876. n. 20.* igitur & annotatio forte ceſſabit. Enimvero ita quidem in ſua patria viſum HVBERO *h. t.* Sed cum Carolus noſter non obſtante publicationis bonorum non uſu, nihilominus bona annotare voluerit, imo & illa ratio, ne fugitivo in fuga verſanti aliquid inde præbeatur, hodienum ſuperſit, magis eſt, ut dicamus: Germaniam noſtram bonorum annotationem hodienum ſervare, & practicari. Quod ſi vero abſens leve delictum & tale, in quod ultra relegationem non animadvertitur, commiſerit, tunc cum pœna in abſentem ſtatui poſſit, annotatio bonorum non adhibetur. Ceterum expenſæ & ſportulæ, tum pro bonorum annotatione, tum pro reliquo proceſſu, ſumuntur e facultatibus abſentis, vel his deficientibus e judicis ærario, *vid. ſupr. Artic. CLV.* Neque vero hoc articulo noſtro contrariatur, nam hic prohibetur tantum: daſs die Richter nichts zu ihren Nutzen nehmen. Atqui expenſæ neceſſariæ habent ſpeciem juſtæ mercedis, non LVCRI, quod hic tantum interdicitur.

Saxones.

De annotationis bonorum neceſſitate & quis expenſas ſolvat annotationis.

Unvertragen quid in articulo.

*2 Verba articuli ita influunt, dem Flüchtigen, dieweil er *unvertragen*, oder die Sache unausgemacht. Videtur mihi

mihi verbo unvertragen reſpici ad transactiones veteres, ſeu, ut dicebantur compoſitiones. Multa ſiquidem crimina, ut v. c. diffidationes & deprædationes, plane publica olim auctoritate componebantur, ut vel inter innumeros alios, ex HUNDII Stammbuch perlegenti facile patebit v. c. N. von Leutenpeck hat Anno 1290. Ulrichen von Stertzhauſen entleibet, ſo iſt dieſerhalben durch beyderſeitiger Vermählung der Familien durch Hertzog Ludewigen in Ober- und Hertzog Otten in Niederbayern, ein Vertrag endlich gemacht worden, *p. 264. P. I.* HUND. *d. l.* Quod ſi vero abſens ejusmodi delictum commiſerit, propter quod alias damnati bona publicantur, dubitandum non eſt, quin & contra eum ad hanc publicationem procedi queat. Cum inobedientia atque contumacia fugitivi, medium eſſe non debeat, quo fiſco jus ſuum circa bona reorum quæſitum intervertatur, vel plane auferatur. Ceterum quam diverſimode hodie proceſſus contra abſentes inſtituantur, *ſupr. ad Artic. CLV.* expoſitum eſt.

*3 In projecto de Anno 1521. additur, ut judex quoque æſtimet poſt annotationem, an mobilia abſentis ſatis in tuto poſita, & tam bene cuſtodita ſint, ut nullum furti, aut rapinæ periculum metuendum. Nam ſi res ſecus ſe habeat, bonaque furum raptorumque injuriis expoſita deprehendantur, judex operam dabit, ut ad alium locum, qui magis ſecurus ſit, transferantur. **De cura bonorum judicis poſt annotationem.**

ARTIC. *CCVII.*

Von geſtohlner oder geraubter Haabe, ſo in die Gericht kommt.

So geſtohlen oder geraubt Gut in ein Gericht gebracht, und der Ubelthäter nicht dabey betreten und verhafftet wird, ſo ſoll daſſelbige der peinliche Richter zu ſeinen Händen nehmen und getreulich verwahren, und ſo jemand derſelben Haabe begehret, und

ſo

ſo viel angezeigt, daß ihm die ungezweiffelich geraubt oder geſtohlen ſey, ſo ſoll ihm die wieder verſchafft werden, ohngeachtet ob es gleich an etlichen Orten anderſt gehalten, daß nicht ein Gewohnheit, ſondern ein Mißbrauch iſt. So ſich aber derhalben Irrung hielt, ſoll der Richter ſolchem Kläger gebührliches ſchleunig Rechtens verhelffen. Und ſo an einem ſolchem Ort ein Obrigkeit peinlich und bürgerliche Gerichtbarkeit hätte, und die Schöpffen des peinlichen Gerichts weitläufftig zuſammen zu bringen wären, ſoll derſelbige peinliche Richter, um weniger Unkoſten willen, dieſelben Sachen an ſeiner Obrigkeit, bürgerliche Gericht daſelbſt weiſen, und ſoll zuförderſt, der alſo Rechtlich darzu klagen will, vor ſolchem Gericht ein Beyſtand mit Bürgen, oder zum wenigſten, mit ſeinem Eyd thun, wo er ſolcher Sachen halb verluſtig würde, dem andern Theil ſeinen gefügten Schaden, nach Mäßigung des Gerichts abzulegen, desgleichen ſoll der Antworter, ſo ſolche Haab im Rechten vertreten will, auch thun.

So dann der Kläger beweiſt, daß dieſelbige Haab ſein, und ihm raublich oder dieblich genommen ſey, ſoll ihm die durch Recht zuerkannt, und wieder werden. Und ſo ſich ein Antworter die beklagte Haabe im Rechten zu vertreten unterſtünde, und ſich deshalb Koſten und Schaden betreffend, wie obſtehet, verpflichtet, und dann nach Verluſt derſelben Haabe, mit ſeinem Eyd nicht betheuren möchte, daß er unwiſſend des unrechten Herkommens, die gemeldten verluſtigen Haabe an ſich bracht hat, oder aber ſolches Wiſſens überwieſen würde, ſo ſoll demſelben Antworter, ob nothdürfftige Atzung auf die arreſtierten oder bekümmerten Haab gangen wäre, zuſammt ziemlichen Gerichts-Schaden, alles nach Mäßigung des Gerichts, zu bezahlen, im Rechten aufgelegt wer-

werden. Hätte aber der Antworter in dem an ſich bringen der verluſtigen Haabe, des unrechten Herkommens nicht gewuſt, ſo ſoll jeder Theil ſeinen Gericht-Schaden ſelbſt bezahlen, und der Kläger, dem die beklagte Haabe als folget, ob es Vieh wäre, und ziemliche Atzung gemacht hätte, wie das Gericht erkennet und mäßiget, ausrichten. Wäre aber obgemeldter maſſen kein verpflichteter Antworter vorhanden, ſo gebührt dermaſſen dem Kläger, der die Haabe endlich nimmt, abermahls ziemliche Atzung, wo die als vorſteht darauf gangen wäre, zu bezahlen.

ARTIC. *CCVII.*

AB hoc Articulo usque ad Articulum finalem nulla differentia inter projecta & impreſſum deprehenditur.

NOTÆ AD ARTIC. *CCVII.*

Admonetur judex hoc articulo officii ſui circa res furtivas alicubi deprehenſas, item qualem proceſſum circa earundem reſtitutionem ſecundum varietatem caſuum obvenientium obſervare debeat. Sunt autem ſequentes regulæ præſcriptæ. 1) Res furtivæ, poſt deprehenſionem illarum, a judice diligenter cuſtodiendæ, minime gentium autem in uſus proprios vertendæ. 2) Res furto ablatæ, nulla conſuetudine *1 in contrarium obſtante, ei, qui furtum ſibi illarum factum eſſe probaverit, reſtituendæ ſunt. Atque ita tenendum, ſi unus tantum actor adſit rem furtivam repetiturus. Quod ſi vero inter duos contentio ſubnaſcatur & ambo rem furtivam ad ſe pertinere dicant, judicis *2 eſt 1) ut partes, ſumtibus, convocationi tot ſcabinorum in judicio criminali impen-

De officio judicis circa res furtivas.

 den-

dendis, *3 parcendis, judicem civilem adire, & ibi cauſam, minori apparatu decidendam proponere jubeat, 2) judex vero civilis, ad quem partes ablegatæ ſunt, hinc inde cautionem exigere debet ab illis, de damno, intereſſe & expenſis, in eum caſum, ſi alterutrum eorum temere litigaſſe deinde probatum fuerit, refundendis. 3) Si eventus oſtenderit utrumque in probabili cauſa verſatum eſſe, altero rem ſuam, furtoque ſibi ablatam eſſe demonſtrante, altero bonam fidem juſtumque titulum vel probante, vel jurisjurandi religione aſſerente: judex expenſas ita moderabitur, ut judiciales quilibet pro ſua rata, ſumtus autem in rem ipſam juſta ratione factos, ille ſolus ferat, qui eandem vindicavit.

Quid olim apud nos circa res furtivas juris.

*1 Jure Saxonico & Suevico quondam poſt annum, ſi nemo rem furtivam e judice vindicaviſſet, judex illam retinebat *L. II. Spec. Saxon. Artic. XXXI. Specul. Suevic. CCXI.* Sed non tantum in hoc articulo, verum etiam in *R. I. de An. 1559. §. und nachdem 35.* judicibus abſolute rerum furtivarum reſtitutio læſo facienda injungitur. Interim in Turgovia aliisque Helvetiæ partibus, ut plura irrationalia, ita & hujus iniqui juris uſum etiamnum vigere dicit MYLER. *P. II. c. 38. §. 6. de princ. & ſtat. imper.*

An judex criminalis apud Romanos ſimul civilis.

*2 Obſervat VIGEL. *p. 313.* de jure civili judicem criminalem non potuiſſe jus dicere in cauſa civili. Enim vero *l. 61. §. fin. de jud.* quam citat, loquitur de: latrunculatore. Atqui hic tantum criminum perveſtigator, non judex erat, *vid. omnino* MATTHÆI *p. 614. de crim.* Hiſtoriam jurisdictionis criminalis, & quis eam exercuerit apud Romanos, vid. *ap.* OBRECHT. *de jurisd. L. II. c. 4. 5. 6. & DD.* ad POMPONII *enchirid. cap. de origine magiſtratus* & ap. nos *diſſert. de jurisd. crim.*

De ſcabinorum convocatione ho-

*3 Hodie convocatio plurium Scabinorum ceſſat, itaque ratione prolixioris apparatus ſumtuumque, inter criminale & civile judicium non amplius intereſt. Ex quo ulterius conſe-

conſequitur, quod hodie non opus ſit partes, ad judicem, qui habet juriſdictionem inferiorem (die Unter- oder Erb-Gerichte) remittere, ſed poteſt ipſe judex criminalis, cum reſtitutio rei in utroque civili & criminali judicio ventilari, & ſecundum Articulum noſtrum decidi queat: circa rei reſtitutionem circa ambages procedere *vid.* VIGEL. *c. VIII. regul. 7. p. 313. ad conſtit. Carol.* Regulariter quoque exacta dominii probatio non requiritur, ſed ſufficit poſſeſſionem titulatam factumque furtum demonſtraſſe. Nam licet poſterior poſſeſſor pariter titulum bonamque fidem oſtendat, ut tanquam in pari cauſa conſtitutus, in poſſeſſione relinquendus videatur: attamen cum de furto, per quod jus ſuum, ei qui primus rem in bonis ſuis habuit, non auferri, nec emtori in re vitioſa jus novum quæri potuerit, conſtet, merito res primo reſtituenda eſt, *vid. U. M. tit. de condict. furt. §. 10. verſic.* ſed ſufficit, ſi probaverit *& in fin. §. ejusd.* Quæ vero hic de cautione commemorantur, cum hodie argumentum ſatisdationis a prudenti judicis arbitrio dependeat; pro re nata & varietate circumſtantiarum, a judici decidi ſolent atque determinari.

Hodie & quod judex criminalis etiam de eo quod civiliter intereſt judicet.

Quid ipſo per furtum probandum.

ARTIC. CCVIII.

Daß die geraubten oder geſtohlenen Güter dem Herrn wieder zugeſtellet werden.

Bewieſe aber ein Kläger in obgemeldtem Fall, der anſprüchigen Haabe halber, die Eigenſchafft gnugſam, und kònte doch darbey nicht beweiſen, daß ihm die durch Raub, oder Diebſtahl, entwendet worden wäre, und die Antwörter möchten dargegen zu Recht gnug nicht darbringen, daß dieſelbige kriegeriſche Haabe, mit gutem rechtmäßigem Titul, von dem Kläger bracht, und an ſie kommen wäre, ſo ſoll dem Kläger auf ſeine Betheurung mit dem Eyd (daß ihm ſolche Güter geraubt, oder geſtohlen worden ſeyn) geglaubt wer-

werden, und ihm dieſelben abermahls in maſſen als obſtehet, darauf folgen.

NOTÆ AD ARTIC. *CCVIII.*

Capita probationis læſi.

Continuatur hoc articulo tractatio juris de rebus furtivis reſtituendis & additur in favorem læſi, quod quidem duo 1) rem in bonis ſuis *1 eſſe 2) ſibi furto ablatam eſſe, probare debeat, ſed ſi primum probaverit, circa ſecundum ſtetur ipſius juramento, *2 ni contradictor oſtendere velit, quod non furto, ſed alio juſto titulo, res exierit e bonis conquerentis læſi, tunc enim juramento huius locus eſſe nequit.

An exacte dominium probandum & cur non?

*1 In textu dicitur: bewieſe der Kläger die *Eigenſchafft* gnugſam. Commentatores, *vid.* ZIERIZ. *h.* quibus cognitum fuit, quam difficilis ſit dominii probatio, loco: DOMINII ſive noſtro idiomate: *Eigenſchafft, Eigenthum*, maluerunt ſubſtituere formulam Romanorum laxiorem: *in bonis eſſe.* Nam facilius utique probari poteſt: daſs man etwas unter dem Seinigen, oder unter ſeinen Gütern beſeſſen und gehabt, quam, daſs etwas in unſerer *Eigenſchafft* oder *Eigenthum* geweſen, ſi accurate hæc vocabula ſumuntur. Neque vero perperam ita aliquatenus a verbo: Eigenſchafft receſſerunt, cum, quod in Carolina ſæpius verbis inhærendum non ſit, tum quod per analogiam juris, ceu in *not. ʃ. præc.* obſervatum, in ea ſpecie, ubi res aliqua per furtum nobis intercepta eſt, pleniſſima & exactiſſima probatio dominii non requiratur.

Cur admittatur ad jurandum, quod rem furto amiſerit. Annon etiam jurare poteſt læſus de jure ſuo, & quando?

*2 Sunt variæ hujus rei rationes. Nam 1) iniquum foret læſum probatione negative onerare, quod v. c. rem non vendiderit, permutaverit &c. 2) Furta omnia non manifeſta, fiunt læſis non videntibus, nec intelligentibus, quomodo vero probabunt, quæ ipſi neſciunt? Itaque ſufficit, quod juramento aſſerant, ex rerum ſuarum abſentia & carentia, amotionem ſive furtum earundem. Sed annon læſi & dominium, ſive, quod res in bonis ſuis fuerit, juramento itidem demonſtrare & ita rem a judice repe-

repetere poſſunt? Putamus poſſe & non poſſe, prout circumſtantiæ judici ſuggerunt deciſum. Si enim juramento aliæ accedant conjecturæ, poſſunt, ſi autem non accedunt, non poſſunt. Eſt autem ſatis conjecturarum, ſi quis probaverit, quod e ſua poſſeſſione res ſibi furto ablata ſit, tunc enim contra tertium quoque, qui poſt furtum rem b. f. nactus eſt, ad dominium jurejurando aſſerendum, merito admittitur. Sane ſæpiſſime circa mobilia concivis concives tantum ſciunt, quod illa poſſideat, quod vero dominus ſit, neſciunt, & nemo in loco ſcit præter poſſidentem, itaque ne re ſine ſua culpa careat, recte illius juramento creditur MEV. *P. IV. tit. I. Artic. VI. n. 17. jur. Lub.* E quibus colligimus, ad alterutrum, vel furtum, vel dominium ordinario modo probaſſe ſufficiat, ſemper autem reliquum, quod probari nequit, juramenti præſtatione ſupplere liceat diſerte quidem contextus tantum loquitur de ſpecie, ubi probatum DOMINIVM. Aſt æquitas ſuadet, ut idem aſſeramus, ubi FVRTVM probatum, ut jamjam dictum. Neque vero hic obſtare poteſt jus poſſeſſionis ultimi poſſeſſoris, cum jam ſupra diximus, quod jus civile noluerit, ut ulla ratione rei furtivæ poſſeſſor, ne quidem juſta uſucapione excepta, jus aliquod ſibi acquirat in re iſta, tanquam vitioſa. Sed an perjurii convincere licebit, falſo de furto ſibi facto jurantem? CLASENIVS putat novum poſſeſſorum, ex quo ſemel alterum jurare paſſus eſt, deinde, tanquam cauſa ſemel deciſa, non amplius audiendum eſſe ſuis novis probationibus. Enimvero cum juramentum, ad quod, qui dominium demonſtravit, ratione furti ſibi prætenſe facti admittitur, ſit beneficium articuli noſtri, adeoque juramentum LEGALE, ego doctrina STRYKII, *vid. ejus diſſert. de probat. contra juram. legal.* poſſeſſorem novum evidenter perjurium probaturum, admitterem ad probandum.

An contra jusjur. legis locus reprobationi & quare?

ARTIC. CCIX.

Geſtohlene Güter werden nicht verjähret.

Und kan an ſolcher geſtohlener oder geraubter Haabe, durch einige Länge der Zeit kein Gewehr erſeſſen werden: Könte aber der Ankläger ſeine gebührende Weiſung, wie obſtehet, nicht vollführen, ſollen alsdann die Antworter ledig erkannt werden, und ihm die beklagten Güter wieder folgen, mit ziemlicher Ablegung zugefügter Koſten und Schaden, darein der unbeſtändige Kläger nach Ermeſſung der Urtheiler erkannt werden ſoll.

NOTÆ AD ARTIC. CCIX.

De rei furtivæ præſcriptione.

§. 1. Pergitur in eodem argumento, & docetur e jure communi *1 ſcripto, quod res furtiva, vel vi rapta, nullo temporis lapſu præſcribi queat. Interim moribus, ſi tertius rem furtivam bona fide nactus ſit, triginta annorum ſpatio utique eandem præſcriptione acquirit. *2

*1 Lege Attinia, ejus quod ſurreptum æterna auctoritas erat. GELL. *L. XVII. noct. Attic. c. 7.* Nec aliter LL. XII. tabb. *vid. cap. XI.* harum legum *p. 55.* apud BALDVIN. GODOFRED. *pag. 65. ad LL. XII. tabb.* Unde Cæſar generaliter definit: keine Gewähr durch einige Länge der Zeit.

Furtivæ res a b. f. poſſ. XXX. annis præſcribuntur.

*2 Huc enim extendunt *l. omnes C. de præſcr. 30. l. 40. ann. Novell. 119. c. 7.* inde CARPZ. *V. 39. 6.* eum qui b. f. rem furtivam per 30. annos poſſedit, in foro contra rei vindicatione ſecurum eſſe jubet. Plane ipſum furem, ejusdem textus auctoritate, abſolvit a reſtitutione rei furtivæ PHILIPP. *L. II. inſtit. Eclog. XXII.* Quod tamen vix admittendum ob nimis craſſam malam fidem ejusmodi poſſeſſoris.

De eo, qui temere intervenit.

§. 2. Deinde additur, quod ſi actor reo fruſtra quæſtionem de rebus tanquam ſuis, furtoque ſibi ablatis,

latis, moverit, & temere * moleſtias ei creaverit, merito reus non tantum abſolvatur, ſed actor ad refundendas expenſas condemnetur.

* Temere vero non tantum agit, qui plane rem aliquam ſibi ablatam eſſe oſtendere nequit, ſed & ille, qui revera furtum paſſus eſt, temere autem & ſine probabilibus conjecturis, mox irruit veluti actione ſua in proximum ſibi obvium, nec deinde, quod hic rem ablatam poſſideat, ulla ratione demonſtrare poteſt. Interim ſi actor indicia quædam contra reum attulerit, (v. c. circa linteum, & ſimiliter ablatas merces, quæ non adeo evidenter demonſtrari atque internoſci poſſunt) & probaverit, quæ judicem movere queant, non tantum expenſas non refundit, ſed nec reus ſimpliciter, verum præſtito demum juramento de juſtitia poſſeſſionis ſuæ, abſolvitur. Ut ex analogia cum juris feudalis, tum e teſtimoniis JCtorum, in ſimili caſu probat. STRYK. *U. M. tit. de R. V. in fin.*

Quidque temere & quis non temerarius interventor.

ARTIC. CCX.

Von gnugſamen Vorſtand und Caution ſo zu leiſten iſt.

So auch die angeklagte Haabe in obgemeldten Fällen, Atzung halber, oder ſonſt, ohne mercklichen Schaden, bis zu Endung vorbeſtimmter Rechtfertigung, in Gericht nicht ſtehen bleiben könte, welcher Theil dann nach Ermeſſung des Gerichts ſämmtlich, oder des Richters und zweyer des Gerichts, nöthdürfftige gnugſame Caution, Beſtand oder Sicherheit thut, dieſelben Haabe zu den Gerichts-Tagen, ſo derhalben Kundſchafft geführet werden ſoll, wieder in das Gericht zu ſtellen, und wes er in demſelben Gericht derhalb verluſtig würde, es wäre um die Hauptſache oder Schaden, ungeweigert Folg zu thun, und wo dieſelbige Haab vor Endung und Vollnziehung des Rechten abgienge, oder

oder geärgert würde, ſolchen Abgang und Aergerniß nach Erkänntniß des Gerichts zu erſtatten, dem ſoll die anſprüchige Haabe, um weniger Unkoſtens und Schaden willen, darauf alſo ausbetaget werden, und auf ſolche Wiederſtellung folgen. Wo aber obgemeldten Beſtand beyde Theil thun wolten, ſo ſollen die Antworter zuförderſt damit zugelaſſen: und wo in dieſer Handlung gezweiffelt würde, ſoll Raths bey den Rechtsverſtändigen, und an Enden und Orten, wie zu Ende dieſer unſer Ordnung angezeigt, gebrauchet werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CCX.*

De animalibus furtivis. Contingit aliquando v. c. pecora furto auferri, quæ apud aliquem deprehenſa, ad petitionem læſi quidem abducuntur ad judicem, ſed ſi dein circa probationes utriusque partis remoræ incidunt, ob paſtus expenſas nimis grave foret, eadem diutius in tam ſumtuoſa judiciali cuſtodia detineri. Quo caſu Imperator partium arbitrio relinquit, quænam pecus ſecum abducere. & de eodem victori una cum eo, quod ejus intereſt reſtituendo cavere velit, ita tamen, ut utraque parte cavere volente, præferatur ſatisdatio a reo oblata. Quod ſi vero dubium ſubnaſcatur, utrum actori an reo rei cuſtodia committenda ſit, judex utriusque partis rationes expendet, & pro eo, qui evidentiori juris ſpecie nititur, judicabit.

ARTIC. *CCXI.*

So geſtohlene oder geraubte Güter beym Diebe oder Räuber angetroffen werden.

Würde aber obgemeldter angezogener, geſtohlener oder geraubter Güter halb, jemand mit böſem Glauben und Verdacht, dabey betreten, und der Ankläger gegen dem, oder denſelben peinliches Rechtens begehrt,

begehrt, oder aber der Richter deshalb von Amtswegen gegen ſolchen verdächtlichen Leuten peinlichs Rechtens gebrauchen wolte, in ſolchen peinlichen Sachen ſoll es gegen den berührten verdachten Perſonen gehalten und gehandelt werden, wie vor in dieſer unſer Ordnung von dergleichen peinlichen Fürnehmen und Handlung klärlich geſetzt iſt.

ARTIC. *CCXII.*

Gnugſame Anzeigung geraubter oder geſtohlener Güter.

WJe und wann dann auch jemand geraubter oder geſtohlener Güter halb zu peinlicher Frage gnugſame Anzeigung auf ihm hat, das wird im 38. Articul, anfahend, Item ſo erfunden wird, und im nächſten Articul darnach, angezeigt.

NOTÆ AD ARTIC. *CCXI. CCXII.*

De re furtiva, aut rapta, apud aliquem reperta, quæri quoque ſolet, quousque eum, in cujus cuſtodia deprehenſa eſt, furti commiſſi, vel rapinæ coarguat, item quatenus ad torturam adhibendam ſufficiat, tam in proceſſu accuſatorio, quam inquiſitorio. Sed de hac quæſtione jam ſupra diſpexit Cæſar, cum de proceſſu & indiciorum argumento tractandi locus eſſet. * **De judicio furti ex inventione furtivæ rei apud aliquem.**

* Indignatur hic ZIERIZ compilatori, quid enim inquit hæc otioſa ſuperiorum repetitio, cum nihil niſi meram ſapiat tautologiam. *vid. Art. VI. XII. XXXVIII.* **Zierizii cenſura articuli.**

ARTIC. *CCXIII.*

Daß ziemliche nothdürfftige Atzungen, ſo aufgangen, zu erſtatten.

UNd ſo ſich alſo mit angezeigter peinlicher Handlung, geſtohlne und geraubte fahrende Güter in

einem Gerichtszwang erfunden, die ſollen dem, der ſie alſo verlohren hätte, und wie vorſtehet, bewehret, daß ihm ſolche geſtohlne oder geraubte Haabe zuſtändig, abermahls ohne Beſchwerung, dann allein ob ſolches eſſend Viehe, und ziemliche nothdürfftige Atzung darauf gangen wäre, dieſelbige Atzung, doch ohne Uberfluß zu bezahlen, wieder verſchafft werden. Wo aber jemand die gemeldten Haabe, um weniger Unkoſten und Schadens willen, vor kündlicher Erfindung, gemeldtes unrechten Herkommens, und wem die zuſtünde auszubürgen, und zu betagen begehrt, das ſoll in dieſen Fall mit der Maaß wie vor deshalb von bürgerlicher Verhafftung und Klage, geſtohlener oder geraubter Güter halb, geſetzt iſt, auch beſchehen.

NOTÆ AD ARTIC. *CCXIII.*

Quas expenſas furto læſus judici reſtituit

§. I. Concluditur materia rerum furtivarum raptarumque hoc articulo, jubeturque judex rem læſo, qui probanda probavit, absque onere, * ſi expenſas in rem ipſam neceſſario faciendas, v. c. ad paſtum equi furtivi demis, reſtituere; imo ſi repetens eo caſu, ubi forte proceſſus moram exigit, idoneam ſatisdationem, de re iterum quocunque tempore exhibenda, parcendis, vel certe minuendis pabuli ſumtibus, præſtare velit, audiendus, atque abductio rei illi permittenda eſt.

& non reſtituit, cum ulteriori explicatione.

* Igitur expenſæ, quas judex inquiſitionem contra furem facit ipſi a læſo non reſtituuntur. Sed illæ expenſæ, quæ pro inquiſitione ad rem ipſam alicubi latentem detegendam, item in probationem læſi rem repetentis (auf die Regiſtraturen, Kundſchafft und Zeugen-Verhör) pro demonſtrando furto commiſſo, probandoque dominio, v. c. contra tertium b. f. poſſeſſorem, in judicio factæ ſunt, merito, eidem ab eodem reſtitui debent, cum ab omni

omni actore utique judicis opera in ejus commodum adhibita & impenſa, debita mercede ſolvenda ſit atque compenſanda. Salvo licet cetera contra reum temerarium regreſſu, qui & hic furtum paſſo contra furem, ut ab eo damnum & intereſſe repetere poſſit, reſervandus eſt. Quamvis enim Cæſar hic tantum pabuli, a furtum animalis paſſo, reſtituendi, comminiſcatur, reſpectu tamen expenſarum operarumque jamjam adductarum, ſubeſt plane eadem ratio æquitatis. Ut proinde tantum ſumtus in publicam ſecuritatem factos, v. c. was auf die Inquiſition, und Auffſuchung der Diebe, oder ihrer Geſellen und Mithelffer gegangen, & iniqua lucra præmiaque ex rebus furtivis olim capta, abrogaverit, atque prohibuerit Imperator. Quod pretium emtori, qui per errorem rem furtivam emerit, a domino rem vindicante regulariter non ſolvatur, paſſim a *DD. ad tit. de R. V.* traditur. *vid.* LAVTERBACH. *tit. de R.V. C. M. ſ. XXIII. ubi limitat,*

§. 2. Alii ut RICHTER *deciſ.* 96. *num.* 174 *ſeq.* argumentum expenſarum ita tradunt: læſus reſtituit 1) expenſas in curam & culturam rei furtivæ factas, 2) expenſas etiam proceſſus, ſi vel actione civili, vel criminali contra furem egit. A reliquis immunis eſt. Tutius tamen eſt, crimen tantum denunciare & ſuum repetere, pœnam criminis judici relinquere. Sententia Richteri de expenſis.

ARTIC. CCXIV.

Daß niemand zu klagen ſoll genöthiget werden.

WAs ein Beſchädigter ſeine Haabe die ihm unzweifelich zuſtände und durch Diebſtahl oder Raub entwendet worden wäre, mit gutem und unbenöther Ding, von dem Thäter wieder zu wegen brächte, darum ſoll derſelbige, der alſo das ſeine, doch mit der Maaß, als obſtehet, wieder erlanget, niemand nichts

 ſchul-

ſchuldig ſeyn, auch in dieſen oder andern dergleichen Fällen zu klagen, wieder ſeinen Willen nicht genöthiget werden. Und wo der Beſchädigte nicht peinlich klagen wolte, ſo ſoll dennoch die Obrigkeit den Thäter nicht deſtoweniger von Amtswegen rechtfertigen, und nach Gelegenheit der Perſon und Uberfahrung ſtraffen laſſen.

NOTÆ AD ARTIC. *CCXVI.*

Nemo tenetur accuſare invitus lædentem ſuum.

Tandem in complementum præcedentibus additur 1) quod re furtiva, raptave recepta *1 nemo cogatur ad inſtituendam contra furem accuſationem 2) quod accuſatione criminali a privato omiſſa, judex contra facinoroſum nihilominus poſſit procedere ex officio. *2

Suum damnum læſus tacet, ſed publicum non aeque.

*1 Sed, quid ſi rem receperit? nihilominus læſus ſecure tacere poteſt. Regula enim juris alemannici habet: Wir ſprechen, es mag ein jeglicher Mann ſeinen Schaden verſchweigen, ob er will. HERT. *parœm. CIII.* Excipit ibidem hos caſus 1) niſi ſit crimen atrocius v. c. falſæ monetæ, 2) ni ſtatutum adſit, vel 3) muneris ratio aliter jubeat. Sed hæc non pertinent ad regulam.

De moderamine accuſationum & inquiſitionum.

*2 Limitavimus doctrinam de inquiſitione ex officio *ſupr. §. 4. ad Artic. VI.* & ipſe cæſar nominatim in furto *Artic. CLXV.* eandem reſtrinxit. Imo & accuſatori limites rationi conformes ponendi ſunt, ne circa facta levia, ubi pœna criminalis ſtatui non poteſt, inſtituat accuſationem criminalem. Sic Anno MDCCXIX. M.Septembr. reſpondit ordo noſter, quod accuſator plebejæ conditionis, der eine ſo genante höchſtgemüſſigte peinliche Klage, propter pueriles injurias, quibus filia ipſius juvencula ipſa cauſam dederat, inſtituerat contra ſcholarem impuberem Doctoris filium, injuriarum conveniri a Doctore poſſit. Et alia vice reſponſum, quod magiſtratus, proceſſum inquiſitorium, contra ſcholarem, qui carmen in puellas confectum,

ctum, ex impetu juvenili deſcripſerat, minime movere, ſed ſummarie: durch einen Verhör, pro ſtatuenda moderata caſtigatione procedere deberet.

ARTIC. *CCXV.*

Mit was Maaß die Werckleute in den peinlichen Gerichten, nothdürfftige Galgen zu machen und zu beſſern ſchuldig ſeyn.

Nachdem an vielen Orten in peinlichen Gerichten, Gewohnheit iſt, ſo man einen neuen Galgen machen, oder einen alten beſſern will, daß alle Zimmerleute, die in demſelben peinlichen Gericht wohnen, darzu helffen müſſen, das dann einen groſſen unziemlichen Unkoſten machet, ſolcher Unkoſt je zu Zeiten auf diejenigen, ſo einen Ubelthäter peinlichen beklagen, mit noch mehr Unbilligkeit geſchlagen wird: Daſſelbige zu fürkommen, wollen wir, ſo fürter durch vorgemeldte nechſte peinliche Obrigkeit ein neuer Galgen zu zimmern fürgenommen und verſchafft wird, daß alsdann gedachte Obrigkeit oder ihre Befehlshaber, alle die, ſo ſich Zimmerhandwercks um Lohn gebrauchen, und in ſolcher peinlichen Gerichts-Obrigkeit ſeßhafft ſeyn, in die Stadt, Marck oder Dorff, darinnen das peinliche Gericht gewöhnlich gehalten wird, durch deſſelben peinlichen Gerichts-Büttel oder Amts-Knecht auf einen nahmhaftigen Tag erfordern, und ihnen das zum wenigſten vierzehen Tage zuvor verkünden laſſen. Und welche mit dieſer Erforderung alſo anheimiſch betreten, oder inwendig drey Meilweges von ihrer häußlichen Wohnung arbeiten, ſollen auf beſtimmte Zeit und Mahlſtatt erſcheinen, und keiner ohne Leibesnoth, die er auf Wiederſprechen bey ſeinem Eyde betheuret, bey Straffe zehen Gülden ausbleiben. Aus obgedachten Zimmerleuten,

ſoll der peinliche Richter deren eine Zahl, ſo viel ihm zu gemeldter Arbeit noth bedüncket, beſtimmen, und alsdann dieſelbe des Richters beſtimmte Zahl von gedachten Zimmerleuten, durch ein Looß, das er, der peinliche Richter, darzu verordnet, erwehlen, die bey Vermeidung obgedachter Poen um einen gewöhnlichen Tage-Lohn, das ihn derſelbige Gerichts-Herr, ohne der Kläger Schaden, bezahlen, Folge zu thun ſchuldig und pflichtig ſeyn: Auch derhalben von niemand geſchmähet, verachtet oder verkleinert werden ſollen. So aber einer von jemands derhalben verklaget, verſchmähet oder verkleinert würde, der ſoll ein Marck Goldes, als offt das beſchicht, halb der Obrigkeit, in des peinlichen Gerichtszwang der Uberfahrer ſitzt, und den andern halben Theil dem Geſchmächten verfallen ſeyn, darzu ihm auch von gemeldter Obrigkeit ſoll mit Recht verholffen werden. Und ſoll ſolches vor und nach gemeldter rechtlicher Hülffe, demſelben Geſchmächten an ſeinen Ehren, guten Leumuth und Handwerck, in alle Wege unverletzlich und ohne Schaden ſeyn.

NOTÆ AD ARTIC. *CCXV.*

De exſtructione & reſtauratione patibuli.

Agitur de exſtructione novi, & refectione vetuſti patibuli. Quæ utraque quondam nimis ſumtuoſa, accuſatorique oneroſa fuit, dum illius ære, fabri lignarii omnes ſub judice rerum capitalium commorantes, ad novum opus convocabantur. Id quod minime ferendum eſſe Imperatori videtur. Quare conſtituit jubetque, ut judex, quoties patibulum fabricandum, omnibus, qui operam lignariam ſub ejus diſtrictu mercede locant atque publice profitentur, certum diem per apparitorem indicendum curet, quo omnes & ſinguli in loco futuri operis, ni tempore iſthoc a propriis laribus per tria milliaria

liaria alibi opus exerceant, præſto ſint; ut deinde *2 ex integro illorum cætu juſta ſorte tot, quod futura fabrica requirit, eligi queant. Ne vero quidam vana ſcrupulo moti, vel falſo prætextu uſi impedimenta ſibi fingant, jurisjurandi religionem judex abſentes ſubire, vel decem florenorum mulctam eosdem ſolvere jubeat. Porro quod juſtam mercedem attinet, iſtam minime ab accuſatore extorquendam, ſed ex ærario judicii deſumendam eſſe Imperator cenſet. Tandem ne abſentes opifices forte præſentes iniquiſſimis conviciis pro opera in publicum utiliter præſtita, proſcindant, marcæ auri mulcta additur, inter judicem & injuria affectos æquis partibus heriſcunda. *3

*1 Patibula Conſtantinum Magnum, poſt ſublatum crucis ſupplicii uſum, erigenda atque exſtruenda curaſſe, communiter dicitur, atque in hanc rem SOZOMEN. *L. I. c. VIII.* & NICEPH. *L. VII. CXLVI.* teſtes laudantur. Sed uterque quidem Conſtantinum late lege crucis ſupplicium ſuſtuliſſe commemorat, de patibulo autem in *l. c.* altum ſilentium eſt. Sane apud Romanos utrumque genus pœnæ, ſuſpenſionis reſte ex arbore, ut ſtatim necaretur delinquens, & affixionis in crucem, ut protracto dolore diutius excruciaretur miſer, in uſu fuit; loca veterum recitat COVARRUVIAS *Var. Reſol. Libr. IV. c. V. per tot.* Patibuli tamen inſtrumentum, prout hodie ligno triplici, forma jugi veteris erigitur, apud Romanos in uſu non fuiſſe, putat LIPSIVS *Libr. III. c. 7. de cruce*, qui nihilominus in eo fallitur, quod pœnam ſuſpendii publici Romanos ignoraſſe tradit. Aliud enim ex LIVIO, & LVCANO aperte oſtendit COVARRUVIAS *d. l.* Tempore TACITI *vid. Cap. 12. ejusd. de M. G.* ex arbore majores noſtri proditores, ut & transfugas ſuſpenderunt. Ita hodienum apud SVSATENSES noſcitur: die Bürger-Eiche, vid. ZAHN. *pag. 611. de jur. munic.* Suſpenderunt aliquando etiam delinquentes per pedes, ſic v. c. ſeculo XIII.

Patibula an a Conſtant. M.

De duplici ſuſpenſione apud Romanos.

Error Lipſii.

De ſuſpenſione ex arbore apud nos & Romanos.

Dux

De ſuſpenſione per pedes patibulum apud Francos.

Dux Albertus per pedes ſuſpendii juſſit Comitem Cunradum de Eberſtein, qui Moguntinum contra ipſum concitaverat. *vid. t. II.* LEIBNIT. *p. 1119. Rer. Brunſvicenſ.* Apud Francos pœna patibuli pariter recepta erat. Unde in *Capitular. II. c. II. An. 813.* conſtitutum legitur: *Et judices & vicarii patibulos habeant.*

De OTTONE IV.

Otto IV. Cæſar auctore TRITHEMIO *tom. I. pag. 516. chron. Hirſau.* quotquot prædones & latrones inveniri poterant, ſive *nobiles,* ſive *ignobiles* ſine aliqua remiſſione laqueo fecit ſuſpendi.

De modo ſuſpendendi Weſtphalici judicii.

In judicio Weſtphalico quondam moris erat: Dat de Frygreve to dem minſten ſeven frye Scheppen by öhme ſettete, und ſo fort mit eenem Schwerde, ene Repen up de Banck legen, hegen und ſpannen ſcholde, en hellick Ding und hemlich Gerichte, und offt en unwehrt Mann ſich töge in de hemliche Gericht des Königs, und die beluſterde, ſchall die Frygreve ubſtaen, unde nennen den Mann mit ſinen chriſtl. Nahmen, und laten binden ſine Hände vor to ſammen, und doen ene Wyde oder Repe um ſynen Hals und hangen öhm an den negſten Bom, de men hebben mag und dem Fryſtoel neigſt gelegen is, und de Frygreve ſchall de Fryſcheppen rœpen und eſchen, dat ſye dar Hülpe to doen. Ita vetus *MSꝰ.* Ecce compendioſiſſimam antiquam ſuſpendendi methodum. Nulla hic murariorum vel carpentariorum prolixa convocatio, nulla ſolemnis patibuli exſtructio, nulla opificum inter ſe rixantium convicia, nullus carnifex ſive Nachrichter, ſed ipſi judices miro compendio cognoſcunt, judicant, ſuſpendunt. Qui plura de Romanorum ſuſpendiis ſcire cupit, evolvat CONTIUM *p. 50. 51.* PETRUM FABRUM *L. II. ſemeſtr. p. 81.* MATTHÆI *p. 655.*

Unde probabiliter origo.

*2 Ex hoc ipſo apparatu patet, patibulum non novum inſtitutum apud nos eſſe, nec enim tantus rituum cumulus ab Imperatore ex abrupto veluti effingi potuit. Antiquitus plura opificum genera, ſed diverſimode concurrerunt. HUNDIUS *in dem kurtzen Auszug etlicher Bayerſchen Hiſtorien p. 402. ſub verbo: Galgen,* hæc commemorat: Galgen,

gen, oder das Hochgerichte, haben gemeiniglich aus alten Herkommen, allenthalben in dem Lande die Weber müſſen machen laſſen, die Leyter die Müller dazu und davon geführt, deſſen ſeynd die Weber in etlichen Gerichten gegen eine Vergleichung durch die Landsfürſten erlaſſen, als zu Mermoſen in Schwaben u. ſ. w. In Franconia autem diutius duravit inſtitutum; ſed alio officio functi ſunt: *die Leineweber*. Ita enim KIRCHGESN. *p. 31.* Die Unterthanen haben das Holtz gehauen und beygeführt, die Leineweber die Löcher gegraben, die Müller das Holtz aufgezogen u. ſ. w. & paulo poſt An. 1653. extructionem patibuli Würtzburgici hic modo deſcribit: Die Meiſter des Zimmerhandwercks haben das Holtz beſchlagen, die Leineweber haben den Grund gegraben, die Müller das Holtz aufziehen, die Schmiede den eiſern Nagel einſchlagen, die Wagner die Leiter verfertigen müſſen. Dein vero textores & molitores ad preces ſuas ab his operis exemti ſunt. Cauſas priſtini moris refert IDEM *ibid.* nehmlich das vor Zeiten niemand von Handwerckern ſich zu Aufrichtung der Galgen brauchen laſſen wollen. Nam in judiciis Weſtphalicis & paſſim medio ævo regulariter ſuſpenſio 1) ex arbore quacunque, non ex peculiari fabrica extructo patibulo 2) non a carnifice peculiari, ſed a judicibus & concivibus facta, usque dum introducto jure civili, judicia majori externo apparatu exerceri, inſtrumentaque ſuppliciorum curatius præparari, & carnificum munus exequendi frequentius & apertius in foro criminali introduci cœpit. Ad quæ nova inſtituta opifices, qui in turbis in certas ſocietates ſive tribus ſe aſſociaverant, atque qualemcunque auctoritatem ſibi conciliaverant, obſtupeſcebant & attoniti veluti hærebant, nec in propriorum ſociorum terrorem publicum aliquid operæ conferre volebant. Unde ex pluribus opificiis ſelectum factum fuiſſe, imo ipſum judicem quondam gladio lignum patibulo deſtinatum, ſcrupuli tollendi cauſa primum tetigiſſe conſtat. In Thuringia, ne

(Handwerck ſo bey dem Galgen vor Zeiten concurriret.)

Tanti apparatus circa patibulum.

Fff ff unum

Digitized by Google

unum opificium habeat; quod alii exprobret, carpentarii & murarii ſinguli & omnes, e reliquis autem opificiis tantum ſeniores adeſſe jubentur, ut refert DOEPLER. *p. 613. P. I.* Carolina noſtra tantum illos opifices convocat, quorum opificio convenit opus aliquod exſtruere: Maurer und Zimmerleute, de reliquis opificibus, tanquam ad ejusmodi actum non neceſſariis, nihil ſtatuit. Unde in dubio quoque & ubi de contraria ſpeciali conſuetudine non conſtat, omnes opifices, ſolis murariis & carpentariis exceptis, ſi ſe ab hoc munere excuſare volunt, in conſtitutione noſtra habent intentionem fundatam. Locum patibuli erigendi non definit Cæſar. Cavendum eſſe quidam monent, ne tam prope ad confinium exſtruatur, quo umbra ſolis longiſſima vicinum territorium attingat ZOBEL. SCHNEIDEWIN apud ZIERIZ *h.* WEHNER. *in theſaur. p. 526. I.* Quod ſpatium hodienum inter diverſorum territorium dominos obſervari in Franconia refert KIRCHGESNER. *p. 27. n. 2.* Si tamen nobilis in ſuo fundo patibulum exſtruit, cujus umbra in viam regiam incidit, principem patibulum tolli jubere non poſſe dicit FRITSCH. ad SPEIDEL. *lit. G. n. 8.* nullum enim viæ præjudicium inde inferri. Nec inter privatos umbram hoc caſu attendi notat BEYER. *h.* ex BEATO, ſed ſufficere hodie, ſi diſtet a vicini fundo patibulum per viginti quatuor ulnas. Idem aſſerit ZIERIZ. Solet quidem urgeri, quod ſpectatoribus a domino jurisdictionis, qui patibulum exſtruendum curat, in fundo proprio locus relinqui debeat, aſt cum damnum, quod circa fruges a ſpectatoribus metuitur, ſi executiones tempeſtive fiant, facile avertatur a vicino, non opus eſt pluribus de his diſputare. Exprimitur non raro: in den Lehnbrieffen, jus habendi patibulum v. c. mit aller Gerichtbarkeit über Hals und Hand, mit dem Recht Stöcke, Räder, Galgen und Pranger aufzurichten. Sicuti itaque patibulum non eſt ſuperioris jurisdictionis, ita quoque per illius conſervationem, & ſi quando propter vetuſtatem concidit,

De loco patibuli.

dit, per ejuſdem reſtaurationem, evidentiſſime vaſallus, vel oppidum, ſui juris poſſeſſionem demonſtrat, præcavetque ne, ſi diu occaſio judicium capitale exercendi interdum defuerit, diſputatio liteſque de ipſa competentia jurisdictionis ſuperioris exoriantur. De ſumtibus ad rotarum, patibulorum &c. extructionem, ita ſtatuitur *in* GLOSS. *ad l. 1. Artic. 59. jur. Weichbild.* Was Erblos wird darum dem Richter gefolget, das er richterliche Gewalt und dazu Stöcke, Pranger, Galgen, Staupen, und allerley Sachen, damit man Miſſethäter peiniget, halten ſoll. *vid.* CARPZ. *Qu. 138. n. 52.* Ita & textus noſter, verſic. daſs ihnen derſelbige Gerichts-Herr ohne der Kläger Schaden zu bezahlen u. ſ. w. Pœna eorum, qui vel e ſuperſtitione *vid.* DOEPL. *c. VII. VIII. P. II.* vel lucri cupiditate aliquid a patibulo vel ſuſpenſo auferunt, *vid.* CARPZ. *Qu. LXXXIII. n. 60. ſequ.* eſt arbitraria v. c. carceris, relegationis aliaque. Nec aliter obtinet, ſi carnificis famulitium tale quid audet.

Cujus ſumtu extruendum patibulum.

*3 Jam antiquiſſimo uſu invaluit, ut mulctæ certarum librarum auri vel argenti, ab imperatoribus indictæ ſint in fiſci ſui, læſique æquale commodum. Ita enim in diplomate Caroli *M. pag. 14. tom. I.* MARTEN. item Caroli Craſſi de Anno 882. *pag. 628. apud* VGHELL. *ſub Epiſc. Veronenſ.: ſi quis violare audeat, in C. libras auri ſe compoſiturum ſciat, quarum pars media* ECCLESIÆ LÆSÆ, *media altera* PALATIO *noſtro cedat.* Nec aliter in diplomate Henrici II. *L. V. p. 403.* SCHATEN. *& p. 418. ibid.* Cunradii III. *p. 167. apud* HEDAM Henrici IV. *p. 194. apud* EVND. Aliquando ceſſit tota mulcta læſo, v. c. in diplom. Ludov. Pii *p. 235. t. I.* VGHELL. *ſub Volaterr.* in conſtitutione dotis Ottonis II. *p. 209.* apud LEVCKFELD. *Antiqu. pæld.* Aliquando ſoli Fiſco proſpectum *vid.* HEDA *p. 29.* & dipl. Henric. II. apud BROWER. *p. 254. Antiqu. Fuld.* verſicul: *Si autem vel ipſi abbates &c.* Atque hoc modo ultimo in territoriis ſtatuum convicia coërceri moris eſt, v. c. in der Chur- und Marck Brandenburg

Antiquitas formulæ mulctarum: halb uns und unſerm fiſco u. ſ. w.

mit 100. Rthl. Fiſcaliſcher Straffe, MYLIUS *in corp. conſtit. Magdeburg. P. III. n. 217.* Quod ſi vero in aliqua provincia nihil certi conſtitutum, crederem injuriatos agere poſſe actione ex Artic. CCXV. ad dimidium mulctæ ſibi applicandum.

ARTIC. *CCXVI.*

Wer die Geldſtraffe nicht erlegen kan, muß das Gefängniß leiden.

Wo aber ein ſolcher Uberfahrer beſtimmte Geld-Pön nicht vermöchte, der ſoll im Kercker alslang geſtrafft werden, biß er dem Verletzten nothdürfftige Entſchuldigung thut, daß er ihn an ſeinen Ehren damit nicht wolle geſchmähet haben, und ſich verpflichtet fürter dergleichen Schmach zu vermeiden, ſolcher Uberfahrer ſoll auch dawider von niemand beſchützt oder gehandhabt werden, bey Verlierung obgemeldter Pön, einer Marck Golds.

NOTÆ AD ARTIC. *CCXVI.*

De conviciatore, ſi non habet in ære pœnam in corpore luente.

Quod ſi conviciator non habeat in ære, carceri mancipandus eſt in pœnæ locum, ut ibi deliteſcat, donec apud læſum deprecatus & conteſtatus ſit, quod nihil ignominioſi de illo ſciat, inſuperque cautionem de non amplius injuriando præſtiterit. *1 Tandem qui injuriantem defendere, & contra legem hanc pœnalem tueri aggreditur, temerarium auſum mulcta eadem unius marcæ auri luere debet. *2

*1 Omnia hic plana & perſpicua, regulaque in criminalibus nota: qui non habet in ære, luat in corpore *ut hic, & l. ſi quis injuriam tit. de injur. & l. 1. §. fin. tit. de pœn.*

Was vor ein Beſchützen hier verbothen.

*2 Ad ejusmodi defenſores refert CLASEN noſter, cauſidicos verba injurioſa per calumniam in bonum ſenſum in gratiam conviciatoris detorquentes. Aſt uti hos tanquam calu-

calumniatiores arbitrarie a judice puniri poſſe credo: ita de illis Carolum noſtrum cogitaſſe, mihi nullo modo veroſimile videtur. Nec enim verba: beſchützen, handhaben, ulla ratione ad advocatos quadrant, ſed ex genio ſeculi, linguæque noſtræ, ad eos, qui via facti per vim, protectionem & ſecuritatem conviciatoribus pollicentur, & revera præſtant, referenda ſunt, cujus farinæ eſt hæc ſpecies: wenn ſich die Handwercker zuſammen rottiren, dem Beleidiger aus ihrem Mittel Vertretung und Schutz anbieten, auch öffentlich ſagen, (ut fieri ſolet) er ſoll par force keine Straffe geben.

ARTIC. *CCXVII.*

Was oben von den Zimmerleuten geſagt, wird auch von den Mäurern verſtanden.

So man dann einen Galgen oder Enthauptſtatt mauren will, ſoll es darzu nothdürfftiger Mäurer halb in ſolcher peinlichen Gerichts-Obrigkeit feſzhafft, allermaſſen wie oben von den Zimmerleuten geſetzt iſt, auch gehalten und gehandelt werden.

NOTÆ AD ARTIC. *CCXVII.*

Merum additamentum continet hic Articulus, ad Articulum CCXV. ut nempe ibi de fabris lignariis dicta, etiam ad murarios, ſi quando patibulum, vel cataſta, aut pegma lapideo opere exſtruendum curat magiſtratus, applicentur. *De argumento a ſimili.*

ARTIC. *CCXVIII.*

Daß Mißbräuche und böſe unvernünfftige Gewohnheiten, ſo an etlichen Enden gehalten werden, ſollen abgeſchafft ſeyn.

Nachdem an etlichen Orten gebraucht und gehandelt wird, ſo ein Ubelthäter mit geſtohlener oder

geraubter Haabe betreten, und gefänglich einkommt, das alsdenn ſolch geſtohlen und geraubt Gut demjenigen, ſo es alſo geſtohlen oder geraubt worden, nicht wiederum zugeſtellt, ſondern von der Obrigkeit des Orts eingezogen: Desgleichen an vielen Enden der Mißbrauch, ſo ein Schiffmann mit ſeinem Schiff verfahret, ſchiffbrüchig würde, daß er alsdann der Obrigkeit deſſelben Orts mit Schiff Leib und Gütern verfallen ſeyn ſoll: Item, ſo ein Fuhrmann einen Wagen umwirfft, und einen unverſehendlichen tödte, daß alsdann derſelbige Fuhrmann der Obrigkeit mit Wagen, Pferden, Gütern auch verfallen ſeyn ſoll. So werden auch an vielen peinlichen Gerichten und derſelben mancherley Mißbräuche erfunden, als daß die Gefängniß nicht zu der Verwahrung, ſondern mehr zu Peinigung der Gefangenen und Eingelegten zugericht: Item, daß durch die Obrigkeit etwan leichtlich auch ehrbahre Perſonen, ohne vorhergehende Berüchtigung, böſen Leumut, und andere gnugſame Anzeigung, angegriffen, und in Gefängniß bracht werden, und in ſolchem Angriff etwan durch die Obrigkeit geſchwindlich und unbedächtlich gehandelt, dadurch der Angegriffene an ſeinen Ehren Nachtheil erleidet: Item, daß die Urtheil durch den Nachrichter, und nicht den Richter oder Urtheiler ausgeſprochen und eröffnet werden. Item, an etlichen Orten, ſo ein Ubelthäter auſſerhalb des Laſters der Beleidigung unſer Majeſtät oder ſonſt in andern Fällen, ſo der Ubelthäter Leib und Gut nicht verwürcket, vom Leben zum Tode geſtrafft, Weib und Kinder an Bettelſtab, und das Gut dem Herrn zugewieſen werden: Und die und dergleichen Gewohnheit wollen wir, daß eine Obrigkeit abſchaffen und daran ſeyn ſoll, daß ſie hinfürter nicht geübt, gebraucht oder gehalten werden, als wir dann aus Kayſerl.

Macht

Macht hiemit dieſelben aufheben, vernichtigen und abthun, und hinfürter nicht eingeführet werden ſollen.

NOTÆ AD ARTIC. *CCXVIII.*

§. I. Sequitur Articulus oppido notabilis, qui cum duo pertractet 1) abrogationem quorundam abuſuum in confiſcationibus, 2) doctrinam de delictis, quæ bonorum publicationem merentur: nos quoque eundem ſimili ratione ſecabimus & deinde utramque ſectionem diſtincta opera conſiderabimus. **Quod capita hujus articuli.**

§. 2. Abuſus initio Articuli recenſentur atque damnantur ſequentes I) quod magiſtratus alicubi ſibi vindicet *1 res furtivas penes furem deprehenſas II) quod naufragorum *2 bona una cum ipſis hominibus naufragium paſſis, fiſco loci alicubi abdicantur. III) quod aurigæ *3 currus mercibus onuſtus, ſi quando illius improviſa inverſione homo periit, una cum mercibus in gratiam fiſci publicetur IV) quod carceres *4 non ad cuſtodiendos, ſed affligendos, & quaſi torquendos delinquentes adhibeantur V) quod viri honeſti ſine præcedentibus ſufficientibus indiciis a magiſtratu alicubi, non ſine magna injuria & ignominia, ex mera præcipitantia capiantur & ad carceres *5 rapiantur VI) quod etiam hinc inde moris ſit, ut non judex, ſed carnifex ſententias capitales publicet atque pronunciet. *6 **Quinam abuſus in eodem abrogentur.**

*1 Satis jam de hoc abuſu diſpeximus *ad Art. CCVII. ſupr.* Plane Papas alicubi monaſteriis privilegia dediſſe, ut ipſis res furtivæ relinquantur, conſtat e *Statut. Leod. pag. 546. n. 19. continuat. 1. Spicil. eccleſ.* Excommunicari tamen jubentur monaſteria, quæ falſo ejusmodi privilegia allegant *ibid.* **De abuſu rerum furtivarum plane quondam in monaſteriis.**

*2 De uſu hujus juris antiquo non eſt dubitandum. Ita "enim ALBERTUS STADENSIS ſub Henric. IV. *p. 261.* "Friderici, qui comitiam Stadenſem in adminiſtratione "tenuit, mater & avia de Anglia navigantes, in comitatu **Von Strand- und Grund-Ruhr-Recht ejus hiſtoria & jure in Germania.**

"tatu Stadenſi naufragium paſſæ ſunt, & ſecundum priſci "juris rigorem, tam homines, quam res regiæ ditioni "ſunt mancipatæ. Mulieres quidem ad cameram odo-"nis uxoris vdonis tranſlatæ ſunt. Nec deinde fri-"dericvs tam primo vdone vivente, quam ſecundo "unquam jugum ſuæ conditionis detrectavit, unde ad "adminiſtrationem comitatus Stadenſis vocatus eſt. Fra-"ter autem friderici olricvs, in diebus ſecundi "vdonis liberum ſe jactitans, curiam Imperatoris "henrici adiit, quem cum coram imperatore gosla-"riæ vidiſſet vdo, quæſivit in ſententia, an licite poſ-"ſet vindicare ſibi mancipium ſuum, & cum lata eſſet "ſententia, quod poſſet, *dedit magnam alapam* olrico. Unde in ipſa curia publica, jus naufragorum res & perſonas occupandi approbatum videmus, licet Cæſar ægre tulerit inſulſum vindicandi modum, ut ibid. albertvs refert. Confirmat uſum ejusdem iniquiſſimi inſtituti granz. in *Wandal. L. XIII. c.40. & Libr. XIV. c.1. & 13.* Atque ita obtinuit in fluviis danvbio, rheno, moeno, mosella, litoribusque maris Balthici, ut probat hert. *p.314. de ſupr. territor.* Dicitur: das Strandrecht, Grundrecht, quaſi pro eo ſolo, quod navis ſolum attingat, vel ad illud allidatur, dominus ſoli ad ejus occupationem jus nanciſcatur. Imo: das Grundruhr-Recht alicubi extenſum fuit ad res, de curru in ſolum in terra continenti cadentes, ut ex charta Caroli IV. Trevirenſi data *p. 194. apud* kyriandrvm conſtat verbis: *Quibuscunque privilegiis non obſtantibus, vel pravam conſuetudinem in iſtis conductis naufragorum, vel cadentium bigarum &* avrigarvm *bona, veluti jure* grvndtrohr *occupandi, deinceps exerceat.* Sicubi in imperio adhuc de facto exercetur, ad petitionem læſi in Camera ſtatim mandata ſine clauſula contra exercentem decerni ſolent, ut ex mindano ſatis conſtat. Agnoverunt hujus moris injuſtitiam jam plures Germaniæ Reges: Henricus VI. in conſtitutione wieder das Grundruhr-Recht; Henricus VII. in reſcripto

reſcripto ad Advocatos provinciales. Utrumque recitat WENCKER. *p. 160.161. in archiv.* Deinde WILHELMUS, CAROLUS IV. *Continuat. II. Spicil. eccleſ. pag. 219.* atque ſtatus adhuc ante Carolum V. noſtrum, illumque abrogarunt. Wie ſchon Kayſer Ludewig Anno 1316. in Bayern, da er noch Römiſcher König war, gethan, und ſich deshalber mit Hertzog Friedrich in Oeſterreich, wie auch mit Hertzog Ernſt und Hertzog Wilhelm verglichen, referente HUNDIO verbo, *Grundruhr in f. des Bayr. Stambuchs.* Adde *ſcriptor. theſaur.* verb. *Naufragium, Grundruhrrecht, Strandrecht, & DD. ad authent.* NAVIGIA *C. de furt.* SCHOTTEL. *de diverſ. German. jur. c. 20.* Occurrit tamen adhuc in dem Lehn-Brieffe des Biſchoffs von Worms *vid. theſaur. feudal.* LUNIG. *I. pag. 421.* & de Patavienſi HUND. *p. 287. & 289.* Excuſare illud intendit quondam BEYER *L. II. c. VI. ſ. IX. jur. Germ.* ſed rationibus revera nullis. Nec eſt quod dicas, miſeros naufragos non habere jus perfectum, ut ab aliis in litoribus, cum rebus ſuis ſalvi recipiantur. Nam 1) alii multo minus jus habent, ut homines innocentiſſimos, citra voluntatem ſuam appulſos occupent, perſonas in ſervitutem redigant, ſuæque dominio res addicant. 2) Negari poteſt ſive ratio, ſive aſſertio BEYERI, quod homini fatali quodam caſu in terram dejecto, vel appulſo ad eandem, non liceat ſine alterius damno dejici, aut appelli, citra libertatis, bonorumque ſuorum præſens diſcrimen. Quis ſapientium enim v. c. homicidium caſuale v. c. lapſu hominis ex alto patratum, ſevere coërcuit? quis ergo plane caſum fatalem, ſine ulla hominis læſione contingentem, ſine injuſtitia, libertatis, rerumque jactura coërcere poteſt? Ita eſt, non tenemur de jure ſtricto ad alteri faciendum *bene*, interim quoque jus non habemus ad inferendum alteri ſine cauſa *malum*. Neque vero majori robore nititur aliorum commentum, quaſi ejusmodi civilia inſtituta, ſuæ civitatis LEGE deſuper lata, ſatis apud prudentes excuſarentur. Nam non inter privatos,

Ubi hodie in uſu.

Diſputatio contra Beyerum, hujus iniqui juris fautorem.

vatos, ejusdemque reipublicæ cives, qui iniquiſſimas ſuperioris ſui leges revereri jubentur, proprie hic diſputatio eſt, ſed potiſſimum inter diverſas gentes, vel certe inter diverſas provincias, quarum alteri de alterius legibus & inſtitutis illorumque juſtitia & æquitate diſpicere fas eſt, præſens diſquiſitio inſtituitur. Aſt qua fronte gens genti, vel ex eo ſolo capite, quod ita ſanxiſſet, vel apud ſe LEGEM tuliſſet, iniquiſſimam alteri illatam conditionem tueri poteſt? Imo ne quidem unius reipublicæ cives adeo omni humana conditione exuere poſſumus, ut ſpecioſo LEGIS prætextu, ſuperiorem, quælibet de illorum libertatis, vel rerum amiſſione ſtatuere poſſe credamus. Cum omnis legislatoria poteſtas, utique & ipſa legitima eſſe debeat, atque in hunc finem principi a civibus quondam ceſſerit, ut mutuas civium injurias JURE inter illos decidat atque minuat, non autem, ut per injuriam omnium graviſſimam, hoc ſalutari alias reipublicæ remedio, in cedentium perniciem abutatur, adde *diſſert. de jur. ſummo p. 33. ſequ.* Quadrant huc ſupra dicta de furto in caſu neceſſitatis permiſſo *Art. CLXII.* ubi *cit.* GROT. & PUFEND. Ceterum laudem meretur Romanorum humanitas, qui jus naufragorum non agnoverunt, nec bona horum publicarunt, ut contra GROTIUM probat HUBER. *I. p. 91. II. 380. in prælect. conſ.* BYNCKERSH. *de dominio maris c. 1.* ubi etiam de turca.

De pœna brutorum male ad illuſtrationem abuſus tertii allata.

*3 ZIERIZ. *h.* provocat ad mores veterum, in ſuis rebus publicis quoque animantia bruta punientium, de quibus ridicula congeſſit MATTHÆI *in prolegomen. tr. de crimin.* BEYER *h.* partim ad actiones noxales Romanorum, partim ad *tit. de damn. infect.* partim ad jus Saxonicum, quod *L. I. art. 62.* gladium in privatam ultionem evaginatum judici addicit, confugit. Enimvero ex his omnibus nullum idoneum conſuetudini hic rejectæ præſidium afferri poteſt. Nam 1) pœnæ beſtiarum quondam non ſapiebant quæſtum judicis privatum. 2) Actiones noxales, item ſtatuta in *tit. de damn. infect.* itidem non in judicis, ſed in concivium commodum introduci cœperunt, atque facile

Von verfallenen Gewehr v. LL Goslar. p. 499. tom. III. R. BR.

cile ex doctrina de damni dati reſarcitione defenduntur.

3) Dominus armis ſuis in contemtum magiſtratus abuſus, recte temeritatis pœnam ſentit, læſumque magiſtratum ultorem habet, ſed quid hæc omnia ad ſpeciem præſentem? Si auriga peccavit, coërceatur, mulctetur; ſi non peccavit, ipſe una cum tertio innocente, ad quem currus forte pertinet, merito impunis eſto. Itaque hoc quicquid quondam fuerit, ad iniquas conſuetudines, quibus olim Germania noſtra, æque in judiciis, ut nunc vitiorum mole in communi vita, laboravit, unice referendum eſt, *conſ.* HEIG. *II. Qu. 37. n. 41. ſequ.* In *ſpec. Suec. artic. 229. apud* GOLD. de amiſſione currus & ejus confiſcatione nihil habetur, ſed currum invertens jubetur puniri pro culpæ gradu, ut in L. Aquilia & hodienum. Æquum aliquatenus eſt ſtatutum *jur. Lubec. IV. tit. III. Art. 3.* ſcilicet, ut ſi culpa aurigæ, vel rhedarii damnum detur, initio ipſe auriga, vel rhedarius, dein ipſius dominus, ſi quem habet, teneatur, ita tamen, ut hic, ſi velit, currum & equos noxæ dedendo ſe liberare poſſit, *vid.* HARPRECHT. *von Recht der Fuhrleute p. 131. ſequ.* — *qui iniquiſſimus utique fuit.*

*4 Jure civili finis incarcerationis erat ſola cuſtodia, deinde autem jure canonico carcer quoque in pœnæ ſpeciem introduci cœpit, quod praxis ſequitur, ut duplicem carcerem hodie noſcamus, alterum ad cuſtodiam facinoroſorum, qui pœnæ capitis, vel certe corporis cruciatui reſervantur, & in hunc finem cuſtodiuntur, alterum ad pœnam in delictis levioribus. De carceribus horribilibus *vid.* plura apud DOEPLER. *P. I. cap. von Gefängniſs.* Debet cetera judex diligenter per actuarium annotare diem & locum ipſum, inſuper quoque curare: daſs der Gefangene mit reinem Stroh und leidlicher Koſt verſorget werde, imo ipſe aliquando viſitare carcerem, præcipue ſi incarceratus de illo quæritur, *confer.* KEYSR. *in prax. crim. pag. 222. ſequ.* — *Carceris finis de utroque jure civili & canonico.*

*5 Cum carcer ſit medium perveniendi ad pœnam, tanquam finem, merito & hoc fine judicandum eſt de carceris uſu. Finis enim dat mediis neceſſitatem, menſuram & ordinem, ut ſatis conſtat ex philoſophicis. Re- — *Quando incarceratio ſeu cuſtodia decerni poſſit.*

 qui-

Digitized by Google

quiruntur vero duo omnimodo in hac quæſtione, 1) ut delicti pœna minimum ſit talis, quæ in abſentem ſtatui nequeat, 2) ut puniendus de commiſſo delicto ſufficientibus indiciis ſit gravatus. Alias enim vel carcer gravius foret medium ipſo fine, vel ſiniſtra foret atque inepta illius ad certam perſonam applicatio. Imperator noſter reprehendit tantum abuſum citra poſterius, ſtatuendo, ne in imperio amplius circa malam famam, vel alia idonea indicia procedatur ad carcerem cum læſione honoris, vel ignominia incarcerati. Cæſaris auctoritatem ſecutæ ſunt aliquæ ſtatuum ordinationes recentiores. Neque aliter fieri potuit in præcepto tam æquo, tamque prudenti. Quæri alias ſolet circa prius requiſitum, an carceri quoque locus ſit, ſi probabiliter in crimine commiſſo, ultra pœnam relegationis procedi nequeat. Sunt qui negant, cum delinquens in hac ſpecie aufugiens jam ſatis ſe ipſum punire videatur. Aſt cum in executione relegationis urpheda a relegando præſtanda ſit, quæ ipſius præſentiam omnino requirit, aliter de perſonis levibus dicendum videtur. Si vero delinquens, ut in foro loquuntur, ſit poſſeſſionatus, vel alias perſona alicujus exiſtimationis, neque in hac ſpecie incarceratio adhibenda eſt, cum, quod omiſſa licet propter abitum urpheda, tamen non facile præſumendum ſit, ejusmodi hominem in grave ſui ipſius præjudicium ante tempus reverſurum, aut res novas moliturum eſſe; tum quod hoc caſu ſolemnitas jurisjurandi, ſi dein illum redire contingat, nullo negotio ſuppleri & redeuntis protervia per mulctam novæ relegationi ſuperadditam coërceri poſſit. Communiter quoque doctores tradunt, quod perſonæ egregiæ etiam magno crimine commiſſo, petere poſſint, ut in conclavi aliquo a militibus ſuo ſumtu cuſtodiantur, quod ſi vero ſumtibus ſolvendis non ſufficiant, vitæ conditione non obſtante, æque ut alii vinculis & compedibus onerati in carcerem includantur. COLER. *de proceſſ. execut. P. II. c. 3. n. 177.* NOLDEN. *de ſtatu nobilit. c. 15. n. 88.* Nemini vero vigilum ſumtuoſa cuſtodia obtrudi poteſt, ſed qui-

Quando huic locus in crimine ſo nicht peinl.

Quando excubiæ decernendæ.

An cuſtodia per excubias invito obtrudenda.

quilibet magiſtratus loca munita pro cuſtodiendis reis, tanquam inſtrumenta jurisdictionis ſuæ, publico ſumtu in promtu habere debet. Quare nobili aliquando ſumtus, quos in vigiles ruſtico delinquenti circumpoſitos, ſub prætextu, quod carcer deeſſet, fecerat, abjudicatos fuiſſe recordamur. Pœna injuſte incarcerantium hic non definitur, eſt enim arbitraria v. c. mulcta, aut ſuſpenſio ab officio, aliquando expenſæ, damnaque data, quæ utique reſtitui atque reſarciri debent inique incarcerato. PARIS de PUTEO *p. 242. n. 7. de Syndic.* Tandem cum carcer ſit mala manſio, illiusque diuturnior ſqualor omnino quendam incarceratorum cruciatum contineat, merito pœnam imminuit aliquatenus, & quidem arbitrariam ſemper, capitalem autem non ſine delictorum diſtinctione. Sic in adulterio, capitis pœnam ex hoc fundamento mitigaſſe ordinem quendam juridicum memini, idem in furum ſuſpendio dicerem, ni furtum ſit qualificatum, vel ex aliis circumſtantiis v. c. nimia reiteratione, temperamentum excludat. Aſt v. c. in crimine incendii, aſſaſſinatus, homicidii doloſi, & aliis atrocibus delictis vix eſt, ut carcer diuturnior a capitali liberat. Nec in civilibus, debitoribus magno adjumento eſt *vid.* HERT. *in parœmia: der Kercker quälet, aber er bezahlt nicht.* Jus carceris habendi pertinet ad magiſtratum. Interim privati quoque v. c. maritus, pater, præceptor, dominus, aliquando carceris ſpecie, ſua, ut loquitur LAUTERBACH. *ad tit. de cuſtod. reis,* coërcent correlata. Sit tamen modus in rebus. Sic anno 1724. M. Febr. hæc ſpecies ordini noſtro oblata: Einer von Adel A. B. v. C. in dem Fürſtenthum F. hatte ſeiner Frauen D. von C. auf den Rücken gekniet, ihr die Hände auf den Rücken, und ſie ſelbſt in der Cammer, worinnen er ſie eingeſperret, mit einem Strick feſt an das Bette gebunden. Hernach als ſie ſich loſs gemachet, ſie in der Flucht die Treppe herunter geriſſen, daſs ſie mit dem Kopffe von einer Stuffe auf die andere geſchlagen, und zwar unter Anführung einer gar ſchlechten Urſache, als ob ſie ſein Geſinde bey der Kaſe

Quæ pœna injuſte incarcerantium, aut crudeliter.

De remiſſione pœnæ ob carcerem diuturniorem.

Cui jus carcerem habendi competat & quibus privatis?

De abuſu carceris privati.

 und

und Butter machen hinderte. Itaque cum contra nobilem præſumtiones de commiſſo & repetito adulterio graves ſimul adeſſent, divortio locum, uxorique dotem & donationem propter nuptias reſtituendam eſſe judicavimus, mulcta ratione durioris incarcerationis privatæ, judici ſeculari relicta.

De indecenti ſententiæ publicatione.

*6 Hic abuſus eſt levioris notæ, & pertinet tantum ad decorum, nec enim e prælectione capitis ſententiæ, quicunque eam prælegat, ullum damnum, aut ulla injuria in condemnandum reſultat.

De genuina lectione articuli mit, an nicht, legendum?

§. 3. Aſt omnibus emendationibus veteris juris jam recenſitis, longe magis negotium interpretibus facit Imperatoris ſanctio circa publicationem *1 bonorum damnatorum. Tota difficultas *2 recidit in particulam inter verba: *Gut & verwürckt* inſerendam, an legendum ſit: *nicht*, an vero *mit*. Illam lectionem auctoritas exemplorum tantum non omnium probat, hanc vero rei veritas & contextus ratio commendant.

De publicatione bonorum ſecundum jus civile.

*1 Dedit nobis de publicatione bonorum præter alios, prolixum volumen SEBASTIANUS GUAZZINI. Præcipua quæſtio eſt *de Novell. 134. cap. ult.* An ſcilicet Juſtinianus per eandem omnes veterum publicationes ſuſtulerit, ſolo crimine læſæ majeſtatis excepto, an vero promiſcuas tantum publicationes bonorum damnatorum faceſſere juſſerit; illas vero, quæ peculiaribus legibus in peculiaria crimina ſtatuta ſunt, tacite retinuerit. Diſputant de hoc argumento FACHINÆUS *L. IX. controv. LXXXVII.* MARTINI *ad noſtr. Art. p. 330. ſequ.* GOLDAST. *in dem Bedencken von Confiſcation der Zauberey-Güther p. 132.* HERT. *de ſuper. territor. p. 291. Commentatores ad Novellas* V. C. RITTERSHUS. *P. XIII. c. 4. n. 19. DD. ad tit. de bon. damnat.* SCRIPTORES *de jur. fiſc.* V. C. PEREGRINUS *L. V. de jur. fiſc.* Si quis textum Novellæ inſpicit, vix dubitare poteſt, quin Juſtinianus ſuo modo & quoad certos agnationis gradus, omnem bonorum publicationem abrogaverit, uti recte judicant ANTON. MATTHÆI *p. 767.*

FACHI-

FACHINÆVS *d.l.* Generaliter enim loquitur Cæſar de veteribus legibus capitalibus & ſolum crimen læſæ majeſtatis excipit in hoc argumento. Accedit intentio Imperatoris, quæ in genere eo ibidem tendit, ut præter alias pœnas etiam publicationum numerum minuat, quæ mens & intentio illuſtrari quoque poteſt ex iis, quæ allata ſunt a nobis & Dn. KRVGERO *in diſſert. de jur. ſumm. c.4. §.6.* quicquid in contrarium dicant HERT. LAVTERBACH. *c.3. §.7. de jur. fiſc.* GOLDAST. *d.l.* Neque vero obſtat, quod judice MEVIO *ad jus Lubec. L. I. tit.2. art.3. n.20. ſequ.* jura moderna reclament alicubi, vel Receſſus Imperii judice GOLDASTO *d.l.* cum quæſtio hactenus ſit de jure JVSTINIANEO, non de ſtatutis, vel Receſſibus Imperii. Deinde poſt jus civile Romanorum, quæri poteſt de praxi Germaniæ. Eſt ea iterum duplex, vel vetus, quæ ætatem Receſſuum imperii in collectione vulgari excedit, vel nova, quæ iſthac ætate recentior habetur. GOLDASTVS, qui ut ex fine libri judico, tractatum ſuum ad *deſiderium* Electoris Trevirenſis conſcripſit, exiſtimat, quondam regulam fuiſſe in imperio: *qui confiſcat* (vel forte clarius: *qui occidit*) *corpus*, *confiſcat bona*, & hanc FRANCOS, SAXONES, ALEMANNOS, BVRGVNDOS, GOTHOS & alios, quos recenſet *p.130.* adoptaſſe. E contra alii exiſtimant, valde raras quondam apud Francos fuiſſe confiſcationes. Duo tantum crimina nobis ex GREGORIO TVRONENSI & AIMONIO commemorat HERT. *p.429. Notit. rer. Franc.* læſæ ſcilicet majeſtatis, & omiſſæ vindictæ necis defuncti. Sunt qui diſtinguere malunt inter beneficia & allodia. Illa ſæpe fuiſſe in pœnam ablata, hæc autem rarius ſub Carolingis. Atque hoc diſcrimen obſervatum fuiſſe in funeſta illa rerum cataſtrophe ſub Ludovico pio, retinuiſſe enim vaſſos, qui cum filiis fecerant, *allodia* ſive hæreditatem, *beneficiis regiis* autem caruiſſe. Nominatim MATFRIDVM comitem rebellem recepiſſe ſuam hæreditatem, minime vero comitatum, teſte NITHARDO *L. I.* De Carolingis ſequentia obſervavi-

Regula GOLDASTI.

Sententia HERTII.

Obſervatio noſtra de Carolingis &

vavimus 1) bona fiſco regio addicebantur in BANNUM, i. e. ſi mulcta, quæ in crimen commiſſum ſtatuta erat, bannumque dicebatur, aliter ſolvi non poterat, bona tam mobilia, quam immobilia, ſalvo tamen creditorum jure, redibant ad fiſcum, ut diſerte traditur *L. IV. tit. 24. Capitul. Carol. & Ludov.* 2) Laici, qui capitularia in reverentiam cleri ſtatuta violabant, bonorum amiſſione mulctabantur, ipſis in exilium miſſis *L. VII. capit. 375.* 3) Si quis ad mortem damnatus aggratiabatur, bona apud fiſcum manebant, textus eſt in *L. III. capit. 47.* 4) Bona monialis adulteræ fiſco *ſociabantur*, ita jubente Lothario *p. 322. apud Baluz.* aliud exemplum occurrit *p. 325. ibid.* 5) Inceſtuoſorum res fiſcus vindicabat, non tamen indiſtincte *t. I. pag. 312. ibid.* 6) Ita quoque rerum ſuarum amiſſione mulctabatur, qui per contemtum ad mallum venire recuſabat *p. 319. d. l.* Nec aliter 7) circa deſertores exercitus, illos 8) qui epiſcopo injuriam intulerant, item 9) adulteros, 10) ſacrilegos, 11) prædonesque obſervabatur, ut facile lectio capitularium comprobavit. Sed in legibus Saxonicis nihil hujus rei deprehendi, ni huc referre velis, quod homicida ſatisfacere & componere recuſans, olim apud illos proſcriberetur *tit. 2. l. 5. Saxon. t. I. p. 78. apud* LEIBNIT. In Bavaria 1) ejus, qui epiſcopum occidit bona per indirectum publicata fuiſſe docet *jus Bajuvar. p. 403. apud* LINDEBR. 2) Qui in necem ducis a REGE DATI conſpirat, bona ſua amittebat *p. 404. d. l.* 3) Filii principum patrem ADHUC JUSSA REGIS IMPLERE VALENTEM, dehoneſtantes eandem pœnam luebant *p. 407. ibid.* Pariter 4) inceſtuoſus idem fatum ſubibat. Circa recentiora tempora ex HUNDIO ſequentia collegi 1) anno 1322. iſt Heinrich von Hohenfels wegen falſcher Anklage, ſo er wider die Grafen von Hals angebracht, als ob ſie Hertzog Heinrichen an König Ludewigen verrathen wollen, in des Reichs und Hertzogs Acht erkläret, und alle ſein Gut ihm aberkannt worden. 2) Floriano von Paumgärtnern iſt ſein Gut Hohen-

Bavaris priſcis

& recentioribus.

henrain, von Hertzog Wilhelm (exitu ſeculi XIV.) deſswegen weil er zwey Weiber gehabt, eingezogen worden. 3) Hertzog Ludewig und Hertzog Rudolphi haben An. 1308. Cunraden und Alharten Brüdern, und ihren Vettern Carln von Wildenwert, die Burg Wildenwert wieder eingegeben, dergeſtalt, daſs wenn einer den andern todt ſchlüg, deſſen Theil dem *Fürſten verfallen* ſeyn ſolte *vid.* HVND. *in Bayer. Stammbuch t. I. p. 232. 234. 351. 370.* Imo in Bavaria omne judicium capitale: alles Gericht ſo an den Tod gehet, alicubi annexam habuit bonorum publicationem: ita enim in diplomate LVDOVICI BAVARI *p. 29. t. II.* HVND. *metrop.* dato domino de DEGENBERG: was der ſchädliche Menſch nach dem Tode Haabe lätt, ſoll verbleiben das Drittheil dem Abt zu Niedern-Altäich und dem Probſt zu Reychnach, das Drittheil dem Vogt, das Drittheil ſeiner Hausfrauen und Kindern, oder hat er weder Weib noch Kind, ſo ſoll es ſeiner Seel angeleget werden. Ex legibus & Receſſibus imperii GOLDAST. *p. 144. d. tract.* ſequentia crimina publicationi bonorum ſubjecta eſſe contendit. 1) Si quis electores ad electionem cæſarum pergentes ſalvos & incolumes conducere refragatur. *A. B. t. I. §. 2.* 2) Si quis imperatori & imperio rebellat, vel illis bellum ingerentibus ſe aſſociat vid. *Kayſerl. Satzung von dem gemeinen Pfennig zu Worms An. 1459. tit. XIV. &c.* 3) Si quis rebellat, ſeditionemque excitat contra dominum territorii, wieder die ordentliche Obrigkeit inquit GOLDAST. quod de ſtatibus imperii capio propter contextum. Licet vero leges a GOLDASTO citatæ id non probent, res ipſa tamen facile conceditur, confer. KLOCK. *Vol. I. Conſil. XXII. n. 101. ſequ.* 4) Si quis ſuo domino (dem Landes-Herrn) denegat homagium. Hic GOLDASTVS textus non adducit, nec opus eſt, cum ſit ſpecies rebellionis. Si autem ſubditus rebellis & refractarius eſt, & parere recuſat, publicatio bonorum decerni poteſt HERT. *l. n. CCCCLXXXIX.* 5) Si quis committit crimen fractæ pacis publ. *Ordn. des L. Fried. zu Worms 1521. tit. 2. &c.* Hoc crimen reſpectu privato-

Quæ crimina publicationem mereantur ſecundum GOLDASTVM cum epicriſi.

Hhh hh

vatorum in territorio, in quo habitant, vix poteſt committi ſine ſpecie criminis læſæ majeſtatis. Si in alieno territorio committitur a privatis, committentes puniuntur a ſuo domino arbitrarie. 6) Si quis incidit in bannum imperii, quod dubio caret. 7) Si quis bannitos receptat *Ld. Fried. tit. VIII. d. l.* 8) Publicantur bona militum exercitum deſerentium *Reuter-Beſtall. 1570. zu Speyer Art. XI.* ſed in hoc *Artic.* nil habetur diſerte de confiſcatione, verba enim ita fluunt: der ſoll an Leib und Leben geſtrafft, und jedermann Gut (rectius dero Gut und legit SCHULZ. *p.660. Corp. jur. milit.* & contextus ſuadet) Preiſs ſeyn, und nirgend Sicherheit und Geleite haben. Itaque horum bona videntur magis declarari pro rebus nullius, quod vocamus in die Rappuſe geben, quam fiſco addici. Interim neutrum horum in *ordinationibus militar. hodiernis* obſervo. 9) Si milites adeſpoti vagantur, vel clarius: in dem Lande ihren Vortheil nach umbreiten und umbziehen, horum bona confiſcantur *per R. I. 551. §. 39. &c.* Nec hic immutatum quicquam eſſe recordor. 10) Si quis Cæſari & judicio camerali parere recuſat: der den Cammer Gerichts-Geboten nicht gebührlich Gehorſam leiſtet, dicitur *P. II. tit. 20. C. G. O.* Aſt hoc pertinet ad proceſſum cameræ, de quo, ſi placet, confer. LUDOLPH. *p.53. Syſtemat. comment. jur. camer.* 11) Si quis occupat bona naufragorum. Enimvero de abrogatione hujus licentiæ abuſu jam diſquiſitionem inſtituimus. Certe bonorum confiſcatio a Carolo noſtro non eſt ſtatuta in ejusmodi occupatores, quicquid opinetur GOLDASTUS; ſed tantum mandata de reſtituendis ejusmodi bonis decerni ſolent, nec aliter LUDOLPHUS *p. 141. d. l.* 12) Confiſcantur merces, quæ ad hoſtem contra prohibitionem vehuntur, nec non merces non profeſſæ publicano. Aſt nec hic confiſcatio bonorum delinquentis ſubeſt, ſed tantum ablatio rerum circa quas peccavit, adde *DD. ad tit. de publican. & vectigal.* 13) Publicantur bona illius, qui violavit libertatem & immuniatem eccleſiaſticam: Conſtitutiones Impe-

Digitized by Google

Imperatorum Friderici II. Caroli IV. & Sigismundi, recitat ipſe GOLDAST. *in loc. citat: ſſ. 80.* Capitularia Francorum hujus argumenti jamjam adduximus. Hujus rigidi juris hodie uſum deſidero, merito enim humanior deciſio, hic obtinet, cum eccleſiaſtici nolint, ut clericus res laicorum involans, eandem publicationis bonorum ſententiam in ſe ferri patiatur. 14) Huc pertinent, qui argentum informe ex imperio exportant, & parvam monetam viciſſim important *ſſ. 46. So haben u. ſ. w. R. I. 1550. ſſ. 164. Ferdin. Müntz-Edict Anno 1559.* Qui falſam monetam cudunt *ſſ. 128. R. I. 1570.* item: die Ringerer, Beſchneider u. ſ. w. *ſſ. 161. dict. Edict. Ferdin.* Quamvis inficias ire nequeamus, quod in utraque Saxonia hanc publicationem uſu non ſervari deprehenderimus. 15) Sequitur crimen bigamiæ. Textu hic deſtituitur GOLDASTUS, inde ad præjudicium provocat latum: in der Herrſchafft Hohenſachs. Aliud jam a Bavaria adduximus. Non uſum hujus publicationis bonorum de jure communi *ſupr. ad Art. CXXI.* eo ipſo evicimus, quo pœnam confiſcationis dimidiæ partis bonorum Carolinæ noſtræ in prioribus projectis inſertam, in præſenti Anno 1532. publicato exemplo omiſſam fuiſſe docuimus. 17) Refertur huc crimen inceſtus. Leges patrias ſilet GOLDASTUS nec enim communes certe habuit, nec hujus pœnæ *Artic. CXVII. ſupr.* mentionem fecit. Majorem ſpeciem habet crimen propricidii, ipſo *Artic. CXXXV.* huc relatum. Verum ſupponit pœna autochiriæ, ut ibidem dictum, ut ſi commiſſa e reatu ejuſmodi criminis, quod jam per ſe publicationem bonorum mereatur. Itaque autochiria, non eſt ſeparata delicti ſpecies, ob quam bona damnatorum auferuntur. 18) Crimen horrendæ blaſphemiæ, hujus loci putat GOLDASTUS, de quo ſatis *ſupr. ad Artic. CVI.* 19) Recenſet GOLDASTUS crimen ſodomiæ, lege imperii Germanici deſtitutus & praxi Genevenſi ſubnixus. Ceſſat tamen & hic publicatio *vid. Artic. CXVI.* 20) Siſtitur nobis crimen hæreſeos, quod in hac ordinatione

 omiſ-

Digitized by Google

omiſſum, ut & praxis noſtra confiſcationem omiſit. 21) De apoſtaſia reſpondebimus, ſi caſus dabitur. 22) Claudit agmen magia. Ex conſtitutione Henrici III. *p. 313. t. III. C. I.* GOLDASTI addi poteſt homicidium, vel veneno, vel alio furtivo modo commiſſum. Nam in hoc crimine ſoluto propinquis aut parentibus occiſi Werigeldo, medietas bonorum homicidæ propinquis ejus, medietas ad fiſcum accedebat. Poteſt autem hodie magus converſus, (qualem ſe dicit omnis homo ad ſupplicium educendus) teſtamentum condere, ut e controverſia inter STRAVCHIVM & FRANZKIVM patebit, *apud* SCHILT. *Exerc. XXXVIII. §. 29. ſequ.* Ergo & hic nobis otia facta ſunt, *vid. ſupr. Art. CIX.* ubi de pœna. Alias de publicatione bonorum hæreticorum extat authentica Friderici in *tit. C. de hæret. & Manich.* adde conſtitutiones Friderici II. tres a LVNIGIO *tom. I. Spicil. eccleſ.* e GOLD. *I. c. l. p. 259.* feliciter deſcriptas. Aſt Carolus noſter in articulo noſtro haud obſcure publicationem bonorum hæreticorum rejicit. Nec in Receſſibus imperii ab anno 1529. ad annum 1551. ubi ultimo ſupplicio in anabaptiſtas animadvertit, bonorum publicationem commemorat. Ut proinde tuto aſſerere liceat: jure imperii bona hæreticorum non publicari. Unde neſcio annon ad ſingularia fidei *vid. ſingular. XXVI. 10.* JOANN. ROYAS *de favor. fid.* ſpectet ſententia Scabin. Lipſ. qua anno 1676. decreverunt: daſs Marcus Schwan wegen Quäckerey das Land räumen, auch aller Erbſchafft und Anwartſchafft verluſtig ſeyn ſollte, *vid.* CARPZ. *hiſtor. Zittav. III. c. 3.* Excerpſimus autem GOLDASTVM cum, quod alibi non reperierimus majorem circa leges imperii diligentiam, non quod ſcriptum GOLDASTI, quod allegavimus, non ubique proſtet. Nec ingratum fore confidimus lectori, quod hinc inde quædam monita de uſu practico recenſioni interſeruerimus. Nunc ad difficultatem Articuli pergamus.

De public. honor. hæreticorum.

Rationes pro communi lectioni nicht.

* 2 Communem lectionem: *nicht* tuentur 1) projectum Anni 1529. in Comitiis Spiræ propoſitum 2) Editio

JVONIS

JVONIS SCHOFFERI Moguntina, cum illa, quæ A. 1543. prodiit, tum quoque prima Anno 1533. edita, quæ utraque ad manum eſt: 3) Editio Francofurtana Anno 1614. quæ cum notis anonymi prodiit & ſenatui Gelnhuſano nuncupata eſt. 4) Verſio GOBLERI, quæ ſub ipſis Caroli V. auſpiciis prodiit, huic enim opus dedicatum eſt. 5) Reliquæ editiones, quas præter aliam Francofurtanam, quam allegat HERT. *ſupr. c. l.* vidimus in vernacula omnes. In projecto autem de A. 1521. in Comitiis Wormat. exhibito Articulus noſter plane non habetur. Alteram vero lectionem: *mit* facile defendit contextus ratio. Quis enim connectere poteſt verba ſi: *nicht* legatur. Tota ſiquidem oratio foret: *bona pauperibus delinquentium hæredibus non eſſe auferenda, niſi in crimine læſæ majeſtatis & aliis criminibus ubi delinquentium bona cum capitali delinquentis ſupplicio* NON *auferuntur a fiſco.* Quod idem foret ac dicere: Regulariter: *bona hæredibus delinquentium auferri non debere, eſſe autem hujus regulæ binas exceptiones 1) in crimine læſæ majeſtatis, quippe in quo bona hæredibus auferantur, 2) in aliis quibusdam criminibus, ubi delinquentis bona hæredibus* NON *auferuntur.* Atqui quilibet cui ſanum ſynciput eſt, videt, quod ultima exceptio ſub ipſa regula comprehendatur. Adeoque ſi quis: *nicht* legere vellet, regula de criminibus, ubi bona non auferuntur, concepta foret, & exceptio de iisdem concepta foret, quod quam abſurdum ſit, nemo non palpat, licet recentiores quidam ne quidem acumine mentis intelligere velint. Circa emendationem & reſtitutionem textus, tres potiſſimum JCti laudem merentur, MARTINI, GOLDASTUS & HERTIUS, omnium loca jam indicavimus. MARTINI ratio medendi eſt, ut particulam NON ſive: *nicht* plane deleat: legatque ſo ein Ubelthäter (auſſerhalb des Laſters der Beleidigung unſerer Majeſtät oder ſonſt in andern Fällen, ſo der Ubelthäter Leib und Gut verwürcket) vom Leben zum Tode u. ſ. w. GOLDAST. autem: *nicht* in: *mit* reſolvit, ut facile potuit, cum in ſuperiori Germania loco: nicht, *nit* dici

Rationes pro lectione: *mit*

de emendatoribus textus.

dici ſoleat, proindeque particularum commutatio: *nit* cum mit in promtu ſit. Sequitur GOLDASTUM HERTIUS, additis aliorum doctorum ſuffragiis. Sed qui omnem bonorum confiſcationem, extra crimen læſæ majeſtatis, oppugnant, particulam NON retinent & textum ſic vertunt: *judices graviſſime delinquunt cum* (extra *crimen læſæ majeſtatis*, quod ſanguinis pœnam, bonis omnibus rei confiſcatis irrogat) *ob delicta alia capitali ſupplicio, non autem bonorum confiſcatione plectenda, ſontes puniunt damnatorumque bona in ærarium redigunt. Unde eorum uxores &c.* Ita REMUS & qui eundem Carolinæ ſenſum ſupponit ZIERIZ. *h.* Nobis pariter GOLDASTINA placent, cum in quæſtione de emendando textu, tum quoque in alia inde dependente quæſtione: an præter læſam majeſtatem, in aliis quoque delictis quibusdam bona damnatorum publicare fas ſit. Quænam vero hæc delicta confiſcationem merentia, ex mente noſtra ſint, colligi poteſt ex annotatis ad horum delictorum elenchum GOLDASTI *infra* §. 5.

Quot caſus confiſc. bonor. in LL. Imp.

§. 4. Verum, ut in compendio uno intuitu conſpici poſſit, doctrina Receſſuum Imper. de publicatione omnium bonorum, ſubjungamus tres caſus: 1) publicantur omnia bona in crimine læſæ majeſtatis, ut hic; 2) in rebellione contra ſtatus imp. *wenn ſich jemand unterſtehet Rotten, Vergaderungen, Verſammlungen wider den Römiſ. König, oder einigen Stand des Reichs anzurichten.* vid. *R. J.* 1515. §. 44. 3) de monopoliis in *ref. pol.* 1548. *tit. XVII.* & 1577. *tit. XVIII.* ſtatuitur pœna in monopolas: *bey gröſſerer Pœn, als bey Verluſt aller Haab und Güter,* it. *welche hierwider thun, deren Haab und Güter ſöllen confiſcirt werden.* Plures ſpecies non lego. Quamvis, ſi tertiam reſpicis, nec hæc uſu obtineat. Nec obſtant *R. J.* 1551. 1571. 1578. Nam vid. *not. ad Art. CIX.* §. 12.

§. 5. Quondam jus CONFISCANDI, vel ut alibi, *vid. Dipl.*

Digitized by Google

Dipl. tom. I. Spicil. eccel. pag. 119. §. 26. dicitur. Jus INFISCANDI pertinuit ad Cæſarem. *1 Dein autem ſenſim ordinibus acquiſitum, & in Comitiis Ann. 1125. ſub Lothario decreto comitialiis adjudicatum refert DODECHINUS *pag.* 470. *2 Dubium exoritur: an poſt Carolinam, illo utantur pro lubitu? quod ſolvemus ad marginem. *3

Cui in imperio competat jus publicandi bona?

*1 Unde Cæſares per modum privilegii aliquando concedebant. Chartam Henrici IV. qua abbati Sti Maximini furum & latronum bona ſibi vindicandi indulget ann. 1056. ex ZYLLESIO deſcriptam recitat LUNIG. *p. 120. d. l.*

præſulibus privilegiis datum.

*2 Quare etiam in judicio Vehmico, ut e formula *MScript. veter. ordin. vehmic.* didici, receptum erat: daſs wenn einer verfehmet war, ſein Guth allemahl dem Herrn zugewieſen wurde. Quod inſtitutum tamen poſt Ann. 1430. teſte D. S. Gograv. I. in literis ad B. die Eyben, in præſulatibus Weſtphaliæ ceſſavit.

de uſu ejusdem in judicio Weſtphalico.

*3 Scilicet quæri ſolet, an princeps ſive ſtatus imperii in ſuo territorio novos poſſit introducere modos confiſcandi, præter illos, quos præſens articulus noſter tuetur. Sunt, qui negant v. c. HERT. *ſ. XLIII. de ſuper. territ. ibique citat.* STAMM & MYLERUS. Ratio adducitur, *ne ad veterem a Carolo reprobatam conſuetudinem relabamur.* Urgeri etiam poſſet, quod ſtatus ſemel ita invicem ſtipulati & pacti eſſent, ne novi bona reorum publicandi modi excogitarentur. Jam vero promiſſis ſtandum eſſe, præcipue ita ſuadente priſca Germanorum fide. Sed huic ſententiæ non una obſtant, 1) Status imperii habent jus vitæ & necis reſpectu corporum ſubditorum, ergo & iis competit poteſtas diſponendi multo magis de illorum bonis in eodem criminali caſu. 2) Status imperii nemine contradicente, hinc inde pœnas v. c. furum domeſticorum, auxerunt & capitales effecerunt, contra *Art. CIV. ſupr.* Ergo poterunt etiam augere mulctas, bonorumque publicationes contra artic. CCXVIII. 3) Statibus competit poteſtas condendi leges contra Rec. Imper. ergo & contra ordinationem criminalem. 4) Status præſunt territoriis ſuis jure proprio, ſtatuunt-

an novi modi publicandi introduci poſſint?

ſententia affirmans &

untque de illorum regimine jure proprio. 5) Status imperii nunquam in ordinationem noſtram crimin. tanquam legem IMMUTABILEM conſenſerunt, *conſ. Bayr. Mal. O. tit. I. art. 4. & ſ. 23.* 2 *in noſtr. præf.* 6) Status Imperii de antiquis confiſcationibus remiſerunt aliquid v. c. in crimine falſæ monetæ, deſertorum in bello &c. Ergo hoc aliunde compenſare queunt novis confiſcationibus aliis delictis impoſitis. 7) Judiciorum imperii & conſtatuum non intereſt, quomodo hic vel ille ſtatus rationem ſui fiſci habeat. E prætextu Carolinæ noſtræ contra illum procedere, vel actionem inſtituere nec ſolent, nec poſſunt, *conſ.* Dn. THOMAS. *de regal. fiſc.* 8) Poſt Carolinam varia prodierunt jura provincialia de pœnis criminum, a præſenti lege in multis diſcedentia, nec tamen querelæ deſuper in imperio auditæ. 9) Exercent ſtatus imperii jus aggratiandi, abolitionem impertiendi, imo & jus pœnas capitales in mulctas convertendi:. aſt quam facilis hic non eſt via, ad publicationem magnæ bonorum partis, ſub mulctæ nomine perveniendi. 10) Homines privati & doctores plane ab ordinatione criminali Carolina, non ſine inquiſitorum onere receſſerunt, cum hodie contra *Art. CCXIX.* ſumtibus non judicis, ſed delinquentis, conſilia jurisprudentum indiſtincte peti poſſe doceant, fruſtra textu reclamante. An horum quæſo major, quam ſtatuum imperii poteſtas, minimum quoties de ipſorum commodo quæritur? Interim ſine gravi cauſa, nemo qui honori & conſcientiæ principum conſulere vult, niſi non veram ſed ſimulatam philoſophiam affectet, illis ſuadebit, ut confiſcationum numerum ampliando, fiſci commodo ditando ſtudeant. Nam 1) fere omnium jam viventium principum majoris, in ordinatione noſtra Carolina augmentum numeri confiſcationum, inter res iniquas & GRAVISSIMOS ABUSUS, publico & apud poſteros duraturo documento referri paſſi ſunt. 2) Incongruum duxerunt pluribus ex capitibus: Der Delinquenten Weib und Kind an den Bettelſtab bringen. 3) Empathica & in animam veluti deſcendentia

ejus temperamentum.

ſunt

ſunt verba, quæ nomine totius Imperii profert Carolus noſter in *R. I. Ratisponenſi*, A. 1532. in quo publicatio noſtræ ordinationis facta. Ita enim tanto Cæſare digna oratio e communi imperii decreto §. 21. fluit: Demnach haben wir, NB. Churfürſten und Stände, nach fernerer Berathſchlagung der Sachen, GOtt dem Allmächtigen zu Ehr und Lob (non in uſum cauſidicorum, vel fiſcalium hominum quidlibet ex quolibet facientium) auch zu Förderung gemeines Nutzens, für Gut und Nutz angeſehen, daſs gedachte Halsgerichts-Ordnung in Druck gegeben, und in das Reich publiciret und verkündiget würde, damit alle und jede unſere und des Reichs Unterthanen ſich hinfürter in peinlichen Sachen, in Bedenckligkeit der Gröſſe und Gefährligkeit derſelben, jezt angezeigter Ordnung, den gemeinen Rechten, Billigkeit und *löblichen* hergebrachten Gebräuchen (in quarum conſuetudinum claſſem minime gentium relata eſt frequens confiſcatio) gemäſs halten mögen, wie ein jeglicher ohn Zweiffel für ſich ſelbſt (ſi ſc. adulatores principum deeſſent) zu thun geneigt, und deshalber von dem Allmächtigen (non e loculis fiſci iniqua præda diſtentis) Belohnung zu empfangen verhoffet. Doch wollen wir durch obgemeldte Ordnung, Churfürſten, Fürſten und Ständen an ihren alten *wohl* hergebrachten *rechtmäſſigen* und *billigen* Gebräuchen (a quibus tamen ipſi excluſerunt confiſcationum cumulos) nichts benommen haben. 4) Transſcribi huc merentur verba *ſ. 6. L. 2. C. de V. I. E.* ubi ita de bonis caducis diſſerit Juſtinianus: *nihil de caducis in his a nobis memoratum eſt, ne cauſa, quæ in rebus non proſpere geſtis & triſtibus temporibus Romanis increbuit calamitatibus, bello coaleſcens civili, noſtris maneat temporibus, quæ favor cæleſtis & pacis vigor firmavit, ne luctuoſum monimentum læta ſecula inumbrare concedatur, vid. diſſert. de jur. ſumm. p. 41.* adde omnino *orationem* GODOFREDI *de oratione* VLPIANI *p. 298. edition.* TROZZII *opuſc.* JAC. GODOFREDI. Unde ſicuti nemo principi in grave & capitale de-

 lictum

lictum ex juſta cauſa bonorum publicatione noviter animadvertendi, novamque legem in hunc uſum aliquando condenti, ne quidem poſt Carolinam, quæ ipſorum principum conſenſu, jura confiſcandi non in puncto quaſi definit, ſed ex æquitate; nach dem rechtmäſſig, billig, zu Forderung gemeinen Nutzens angeſehen, moderatur, litem intentabit: ita tamen viciſſim, ſi princeps 1) in leve delictum vel 2) etiam in grave in univerſum, 3) ſine ſufficienti cauſa, propter ſolum lucrum, noviter confiſcationem ſtatuere velit, res in Germania noſtra ex capite boni & æqui, defendi nequit. Ad juſtas ejusmodi confiſcationes referrem illas, quæ hinc inde in duellantes fugitivos decretæ ſunt. Adeſt enim hic 1) delictum grave & publico noxium, quare toties in imperio ab uno alteroque ſtatu, de univerſali contra duella edicto concipiendo, cogitatum. 2) Adeſt juſta & ſufficiens cauſa ad bonorum ademtionem hic procedendi. Duella enim a multis, præcipue exercitatis promachis, inſtituuntur in loco ad fugam apto, conductis antea v.c. equis, nummis, adeoque omnibus fugæ mediis præparatis. Porro ipſi duellantes poſt fugam facile inveniunt amicos, facti animoſi laudatores, & ſi quæ alia. Certe ex genio Germanorum, illos nulla comitatur infamia facti: Ut proinde, poſtquam per fugam in tuto conſtituerunt corpus, ſit domi quoque bona retineant, propter malum actionis plane nullum ſentiant malum paſſionis. Quod ſecus omnino ſe habet v.c. ſi fures, ſacrilegi, peculatores, raptores &c. aufugerunt. Itaque juſtum eſt, ſi 3) in hac delicti ſpecie, duelli ſc. publicatio bonorum publica lege ſtatuitur. Aliter autem omnino cenſendum de hac ſpecie noſtro Collegio aliquando oblata. ARIOVISTUS non ſpernendi prædii dominus, laute & hilariter vivens, ab ISIDORO mercatore mutuo ſumſerat aliquot imperialium millia ſub lege uſuraria. De his in teſtamento ita ſtatuerat, ut filii intra octennium hoc nomen ſoluta ad teruncium usque pecunia expungerent, quod ſi hunc juſſum parentis neglecturi

De requiſitis novarum publicationum, Exemplum duellantium.

De alio exemplo injuſto.

ſturi eſſent, principi Ingvævonum HERMINIGILDO fas eſſet, prædium maximii pretii, ſpem & fortunam filiorum unicam, fiſci ſui rationibus addicendi. Sane 1) hic non ſuberat delictum atrox 2) deerat juſta cauſa 3) deerat lex de ejusmodi confiſcatione ſcripta 4) parenti non licebat propter tam levem cauſam filios per inſidias veluti exheredes facere 5) jus non erat HERMINIGILDO de facto præterito novam legem, quamvis voluiſſet, promulgandi. Itaque tunc temporis ad hujus caſus deciſionem, temperamento adhibito, accommodavimus doctrinam HERTIANAM. Et hic nobis eſt ſenſus clauſulæ articuli: und *die* (nempe abuſus confiſcationum, de abuſibus enim totus contextus loquitur) und dergleichen Gewohnheit wollen wir, daſs eine jede Obrigkeit abſchaffen, und daran ſeyn, daſs ſie hinfürter nicht geübt, gebraucht, oder gehalten werden, als wir denn aus Kayſerlicher Macht (conſenſu ſcilicet ordinum ſimul adhibito, ut ex *R. I. Ratiſpon.* paulo ante annotatum) dieſelben hiemit aufheben, vernichtigen und abthun, und hinfürter nicht eingeführet werden ſollen. Ceterum, ſi quis ſub pœna publicationis bonorum, ſe a certo delicto abſtinere velle judici promiſit, licet dein fidem datam fregerit, ſtipulatio tamen non committitur, *vid. Præjud. apud* CARPZ. *Qu. 144. n. 39.* Imo non ſine fundamento HERT. Reſp. *CCCCLXXXIX.* juſtæ confiſcationis bonorum & hanc ſpeciem commemorat. Quod ſcilicet principi fas ſit, landſaſſii refractarii ſubjectionem negantis, & imperata facere nolentis bona fiſco ſuo addicere publicata. Auxit elenchum conſuetudinum illaudabilium, quas hic imperator abolet, REMUS *in fin. h.* Addit 1) morem, ſecundum quem alicubi Judæi inverſi e pedum digitis ſuſpenduntur 2) aut delinquentes tormentis, vel inedia enecantur, 3) quod in loco (cujus nomini parcit, ſane mallem, ut indicaſſet) homicidæ, fures, magi, imo in genere homines pœnam mortis meriti, in terram vivi defodiantur, 4) quod hinc inde judices harpyiarum

An judex ſtipulatione publicationes bonorum auferre poſſit.

De abuſibus in Carolina omiſſis.

inſtar inhient damnorum bonis. Jungi poſſunt WEHNER, BESOLD, SPEIDPL *verbo Gewohnheit.* Ad judicis tamen officium non pertinet, ejusmodi conſuetudines, aut leges tollere, ut oſtendimus *in orat. de religione judicant Papinianea.*

De publicationibus bonorum indirectis per v. c. mulctas ex SCHMIDIO.

§. 5. Sed quid cenſendum de mulctis & confiſcationibus particularibus, ſi contingat, has totam delinquentis ſubſtantiam exhaurire? An exiſtimari poſſunt huic noſtro Articulo conformes? ita cenſet * 1 B. SCHMID *tom.* I. *ad jus Bavar. ſemicent. controv.* II. *pag.* 119. *n.* 5. *&* 18. Hoc enim tantum contingere per accidens *2 ſufficere alias, quod directo non omne hominis patrimonium publicetur. Id quod illuſtrat binis exemplis 1) publicationis mercium ob non ſolutum vectigal 2) publicationis ſortis.*3 uſurariæ ſecundum ſtatuta Bavarica, quæ non contenta quarta ſortis, ut quidem *Receſſ. Imper.* ſed totam ſortem fœneratoris fiſci rationibus addicunt.

De abuſu allegatorum in criminalibus.

*1 SCHMIDIUS non citat quidem Artic. noſtrum 218. allegat tamen regulam Articuli noſtri ex CLARO, ut fieri ſolet a criminaliſtis, ut ſæpe ex rivulis ſorbeant, quæ dulciora ex fontibus hauriuntur.

Quæ ratio differentiæ inter modos public. SCHMIDII &

*2 Rationem diſcriminis nos potius in eo quærimus, quod Artic. noſter, ejusque regula, agant tantum de publicatione bonorum damnatorum ad mortem, ubi duriſſimum viſum v. c. occiſo conjuge, occiſo patre, uxorem & liberos per bonorum publicationem omni vitæ præſidio privare velle. Quod ſecus ſe habet in mulctis, & publicatione bonorum ſingulari, in ſpecie non ſoluti vectigalis, aut criminis uſurarum, quæ uxori & liberis nutritorem ſuum licet peculiola emunctum relinquunt.

de public. bonorum uſuraria pravitate.

*3 Cum in Carolina de uſuraria pravitate nihil definitum, addamus illuſtrationis cauſa ſpeciem SCHMIDIANAM, in judicio Bavariæ aulico, cujus præſes & Cancellarius erat, ventilatam. Civis ex civitate imperii N. mutuo dederat

nobili

nobili Bavariæ ſub hypotheca bonorum XII. M. florenos, uſuris promiſſis annuis quincuncibus contractuque ſubjecto legi Bavarorum. Præterea ſeparata cautione creditor pro gratificationis beneficio ſibi ſtipulatus erat 240. quotannis ſolvenda. Aſt debitor, qui ingens æs alienum conflaverat, nec uſuras, nec penſionem ſolvebat. Quare creditor adibat judicium aulicum Bavariæ, & tam ex inſtrumento mutui uſuras, quam penſionem ex cautione petebat. Pronunciabat judicium aulicum: uſuras ſolvendas eſſe, penſionem autem ſecundum ea, quæ proponebantur, non æque. Fiſci advocatus interveniebat, & ex lege Bavarorum publicationem totius ſortis petebat. Quærit Cancellarius I) an contractus uſurarius hic ſubſit? quod affirmat, nec ego inficior 1) quia in *R. I.* 1500. *tit. XXX.* prohibentur: alle wucherl. Contracte 2) quia in *Ref. polit. anno 1530. tit. XXVI.* poſt *§. 1. 2. 3. 4. 5. 6.* recenſitas varias artes, quibus uſurarii utuntur, tandem in *§. 7.* generaliter ſancitur: ſolche und DERGLEICHEN Contracte, auch der Wucher ungöttl. u. ſ. w. Nec aliter *Refor. polit. ad 1548. 1577.* Ita & *ord. polit. Bavar. L. 11. tit. 1.* verb. ſonſt andere gefährl. Pacta. Quær. II) an uſuræ ſolvendæ ſecundum locum contractus, ubi creditor ſtipulatus eſt? & hanc quæſtionem rurſus affirmat SCHMIDIUS, conſentit LAUTERB. *§. 24. de uſur.* STRYK, MEVIUS, WEHNER *apud eund.* Quær. III) de pœna uſurarii noſtri, & dicit, hanc eſſe amiſſionem ſortis totius, per *d. ordin. Polit. Bavar.* Nec obſtare 1) quod *c. 2. de uſur. in 6.* ſupponat uſuras ACCEPTAS, 2) quod in *Refor. Polit. anno 1530.* dicatur: gegeben und genommen, hic autem 3) nil adhuc datum, nil acceptum, adeoque merum conatum ſubeſſe dicatur. Nam in d. Reform. dici: der ſolchen wucherl. Contract GEÜBET, non autem: der würckl. Geld GENOMMEN, *c. 2. in 6.* loqui de foro pœnitentiali, quod reſtitutionem exigit, adeoque acceptionem ſupponit. Sed hic merito diſſentio 1) quia in *R. I. 1500. tit. 39.* dicitur: die UBERFAHRER ſtraffen 2) in

Quæſtiones SCHMIDII. Qu. I.

Qu. II.

Qu. III.

SCHMIDII error.

Digitized by Google

Ref. Polit. VBET. 3) *R. J. 1641. §. 76.* die ſolchen wucherl. Contract und Handthierung TREIBEN. 4) *Ref. Pol. 1578. tit. 17. §. 7.* ſolcher Contract VBEN wurde 5) *1577. tit. 17. §. 8.* ſolche Contracte und Handthierung VBEN würde. Tandem 6) in Jur. Bavar. der ſolche Pacte GEBRAVCHT, damit gafährl. Handel TREIBET. Atqui Contracte VBEN, TREIBEN, BRAVCHEN non notat Contracte SCHLIESSEN, MACHEN, ſed EXERCIREN, und mit der That deren ſich BEDIENEN. Accedit, quod omnes hæ leges prohibitionis cauſam quærunt: in dem Verderben und Schaden des gemeinen Weſens. Atqui per contractus ſolos nemini damnum infertur, ſed per contractuum uſurariorum exercitium & executionem.

Qu. IV. Rſ. SCHMIDII. Quær. IV) an judex in noſtro caſu Bavarus? R. affirmando 1) quia creditor contractum legi Bavariæ ſubjeciſſet 2) quia civitas creditorem non remiſiſſet, ergo puniri potuiſſe in Bavaria tanquam in foro deprehenſionis 3) quia creditor egerat in Bavaria 4) quia aderat continentia cauſæ.

Rſ. noſtra. R. 1) Creditor ſe non ſubmiſerat legi & Bavarico foro, qua cautionem de penſione conſcriptam, 2) remiſſio non poteſt deſiderari, wo keine peinliche Straffe, ut in crimine uſurario, quod RR. Imp. judici civili ſubjiciunt. Nec 3) foro deprehenſionis locus extra caſum criminis atrocioris, ut recte alii contra CARPZOVIUM. Dein 4) non aderat hic ullum delictum uſurarium conſummatum, adeoque Bavarus non poterat deſiderare remiſſionem. Miſer creditor 5) pecuniam anxie aliunde conquiſiverat, ut præmium non adeo iniquum. 6) Cauſa civilis hic utique poterat ſeparari a cauſa criminali, nec MYNS. *obſ. 97. cent. 1.* dicit, quod vult Cancellarius.

Qu. V. Quær. V) an ſalva ſit v. c. uxori dos, ſi inſit ſorti publicandæ? quod recte affirmat. Quia in publicatione bonorum, fiſco incumbit ſatisfacere rei creditoribus, quos inter & uxor eſt. Succedit enim more hæredis. Ut taceam, quod ſubjectio legis Bavarorum vero ſimiliter proceſſerit ex ignorantia, item, quod creditor fuerit in bona fide, quæ etiam in

crimine

crimine uſurario attendenda. Nam ſi ſe peccaſſe ſciviſſet, in Bavaria non produxiſſet coram judicio aulico cautionem. Potuiſſet etiam VI) quærere cancellarius, an fiſcus Bavariæ non fuiſſet obſtrictus, ad mulctam pravitatis uſurariæ, cum fiſco civitatis imperialis N. in duas partes æquales dividendam? Ita ſane diſerte jubet *Ref. Polit. 1577. tot. 17. §. 8.* Atqui Status imperii legibus ſuis provincialibus non debent intervertere jura conſtatuum ex legibus imperii ipſis quæſita. De reliquis uſurariorum pœnis *vid. Specim. noſtr. tit. de uſur.* Qu. VI.

ARTIC. *CCXIX.*

Erklärung bey wem, und an welchen Orten Rath geſucht werden ſoll.

Und nachdem vielfältig hiervor in dieſer unſer und des Heil. Reichs-Ordnung der peinlichen Gericht, vom Rathſuchen gemeldet wird, ſo ſollen allwegen die Gericht, ſo in ihren peinlichen Proceſſen, Gerichts-Ubungen und Urtheilen, darinn ihnen Zweifel zufiel, bey ihren Oberhöfen, da ſie aus altem verjährtem Gebrauch bißher Unterricht begehrt, ihren Rath zu ſuchen ſchuldig ſeyn. Welche aber nicht Oberhöfe hätten, und auf eines peinlichen Anklägers Begehren, die Gerichts-Ubung fürgenommen wäre, ſollen in obgemeldtem Fall bey ihrer Obrigkeit, die daſſelbig peinlich Gericht, fürnehmlich und ohn alle Mittel, zu bahnen und zu hegen Macht hat, Rath ſuchen. Wo aber die Obrigkeit ex officio und von Amtswegen wider einen Mißhändler mit peinlicher Anklag oder Handlung vollenführe, ſo ſollen die Richter, wo ihnen Zweifel zufiel, bey den nechſten hohen Schulen, Städten, Communen oder andern Rechtsverſtändigen, da ſie die Unterricht mit den wenigſten Koſten zu erlangen vermeinen, Rath zu ſuchen ſchuldig ſeyn.

Und

Und iſt dabey nemlich zu mercken, daß in allen zweiffelichen Fällen nicht allein Richter und Schöpffen, ſondern auch, was einer jeden ſolchen Obrigkeit in peinlichen Straffen zu rathen und zu handeln gebühret, derhalb Rechtsverſtändiger, und auſſerhalb der Partheyen Koſten, Raths gebrauchen ſollen: Es begebe ſich denn, daß ein peinlicher Ankläger den Richter erſuchte, in ſeinen peinlichen Proceſſen, Handlungen und Ubungen, der Rechtsverſtändigen Rath zu ſuchen, das ſoll auf deſſelben begehrenden Theiles Koſten geſchehen. Wo aber des Beklagten Herrſchafft, Freund oder Beyſtänder, ihm dem Gefangenen zu Guten, dergleichen Rathſuchung bey dem Richter begehrten, ſo ſoll er auf des Gefangenen Freundſchafft oder Beyſtänder Koſten ihnen damit willfahren. Wo aber deſſelbigen Gefangenen Freundſchafft jetztgemeldte Koſten aus Armuth nicht vermöchte, ſo ſoll er auf der Obrigkeit Koſten ſolchen Rath zu erlernen ſchuldig ſeyn: Doch ſofern derſelbige Richter nicht vermerckt, daß die Rathſuchung gefährlicher Weiſe zu Verzug der Sachen, auch mehr Koſten aufzutreiben, beſchehe, welches die obgedachten Freundſchafft und Beyſtänder auch mit dem Eyd erhalten ſollen, und in dem allen keinen möglichen Fleiß unterlaſſen, damit niemand Unrecht geſchehe. Als auch zu dieſen groſſen Sachen groſſer Fleiß gehört: Darum dann in ſolchen Uberfahrungen, Unwiſſenheit, die ihnen billig kündig ſeyn ſoll, nicht entſchuldiget. Des alſo Richter, Schöpffen, und derſelben Obrigkeit hiemit gewarnet ſeyn ſollen.

ARTIC. *CCXIX.*

IN Norico & Vinarienſi ita habetur: von der Obrigkeit der peinlichen Gericht, auch derſelben weitern Rathſuchen betreffend. Ma-

Nachdem oben an vielen Orten in dieſer unſer und des Reichs-Ordnung der peinlichen Gericht, von derſelben Gerichts- Obrigkeit und Rathſuchen gemeldt wird, ſo ſoll allwegen die Obrigkeit verſtanden werden, der dieſelben peinliche Gerichte, Straff, Buſs und Fall zuſtehen; und iſt dabey nemlich zu mercken, daſs in allen zweiffentlichen Fällen: nicht allein Richter und Schöpffen, ſondern auch wes einer jeden Obrigkeit derſelben peinliche Straff, Buſs und Fäll, nach Inhalt und vermöge dieſer unſerer peinlicher Gerichts-Ordnung zu rathen und zu handeln gebührt, daſs ſie derhalb Rechtverſtändiger, ohne und auſſerhalb der Partheyen Koſten, Raths gebrauchen, damit niemand unrecht geſchehe. Als auch zu dieſen groſſen Sachen groſſer Fleiſs gehört, darum denn in ſolchen Uberfahrungen, Unwiſſenheit die billig gewuſt, oder erfahren wird, nicht entſchuldiget. Deswegen alſo Richter und Schöpffen und derſelben Obrigkeit (wie obſtehet) hiemit gewarnet ſeyn ſollen. Ceterum de numero tenendum, quod in projectis CCXXV. Articuli extent, cum in impreſſo habeantur tantum CCXIX. interim ratione differentiarum annotandarum nihil a nobis omiſſum eſt. Tandem, quæ de appellatione in criminalibus in project. occurrunt, §. 5. & 6. infra inſeremus.

NOTÆ AD ARTIC. *CCXIX.*

§. I. Tandem Articulo noſtro ultimo, docetur modus petendi conſilium in rebus criminalibus dubiis. Regula prima eſt, ut judicia, quæ hactenus a certis civitatum judiciis *1 conſilia petierunt, eadem exinde repetere pergant. *2 *Unde conſilium criminale a judice petendum.*

 *1 Ober-

Oberhöffe quid? cur olim frequentiores?

*1 Oberhöffe dicit Cæſar, nec res perſpicue latine reddi poteſt ſine paraphraſi. Scilicet jam in *proœm. diſſert. de rat. decid.* annotatum eſt, quod olim principes & ſuperiores temporibus turbulentis, judiciorum non tantam curam habuerint, ut deinceps factum, ſed non tantum ſubditis in cauſis dubiis, verum judiciis quoque ipſis, ad vicinos, vel in proprio territorio, vel alibi conſtitutos ſcabinos, aut judices, magiſtratusque oppidanos appellare, vel certe conſultum ire promiſerint: v.c. ad Scabinos Magdeburgenſes, Halenſes, Vratislavienſes, Senatum Lubecenſem, Lüneburgicum, Brunſvicenſem, in Weſtphalia ad Tremonienſem, Monaſterienſem Senatum, &c. *Confer.* MEINDERSEN *p. 53. de judic. centen.* In ſuperiori Germania idem factum & ad Spirenſes haud raro e vicinia provocatum *vid* BESOLD. *verbo zugrecht, ibique citatus*, LEHMANN. WEHNER. *eod. verbo* ubi plura. Imo hodienum in ducatu Clivenſi & comitatu Marcano noſcuntur: die Hauptfahrten, vel Oberhauptfahrten, quæ: von Oberhöfen, vel ut quibusdam appellantur: Dingſtädten, non adeo differunt. Sic in actis legi, provocatum fuiſſe: von dem Richter zu Wetter an die nechſte Hauptfahrt zu Hagan, ab hoc judicio: an die nechſte Oberhauptfahrt zu Lichtenſcheid, & tandem ad regimen Clivenſe. Interim errant, qui: die Oberhöfe cum ſuperiori ordinario confundunt, v. c. FROELICH. *P. I. p. 313.* Nam Cæſar in ſequentibus aperte has ſpecies a ſe invicem ſecernit.

Hodie rariores.

*2 Cujus tamen inſtituti in criminalibus, quænam exempla practica ſuperſint, mihi non ſatis conſtat. Nam cauſæ criminum dubiæ ad regimina, & ab his ad collegia juridica vel quoque immediate a judiciis ad eadem collegia transmitti ſolent. Berolini Rex Boruſſorum peculiare rerum criminalium tribunal ſtabilivit, ad quod in arduis quæſtionibus, v. c. ſi de ipſorum collegiorum juridicorum ſententiis dubium ſuboriatur, recurrendum eſt. Interim aliquatenus ſunt hujus loci, quæ habet KIRCH-

GESNER

GESNER. *p. 9.* von den Würtzburgiſchen Centen, ſo das Stifft in alieno territorio v. c. wegen Melrichſtadt prætendiret, und wie davon endlich die Appellationes vor das Ober-Saal- und Brücken-Gericht zu Würtzeburg (dem Vorgeben nach) ergehen ſollen. Ceterum omnes commentatores, quos evolvi, totum hoc negotium ſicco ſocco prætereunt.

§. 2, Ubi vero judicium criminale Oberhovio (liceat ita loqui) deſtituitur, ibi judex in proceſſu *1 accuſatorio adire debet ſuperius judicium ſuum ordinarium Quod ſi vero judex ex officio inquiſiverit, conſilium petendum ex vicinis academiis, civitatibus, *2 communionibus, vel aliis jurisperitis *3 habita præcipue expenſarum ratione.

Quid ſi Oberhof deſit in loco, quis tunc adeundus?

*1 Ita quidem quoad literam diſtinguitur, quoad mentem & rationem autem, non inter ſpecies proceſſus, ſed ita videtur diſtinguendum: aut proceſſus a ſuperiori curia ipſa dirigitur, nec dubium in cauſa occurrit, aut ipſi ſuperiores dubii hærent. In illa ſpecie ipſi ſuperiores judicant, in hac autem conſilium petendum a collegio juridico, ut hic præſcribitur. Nam conſilium ab his non petendum propter modum procedendi, ſed propter ſcrupulum emergentem. Deinde ita capit ordinationem noſtram præſul Babebergenſis, qui initio ad conſiliarios aulicos ablegat judicem, his vero iterum hærentibus, Juris conſultos ſciſcitatum ire jubet. In civitatibus imperialibus autem criminalia tractantur, velut dici ſolet: vor dem Gericht, vor der Stadtvoigtey, vor dem Wiedammt, vor dem Semner-Ammt, vor dem Untergericht, dubio autem ſubnato refertur: an den gantzen Rath. Quod ſi vero cauſa criminalis coram judice inferiori cognoſcitur: hujus eſt toties fere quoties ipſi dubium aliquod incidit, aut a defenſore movetur & transmiſſio petitur, acta transmittere v. LUDOV. *p. 99. in proc. crim.*

Digitized by Google

*2 Ita in comitatu Tyrolenſi, quædam judicia acta mittere tenentur an die *Ober-Oeſterreichiſche Regierung*, quædam autem ICtorum, ut loquuntur, conſulta petunt, vel certe conſilium: bey andern Städten und Gerichten.

An conſilium criminale peti poteſt a DD. privatis.

*3 In civilibus alicubi, v. c. in Weſtphalia, acta non raro transmittuntur ad duos, vel quoque ad unum jurisdoctorem. Quæritur itaque, an idem obtineat in cauſis criminalibus, ut & hic ſinguli jurium doctores reſpondere poſſint? vi hujus ordinationis videtur affirmandum per verba: oder andern Rechtsverſtändigen, qui diſerte: den hohen Schulen, Städten und Communen opponuntur, nec numerus pluralis: *andere*, videtur præciſe notare & indicare duorum pluriumque doctorum conjunctionem. Nam &: *Communen* in plurali efferuntur in textu, cum tamen ſatis ſit ad unam acta amandaſſe. Interim, cum quantum mihi ex praxi conſtat: acta criminalia, nec ad duos, nec ad unum doctorem transmitti ſoleant: ego certe ſuaſor eſſe nollem judici, ut in delictis, quæ criminaliter (peinlich in ſenſu Germanico) coërcentur, duorum vel unius privati doctoris conſilium deciſivum adhibere præſumat. Non multum aliter BEYER. *h.*

Cujus ſumtu conſilium petendum?

§. 3. Usque adeo vero expenſis a judicibus parcendum eſt, ut ne quidem partium ſumtibus jurisprudentes conſulere liceat, niſi accuſator, vel accuſati dominus, agnati, aut amici in illius gratiam rogaverint judicem, ut acta transmittat. Nam ſi ipſi tantum judici in proprium laboris compendium, actorum transmiſſio neceſſaria videtur, expenſas nullo modo a partibus *1 petere & repetere poterit. Quod tamen jamdiu aliter *2 practicari cœpit, ut e formulis pronunciandi collegiorum juridicorum ſatis diſci poteſt.

*1 Adducit hic ZIERIZ regulam: quod Judex munus atque officium ſuum debeat expedire parte non gravata. Plura

Plura inſuper pro hujus articuli æquitate cumulat, ut tamen non uſum non obſcure ſimul fateatur; junge ſupra dicta *ad Art. CCIV.* de expenſis.

*2 In Bavaria, ut titulus *I. 32. der Bayer. Malefiz-Ordn.* definivit, diſtinguendum, an Cancellaria juſſerit, ut judex conſilium alibi quærat, an ſua ſponte alios iverit conſultum, ut ibi ſumtus recipiat, hic autem non æque.

§. 4. Quodſi vero accuſati agnati, vel amici paupertatem *1 ſuam allegent, ſimul tamen ſancte & ſub religione jurisjurandi aſſeverent, quod transmiſſionem actorum non calumnioſe petant, judex ſumtu publico tenetur ad transmittendum. *2 *De reo paupere*

*1 Ad paupertatis privilegia inter alia & hoc refertur, quod nunc adverſarius, nunc plane judex pauperibus litis expenſas ſubminiſtrare cogatur. *vid.* ZIERIZ. *h.* qui plura in favorem pauperum conduxit, atque allegavit. *quis hic ſumtus ſuggerit?*

*2 Acta inquiſitionalia pauperum, moribus utriusque Saxoniæ, ſumtu publico transmittuntur, licet agnati, propinqui &c. nec transmiſſionem petierint, nec de paupertate juraverint. Ni levior pœna v. c. carceris, aut temporariæ relegationis dictitanda, quæ ſatis tuto ab ipſo judice decerni poteſt. *jus forenſe circa actorum pauperum transmiſſionem.*

§. 5. Atque hæc ſunt, quæ in Carolina noſtra, prout An. MDXXXII. in comitiis Ratisponenſibus, conſentientibus imperii proceribus, publice publicata eſt, continentur. Cum vero aliud adhuc additamentum, e projecto ordinum imperii Anni MDXXI. quo Wormatiæ comitia habita ſunt, ſuperſit, nec hoc monimentum publico invidere voluimus. Verba ejus cum in inſcriptione, tum in ipſo contextus argumento ita fluunt: Wie unbillige Beſchwerunge, ſo etwan an peinlichen Gerichten geſchicht, am Cammer-Gericht geklagt werden mag. *Concluſio commentarii, & additamentum e projecto an. 1521.*

De provocatione in criminal. ad cameram &

§. 6. Item ſo ſich ein Kläger oder Antworter auſſerhalb der Straffe des Todes, nach Vollziehung anderer Straffe. oder Handlung von peinlicher Sachen wegen geſchehen, beſchwehrt vermeinet. Als ſo er damit durch Richter oder Schöpffen, oder aber derſelben Gericht vorgemeldte Obrigkeit, wider den Innhalt, und den rechten Verſtand dieſer unſer Reichs-Ordnung an Leib, Ehr oder Gut verunruhiget, oder verletzet worden ſey, der mag fürter daſſelbig ohne Mittel, an unſern Kayſerlichen Cammer-Gericht klagen. Darauf dann daſelbſten unter den extraordinarii und geflogenen Sachen, fürderlich eigenen und geſchehen ſoll, was recht iſt. Und dieſe rechtliche Klage und was ſich derhalb zu Rechten gebühret, ſoll durch keine vorgehenden Urphede abgeſchnitten ſeyn, oder werden mögen. Wird aber einer vom Leben zum Tode geſtrafft, und ſein Ober-Herr oder geſipte Freunde vermeinten, daſs ſolches dermaſſen unbillig geſchehen wäre, die mögen darum auch, als obſtehet, an unſerm Cammer-Gericht klagen, als ſolches die Rechte zulaſſen, damit in ſolchen Fällen unbillige Beſchwerung (davon biſs anhero groſſe Klage entſtanden) deſto fleiſſiger verhütet und abgewendet, doch, daſs in allewege ſolche Klage in Jahres-Friſt angefangen werde. Und damit dieſe unſere und des Reichs-Ordnung, peinlichen Gericht halben gemacht, an allen Gerichten nicht Mangel ſey, ſoll die in den Druckereyen vielfältig gedruckt und gehabt werden, damit ſich ein jeder, den die berühret, darnach zu halten und zu richten wiſſe.

quid 1529. circa appellationem.

§. 7. In projecto Anni 1529. ultimus Articulus circa executiones ſententiarum ita ſtatuit: Wir wollen auch, daſs hinführo von den Urtheilen, ſo nach Vermöge dieſer

dieſer unſerer Halſs - Gerichts - Ordnung geſprochen werden, nicht appelliret, oder gewegert, ſondern dieſelbige in ihrer Krafft bleiben, und ohne einige Appellation vollzogen werden ſollen. *1 Omiſſa dein in ordinatione criminali, in comitiis Ann. 1532. publicata, hæc clauſula, nec omnis appellatio generatim & in univerſum prohibita, ſed tota res de appellatione in medio relicta eſt. Rationes afferemus in notis *2

Ac demum 1532. definitum.

*1 Ex his videmus, quod Ann. 1521. nullum remedium ſuſpenſivum delinquenti, adverſus ſententiam in ipſum latam, pro impedienda prorogandaque executione competierit, ſed, quod ipſi poſt perpeſſam pœnam corpori cruciatum inferentem, per modum actionis vel ſimplicis quærelæ, de injuria ſibi illata, apud cameram imperialem conqueri indultum fuerit. Quodſi vero de pœna capitis infligenda quæſtio fuerit, dominus vel cognati delinquentis apud cameram ſuper iniquitate proceſſus querimoniam iſtituere potuerunt. Sane ſi quis verba projecti primo intuitu legit, videtur & hæc quærela poſt ſententiæ executionem rejici, dicitur einem: wird aber einer vom Leben zum Tode *geſtrafft*, und ſein Ober-Herr u.ſ.w. vermeinen, daſs ſolches unbillig *geſchehen u.ſ.w.* Enimvero, cum 1) initio §. 5. dicatur: nach *Vollziehung* anderer Straffe, *auſſerhalb* der Todes-Straffe 2) cum abſonum videatur poſt cauſam non amplius curabilem curam demum quærere velle, vel ut 3) lepide apud DECKHERRUM *p. 230. n. 104. ad ordin. cam.* annotatum eſt: ſonſten, wenn der Kopff herunter iſt, läſt ſich derſelbe mit Nullitäts-Proceſſen nicht wiederum auffetzen: veroſimile eſt projectum concipientes per verba: würde einer aber vom Leben zum Tode geſtrafft u.ſ. w. non ipſam pœnæ executionem intellexiſſe, ſed tantum ſententiæ dictionem. Ut ſenſus ſit: würde aber einem die Todes-Straffe zuerkannt u. ſ. w. ut tunc ſtatim ante executionem accedat domini & agnatorum apud cameram interventio, quod ulterius confirmant verba finalia jam recitata:

De remediis reorum contra ſententias.

De inſpectione in judicia criminalia ſtatuum vid. ſupr. Art. I. §. 3.

citata: damit in ſolchen Fällen. Inſuper tamen ex hís patet, quod ſecundum hoc projectum, Cameræ quædam attribuatur in judicia criminalia inſpectio & nævorum judicum criminalium in imperio correctio. In projecto autem de Ann. 1529. apellatio diſertius excluditur verbis: nicht appelliret, vel quod idem: gewegert. Nam uti formula: ſich des Urthels bedancken *vid.* WEHNER. *p. 44. hoc verb.* indicium eſt approbationis ſententiæ & appellationis neglectus, ita: das Urthel wegern, ſive contra illud diſputare, appellationem infert. Diximus jam de appellatione præcipue accuſatoris & judicis *ſupr. ad Art. XCIX.* Convenit, ut pariter jam l. c. annotavimus, his juribus appellationem prohibentibus, praxis Cameræ, ut ex LYNCKERO *I. Rſ. LV.* & LAUTERBACHIO obſervat LUDOLPH. *p. 206. 216. ad jus Camer.* Excipit HERT. *p. 262. de ſuper. territ.* duos caſus 1) Si inculpatus condemnatus ſit nondum auditus, adeoque contra jus naturæ. 2) Si cauſa criminalis ſit pecuniaria, modo hic lis ſit de ſatis magna ſumma. Quod ordinum imperii judicia attinet, in criminalibus talis apellatio, qualis in civilibus controverſiis in uſu eſt, non obſervatur, nec formalia appellationis, ut interpoſitio, introductio, apoſtolorum petitio, & ſi quæ alia, hic noſcuntur. Interim ſummarie & per modum ſimplicis recurſus, ut alicubi dici ſolet, inquiſito toties ad principis auxilium confugere licet, quoties judicem inferiorem aliquid contra jus & æquum in ipſum machinari animadvertit. Sed & de antiqua appellandi ratione paululum diſpiciamus. Olim judicia 1) Cæſaribus noſtris aperiebantur in ſingulis provinciis, quas intrabant *vid.* ADELBOLD *§. 19. in vita* HENRICI SANCTI, ut ibi ſingulis populis juſtitiam adminiſtrare poſſent, in ipſo provinciæ ambitu *id. d. l.* Mittebant quoque cæſares judices ſuos. Quamvis Auſtriæ ducatus in ipſa prima erectione adverſus hos judices privilegium acquiſierit ANDR. RATISPON. *p. 28.* 2) Si appellebatur fiebat gradatim: an den Ober-Richter und zuletzt an den König,

De ratione appellandi apud majores noſtros.

König, tenebatur judex inferior ad ſuperiorem mittere poſt appellationem ad ſuperiorem, quosdam: daſs ſie hören, welcher vollkommen und gewinne, hi miſſi vero vivebant ſumtibus illius, qui cauſam perdebat. Miſſionis hujus cauſa ſine dubio fuit, quod iſthoc ævo acta non conſcriberentur per actuarios, ut proinde tam grandia volumina, ut hodie, ad ſuperiorem mitti non poſſent, ſed nuncii coram ab inferiori geſta ſuperiori exponerent. Addamus pro majori argumenti illuſtratione ipſa SPECVLI SAXONICI *L. II. Art. XII.* extantia verba: Auſſerhalben Königes Bann mag ein jeglich Mann über den andern wol Urtheil finden, und Urtheil ſchelten, der da vollkommen iſt an ſeinem Recht, um alſo gethane Sachen, die man ohn Königs Bann richten mag. Schilt man ein Urtheil, das ſoll man ziehen an den obern Richter, und zuletzt vor den König, da ſoll der Richter ſeine Boten zuſenden, die da hören, welche vollkommen vor dem Könige. Die Boten ſollen ſeyn Schöpfenbar frey, obs in einer Grafſchafft geſchicht, geſchichts aber in einer Marck, ſo mögens ſeyn allerhand Leute, wer ſie ſind, alſo, daſs ſie vollkommen ſind an ihrem Rechte, die ſoll der Richter beköſtigen, Brod und Bier ſoll er ihnen gnug geben, und drey Gerichte zu dem Eſſen, die die Zeit gewöhnlich ſind, und ein Becher voll Weins, zwey Gericht den Knechten, fünf Garben jeglichen Pferd Tag und Nacht, und ſoll ſie fornen beſchlagen, und nicht hinten, ſechs ſollen der Knechte, und achte der Pferde ſeyn. Wenn ſie den König erſt erfahren bey Sächſiſcher Art, ſo ſollen ſie zu Hoff fahren, und darnach über ſechs Wochen das Urtheil wieder bringen. Der das Urtheil geſcholten hat vollkommt er es nicht, er muſs darum wetten dem Richter, und jenem ſeine Buſs geben, des Urtheil er geſcholten hat, und dem Richter ſeine Koſt gelten, die er mit ſeinen Boten verthan hat. Item: Wer ein Urtheil ſchilt, der ſpreche alſo: Das Urtheil, das der Mann fun-

Deſcriptio appellationis e ſpeculo Saxonico.

LIIII den

Ziehen, ſich hinziehen verbum appellantium unde olim jus appellandi: das Zug-Recht. vid. Theſauriſtas hoc verbo. De appellatione olim in criminal. & comitibus palatinis.

den hat, das iſt unrecht, das ſchelte ich, und *ziehe* mich des, da ich das durch Recht billig hinziehen ſoll, und bitte darum eines Urtheils, wohin er das billig ziehen ſoll. Schilt der Schwab eines Sachſen Urtheil, oder ein Sachs eines Schwaben, das müſſen ſie vor dem Könige entſcheiden, als hievor geredt iſt; 3) Appellabatur quoque in criminalibus. Raro tamen & a judicio Weſtphalico non niſi binis caſibus *vid.* DATT. *ex MCSto p. 735. inf.* 4) in provinciis quondam jura fiſcalia Cæſaris comites palatini ſedulo reſpiciebant, imo jus quoque reddebant: ſie haben das obriſte Land-Recht beſeſſen, und ſind von ihnen die Sachen an die Kayſer (per appellationem) gebracht worden *vid.* ALBERT. STADENS. *p. 271.* HUND. *pag. 24. II. Bayeriſ. Stammbuch &c. p. 27.* [*in Appendic.* verbo: *palatini.* Ceterum ineptas appellandi formulas in criminalibus ad papam, eo ipſo anno, quo Carolina noſtra prodiit, conſcripſit auctor des *Klag-Spiegels P. CXV.* prima eſt: Vor Euch Ehrwürdiger Vater Biſchoff zu Bonn, ich N. empfinde mich beſchwert, darum, das ich vor gefordert und gebeten habe zum dickermahl Copey der Artickel, umb der willen ihr wider mich wollt procediren, und ſpriche ich ſey ſchwerlich verleumt, die Ihr mir nit geben, umb dazu Zug mich darüber zu berathen, und habt mir ſolches wieder Recht verſagt, und damit die Macht mich zu beſchirmen, mir genommen und entwöhrt, darumb ſo appellire ich in dieſer Schrifft zu unſern Heil. Vater dem Bapſt und bitt Apoſteln fleiſſig, fleiſſiger und allerfleiſſigſten, und ſoll ich Appellantz, ſoll in Geſchrifft und von einen Notario geſchehen, der dann darüber ein Inſtrument ſoll machen. Altera incipit: Vor Euch Herr Johannes Biſchoff zu Mentz. Ich N. ſprich und ſag, wiewohl u. ſ. w. reliquus ſtylus concordat cum jam recitatis.

Formula ineptæ appellat. ad papam.

De diverſo appellationum in cri-

*2 Scilicet vidimus præcedente annotatione, quod apppellationes nec ad Cameram imperialem, nec ad ſtatuum imperii *vid Tyrol. Lands-Ordn. L. VIII. fol. c. XXXVI.* judicia

dicia ſuperiora plane penitus ceſſent. Unde abſoluta appellationis interdictio repetita non fuit. Addamus judicium celeberrimi WENCKERI, quod ita in literis ad nos ſcriptis conceptum eſt.

minalibus uſu hodierno, & judicium.

Zum letzten iſt in der P. H. G. O. geſtanden ein Artickel des Inhalts, das zufürter in peinlichn Sachen von Urtheilen, ſo vermöge dieſer Ordnung geſtellet, nicht ſollen appelliret werden. Und aber der Ausſchuſs befunden, daſs an etlichen Orten die Appellation von den End-Urtheilen, auch in peinlichen Sachen werden geſtattet, welches gemeinen Rechten nicht ungemäſs, und herwiederum auch befunden, daſs an etlichen Orten auch hergebrachten Gebrauch und Gewohnheiten keine Appellation zugelaſſen wird, ſo haben die verordneten des Auſchuſſes vor gut angeſehen, dieſen Artickel der Appellation aus der Ordnung zu laſſen.

Wenckeri cur in caroli-na regula general. de appellat. in criminal. tandem omiſſa.

§. 8. Imo cum poſt primam editionem hujus commentarii, varia occaſione plura circa appellationem ad ſumma imperii judicia obſervaverimus: Non abs re eſſe exiſtimavimus, ſequenti actuario præſentem editionem locupletare.

De jure cameræ in judicia ſtatuum in criminalibus hodierno.

